

Migne, Jacques Paul

PATROLOGIÆ

CURSUS COMPLETUS,

SEU BIBLIOTHECA UNIVERSALIS, INTEGRÆ, UNIFORMIS, COMMODA, OECONOMICA,
OMNIUM SS. PATRUM, DOCTORUM SCRIPTORUMQUE ECCLESIASTICORUM,

SIVE LATINORUM, SIVE GRÆCORUM,

QUI AB ÆVO APOSTOLICO AD TEMPORA CONCILII TRIDENTINI (ANNO 1545) PRO LATINIS,
ET CONCILII FLORENTINI (ANN. 1439) PRO GRÆCIS FLORUERUNT :

RECUSIO CHRONOLOGICA

OMNIUM QUÆ EXSTITERE MONUMENTORUM CATHOLICÆ TRADITIONIS PER QUINDECIM PRIMA
ECCLESIE SÆCULA ET AMPLIUS,

JUXTA EDITIONES ACCURATISSIMAS, INTER SE CUMQUE NONNULLIS CODICIBUS MANUSCRIPTIS COLLATAS, PERQUAM DILIGENTER CASTIGATA; DISSERTATIONIBUS, COMMENTARIIS, VARIISQUE LECTIONIBUS CONTINENTER ILLUSTRATA; OMNIBUS OPERIBUS POST AMPLISSIMAS EDITIONES QUÆ TRIBUS NOVISSIMIS SÆCULIS DEBENTUR ABSOLUTAS DETECTIS, AUCTA; INDICIBUS PARTICULARIBUS ANALYTICIS, SINGULOS SIVE TOMOS SIVE AUCTORES ALICUIUS MOMENTI SUBSEQUENTIBUS, DONATA; CAPITULIS INTRA IPSUM TEXTUM RITE DISPOSITIS, NECNON ET TITULIS SINGULARUM PAGINARUM MARGINEM SUPERIOREM DISTINGUENTIBUS SUBJECTAMQUE MATERIAM SIGNIFICANTIBUS, ADORNATA; OPERIBUS CUM DUBIIS, TUM APOCRYPHIS, ALIQUA VERO AUCTORITATE IN ORDINE AD TRADITIONEM ECCLESIASTICAM POLLENTIBUS, AMPLIFICATA;

DOCENTIS ET AMPLIUS LOCUPLETATA INDICIBUS AUCTORUM SICUT ET OPERUM, ALPHABETICIS, CHRONOLOGICIS, STATISTICIS, SYNTHETICIS, ANALYTICIS, ANALOGICIS, IN QUODQUE RELIGIONIS PUNCTUM, DOGMATICUM, MORALE, LITURGICUM, CANONICUM, DISCIPLINARE, HISTORICUM, ET CUNCTA ALIA SINE ulla EXCEPTIONE; SED PRÆsertim DUOBUS INDICIBUS IMMENSIS ET GENERALIBUS. ALTERO SCILICET RERUM, QUO CONSULTO, QUIDQUID NON SOLUM TALIS TALISVE PATER, VERUM ETIAM UNUSQUISQUE PATRUM, NE UNO QUIDEM OMISSO, IN QUODLIBET THEMA SCRIPSERIT, UNO INTUITU CONSPICIATUR; ALTERO SCRIPTURÆ SACRÆ, EX QUO LECTORI COMPERIRE SIT OBIVIUM QUINAM PATRES ET IN QUIBUS OPERUM SUORUM LOCIS SINGULOS SINGULORUM LIBRORUM S. SCRIPTURÆ VERSUS, A PRIMO GENESEOS USQUE AD NOVISSIMUM APOCALYPSIS, COMMENTATI SINT:

EDITIO ACCURATISSIMA, CÆTERISQUE OMNIBUS FACILE ANTEPONENDA, SI PERPENDANTUR CHARACTERUM NITIDITAS, CHARTÆ QUALITAS, INTEGRITAS TEXTUS, PERFECTIO CORRECTIONIS, OPERUM RECUSORUM TUM VARIETAS, TUM NUMERUS, FORMA VOLUMINUM PERQUAM COMMODA SIBIQUE IN TOTO PATROLOGIÆ DECURSU CONSTANTER SIMILIS, PRETII EXIGUITAS, PRÆsertimQUE ISTA COLLECTIO, UNA, METHODICA ET CHRONOLOGICA, SEXCENTORUM FRAGMENTORUM OPUSCULORUMQUE HACTENUS HIC ILLIC SPARSORUM, PRIMUM AUTEM IN NOSTRA BIBLIOTHECA, EX OPERIBUS ET MSS. AD OMNES ÆTATES, LOCOS, LINGUAS FORMASQUE PERTINENTIBUS, COADUNATORUM.

SERIES GRÆCA PRIOR,

IN QUÆ PRODEUNT PATRES, DOCTORES SCRIPTORESQUE ECCLESIE GRÆCÆ
A S. BARNABA AD PHOTIUM,

ACCURANTE J.-P. MIGNE,

Bibliothecæ Cleri universæ,

SIVE CURSuum COMPLETORUM IN SINGULOS SCIENTIÆ ECCLESIASTICÆ RAMOS EDITORÆ.

PATROLOGIA, AD INSTAR IPSIUS ECCLESIE, IN DUAS PARTES DIVIDITUR, ALIA NEMPE LATINA, ALIA GRÆCO-LATINA. LATINA, JAM PENITUS EXARATA, QUOD PRIMAM SERIEM, VIGINTI-QUINQUE ET DUGENTIS VOLUMINIBUS MOLE SUA STAT, MOXVE POST PERACTOS INDICES STABIT, AC QUINQUE-VIGINTI-CENTUM ET MILLE FRANCIS VENIT. GRÆCA DUPLICI EDITIONE TYPIS MANDATA EST. PRIOR GRÆCUM TEXTUM UNA CUM VERSIONE LATINA LATERALIS AMPLECTITUR, ET AD NOVEM ET CENTUM VOLUMINA PERVENIT, SED SINE INDICIBUS; POSTERIOR AUTEM HANC VERSIONEM TANTUM EXHIBET. IDEOQUE INTRA QUINQUE ET QUINQUAGINTA VOLUMINA RETINETUR; UTRAQUE VIGESIMA QUARTA DIE DECEMBRIS 1860 OMNINO APPARUERAT. UNUMQUODQUE VOLUMEN GRÆCO-LATINUM OCTO, UNUMQUODQUE MERE LATINUM QUINQUE FRANCIS SOLUMMODO EMITUR: UTROBIQUE VERO, UT PRETII HUIUS BENEFICIO FRUATUR EMPTOR, COLLECTIONEM INTEGRAM SIVE GRÆCAM SIVE LATINAM, 326 VOLUMINIBUS PRO AMPLIORI EDITIONE ET 272 PRO MINORI ABSQUE INDICIBUS CONSTANTEM, COMPARET NECESSE ERIT, SECUS ENIM CUJUSQUE VOLUMINIS AMPLI-TUDINEM NECNON ET DIFFICULTATES VARIA PRETIA AQUABUNT. ATTAMEN, SI QUIS EMAT INTEGRE ET SEORSIM COLLECTIONEM GRÆCO-LATINAM, VEL EANDEM EX GRÆCO LATINE VERSAM, TUM QUODQUE VOLUMEN PRO NOVEM VEL PRO SEX FRANCIS OBTINEBIT. ISTÆ CONDITIONES SERIEBUS PATROLOGIÆ NONDUM EXCUSIS APPLICANTUR.

PATROLOGIÆ GRÆCÆ TOMUS LXI.

S. JOANNES CHRYSOSTOMUS.

EXCUDERATUR ET VENIT APUD J.-P. MIGNE EDITOREM,
IN VIA DICTA D'AMBOISE, OLIM PROPE PORTAM LUTETIÆ PARISIORUM VULGO D'ENFER
NOMINATAM, SEU PETIT-MONTROUCE, NUNC VERO INTRA MœNIA PARISIINA.

1862

-BR

60

•M38

T. 61

SÆCULUM V, ANNUS 407.

ΤΟΥ ΕΝ ΑΓΙΟΙΣ ΠΑΤΡΟΣ ΗΜΩΝ

ΙΩΑΝΝΟΥ

ΑΡΧΙΕΠΙΣΚΟΠΟΥ ΚΩΝΣΤΑΝΤΙΝΟΥΠΟΛΕΩΣ,

ΤΟΥ ΧΡΥΣΟΣΤΟΜΟΥ,

ΤΑ ΕΥΡΙΣΚΟΜΕΝΑ ΠΑΝΤΑ.

S. P. N. JOANNIS CHRYSOSTOMI,

ARCHIEPISCOPI CONSTANTINOPOLITANI,

OPERA OMNIA QUÆ EXSTANT,

VEL QUÆ EJUS NOMINE CIRCUMFERUNTUR,

AD MSS. CODICES GALlicos, VATICANOS, ANGLICOS GERMANICOSQUE; NECNON AD SAVILIANAM ET FRONTONIANAM
EDITIONES CASTIGATA, INNUMERIS AUCTA; NOVA INTERPRETATIONE UBI OPUS ERAT, PRÆFATIONIBUS, MONITIS,
NOTIS, VARIIS LECTIONIBUS ILLUSTRATA; NOVA SANCTI DOCTORIS VITA, APPENDICIBUS, ONOMASTICO ET COPIO-
SISSIMIS INDICIBUS LOCUPLETATA;

OPERA ET STUDIO D. BERN. DE MONTFAUCON, MONACHI BENEDICTINI E CONGR. S. MAURI.

EDITIO NOVISSIMA, IIS OMNIBUS ILLUSTRATA QUÆ RECENTIUS TUM ROMÆ, TUM OXONII,
TUM ALIBI, A DIVERSIS IN LUCEM PRIMUM EDITA SUNT,
VEL JAM EDITA, AD MANUSCRIPTORUM DILIGENTIOREM CRISIM REVOCATA SUNT,

ACCURANTE ET DENUO RECOGNOSCENTE J.-P. MIGNE,

BIBLIOTHECÆ CLERI UNIVERSÆ,

SIVE

CURSUUM COMPLETORUM IN SINGULOS SCIENTIÆ ECCLESIASTICÆ RAMOS EDITORE.

TOMUS DECIMUS.

VENEUNT 18 VOLUMINA 160 FRANCIS GALLICIS.

EXCUBEATUR ET VENIT APUD J.-P. MIGNE EDITOREM,
IN VIA DICTA D'AMBOISE, OLIM PROPE PORTAM LUTETIÆ PARISIORUM VULGO D'ENFER
NOMINATAM, SEU PETIT-MONTROUGE. NUNC VERO INTRA MOENIA PARISINA.

1862

ELENCHUS

OPERUM QUÆ IN HOC TOMO LXI CONTINENTUR,

Homiliæ XLIV in Epistolam primam ad Corinthios.	Col.	9
Homiliæ XXX in Epistolam secundam ad Corinthios.		381
Commentarius in Epistolam ad Galatas.		611
Spuria.		681

Præfatio

AD HOMILIAS CHRYSOSTOMI

IN BINAS

AD CORINTHIOS EPISTOLAS.

§ I. — 1. De Homiliarum harumce præstantia, 2. deque prologo ad easdem. 3. Quidam eum negant esse Chrysostomi.

1. Inter præstantissima Joannis Chrysostomi opera accensentur Homiliæ in Epistolam utramque Pauli ad Corinthios, ac cum primis elegantia et gravitate concertare possunt; maxime vero Homiliæ in primam Epistolam, quas Homiliis ad secundam multi putant esse anteferendas, si tropos et accuratationem spectaveris. In prioribus namque diligenter omnia fusioreque stylo persequitur, salibusque frequenter ulitur, ac vel minutiora discutit; nusquam certe majori studio elaboratas homilias deprehendas: qua in re fortasse quidam hodierni lectores redundare illum et ultra metas nonnumquam progredi dixerint. Verum ille, quod præcipuum est oratoris munus, auditorum ingenium et captum tam solerter exploraverat, ut sibi eorum animos conciliaret, gratam concionis admirumurationem plaususque frequentes, ut in orationum decursu videas. Ad hæc vero in Homiliis ad primam Epistolam plurima occurrunt, pugnae nempe et velitationes frequentes contra philosophos externos et falsorum deorum cultores et contra hæreticos nonnullos, ac singularia quædam ad istius ævi mores et usum pertinentia, aliaque de quibus mox carptim agemus.

2. Antequam enim ulterius progrediamur, ipsum operis exordium, sive prologus concionibus præmissus, moram infert, nec parum negotii facessit. Sub initium enim ista legimus: *Multa autem in hac urbe, nempe Corintho, passus est Paulus, et Christus in illa apparens ei, dixit: «Ne taceas, sed loquere: quia multus est mihi populus in hac civitate.» Et mansit ibi duos annos. In hac quoque dæmon exiit, quem Judæi adjurantes, gravia ab illo passi sunt: in hac item quidam pænitentia ducti libros magicos combusserunt; et visa sunt quinquaginta millia (denariorum): in hac demum, Gallione proconsule in tribunali sedente, Paulus verberatus est.*

3. His conspectis quidam viri docti, an Chrysostomus prologi hujusce auctor fuerit, dubitavere. Num Chrysostomus, inquit, in lectione sacræ Scripturæ ita versatus, ignorare potuit, hæc quæ referuntur de Judæis filiis Scevæ, ut dæmonem ejicerent nomen Domini Jesu invocantibus et male multatis; deque iis qui libros magicos combusserunt, quorum pretium erat quinquaginta millium denariorum: hæc, inquam, non Corinthi, sed Ephesi gesta esse, ut ex Actuum libro, cap. 19, liquet? An Chrysostomus dixerit etiam Paulum in conspectu Gallionis verberatum fuisse? id quod in 18 Actuum capite non de Paulo, sed de Sosthene dicitur? Factor certe his continenter positis erroribus me non parum moveri. Licet enim Chrysostomus non infrequenter memoria labatur, et alium pro alio Scripturæ libri commemoret, hic certe major lapsus deprehenditur. Verum, hoc dempto loco, prologus tam apte concinnatus est, ut mihi ipse Chrysostomus loqui videatur; et quod me magis, ut ne doctis illis viris omnino assentiar, detinet, ita desinit prologus, ut idem scriptor homiliam primam incipientem eadem serie pergere deprehendatur. Quod enim aliquando memoria labatur in hoc ipso Tomo videre potes, col. 614, lin. 46, ubi Milesios pro Ephesiis posuit, similiaque alibi non raro deprehendas. Rem tamen eruditi lectoris judicio permitto.

§ II. — 1. Homiliæ in Epistolam primam ad Corinthios Antiochiæ habitæ fuere, ipso teste Chrysostomo. 2. Multa scitu dignissima complectuntur circa philosophos externos: 3. circa hæreticos, Manichæos nempe et Marcionistas. 4. Ridiculus Marcionistarum ritus. 5. Contra Antiochenorum Christianorum mores. 6. Alia quædam observantur.

1. Non abs re fuerit hic referre qua permotus occasione Chrysostomus in Homilia vigesima prima se Antiochiæ concionari declaraverit, col. 178. Divites multi erant in istac urbe, avari, neque ad stipem pauperibus erogandam propensi. Isti inopes quosque obvios, ne teruncio quidem oblato abigebant. Illi vero ut opulentos illos flecterent, dira quæque tentabant. Alii filios excæcare, ut ad commiserationem moverent; alii spectaculi causa, detritorum calceorum coria mandere; alii acutos clavos in caput infigere; hi in aquis gelu concretis nudo ventre immorari; illi his etiam absurdiora et acerbiora sustinere. Hujusmodi vero spectaculis illi opibus circumfluentes commoti, pecuniam largiter effundebant iis, quos obsecrantes antea repulerant. Illos autem acerrime, ut par erat, insectatur S. doctor; utque exemplo illos ad meliorem frugem reducat, Antiochenos illos priscos in memoriam revocat, qui temporibus apostolicis floruerant, et qui primi Christianorum nomine appellati, bona sua

largiter in pauperum et ecclesiarum usum effundebant; ut hinc hodiernis pudorem incuteret. Quia vero divites illi inopes et mendicos ad Ecclesiam Antiochenam, quæ amplissimis redditibus instructa erat, remittere solebant, obnititur ille, aitque, stipem ab Ecclesia erogatam opulentis nihil meriti conferre nisi et ipsi largiter spargerent. In quadam concione superioribus inserta Tomis dixerat ille, Ecclesiam Antiochenam ex proventu suo inopes, viduas et virgines ad ter mille numero quotidie alere. Has igitur Conciones in Epistolam primam Antiochiæ habitas fuisse ex ipsius Chrysostomi testimonio certo constat.

2. Occasione sumpta ex apostolicis verbis, multa sæpe interserit contra philosophos externos et contra idolorum cultores. Primo disputationem quamdam Platonici cum Christiano refert, col. 27, ubi ita inconsulto utrinque adhibentur argumenta, ut ambo contrariam sententiam asserere, suam impugnare deprehendantur. Platonem non raro aggreditur, quem dicit male de diis sentientem ipsos tamen coluisse, col. 241, iter in Siciliam instituisse, col. 36, multumque laborasse circa lineam, angulum et punctum, col. 34. Poetæ cuiusdam profani et ignoti versus affert et Pythiæ turpitudinem historiamque traducit, col. 241 et 242. Socratis exemplum affert, qui dicacem et procacem uxorem patienter ferre solebat: et cum auditores in clamorem et risum erupissent, ipsos compressit Chrysostomus dicens: *Magna voce exclamastis: sed ego valde nunc ingemo, cum videam Græcos magis philosophos esse, quam nos, qui jubemur angelos imitari, imo qui jubemur ipsum æmulari Deum in mansuetudinis ratione*; col. 224. De Diagora item et Theodoro atheis, col. 36 et 37. Deque Pythagora quædam interserit, col. 62 et 63. De Diogene Cynico ait, ipsum inanis gloriæ causa et in dolio habitasse et pannis obsitum sese ostentavisse, col. 302. Aliosque philosophos Græcos pari modo carpit.

3. Manichæos hic non semel impugnat, col. 61, 324, 326, 335, ut etiam in aliis operibus suis. Nam hujus hæreseos virus passim per Orientem serpebat. Puto autem hæreticos illos, qui Chrysostomo teste, col. 356, dicebant aliud corpus a priore diversum resurgere, Manichæos esse, qui cum assererent corpus humanum a malo deo seu a diabolo creatum fuisse, aliud et diversum ab illo resurrecturum esse comminiscabantur: hanc hæreticorum, tacito nomine, opinionem memorat etiam in Homiliis ad secundam Epistolam, col. 470.

4. Marcionistas quoque insectatur, maxime vero cum ad eum locum pervenit, ubi Paulus hæc explicatu difficilia profert: *Alioqui quid facient qui baptizantur pro mortuis*. Ubi quid ea de re sentiant, et quomodo id exsequantur Marcionistæ, sic effert Chrysostomus: *Vultis primum dicam quomodo hanc dictionem adulterant qui morbo laborant Marcionis? Atque scio fore ut risum multum moveam; ideo tamen dicam, ut illorum morbum magis fugiatis. Nam postquam catechumenus quispiam apud illos excesserit, sub lecto mortui absconso aliquo vivente, accedunt ad mortuum et alloquuntur, rogantque velint accipere baptismum. Illo nihil respondente, qui est absconsus inferne pro illo dicit se velle baptizari; et sic eum baptizant pro eo qui excessit, ac si in scena luderent: tantum valuit diabolus in ignavorum animis. Deinde cum accusantur, adducunt hoc verbum, dicentes Apostolum dixisse, Qui baptizantur pro mortuis*. Contra Pneumatomachos, qui negabant Spiritum sanctum esse Deum, pugnat Chrysostomus, col. 245. Sed ea in re non multum immoratur:

5. Antiochenorum etiam Christianorum dissolutos mores orationis vi compescere nititur Chrysostomus. Etenim in connubiorum celebritate, choreæ, cymbala, tibie, verba et cantica obscæna turpiaque adhibebantur, multaque diaboli colluvies erat, inquit ille, col. 103, 104, 105. Hinc appetente nocte nova sponsa cum lucernis in forum ducebatur, comitantibus verberonibus et fugitivis, qui turpia et obscæna quæque proferebant; nam diebus istis omnia licebant: præsentibus etiam virginibus, quæ turpes illas cantilenas exciperent. Deinde vero si infans ex tali connubio nasceretur, superstitione multa videre erat: accensis enim lucernis, quæ nomina indita erant, nato nomen ejus dabant, quæ diutius lumen dedisset, hinc conjicientes futurum esse ut infans diutius viveret. Insuperque *νεπλαπτα* seu ligamina et crepitacula superstitione appendebantur, stamenque coccineum et similia. Nutrices autem et ancillæ, lutum ex balneo sumentes digitoque tingentes, in pueri fronte imprimebant, putantes hinc malum oculum, livorem et invidiam depelli. Multa quoque alia superstitione usu veniebant in partus doloribus, maxime autem in funeribus, ubi præficarum agmen videre erat, more veterum gentilium, col. 105, 106.

Multi etiam apud Christianos Antiochenos erant, qui resurrectioni non credebant, qui genesim observabant: alii dierum observationibus, vaticiniis, auguriis et symbolis; alii ligaminibus et incantationibus dediti erant. Hincque videas Oratori nostro non modicam fuisse declamandi, arguendi, et objurgandi materiam, col. 38.

6. Alia quædam a Chrysostomo sparsim dicta et enuntiata, hic paucis afferenda duximus, in Homilia decima nona, col. 160, postquam de virginitate plurima dixerat, se tamen plurima prætermisisse ratus, ad librum de Virginitate ab se editum remittit, quem librum nos Tomo I, col. 533, edidimus, Homilia autem vigesima quarta, col. 203 et sqq., præsentiam corporis Christi in Eucharistia tam aperte declarat ac repetit, ut nemo, nisi præjudicata opinione admodum detineatur, negare possit eam vere fuisse istius ævi sententiam. Homilia vero quadragesima tertia ait Christianum neminem ad precationem illotis manibus accedere, qui exterior cultus majorem animi præparationem adhibendam esse indicabat.

§ III. — 1. De Homiliis in secundam ad Corinthios Epistolam. 2. Probatur illas etiam Antiochiæ habitas fuisse. 3. Marcion, Manichæus aliique hæretici confutantur. 4. Alia quædam observatu digna.

1. Homilias in secundam ad Corinthios Epistolam non pari elegantia atque prioribus, de

quibus jam actum est, scriptas fuisse quidam opinantur. Breviore utique stylo explanantur. Et quia Chrysostomus in priore epistola Paulum apostolum sequutus, qui Christianos illos, in Ecclesia tumultus et dissidia moventes, vehementer insectabatur, cum acrimonia majore loquitur, in secunda vero cum Apostolo pacatius agit, nec tropis tam frequentibus utitur: non parem certe operam in ambabus adhibuisse videtur.

2. De Homiliis autem in secundam hæc habet Savilius in notis p. 227: *De posteriore ad Corinthios subdubitare me cogit dictio, quam in proxime memoratis paulo accuratior. Si tamen genuinum est Ethicon illud vigesimum sextum, quod inter doctos disceptari video, verba certe illa (col. 582, lin. 30): Nam et hic quoque Constantinum Magnum, etc. Constantinopoli clare indicant.* Quæ ut intelligantur, hæc enim obscurius prolata jacent, hoc modo sunt intelligenda. Savilius Photium sequutus, qui dixerat eas homilias, quas Antiochiæ habuit Chrysostomus, accuratius elaboratas esse quam eas, quas Constantinopoli emiserat, Homilias in Epistolam ad Colossenses, in utramque ad Thessalonicenses, et in Epistolam ad Hebræos, minus elaboratas, Constantinopoli emissas esse dixit; de Homiliis autem in secundam ad Corinthios subdubitare se ait Antiochiæ an Constantinopoli habitæ fuerint, quia majori cum accurate compositione sunt, quam illæ ad Colossenses, etc. Si tamen illud, inquit, quod in Homilia vigesima sexta legitur de Constantini sepulcro, vere Chrysostomi sit, qua de re multi dubitant, Constantinopoli habitæ fuerint. Sic ille de loco illo dubitari an vere Chrysostomi sit necne asserit, neminemque tamen ex dubitantibus nominat: neque ulla dubitandi vel disceptandi causa comparet; in omnibus namque tum Editis tum Manuscriptis habetur, et optime ad seriem quadrat.

Locum vero illum pessime intellexit Savilius, cum putavit illo probari has homilias Constantinopoli fuisse habitas, cum contra probetur illas Antiochiæ dictas fuisse. En ipsum locum Homiliæ vigesimæ sextæ, col. 582, lin. 28: *Atque id non Romæ solum fieri quispiam viderit, sed etiam Constantinopoli. Nam et hic quoque Constantinum Magnum filius ita se ingenti honore affecturum existimavit, si eum in Piscatoris vestibulo conderet.* His porro verbis, *Non Romæ solum, sed etiam Constantinopoli*, aperte declarat se Constantinopoli tunc non fuisse; nusquam enim illum de urbe in qua degit sic loquutum deprehendas. Savilius deceptus id quod sequitur, *Nam et hic*; putavit enim illud, *Et hic*, locum in quo tunc prædicabat Chrysostomus indicare. Verum et hoc loco et paucis postea versibus, et sexcentis alibi *Hic* significat locum de quo loquitur, non locum in quo versatur. Itaque hæc posteriores homiliæ Antiochiæ, non Constantinopoli habitæ fuere: quæ item fuit Tillemontii Cl. V. sententia.

3. Ut in prioribus homiliis Marcionistas exagitat, col. 455, qui dicebant rerum opificem justum esse, sed non bonum; Manichæos item insectatur, qui ore impio hunc rerum opificem diabolum esse pronuntiabant. Hæreticos etiam istos aliquot in locis insectatur, col. 546: necnon et alios qui dicebant mundum ipsum esse deum, qui error etiam ævo nostro renovatus fuit.

4. Alia quoque observatu digna in hisce posterioribus homiliis occurrunt. Opinatur Chrysostomus fratrem illum, de quo dicit Paulus, *Cujus laus est in Evangelio*, esse Barnabam: vulgarior tamen sententia est Lucam esse ab Evangelio quod descripsit laudandum, col. 523, 524. Affirmat quoque S. doctor Alexandrum Magnum a senatu Romano tertium decimum deum declaratum fuisse, col. 581, id quod nusquam memini me legere. Tertius decimus autem deus dictus fuerit, quia duodecim deos Romani admittebant, his duobus versibus comprehensos:

*Juno, Vesta, Minerva, Ceres, Diana, Venus, Mars,
Mercurius, Jovis, Neptunus, Vulcanus, Apollo.*

Ritum porro singularem et usus frequentis commemorat, quod scilicet ii, qui in Ecclesiam ingrediebantur, Ecclesiæ vestibula oscularentur.

Homiliarum in primam Epistolam interpretationem Latinam, quod non accurata esset, pene totam mutavimus; in secunda autem multa correximus.

ΤΟΥ ΕΝ ΑΓΙΟΙΣ ΠΑΤΡΟΣ ΗΜΩΝ

ΙΩΑΝΝΟΥ,

ΑΡΧΙΕΠΙΣΚΟΠΟΥ ΚΩΝΣΤΑΝΤΙΝΟΥΠΟΛΕΩΣ,

ΤΟΥ ΧΡΥΣΟΣΤΟΜΟΥ,

ΥΠΟΘΕΣΙΣ ΤΗΣ ΠΡΟΣ ΚΟΡΙΝΘΙΟΥΣ ΠΡΩΤΗΣ ΕΠΙΣΤΟΛΗΣ.

[1] Ἡ Κόρινθος ἐστὶ μὲν νῦν πόλις τῆς Ἑλλάδος ἡ πρώτη, πολλοῖς δὲ τὸ παλαιὸν πλεονεκτήμασι βιωτικοῖς ἐκόμα, καὶ πρὸ τῶν ἄλλων πάντων τῆ τῶν χρημάτων περιουσίᾳ· διὸ καὶ τις τῶν ἐξωθεν συγγραφέων ἀφνειὸν ἐκάλει τὸ χωρίον. Ἐν γὰρ τῷ Ἰσθμῷ κεῖται τῆς Πελοποννήσου, καὶ πολλὴν εἶχεν ἐμπορίας ὑπόθεσιν. Ἦν δὲ καὶ ῥητόρων πολλῶν ἔμπλεως ἡ πόλις καὶ φιλοσόφων· καὶ τις τῶν ἑπτὰ καλουμένων σοφῶν ἀπὸ τῆς πόλεως ταύτης ἦν. Ταῦτα δὲ ἡμῖν οὐ φιλοτιμίας ἕνεκεν εἰρηται, οὔδε πρὸς

* Nota. — Si quando italico caractere in margine notaverimus : « *Legebatur sic vel sic* ; » aut : « *Deerat hæc vel illa vox* : » intelliget lector, textum vulgatum sive mutatum, sive auctum, sive etiam contractum fuisse vel ex codd. vel etiam ex edd. anterioribus. Multa præterea ex iisdem subsidiis taciti correximus. Edit. PATMOLOGIÆ.

SANCTI PATRIS NOSTRI

JOANNIS CHRYSOSTOMI

ARCHIEPISCOPI CONSTANTINOPOLITANI,

ARGUMENTUM EPISTOLÆ PRIMÆ AD CORINTHIOS (a).

Corinthi dignitas. — Corinthus nunc prima Græciæ civitas multis olim florebat ornamentis et commodis, atque opum abundantia cæteris omnibus præstabat : quapropter ex scriptoribus exteris quispiam

locum vocabat *ἄφρονος* (b), id est opulentum. Sita est enim in Isthmo Peloponnesi et ad mercimonia admodum opportuna erat. Oratoribus autem et philosophis plena erat : atque ex septem illis, qui sapien-

(a) Totum opus a Montf. collatum cum cod. Reg. 1818; sed ex duobus aliis multa addita vel correctæ sunt. ΕΝΤ. ΠΑΡΟΛ.

(b) ἄφρονος τὴν Κόρινθον, inquit Homerus II. Β, v. 570. et post eum Thucydides I, 13, ex opulentia hoc nomen Corintho inlitum dicit. Homeri locum refert Strabo I. 8.

tes vocabantur, quidam Corinthius erat (a). Hæc porro a nobis non ostentationis causa, nec ad eruditionem exhibendam dicta sunt: quid enim juvat hæc nosse? sed hæc ad epistolæ argumentum nobis conferunt. Multa autem in hac urbe passus est Paulus, et Christus in illa apparens ei, dixit: *Ne taceas, sed loquere: quia multus est mihi populus in hac civitate* (Act. 18. 9. 10). Et mansit ibi duos annos. In hac quoque dæmon exiit, quem Judæi adjurantes gravia ab illo passi sunt: in hac item quidam pœnitentia ducti libros magicos combusserunt; et visa sunt quinquaginta millia: in hac demum, Gallione proconsule in tribunali sedente, Paulus verberatus est. Videns ergo diabolus civitatem magnam et populosam veritatem accepisse; illam, inquam, divitiis et sapientia mirabilem, Græcæque præcipuam; res enim Atheniensium et Lacedæmoniorum, sublato jam olim ipsis imperio, misere jacebant: videns item Corinthios alacri animo verbum Dei suscepisse; quid facit? Homines dividit: sciebat enim regnum omnium potentissimum in seipsum divisum stare non posse. Occasionem autem habuit ad insidias parandas, habitantium divitias atque sapientiam. Hinc illis in factiones adversum se mutuo divisus, cum quidam eorum se suo apte arbitrio delegissent, multitudini præfuerunt; et alii quidem his, alii illis sese dediderunt, illis ut divitiis, his ut sapientibus qui plus possent docere: qui, adjunctis sibi illis, gloriabantur se plura dicere, quam Apostolus; id quod etiam ille subindicans dicebat: *Non potui vobis loqui tanquam spiritualibus* (1. Cor. 3. 1). Certe non ex Pauli penuria, sed ex illorum infirmitate factum est, ut non multa audirent: et hoc indicat illud, *Sine vobis divites facti estis* (1. Cor. 4. 8). Quæ res non parva, sed omnium perniciosissima erat, quod Ecclesia discinderetur. Ad hæc autem aliud scelus admittebatur, quod quidam, qui cum noverca sua coiret, nec modo non corripere, sed etiam cœtus cogere, et seque quacibus suis suaderet ut altum saperent. Ideo ait: *Et vos inflati estis, et non magis luxistis* (1. Cor. 5. 2). Ad hæc autem quidam ex iis qui perfectiores habebantur, cum ob ingluviem ea quæ idolis immolata fuerant degustarent, et in templis accumberent, omnia pessumdabant. Alii rursus lites et contentiones habentes pro pecuniis, externis tribunalibus negotia

sua permittebant. Multi quoque comati apud illos circuibant, quos etiam tonderi jubet. Aliud quoque delictum erat non parvum, quod in ecclesiis seorsim comederent, neque egenis impertirent. In alia etiam re peccabant, quod de charismatibus altum saperent, indeque inter illos æmulatio oriretur: quod ipsum quoque Ecclesiam scindebat. Resurrectionis quoque doctrina apud illos claudicabat: quidam enim apud illos futuram corporum resurrectionem non admodum credebant, Græcæ adhuc stultitiæ morbo laborantes. Hæc quippe omnia ortum habebant ex philosophiæ externæ stultitia: et hæc erat malorum mater: hinc discindebantur, quod ipsum a philosophis didicerant. Nam et illi sibi mutuo adversabantur, imperii et vanæ gloriæ causa aliorum semper sententiam impugnantes, et nova prioribus addere studentes. Sic autem affecti erant, quia ratiociniis sua permittebant. Illi autem scripserunt ei per Fortunatum, Stephanam et Achaicum mittentes, quorum opera et ipse Epistolam misit. Et hoc indicavit in fine Epistolæ, non de omnibus loquens, sed de connubio et de virginitate. Ideo dicebat: *De quibus autem scripsistis mihi* (1. Cor. 7. 11). Ille porro et de quibus scripserunt, et de quibus non scripserunt, epistolam texit, cum omnia illorum vitia edidicisset. Et cum literis Timotheum mittit, gnarus vim magnam habituras literas esse, nec parvam accessionem allaturam discipuli præsentiam. Quia vero ii, qui Ecclesiam dividerant, vereates ne ambitionis causa id fecisse viderentur, propositi sui obtentus excogitaverunt, quod niimirum perfectiora docerent et sapientiores alii essent; contra hunc morbum primo insurgit Paulus, radicem malorum deprimens, necnon dissensionem inde subortam: multaque loquendi fiducia vitatur. Hi enim maxime omnium discipuli sui erant; idcirco ait: *Si aliis non sum apostolus, vobis certe sum: vos enim estis signaculum apostolatus mei* (1. Cor. 9. 2); et aliis infirmiores erant; ideo dicit: *Non enim ut spiritualibus loquutus sum: nondum enim poteratis, sed nec nunc potestis* (1. Cor. 3. 2). Hoc autem dicit, ne putarent eum ita loqui de tempore præterito. Cæterum verisimile est non corruptos omnes fuisse, sed quosdam inter illos fuisse admodum sanctos. Et hoc in medio Epistolæ significavit dicens: *Mihi autem pro minimo est ut a vobis judicer; et adjiciens: Hæc autem transfiguravi in me et Apollo* (1. Cor. 3. 6). Quia igitur ex arrogantia omnia gignebantur mala, et quod existimarent se quid amplius scire, hunc morbum ante alios tollit, et incipiens dicit:

(a) Perlander Corinthus septem illis Græcæ sapientibus annumeratur a quibusdam. Non una quippe est in septem sapientium recensione sententia.

HOMILIA I.

CAP. I. v. 1. Paulus vocatus apostolus Christi Jesu per voluntatem Dei, et Sosthenes frater, 2. Ecclesiæ Dei, quæ est Corinthi, sanctificatis in Christo Jesu, vocatis sanctis cum omnibus invocantibus nomen Domini nostri Jesu Christi in omni loco et ipsorum et

nostro: 3. gratia vobis et pax a Deo Patre nostro et Domino Jesu Christo.

1. Vide quomodo statim a principio arrogantiam dejecit, et humi stravit omnem illorum existimationem, vocatum se dicens. Neque enim inveni, inquit,

ἐπίβειξιν πολυμαθείας· (τί γὰρ δὴ καὶ ἐστὶ τὸ ταῦτα εἰδέναι;) ἀλλὰ πρὸς τὴν ὑπόθεσιν ἡμῖν συντελεῖ τῆς Ἐπιστολῆς. Πολλὰ δὲ καὶ αὐτὸς ἐπαθεν ὁ Παῦλος ἐν ταύτῃ τῇ πόλει, καὶ ὁ Χριστὸς δὲ ἐν ταύτῃ αὐτῷ φανεῖς φησι· *Μὴ σιγήσης, ἀλλὰ λάλει· διότι λαὸς μοι πολὺς ἐστὶν ἐν τῇ πόλει ταύτῃ.* Καὶ ἔμεινεν ἐκεῖ δύο ἔτη. Ἐν ταύτῃ καὶ ὁ δαίμων ἐξήλθεν, ὃν οἱ Ἰουδαῖοι ἐφορκίζοντες, τὰ ἀνήκεστα ἐπαθον παρ' αὐτοῦ· ἐν ταύτῃ τὰς βίβλους συναγαγόντες τῶν γοήτων οἱ μετανοήσαντες κατέκαυσαν, καὶ ὤφθησαν μυριάδες πέντε· ἐν ταύτῃ καὶ ἐπὶ Γαλλίωτος τοῦ ἀνθυπάτου ἐπὶ τοῦ βήματος ὁ Παῦλος [2] ἐτύπωτο. Ὅρων τοίνυν ὁ διάβολος πόλιν μεγάλην καὶ πολυάνθρωπον τῆς ἀληθείας ἐπιλημμένην, καὶ πλοῦτου καὶ σοφίας ἔνεκεν θαυμαστήν οὔσαν, καὶ τῆς Ἑλλάδος τὸ κεφάλαιον (τὰ γὰρ Ἀθηναίων καὶ Λακεδαιμονίων ἀθλίως διέκειτο λοιπὸν, τῆς ἀρχῆς πάλαι μεταπεσοῦσης), καὶ θεασάμενος, ὅτι μετὰ πολλῆς τῆς προθυμίας ἐδέξαντο τὸν τοῦ Θεοῦ λόγον, τί ποιεῖ; Διαίρει τοὺς ἀνθρώπους· ἤξει γὰρ, ὅτι καὶ βασιλεία ἡ παῶν ἰσχυροτέρα ἐφ' ἑαυτὴν μερισθεῖσα, οὐ σταθίζεται. Ἔχει δὲ ἀφορμὴν πρὸς τὴν ἐπιβουλὴν ταύτην τὸν πλοῦτον καὶ τὴν σοφίαν τῶν αἰκούντων. Ἐντεῦθεν συμμορίας ποιησάμενοι καθ' ἑαυτοὺς καὶ αὐτοχειροτόνητοι γενόμενοι τινες, προειστήκεσαν τοῦ πλῆθους, καὶ οἱ μὲν τούτους, οἱ δὲ ἐκείνους ἑαυτοὺς προσένεμον, τοῖς μὲν ὡς πλουσίοις, τοῖς δὲ ὡς σοφοῖς· καὶ πλεον τι δυναμένοι διδάσκειν· οἱ δὲ καὶ παραλαβόντες αὐτοὺς, ἐφιλοτιμούντο πλεον τι τοῦ Ἀποστόλου δῆθεν λέγειν· ὅπερ οὐκ καὶ αἰνιττόμενος ἔλεγεν· *Οὐκ ἠδυνήθη ὑμῖν λαλήσαι ὡς πνευματικοῖς.* Δηλονότι οὐ παρὰ τὴν οἰκείαν ἀπορίαν, ἀλλὰ παρὰ τὴν ἐκείνων ἀσθένειαν τὸ μὴ πολλὰ ἀκοῦσαι γέγονε· καὶ τὸ, *Χωρὶς ἡμῶν ἐπλουτήσατε,* τοῦτό ἐστιν ἐνδεικνυμένου. Καὶ ἦν τοῦτο οὐ μικρὸν, ἀλλὰ πάντων ὀλεθριώτερον, τὸ διεσπάσθαι τὴν Ἐκκλησίαν. Καὶ ἕτερον δὲ μετὰ τούτων ἀμάρτημα ἐτολμάτω αὐτόθι, τὸ μητρυῖα τινα συγγενόμενον μὴ μόνον μὴ ἐπιπλήττεσθαι, ἀλλὰ καὶ ὀχλαγωγεῖν, καὶ τοῖς μετ' αὐτοῦ παρέχειν μέγα φρονεῖν· διό φησι· *Καὶ ὑμεῖς περυσιωμένοι ἐστέ, καὶ οὐχὶ μᾶλλον ἐπερθησάτε.* Καὶ μετὰ τοῦτο πάλιν τινὲς τῶν δῆθεν τελειοτέρων, καὶ ὑπὸ γαστριμαργίας τῶν εἰδωλοθύτων ἀπογευόμενοι, καὶ ἐν τοῖς ἱεροῖς κατακλινόμενοι, τὰ πάντα ἐλυμαίνοντο. Ἄλλοι πάλιν μάχας ἔχοντες καὶ φιλονεικίας ὑπὲρ χρημάτων, τοῖς ἔξωθεν δικαστηριοῖς τὰ καθ' ἑαυτοὺς ἐπέτρεπον ἅπαντα· Καὶ κομῆται δὲ πολλοὶ παρ' αὐτοῖς περιήσαν, οὓς καὶ ἀποκείρασθαι κελεύει. Ἦν τι καὶ ἕτερον πλημμελήμα οὐ μικρὸν, τὸ καθ' ἑαυτοὺς ἐσθίειν ἐν ταῖς

Legeatur τὰ καθ' ἑαυτοὺς ἅπαντα ταῦτα ἐπέτρεπον.

ἐκκλησίαις, καὶ μὴ μεταδιδόναι τοῖς δεομένοις. Μετὰ δὲ τοῦτο καὶ ἕτερον ἐπιλημμέλου, ἐπὶ τοῖς χαρίσμασι μέγα φρονούντες, καὶ πρὸς ἀλλήλους ἐντεῦθεν ζηλοτύπως ἔχοντες, ὅπερ καὶ αὐτὸ μάλιστα διέσπα τὴν Ἐκκλησίαν. Καὶ ὁ περὶ τῆς ἀναστάσεως δὲ λόγος ἐχώλευε παρ' αὐτοῖς· ἐνίοι γὰρ αὐτῶν οὐ σφόδρα ἐπίστευον ἀνάστασιν εἶναι σωμάτων, τὰ τῆς Ἑλληνικῆς μωρίας ἐτι νοσοῦντες. Καὶ γὰρ ἅπαντα ταῦτα ἀπὸ τῆς κατὰ τὴν φιλοσοφίαν τὴν ἔξωθεν ἀνοίας ἐτίκτετο, καὶ αὕτη ἦν τῶν κακῶν ἡ μήτηρ· ἐντεῦθεν καὶ διήρητο, καὶ αὐτὸ τοῦτο ἀπὸ τῶν φιλοσόφων μαθόντες. Καὶ γὰρ ἐκεῖνοι κατ' ἀλλήλων ἔστησαν, αἰεὶ ὑπὲρ φιλαρχίας καὶ κενοδοξίας ἕκαστος ἑαυτοῦ ἀλλήλων ἐναντιούμενοι δόγμασι, καὶ σπουδάζοντες ἐφευρεῖν τι τοῖς προτέροις. Ταῦτα δὲ ἐπασχον, ἐπειδὴ λογισμοῖς ἐπέτρεπον τὰ καθ' ἑαυτοῦς. Ἐγραψαν μὲν οὐκ αὐτῷ διὰ Φερτουνάτου καὶ Σεφαναῖ [3] καὶ Ἀγαϊκοῦ, δι' ὧν καὶ αὐτὸς γράφει. Καὶ τοῦτο ἐδήλωσεν ἐν τῷ τέλει τῆς Ἐπιστολῆς, οὐ μὴν περὶ πάντων, ἀλλὰ περὶ γάμου καὶ παρθενίας· διὰ καὶ ἔλεγε· *Περὶ δὲ ὧν ἐγράψατέ μοι.* Αὐτὸς μέντοι, καὶ ὑπὲρ ὧν ἔγραψαν, καὶ ὑπὲρ ὧν οὐκ ἔγραψαν, ἐπιστέλλει, πάντα μετὰ ἀκριβείας μαθῶν αὐτῶν τὰ ἐλαττώματα. Καὶ τὸν Τιμόθεον δὲ ἀποστέλλει μετὰ τῶν γραμμάτων, εἰδὼς ὅτι πολλὴν μὲν ἰσχὺν ἔχει καὶ τὰ γράμματα, οὐ μικρὰν δὲ αὐτοῖς οἴσει προσθήκην καὶ ἡ παρουσία τοῦ μαθητοῦ. Ἐπειδὴ δὲ αἰσχυνόμενοι οἱ διανεμιμάμενοι τὴν Ἐκκλησίαν, μὴ δόξωσι φιλοτιμίας ἔνεκεν τοῦτο πεποιηκέναι, προκαλύμματα τοῦ πάθους ἐπενόησαν, τὸ τὰ τελειότερα δῆθεν διδάσκειν, καὶ σοφώτερον τῶν ἄλλων εἶναι· κατ' αὐτοῦ πρώτον ὁ Παῦλος ἴσταται τοῦ νοσηματος, τὴν ῥίζαν τῶν κακῶν ἀναστέλλων, καὶ τὴν ἐντεῦθεν φεῖσιν διχόνοιαν· καὶ πολλὴ κέχρηται τῇ παρρησίᾳ. Ἦσαν γὰρ αὐτῷ καὶ μαθηταὶ οὗτοι μάλιστα πάντων· διό φησιν· *Εἰ ἄλλοις οὐκ εἰμὶ ἀπόστολος, ἀλλὰ γε ὑμῖν εἰμὶ· ἡ γὰρ σφραγὶς τῆς ἐμῆς ἀποστολῆς ὑμεῖς ἐστέ.* Καὶ ἀσθενέστερόν γε τῶν ἄλλων διέκειντο· διό φησιν, *Οὐ γὰρ ὡς πνευματικοῖς ἐλάλησα· οὐπω γὰρ ἐδύνασθε, ἀλλ' οὐδὲ ἐτι νῦν δύνασθε.* Τοῦτο δὲ λέγει, ἵνα μὴ νομίσωσιν, ὅτι ὑπὲρ τοῦ παρελθόντος τοῦτο λέγει χρόνον. Διὸ ἐπήγαγε· *Ἄλλ' οὐδὲ ἐτι νῦν δύνασθε*· Πλὴν ἄλλ' οὐδὲ πάντα εἰκὸς ἦν διεφθάρθαι, ἀλλ' εἶναι τινες ἐν αὐτοῖς καὶ σφόδρα ἀγίους. Καὶ τοῦτο ἐν μέσῳ τῆς Ἐπιστολῆς ἐδήλωσεν εἰπὼν· *Ἐμοὶ δὲ εἰς ἐλάχιστόν ἐστιν, ἵνα ὑφ' ὑμῶν ἀνακριθῶ,* καὶ ἐπαγαγὼν, *Ταῦτα δὲ μετεσχημάτισα εἰς ἑμαυτόν καὶ Ἀπολλῶ.* Ἐπεὶ οὐκ ἐξ ἀπονοίας πάντα ἐτίκτετο τὰ κακὰ καὶ τοῦ νομίζειν εἰδέναι τι πλεον, ταύτην πρὸ τῶν ἄλλων καθαιρεῖ, καὶ ἀρχόμενός φησι·

^b Deerat ἕκαστος. ^c Verba διὸ... δύνασθε deerrat.

ΟΜΙΛΙΑ Δ'.

Παῦλος κλητὸς ἀπόστολος Χριστοῦ Ἰησοῦ διὰ θελήματος Θεοῦ, καὶ Σωσθένης ὁ ἀδελφός, τῇ Ἐκκλησίᾳ τοῦ Θεοῦ τῆ ὄψῃ ἐν Κορίνθῳ, ἠγιασμένοις ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ, κλητοῖς ἄγίοις σὺν πᾶσι τοῖς ἐπικαλουμένοις τὸ δόγμα τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ ἐν παντὶ τόσῳ αὐτῶν τε καὶ ἡμῶν· χάρις ὑμῖν καὶ εἰρήνη ἀπὸ Θεοῦ Πατρὸς ἡμῶν καὶ Κυρίου Ἰησοῦ Χριστοῦ.

α'. Ὅρα πῶς εὐθέως ἐκ προομιῶν τὸν τύπον κατέβαλε, καὶ γὰρ εὐθέως πάντα αὐτῶν τὴν οἴησιν,

κλητῶν ἑαυτὸν εἰπὼν. Οὐ γὰρ αὐτὸς εὗρον, φησιν, ὅπερ ἔμαθον, οὐδὲ οἰκεία κατέλαβον σοφία, ἀλλὰ διώκων καὶ πορθῶν τὴν Ἐκκλησίαν, ἐκλήθην· Ἐνταῦθα δὲ τοῦ μὲν καλοῦντος τὸ πᾶν· τοῦ δὲ κληθέντος οὐδὲν, ὡς εἰπεῖν, γίνεται, ἣ τὸ ὑπακούσαι μόνον. Χριστοῦ Ἰησοῦ. Ὁ διδάσκαλος ὑμῶν Χριστός· καὶ ὑμεῖς ἀνθρώπους ἐπιγράφεσθε τῆς διδασκαλίας προστάτας· Διὰ θελήματος Θεοῦ. Ὁ γὰρ

^a Deerat ἐκλήθην.

Θεός τούτο ἠθέλησε τὸ οὕτως ὑμᾶς σωθῆναι. Οὐδὲν γὰρ ἡμεῖς κατωρθώσαμεν, ἀλλὰ διὰ τοῦ θελήματος τοῦ Θεοῦ τὴν σωτηρίαν [4] εὐράμεθα· καὶ ἐπειδὴ αὐτῷ ἔδοξεν, φιλήθημεν, οὐκ ἐπειδὴ ἄξιοι ἦμεν.

Πάλιν μετριάξει, συντάττων ἑαυτῷ τὸν ἐλάττονα πολλῶν· καὶ γὰρ πολὺ τὸ μέσον ἦν Παύλου καὶ Σωσθένους. Εἰ δέ, ἔνθα τοσοῦτον ἦν τὸ μέσον, συνέταξεν ἑαυτῷ τὸν καταδέεστερον, τί ἂν ἔχοιεν εἰπεῖν ἐκεῖνοι οἱ τοὺς ὁμοτίμους ὑπερορῶντες; Τῇ *Ἐκκλησίᾳ τοῦ Θεοῦ*. Οὐ τοῦδε καὶ τοῦδε, ἀλλὰ τοῦ Θεοῦ. *Τῇ οὐσῃ ἐν Κορίνθῳ*. Ὁρᾷς τίς καθ' ἐκάστην λέξιν κατέβαλεν αὐτῶν τὸ φῶσφημα, τὴν διάνοιαν ἐθίζων διὰ πάντων πρὸς τὸν οὐρανόν; Ἐκκλησίαν δὲ Θεοῦ καλεῖ, δεικνύς ὅτι ἠνώσθαι αὐτὴν χρῆ. Εἰ γὰρ Θεοῦ ἐστίν, ἡνωται, καὶ μία ἐστίν, οὐκ ἐν Κορίνθῳ μόνον, ἀλλὰ καὶ ἐν πάσῃ τῇ οἰκουμένῃ. Τὸ γὰρ τῆς Ἐκκλησίας ὄνομα οὐ χωρισμοῦ, ἀλλὰ ἐνώσεως ἐστὶ καὶ συμφωνίας ὄνομα. *Ἦγιασμένοι ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ*. Πάλιν τοῦ Ἰησοῦ τὸ ὄνομα, οὐδαμοῦ ἀνθρώπων τίθησι. Τί δὲ ἐστὶν ὁ ἁγιασμός; Τὸ λουτρὸν, ὁ καθαρισμός. Ἄναμιμνήσκει γὰρ αὐτοὺς τῆς οικείας ἀκαθαρσίας, ἧς ὀπήλαξε, καὶ πείθει μικρὰ φρονεῖν· οὐ γὰρ ἐν τοῖς οικείοις κατορθώμασιν, ἀλλ' ἐν τῇ τοῦ Θεοῦ φιλανθρωπίᾳ ἡγιασθήσαν. *Κλητοὶς ἁγίοις*. Καὶ γὰρ τοῦτο αὐτὸ τὸ πιστεῖ σωθῆναι, φησὶν, οὐκ ἐξ ὑμῶν· οὐ γὰρ προσήλθετε πρῶτοι, ἀλλ' ἐκλήθητε. Ὄστε οὐδὲ τὸ μικρὸν τοῦτο, ὑμέτερον ὄλον. Καίτοι εἰ καὶ προσήλθετε, μυρίων ὄντες ὑπεύθυνοι κακῶν, οὐδὲ οὕτως ὑμῖν χάρις, ἀλλὰ τῷ Θεῷ.

Διὰ τοῦτο καὶ Ἐφεσίοις γράφων ἔλεγε· *Χάριτί ἐστε σεσωσμένοι διὰ πίστεως, καὶ τοῦτο οὐκ ἐξ ὑμῶν*. Οὐδὲ ἡ πίστις ὑμῶν δόλοκληρος· οὐ γὰρ ὑμεῖς ἐπιστεύσατε προλαβόντες, ἀλλὰ κληθέντες ὑπῆκούσατε. *Σὺν πίστι τοῖς ἐπιουλομένοις τὸ ὄνομα τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ*. Οὐ τοῦ δεινός καὶ τοῦ δεινός, ἀλλὰ τὸ ὄνομα τοῦ Κυρίου. *Ἐν παντί τόπῳ αὐτῶν τε καὶ ἡμῶν*. Εἰ γὰρ καὶ πρὸς Κορινθίους τὰ γράμματά ἐστι γεγραμμένα μόνον, ἀλλὰ καὶ πάντων τῶν ἐν πάσῃ τῇ γῆ μέμνηται πιστῶν, δεικνύς ὅτι τὴν ἐπὶ τῆς οἰκουμένης μίαν δεῖ εἶναι Ἐκκλησίαν, καίτοι τόποις πολλοῖς κειρωσμένην, καὶ πολλῶ μᾶλλον τὴν ἐν Κορίνθῳ. Εἰ δὲ ὁ τόπος χωρίζει, ἀλλ' ὁ Κύριος αὐτοὺς συνάπτει κοινὸς ὢν· διὸ καὶ ἐνῶν αὐτοὺς ἐπήγαγε τὸ, *Ἡμῶν τε καὶ αὐτῶν*. Πολλὸ δὲ τοῦτο ἐκείνου κυριώτερον. Ὄσπερ γὰρ οἱ ἐν ἐνὶ τόπῳ ὄντες, ὅταν πολλοὺς ἔχουσιν ἐναντίους δεσπότας, διεσπασμένοι εἰσὶ, καὶ οὐδὲν ἀπὸ τοῦ τόπου εἰς ὁμόνοιαν ὠφελοῦνται, διάφορα τῶν δεσποτῶν ἐπιταττόντων, καὶ πρὸς ἑαυτοὺς ἐκόντων (Ὁὐ δύνασθε γὰρ, φησὶ, Θεῷ δουλεῦν καὶ μιμνησθῆναι)· οὕτως οἱ ἐν διαφόροις τόποις ὄντες, ἐὰν μὴ διαφόρους ἔχουσιν κυρίους, ἀλλ' ἓνα μόνον, οὐδὲν ἀπὸ τῶν τόπων εἰς ὁμόνοιαν παραβιάπτονται, τοῦ Κυρίου τοῦ ἐνὸς συνάπτοντος αὐτοὺς. Οὐ λέγω τοῖνυν, φησὶν, ὅτι πρὸς Κορινθίους Κορινθιοὶ ὄντες ὁμοιοῦν ὠφείτετε μόνον, ἀλλὰ καὶ πρὸς πάντας τοὺς ἐν τῇ οἰκουμένῃ πάσῃ, κοινὸν ἔχοντες δεσπότην. Διὰ τοῦτο καὶ ἐκ δευτέρου προσέθηκε τὸ, *Ἡμῶν*. Ἐπειδὴ γὰρ εἶπε, *Τὸ ὄνομα τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ*, ἵνα μὴ δόξη χωρίζειν παρὰ τοῖς ἀνοήτοις, ἐπάγει πάλιν, *Κυρίου ἡμῶν τε καὶ αὐτῶν*. Καὶ ἵνα [5] σαφέστερον ὁ λέγω γένηται, ἀναγνώσσομαι κατὰ τὸ νόημα οὕτως· Παῦλος καὶ Σωσθένης τῇ Ἐκκλησίᾳ τοῦ Θεοῦ τῇ οὐσῃ ἐν Κορίνθῳ, καὶ πᾶσι τοῖς ἐπικαλουμένοις τὸ ὄνομα τοῦ Κυρίου ἡμῶν τε καὶ αὐτῶν ἐν παντί τόπῳ,

κᾶν ἐν Ῥώμῃ, κᾶν ὅπου δήποτε ἂν ᾧσι· *Χάρις ὑμῖν καὶ εἰρήνη ἀπὸ Θεοῦ Πατρὸς ἡμῶν καὶ Κυρίου Ἰησοῦ Χριστοῦ*. Ἡ οὕτω πάλιν, ὁ καὶ μᾶλλον ἠγοῦμαι ἀληθέστερον εἶναι· Παῦλος καὶ Σωσθένης τοῖς ἐν Κορίνθῳ ἠγιασμένοις, κλητοῖς ἁγίοις σὺν πᾶσι τοῖς ἐπικαλουμένοις τὸ ὄνομα τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ ἐν παντί τόπῳ αὐτῶν τε καὶ ἡμῶν. Τούτῃστι, Χάρις ὑμῖν καὶ εἰρήνη ὑμῖν τοῖς ἐν Κορίνθῳ ἠγιασμένοις, καὶ κλητοῖς γενομένοις· οὐ μόνον, ἀλλὰ μετὰ πάντων τῶν ἐν παντί τόπῳ ἐπικαλουμένων τὸ ὄνομα τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ καὶ αὐτῶν. Εἰ δὲ ἀπὸ χάριτος ἡ εἰρήνη, τί μέγα φρονεῖς, τί μέγα φουᾷς, χάριτι σωθεῖς; εἰ δὲ εἰρήνην ἔχεις πρὸς τὴν Θεὸν, τί ἐτέροις σεαυτὸν προσέμεις^b; τοῦτο γὰρ διαστασιάζειν ἐστὶ. Τί γὰρ, εἰ πρὸς τίνδε εἰρηνεύετε καὶ πρὸς τίνδε, καὶ χάριν ἔχετε; Ἐγὼ δὲ ἀπὸ τοῦ Θεοῦ αἰτῶ ταῦτα ὑμῖν ἀμφοτέρω γενέσθαι, καὶ ἀπ' αὐτοῦ καὶ πρὸς αὐτόν. Οὔτε γὰρ βεβαία μένει^c, ἂν μὴ τῆς ἀνωθεν ἀπολαύσῃ ῥοπῆς· οὔτε, ἐὰν μὴ πρὸς αὐτόν ἦ, ἔσται τι πλεον ὑμῖν. Οὐδὲν γὰρ ὄφελος ἡμῖν, κᾶν πρὸς πάντας ὡμεν εἰρηνοί, πρὸς δὲ τὸν Θεὸν ἐκπετολεμωμένοι· ὥσπερ οὐδὲν βλάβος ἡμῖν, κᾶν παρὰ πάντων πολεμώμεθα, τῷ δὲ Θεῷ εἰρηνεύωμεν· καὶ πάλιν οὐδὲν ὄφελος, κᾶν παρὰ πάντων εὐδοκιμώμεν, τῷ δὲ Κυρίῳ προσκρούωμεν· ὥσπερ οὐδεὶς κίνδυνος, κᾶν πάντες ἡμᾶς ἀποστρέφωμεν: καὶ μισῶσιν, ὁ δὲ Θεὸς ἀποδέχεται καὶ φιλεῖ. Ἡ γὰρ ὄντως χάρις, ἡ ὄντως εἰρήνη, παρὰ τοῦ Θεοῦ. Ὁ μὲν γὰρ τὴν παρὰ τῷ Θεῷ χάριν ἔχων, οὐδένα δέδοικε, κᾶν μυρία πάσῃ δεινά· οὐ λέγω ἀνθρώπων, ἀλλ' οὐδὲ αὐτὸν τὸν διάβολον· ὁ δὲ τοῦτῃ προσκεκρουκός, πάντας ὑποπτεύει, κᾶν ἐν ἀσφαλείᾳ εἶναι δοκῇ. Ἄστατον γὰρ τὸ τῶν ἀνθρώπων γένος, καὶ οὐ φιλοὶ μόνον καὶ ἀδελφοί, ἀλλ' ἦδη καὶ πατέρες μεταβαλλόμενοι, πολλαῖς ἀπὸ πικρᾶς αἰτίας τοῦτον, ὃν ἐγέννησαν, ὃν ἐφύτευσαν, πάντων πολεμίων μᾶλλον ἦλκασαν· καὶ παῖδες πατέρας ἐξέβαλον. Σκόπει δέ.

β'. Εἶχε χάριν ὁ Δαυὶδ παρὰ τῷ Θεῷ· εἶχε χάριν ὁ Ἀβεσαλώμ παρὰ τοῖς ἀνθρώποις· οἶον οὖν τέλος ἐκάτερος ἔσχε, καὶ τίς ἠδοκίμησε μᾶλλον, ἴτε. Εἶχε χάριν ὁ Ἀβραάμ παρὰ τῷ Θεῷ, ὁ δὲ Φαραὼ παρὰ τοῖς ἀνθρώποις· χαρίζομενοι γὰρ αὐτῷ, τὴν γυναῖκα τοῦ δικαίου προῦδωκαν. Τίς οὖν λαμπρότερος γέγονε καὶ μακάριος, παντὶ τοῦ δήλου. Καὶ τί λέγω περὶ δικαίων; Εἶχον χάριν οἱ Ἰσραηλῖται παρὰ τῷ Θεῷ, ἐμισοῦντο δὲ παρὰ ἀνθρώπων τῶν Αἰγυπτίων· ἀλλ' ὁμῶς τῶν μισούντων περιεγένοντο, καὶ ἐκράτησαν, μεθ' ὅσης ἅπαντες ἴστε περιφανείας. Τοῦτο τοῖνυν σπουδάζωμεν ἅπαντες· κᾶν δούλος ἦ τις, τοῦτο εὐχέσθω, πρὸ τοῦ δεσπότου παρὰ τῷ Θεῷ χάριν εὐρεῖν· [6] κᾶν γυνὴ τις ἦ, πρὸ τοῦ ἀνδρὸς παρὰ τοῦ Σωτῆρος Θεοῦ ζητεῖτω χάριν· κᾶν στρατιώτης ἦ, πρὸ τοῦ βασιλέως καὶ πρὸ τοῦ ἀρχοντος τὴν ἀνωθεν εὐνοίαν ζητεῖτω· οὕτω γὰρ καὶ παρὰ ἀνθρώποις ἐπέραστος ἔσῃ. Πῶς δ' ἂν τις εὖροι χάριν παρὰ τῷ Θεῷ; Πῶς δὲ ἐτέρως, εἰ μὴ ἀπὸ ταπεινοφροσύνης; Ὁ Θεὸς γὰρ, φησὶν, *ὑπερηφάνους ἀντιτάσσειται, ταπεινοὶς δὲ διδῶσι χάριν*^d· καὶ, *Θυσία τῷ Θεῷ πνεῦμα συντετριμμένον, καὶ τεταπεινωμένην καρδίαν ὁ Θεός οὐκ ἐξουθενώσει*. Εἰ γὰρ παρὰ ἀνθρώποις οὕτω ποθεινὸν τὸ ταπεινὸν, πολλῶ μᾶλλον παρὰ Θεῷ. Οὕτω καὶ οἱ ἐξ ἐθνῶν χάριν εὖρον, οὕτω καὶ οἱ Ἰουδαῖοι τῆς χάριτος ἐξέπεσον. *Τῇ γὰρ δικαιοσύνῃ τοῦ Θεοῦ οὐχ ὑπετάθη·*

^a Legebatur Ἀπολλῶ.

^b Legebatur προσέμεις. ^c Savilius legendum putat μένοι.

id quod didici, neque ex mea sapientia apprehendi, sed cum Ecclesiam persequerer et devastarem, vocatus sum. Hic autem totum vocantis est, vocati nihil, ut ita dicam, nisi quod obediat. *Christi Jesu*. Magister vester Christus est: et vos inscribitis homines doctrinæ præfectos? *Per voluntatem Dei*. Deus enim hoc voluit ut vos sic salvi essetis. Nos enim nihil præclare egimus, sed per voluntatem Dei salutem invenimus; et quia id ipsi placuit, vocati sumus, non quod digni essemus.

Pauli modestia. — Et *Sosthenes frater*. Rursus modeste agit, minorem in eodem secum ordine ponens: nam multum spatii erat Paulum inter et Sosthenem. Quod si cum tantum interesset discriminis, inferiorem sibi adjunxit, quid dicere possint illi, qui honore sibi pares despiciunt? *Ecclesiae Dei*. Non hujus aut illius, sed *Dei*. *Quæ est Corinthi*. Viden' quomodo in singulis dictionibus illorum fastum dejiciat, per omnia mentem cælo assuefaciens. Ecclesiam autem Dei vocat, ostendens eam oportere esse unitam. Si enim Dei est, unita et una est, non Corinthi solum, sed etiam in toto orbe. Ecclesiae quippe nomen non separationis, sed unionis et concordiae nomen est. *Sanctificatis in Christo Jesu*. Rursus nomen Jesu, et nusquam hominum nomen ponit. Quid est autem sanctificatio? Lavacrum, purgatio. In memoriam enim illis revocat immunditiam suam, a qua liberavit eos, et suadet ut humiliter sentiant: non enim ex præclaris suis gestis, sed ex Dei clementia sanctificati sunt. *Vocatis sanctis*. Etenim hoc ipsum, inquit, ex fide salutem consequi, non ex vobis est: non enim primi accessistis, sed vocati estis. Itaque neque illud exiguum a vobis totum est. Quamquam etiamsi accesseritis innumeris obnoxii malis, neque sic vobis gratia habenda est, sed Deo.

Ecclesiae unitas. — Quapropter ad Ephesios scribens dicebat: *Gratia salvi facti estis, per fidem, et hoc non ex vobis* (Ephes. 2. 8). Neque fides vestra tota ex vobis: neque enim vos credendo prævenistis, sed vocati obedistis. *Cum omnibus invocantibus nomen Domini nostri Jesu Christi*. Non hujus aut illius, sed *Nomen Domini*. In omni loco et ipsorum et nostro. Etiamsi enim literæ ad Corinthios solum scriptæ sint; at omnes in universa terra fideles memorat, ostendens unam esse debere in orbe Ecclesiam, licet multis in locis separatam, multoque magis eam quæ est Corinthi. Quod si locus separat, at Dominus illos conjungit, communis cum sit: ideo conjungens illos subjunxit, *Et nostri et ipsorum*. Est autem hoc illo magis proprium. Sicut enim ii, qui uno in loco sunt, cum plurimos habent dominos contrarios, divisi sunt et nihil ad concordiam a loco juvantur, dominis diversa jubentibus et ad se trahentibus: *Non potestis enim, inquit, servire Deo et mamonæ* (Matth. 6. 24): sic qui in diversis locis sunt, si non diversos habebant dominos, sed unum tantum, nihil ad concordiam servandam a locis læduntur, uno domino illos copulante. Non dico igitur, inquit, vos, Corinthii cum sitis, cum Corinthiis tantum concordies esse debere, sed cum

omnibus qui in orbe sunt, cum communem habeatis Dominum. Ideo secundo adjecit, *Nostri*. Quia enim dixit, *Nomen Domini nostri Jesu Christi*; ne apud insipientes separare videretur, rursus adjecit, *Domini nostri et ipsorum*. Et ut clarius evadat id quod dico, sic legam ut sensus postulat: Paulus et Sosthenes Ecclesiae Dei, quæ est Corinthi, et omnibus invocantibus nomen Domini nostri et ipsorum in omni loco, sive Romæ, sive ubicumque fuerint: *Gratia vobis et pax a Deo Patre nostro et Domino Jesu Christo*. Vel sic rursus, ut etiam melius esse existimo: Paulus et Sosthenes iis qui Corinthi sunt sanctificatis, vocatis sanctis cum omnibus qui invocant nomen Domini nostri Jesu Christi in omni loco ipsorum et nostri. Id est, *Gratia vobis et pax vobis, qui Corinthi estis sanctificati et vocati; non solis, sed cum omnibus qui in omni loco invocant nomen Domini nostri Jesu Christi et ipsorum*. Si autem ex gratia pax est, cur magnum sapis? cur tantum inflaris, cum per gratiam servatus sis? Si vero pacem habes apud Deum, cur te aliis adscribis? hoc enim est dissidere. Quid enim, si cum hoc et cum illo gratiam habetis? Ego autem peto, ut a Deo hæc vobis utraque flant, et ab illo et ad illum. Neque enim firma manserint, nisi superna gratia fruantur: neque si non sint ad ipsum, nobis quidquam proderunt, si cum omnibus pacem habentes, cum Deo bellum habeamus; ut nihil nocenti nobis erit, si ab omnibus impugnemur, et cum Deo pacem habeamus: ac rursus nulla utilitas si ab omnibus celebremur, et Dominum offendamus; ut etiam nullum periculum, si omnes nos aversentur et odio habeant, Deusque nos approbet et diligat: vera enim gratia et vera pax a Deo est. Nam qui gratiam quæ a Deo est habet, neminem timet, etiamsi innumera gravia patiat; nec dico hominem, sed neque etiam diabolum. Qui vero Deum offendit, omnes suspectos habet, etiamsi in tuto esse videatur. Instabile namque est genus hominum; et non solum amici et fratres, sed etiam patres, parva sæpe de causa mutati, quem genuerunt, quem procreaverunt, magis quam omnes hostes abjecerunt; et filii patres extulerunt. Animum adhibe.

2. *Gratia Dei querenda, non hominum.* — Gratiam habuit David apud Deum; gratiam habuit Absalom apud homines: quem finem uterque habuit, et uter magis probatus et clarus fuerit, nostis. Gratiam habuit Abraham apud Deum, Pharo autem apud homines: hi namque gratiam ejus occupantes uxorem justi ipsi prodiderunt: uter igitur splendidior, uter beatus fuerit, cuivis perspicuum est. Ecquid de justis loquor? Gratiam apud Deum habuere Israelitæ, et odio habebantur ab hominibus Ægyptiis: et eos qui se odio habebant superarunt, idque conspicuo quo scitis omnes modo. Hoc ergo curemus omnes: quamvis servus quis sit, hoc precetur ut apud Deum magis quam apud herum suum gratiam inveniat; quamvis uxor fuerit, plus quam conjugis Servatoris sui Dei gratiam querat; quamvis miles, magis quam Imperatoris aut principis, supernam benevolentiam expetat: sic enim etiam apud homines amabilis eris. Quomodo autem

quis gratiam inveniat apud Deum? Quo alio modo, quam ab humilitate? *Deus enim*, inquit, *superbis resistit, humilibus autem dat gratiam* (Prov. 3. 34); et, *Sacrificium Deo spiritus contribulatus, et, Humiliatum cor Deus non despiciet* (Psal. 50. 19). Nam si apud homines tam desiderabilis est humilitas, multo magis apud Deum. Ita et gentiles gratiam invenerunt, ita et Judæi gratia exciderunt: *Justitiæ namque Dei non subjecti fuerunt* (Rom. 10. 3). Humilis gratus et suavis omnibus est, perpetuo in pace vivens, nullamque habens belli occasionem. Etiam si illum contumelia et conviciis afficiat, etiam si quidvis dixeris, tacebit ille et leniter feret; et tantam servavit apud omnes pacem, quantam ne dicere quidem possis, etiamque apud Deum. Mandata quippe Dei eo tendunt, ut cum hominibus pax habeatur: et vitam nostram ita recte transigimus, si mutua cum aliis pace fruamur. Deum enim nemo lædere poterit: natura quippe illa perniciæ obnoxia non est et omni passioni superior. Nihil ita mirabilem Christianum reddit ut humilitas. Audi enim Abrahamum dicentem: *Ego autem sum terra et cinis* (Gen. 18. 27); et Deum rursus de Moyse, quod fuerit omnium hominum mitissimus. Nihil enim illo humilior fuit, qui cum tanti populi dux esset, cum regem et exercitum Ægyptiorum omnium quasi muscas in mare demersisset, et tanta in Ægypto, tanta in mari Rubro et in deserto perpetrasset, tantarumque rerum testimoniis frueretur, sic affectus erat quasi unus ex plebe; eratque socero gener humilior, illiusque consilium accepit. Non moleste tulit, non dixit: Quid hoc? post tot tantaque præclare gesta venisti nobis cõsilia daturus? Quod tamen multi faciunt, etiam si quis optimum det consilium, personæ humilitatem despectui habentes. At non sic ille, sed per humilitatem omnia recte agebat. Hinc aulæ despexit regias, quia vere humilis erat: mentem enim sanam et excelsam facit humilitas. Quantæ enim et mentis et animi magnitudinis fuerit et donum et mensam regiam despiciere? Reges enim quasi dii colebantur apud Ægyptios, ac divitiis thesaurisque fruebantur innumeris. Attamen ille his omnibus dimissis, abjectisque Ægypti sceptris, ad captivos et oppressos, qui in luto et lateribus versabantur, quos servi regis horrebant: nam illos abominabantur Ægyptii (Exod. 1. 13), inquit: ad hos confugit, illosque dominis præposuit. Unde palam est, hunc humilem, excelsum magnanimumque esse. Arrogantia enim ex vili mente et illiberali animo nascitur; mansuetudo autem ex magno et excelso animo.

3. *Humilitas commendatur.* — Et si placet, utrumque exemplis discantiamus. Dic enim mihi, qui Abrahamo excelsus fuit? Atqui ille erat qui dicebat, *Ego sum terra et cinis* (Gen. 18. 27): ille erat qui dicebat, *Ne sit pugna inter me et te* (Gen. 13. 8). Verum hic humilis manubias despexit Persicæ, et barbarica contempsit tropæa. Hoc porro ex animi magnitudine et sublimitate faciebat. Ille namque vere sublimis est, qui sincere est humilis, non adulator, non qui ironia utitur. Aliud enim est magnanimitas,

aliud arrogantia: hoc autem hinc manifestum est. Sit quis lutum esse lutum putans et illud despiciat; alius autem qui lutum pro auro habeat, admiretur et magni faciat: uter excelsi animi est? annon is, qui lutum non admiratur? uter vero abjecti animi et vilis est? nonne qui illud admiratur et magni facit? Ita hic etiam reputa: eum nempe, qui se terram et cinerem dicit, excelsum esse, quamvis hoc dicat ex humilitate; illum vero, qui se nec terram nec cinerem esse putat, sed seipsum colit et altum de se sapit, vilem utique esse, qui parva magni faciat. Unde palam est ex magna animi sublimitate patriarcham hanc emisisse vocem, *Ego autem sum terra et cinis*; ex mentis sublimitate, non ex arrogantia. Quemadmodum enim in corporibus aliud est vegetum et bona carnis habitudine esse, aliud esse humore inflatum, licet in utroque caro promineat; at in hoc corrupta, in illo sana: ita etiam aliud est esse arrogantem, quod est esse humore turgentem; aliud esse sublimem, quod est vegetum esse. Et rursus, est quidam corporis statura procerus; alius autem brevis statura, acceptis calceis sit altior: utrum ergo vocabimur procerum et magnum, quæso? annon eum, qui ex natura sua procerus est? Ille enim alienum hoc habet, et super humilia ascendens, sic procerus effectus est: id quod etiam multi homines faciunt, qui pecuniis et gloria sese extollunt, idque non est altitudo. Excelsus enim est ille, qui horum nullo opus habens, sed omnia despiciens, in se magnitudinem obtinet. Simus ergo humiles, ut sublimes efficiamur: nam *Qui se humiliat, exaltabitur* (Matth. 23. 12), inquit. Sed non ille arrogans talis est; omnium quippe est vilissimus: bulla enim inflatur, sed hæc inflatio non solida est. Ideo hujusmodi homines inflatos vocamus. Qui enim moderate sentit, ne in magnis quidem altum sapit, vilitatem suam notam habens: qui autem vilis est, etiam in parvis magnum sapit. Adipiscamur ergo ex humilitate sublimitatem: consideremus humanarum rerum naturam, ut futurorum desiderio incendamur. Non alio quippe modo potest quis humilis fieri, quam per divinarum rerum amorem et præsentium despectum. Ut enim si quis regnum sit assequuturus, deindeque pro illa purpura aliquis ei vulgarem exhibeat honorem, illum nihili faciet: ita et nos præsentia omnia deridebimus, si honorem illum concupiscamus. Non videtis pueros, cum ludentes aciem statuunt et milites, præcedentibus præconibus et flictoribus, et puer medius instar ducis incedit, et quam sint illa puerilia? Talia sunt humana, et his viliora, quæ hodie sunt, et cras non erunt. Simus ergo his altiores, et non solum hæc non concupiscamus, sed etiam erubescamus, si quis nobis illa tribuat. Ita enim horum depulso amore, divinum illum consequemur, et immortaliter fruemur gloria: quam nos omnes assequi contingat gratia et benignitate Domini nostri Jesu Christi, quicum Patri unaque Spiritui sancto gloria, imperium, honor, nunc et semper, et in sæcula sæculorum. Amen.

σαν. Ὁ ταπεινὸς οὗτος, καὶ ἐπίχαρις γίνεται καὶ πᾶσιν ἡδύς, καὶ εἰρήνην σύντροφος διηνεκεῖ, καὶ οὐδεμίαν ἔχων πολέμων ὑπόθεσιν. Κἂν γὰρ ὕβρισης, κἂν λοιδορήσης, κἂν ὀτιοῦν εἴπῃς, σιγήσεται καὶ πρῶτος οἴσει, καὶ τοσαύτην ἔξει τὴν εἰρήνην πρὸς πάντας, ὅσην οὐδὲ ἔστιν εἰπεῖν, καὶ πρὸς τὸν Θεὸν δέ. Τὰ γὰρ τοῦ Θεοῦ προστάγματα, μετὰ ἀνθρώπων εἰρηνεύειν ἐστὶ, καὶ ὁ βίος ἅπας ἡμῖν οὕτω κατορθοῦται ἐν τῇ πρὸς ἀλλήλους εἰρήνῃ· οὐ γὰρ δὴ Θεὸν τις ἀδικῆσαι δυνήσεται· ἀνώλεθρος γὰρ ἡ φύσις ἐκεῖνη, καὶ παντὸς ἀνωτέρα πάθους. Οὐδὲν οὕτω θαυμαστόν ποιεῖ τὸν Χριστιανὸν, ὡς ταπεινοφροσύνη. Ἄκουσον γοῦν τοῦ Ἀβραάμ λέγοντος· Ἐγὼ εἰμι γῆ καὶ σποδός· καὶ τοῦ Θεοῦ περὶ Μωϋσέως πάλιν, ὅτι πρῶτος ἦν πάντων ἀνθρώπων. Οὐδεὶς γὰρ ἐκείνου ταπεινότερος ἢ γέγονεν, ὃς δῆμον τοσοῦτον ἄγων, καὶ τὸν βασιλεῖα καὶ τὸ στρατόπεδον ἅπαν τῶν Αἰγυπτίων καθάπερ μίαια καταποντίσας, καὶ τοσαῦτα μὲν ἐν Αἰγύπτῳ, τοσαῦτα δὲ ἐπὶ τῆς Ἐρυθρᾶς θαλάσσης ἐργασάμενος καὶ ἐπὶ τῆς ἐρήμου, καὶ τοσαύτης ἀπολαύσας μαρτυρίας, ὡς εἰς τῶν πολλῶν ὢν, οὕτω δίκαιε· καὶ τοῦ κηδεστοῦ γαμβρὸς ταπεινότερος ἦν, καὶ ἐδέχετο τὴν παρ' ἐκείνου γνώμην. Καὶ οὐδὲ ἐδυσχέραίεν οὐδὲ εἶπε· Τί τοῦτο; μετὰ τοιαῦτα καὶ τοσαῦτα κατορθώματα ἤλθες ἡμῖν συμβουλεύων; ὅπερ πάχουσαι οἱ πολλοί, κἂν ἀρίστην τις εἰσηγήσεται γνώμην, διὰ τὸ τοῦ προσώπου ταπεινὸν καταφρονούντες. Ἄλλ' οὐκ ἐκεῖνος οὕτως, ἀλλὰ διὰ ταπεινοφροσύνης πάντα κατώρθου. Ἐντεῦθεν καὶ τῶν βασιλικῶν καταφρόνησεν αὐτῶν, ἐπειδὴ ταπεινὸς ἦν ὄντως· τὸ γὰρ ὄχιδεν φρόνημα καὶ τὸ ὑψηλὸν ἢ ταπεινοφροσύνη ποιεῖ. Πόση γὰρ οἶσι μεγαλοφροσύνης εἶναι καὶ μεγαλοψυχίας τὸ καὶ οἰκίας καὶ τραπέζης ὑπεριδεῖν βασιλικῆς; Καὶ γὰρ ὡς θεοὶ τιμῶνται οἱ βασιλεῖς παρ' Αἰγυπτίους, καὶ πλοῦτος καὶ θησαυρῶν ἀπολαύσας μυρίων. Ἄλλ' ὁμως πάντα ἀφείλε ἐκεῖνα, καὶ αὐτὰ τῆς Αἰγύπτου βίβας τὰ σκῆπτρα, τοῖς αἰχμαλώτοις καὶ καταπονημένοις, τοῖς ἐν τῷ πληθῶ καὶ τῇ πλινθείᾳ δαπανωμένοις, οὓς οἱ δοῦλοι αὐτοῦ ἐβδελύττοντο (ἐβδελύττοντο γὰρ αὐτοὺς οἱ Αἰγύπτιοι, φησί), τοῦτοις προσέβραμε, καὶ τῶν δεσποτῶν αὐτοῦς προσέθει. Ὅθεν δῆλον, ὅτι ὁ ταπεινός, οὗτος ἐστὶν ὁ ὑψηλός καὶ μεγαλόφρων. Καὶ γὰρ ἡ ἀπόνοια ἀπὸ εὐτελοῦς γίνεται διανοίας καὶ ἀγεννοῦς ψυχῆς, καὶ ἡ [7] ἐπιείκεια ἀπὸ μεγαλόφρονος, ἀπὸ μεγαλειψύχου γνώμης.

• γ'. Καὶ εἰ βούλεσθε, ἐπὶ τῶν ὑποδειγμάτων ἐκάτερα ἐξετάζωμεν. Εἰπέ γὰρ μοι, τί τοῦ Ἀβραάμ γέγονεν ὑψηλότερον; καίτοι γε ἐκεῖνος ἦν ὁ λέγων· Ἐγὼ εἰμι γῆ καὶ σποδός· ἐκεῖνος ἦν ὁ λέγων· Μὴ ἔστω μάχη ἀνά μέσον ἐμοῦ, καὶ ἀνά μέσον σοῦ. Ἄλλ' οὗτος ὁ οὕτω ταπεινὸς λαφύρων καταφρόνησε Περσικῶν, καὶ τροπαίων ὑπερεῖδε βαρβαρικῶν. Τοῦτο δὲ ἀπὸ πολλῆς ὑψηλοφροσύνης καὶ μεγαλοφροσύνης διανοίας ἐποίει. Ἐκεῖνος γὰρ ἐστὶν ὑψηλός ὁ γνησίως ταπεινός, οὐχ ὁ κολαζ οὐδὲ ὁ εἴρων. Ἐτερον γὰρ μεγαλοφροσύνη, καὶ ἔτερον ἀπόνοια· καὶ τοῦτο δῆλον ἐκείθεν. Εἴ τις γὰρ τὸν πηλὸν πηλὸν ἠγοῖτο^β καὶ καταφρονῶν, ἕτερος δὲ τις τὸν πηλὸν ὡς χρυ-

σὸν θαυμάζει καὶ μέγα ἄγοι, τίς ἄρα ἐστὶν ὁ ὑψηλός; οὐχὶ ὁ τὸν πηλὸν μὴ θαυμάζων; τίς δὲ ὁ ταπεινός καὶ εὐτελής; οὐχὶ ὁ θαυμάζων αὐτὸν, καὶ μέγα τιθέμενος; Οὕτω δὴ καὶ ἐνταῦθα λογίσει, ὅτι ὁ μὲν γῆν καὶ σποδὸν ἑαυτὸν λέγων, ὑψηλός ἂν εἴη, καίτοι γε ἀπὸ ταπεινοφροσύνης λέγει· ὁ δὲ μὴ γῆν καὶ σποδὸν ἑαυτὸν νομίζων, ἀλλὰ περὶέπων ἑαυτὸν, καὶ μεγαλοφρονῶν, οὗτος μὲν οὖν ἂν εἴη εὐτελής τὴν μικρὰ μέγала τιθέμενος. Ὅθεν δῆλον, ὅτι ἀπὸ πολλοῦ διανοίας ὕψους ἐφθέγγετο τὸ βῆμα ἐκεῖνο ὁ πατριάρχης, Ἐγὼ δὲ εἰμι γῆ καὶ σποδός· ἀπὸ ὕψους, οὐκ ἀπὸ ἀπονοίας. Καθάπερ γὰρ ἐπὶ σωμάτων ἄλλο μὲν ἐστίν, εὐεκτόντα καὶ σφριγγύτα εἶναι, ἄλλο δὲ φλεγμαινόντα· καίτοι γε ἀμφοτέρω ὑψηλὸς ἐστὶ σαρκοῦς, ἀλλὰ τὸ μὲν διεφθαρμένης, τὸ δὲ ὑγιοῦς· οὕτω καὶ ἐνταῦθα ἕτερόν ἐστιν εἶναι ἀπονενοημένον, ὅπερ ἐστὶ φλεγμαινόντα εἶναι· καὶ ἕτερόν ἐστιν ὑψηλόν, ὅπερ ἐστὶν εὐεκτόντα εἶναι. Καὶ πάλιν ἐστὶ τις ὑψηλός τῷ μέτρῳ τοῦ σώματος· ἄλλος δὲ βραχὺς ὢν, προσλαδῶν ἐμβάδας ὑψηλότερος γίνεται· τίνα οὖν καλέσομεν ὑψηλὸν καὶ μέγαν, εἰπέ μοι; οὐκ εὐδηλον ὅτι τὸν οἰκοθεν τὸ ὕψος ἔχοντα; Ἐκεῖνος γὰρ ἀλλότριον ἔχει τοῦτο, καὶ τῶν ταπεινῶν ἐπιθάς, οὕτω γέγονεν ὑψηλός· ὁ πολλοὶ πάσχουσι τῶν ἀνθρώπων, ἐπὶ χρημάτων καὶ δόξης ἑαυτοῦς ἀναδιθάζοντες, ὅπερ οὐκ ἐστὶν ὕψος. Ὑψηλός γὰρ ἐστὶν ὁ μηδενὸς δεόμενος τούτων, ἀλλὰ καταφρονῶν ἀπάντων, καὶ οἰκοθεν ἔχων τὸ μέγεθος. Γενώμεθα τοίνυν ταπεινοί, ἵνα γενώμεθα ὑψηλοί· Ὁ γὰρ ταπεινῶν ἑαυτὸν, ὑψωθήσεται, φησί. Ἄλλ' οὐχ ὁ ἀπονενοημένος τοιοῦτος, ἀλλὰ πάντων ἐστὶν εὐτελέστερος· καὶ γὰρ ἡ πομφόλυξ περῦσται, ἀλλ' οὐκ ἐστὶν ὑγιὲς τὸ φύσημα. Διὰ τοῦτο καὶ τοῦτους πεφυσιωμένους καλοῦμεν. Ὁ μὲν γὰρ μετριοφρονῶν οὐδὲ ἐπὶ τοῖς μεγάλοις μέγα φρονεῖ, τὸ ταπεινὸν εἶδός τὸ ἑαυτοῦ· ὁ δὲ εὐτελής καὶ ἐπὶ τοῖς μικροῖς μέγα φαντάζεται. Κτηνώμεθα τοίνυν τὸ διὰ ταπεινοφροσύνης ὕψος· ἐπισκεψώμεθα τῶν ἀνθρωπίνων τὴν φύσιν, ἵνα ἐκκαῶμεν τῷ πόθῳ τῶν μελλόντων. Ἐτέρως γὰρ οὐκ ἐστὶ γενέσθαι ταπεινὸν, ἀλλ' ἢ διὰ τοῦ τῶν θεῶν ἔρωτος [8] καὶ τῆς τῶν παρόντων ὑπεροφίας. Ὅσπερ γὰρ εἰ τις βασιλεῖας ἐπιτυγχάνειν μέλλοι, εἴτα ἀντὶ τῆς ἀλουργίδος ἐκείνης ἰδιωτικῆν τιὰ τις αὐτῷ παράσχοι τιμὴν, οὐδὲν αὐτῆν εἶναι ἠγήσεται· οὕτω καὶ ἡμεῖς πάντων καταγελασόμεθα τῶν παρόντων, εἰ τῆς τιμῆς ἐπιθυμήσῃμεν ἐκείνης. Οὐχ ὁρᾶτε τοὺς παῖδας, ὅταν παίζοντες τάξιν ποιῶσι, καὶ στρατιώτας, καὶ προηγῶνται αὐτῶν κήρυκες καὶ ραβδοῦχοι, καὶ μέσος ὁ παῖς ἐν χώρᾳ ἄρχοντος βαδίζῃ, ὡς παιδικὰ τὰ γινόμενα; Τοιαῦτά ἐστι τὰ ἀνθρώπινα, καὶ τούτων εὐτελέστερα, σήμερον ἦντα καὶ αὔριον οὐκ ὄντα. Ὑψηλότεροι τοίνυν γενώμεθα τούτων, καὶ μὴ μόνον αὐτῶν μὴ ἐπιθυμῶντες, ἀλλὰ καὶ αἰσχυνώμεθα εἰ τις ἡμῖν ταῦτα προτείνει. Οὕτω γὰρ τὸν τούτων ἐκβαλόντες ἔρωτα, τὸν θεῖον ἐκείνον ἔσομεν, καὶ τῆς ἀθανάτου δόξης ἀπολαύσομεν· ἢς ἕνομιεν πάντας ἡμᾶς ἐπιτυχεῖν, χάριτι καὶ φιλανθρωπία τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, μεθ' οὗ τῷ Πατρὶ, ἅμα τῷ ἁγίῳ Πνεύματι δόξα, κράτος, τιμὴ, νῦν καὶ ἀεὶ, καὶ εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰῶνων. Ἀμή!

^α Legebatur οὐδὲν... ταπεινότερον, εἰ infra, τὸ στρατόπεδον τῶν Αἰγ. ἀπάντων. ^β Legebatur: Ἐἰ τις γὰρ πηλὸν ἠγοῖτο.

ΟΜΙΑΙΑ Β'.

Εὐχαριστῶ τῷ Θεῷ μου πάντοτε περὶ ὑμῶν, ἐπὶ τῇ χάριτι τοῦ Θεοῦ τῇ δοθείσῃ ὑμῖν ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ· ὅτι ἐν παντὶ ἐπλουτίσθητε ἐν αὐτῷ.

α'. Ὁ τοῖς ἄλλοις πικραίνει ποιεῖν, λέγων, Ἐν εὐχαριστίᾳ τὰ αἰτήματα ὑμῶν γνωρίζεσθαι πρὸς τὸν Θεόν, τοῦτο καὶ αὐτὸς ἔπραττε, διδάσκων ἡμᾶς ἀπὸ τούτων ἄρχεσθαι τῶν λόγων αἱ, καὶ πρὸ πάντων εὐχαριστεῖν τῷ Θεῷ. Οὐδὲν γὰρ οὕτω τῷ Θεῷ φίλον, ὡς τὸ εὐχαριστοῦν εἶναι, καὶ ὑπὲρ ἑαυτῶν καὶ ὑπὲρ ἄλλων. Διὸ καὶ πάσης σχεδὸν Ἐπιστολῆς τοῦτο προτίθησιν· ἐνταῦθα δὲ καὶ ἀναγκαιότερον ἢ ἐν ταῖς ἄλλαις αὐτὸ πράττει. Ὁ γὰρ εὐχαριστεῖν, καὶ ὡς εὐ παθῶν εὐχαριστεῖται, καὶ ἐπὶ χάριτι εὐχαριστεῖ· ἢ δὲ χάρις οὐκ ὀφειλὴ οὐδὲ ἀμοιβή οὐδὲ ἀντιδοσις· ὁ πανταχοῦ μὲν ἀναγκαῖον λέγειν, πολλῶν δὲ πλέον ἐπὶ Κορινθίω τῶν κεχρησμένων πρὸς τοὺς διατεμνόμενους τὴν Ἐκκλησίαν. *Τῷ Θεῷ μου.* Ἀπὸ πολλῆς τῆς διαθέσεως τὸ κοινὸν ἀρπάζει καὶ ἰδιοποιεῖται, ὁ καὶ προφήταις ἔθος αἱ λέγειν· Ὁ Θεός, ὁ Θεός μου. Καὶ εἰς προτροπὴν αὐτοὺς ἐνάγει α τοῦ καὶ αὐτοὺς τοῦτο λέγειν. Ὁ γὰρ οὕτω λέγων, ἀπὸ πάντων τῶν ἀνθρωπίνων ἀναχωρεῖ, καὶ χωρεῖ πρὸς ἐκεῖνον, ὃν μετὰ πολλῆς καλεῖ τῆς διαθέσεως. Τοῦτο γὰρ δύναται λέγειν γνησίως ὁ ἀπὸ τῶν βιωτικῶν ἀναθάλων αἱ πρὸς τὸν Θεόν, καὶ ἀπάντων αὐτὸν προτιθεὶς πάντοτε, καὶ εὐχαριστῶν διηλεκτικῶς, οὐχ ὑπὲρ τῆς ἤδη δοθείσης χάριτος, ἀλλ' εἰ ποτέ τι καὶ μετὰ ταῦτα ἀγαθὸν γέγονε, καὶ ὑπὲρ τούτου τὴν αὐτὴν ἀναφέρει εὐφημίαν αὐτῷ. Διὰ τοῦτο οὐχ ἄπλως εἶπεν, Εὐχαριστῶ, ἀλλὰ, *Πάντοτε ὑπὲρ ὑμῶν*, παιδεύων αὐτοὺς καὶ αἱ εἰδέναι χάριν, καὶ μηδενὶ ἐτέρῳ [9], ἀλλ' ἢ τῷ Θεῷ μόνον. *Ἐπὶ τῇ χάριτι τοῦ Θεοῦ.* Ὅρξ πῶς πανταχοῦθεν αὐτοὺς διορθοῦται; Ἐνθα γὰρ χάρις ἐστίν, ἔργα οὐκ ἐστίν· ἔνθα ἔργα, οὐκέτι χάρις ἐστίν. Εἰ τοίνυν χάρις, τί μέγα φρονεῖτε; πόθεν πεφυσιωμένοι ἐστέ; Τῇ δοθείσῃ ὑμῖν. Καὶ διὰ τίνος ἐδόθη; ἄρα δι' ἑμοῦ, ἢ δι' ἐτέρου ἀποστόλου; Οὐδαμῶς, ἀλλὰ διὰ Ἰησοῦ Χριστοῦ· τὸ γὰρ, *Ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ*, τοῦτο ἐστίν. Ὅρα πῶς πολλαχοῦ τὸ, *ἐν*, ἀντὶ τοῦ, *δι'* οὐ, ἐστίν. Οὐκ ἄρα ἕκατον τοῦτο τοῦ, *διὰ*. Ὅτι ἐν παντὶ ἐπλουτίσθητε. Πάλιν διὰ τίνος; Ἐν αὐτῷ, φησί. Καὶ οὐχ ἄπλως ἐπλουτίσθητε, ἀλλὰ καὶ *Ἐν παντὶ*. Ὅταν οὖν καὶ πλοῦτος ἦ, καὶ Θεοῦ πλοῦτος, καὶ ἐν παντὶ, καὶ διὰ τοῦ Μονογενοῦς, ἐνόησον τὸν ἄφατον θησαυρόν. *Ἐν παντὶ λόγῳ καὶ πάσῃ γνώσει.* Λόγῳ οὐ τῷ ἔξωθεν, ἀλλὰ τῷ τοῦ Θεοῦ. Ἔστι γὰρ γνώσις λόγου χωρὶς, καὶ ἐστὶ γνώσις μετὰ λόγου. Καὶ γὰρ εἰσι πολλοὶ γνῶσιν μὲν ἔχοντες, λόγον δὲ οὐκ ἔχοντες, οἷον οἱ ἰδιῶται, καὶ μὴ δυνάμενοι παραστήσαι σαφῶς ἄπερ ἔχουσιν ἐν διανοίᾳ. Ἄλλ' οὐχ ὑμεῖς τοιοῦτοι, φησὶν, ἀλλὰ καὶ νοῆσαι καὶ εἰπεῖν ἱκανοί. Καθὼς εὐ μαρτύριον τοῦ Χριστοῦ ἐβεβαιώθη ἐν ὑμῖν. Ἐν τάξει ἐπαινῶν καὶ εὐχαριστίας σφόδρα αὐτῶν καθάπτεται. Οὐ γὰρ διὰ τῆς ἔξωθεν φιλοσοφίας, φησὶν, οὐδὲ διὰ τῆς ἔξωθεν παιδείσεως, ἀλλὰ διὰ τῆς χάριτος τοῦ Θεοῦ, καὶ τοῦ πλοῦτου καὶ τῆς γνώσεως καὶ τοῦ λόγου τοῦ παρ' αὐτοῦ δοθέντος ἡδυνήθητε μαθεῖν τὰ τῆς ἀληθείας δόγματα καὶ βεβαιωθῆναι εἰς τὸ μαρτύριον τοῦ Κυρίου, τουτέστιν, εἰς τὸ κήρυγμα. Πολλῶν γὰρ ἀπειλάσατε σημείων, πολλῶν θαυμάτων, ἀφάτου χάριτος, ὥστε δέξασθαι τὸ κήρυγμα. Εἰ τοίνυν ἐβεβαιώθητε διὰ σημείων καὶ χάριτος, τίνος ἔνεκεν παρασαλεύεσθε; Ταῦτα δὲ ἑμοῦ καὶ καθαπτο-

μένου, καὶ προκαταλαμβάνοντος αὐτοὺς ἐστὶ τὰ ῥήματα. Ὅστε ὑμᾶς μὴ ὑστερεῖσθαι ἐν μηδενὶ χάρισματι. Μέγα ἐνταῦθα ζητεῖται· εἰ οἱ πλουτισθέντες ἐν παντὶ λόγῳ, ὡς μηδὲν ὑστερεῖσθαι ἐν μηδενὶ χάρισματι, πῶς οὗτοι σαρκικοὶ εἰσιν. Εἰ γὰρ παρὰ τὴν ἀρχὴν τοιούτοι ἦσαν, πολλῶν μᾶλλον νῦν. Πῶς οὖν αὐτοὺς σαρκικοὺς καλεῖ; Οὐ γὰρ ἡδυνήθηθην ὑμῖν λαλήσῃ, φησὶν, ὡς πνευματικοῖς, ἀλλ' ὡς σαρκικοῖς. Τί οὖν ἐστὶν εἰπεῖν; Ὅτι παρὰ τὴν ἀρχὴν πιστεύσαντες, καὶ παντοῶν ἐπιτευχόντες χαρισμάτων (καὶ γὰρ ἐζήλουν αὐτὰ), ὑστερον βραθυμότεροι γεγονῶσιν· ἢ εἰ μὴ τοῦτο, ὅτι οὐ πρὸς ἅπαντας οὕτε ταῦτα οὕτε ἐκεῖνα λέγεται· ἀλλὰ τὰ μὲν πρὸς τοὺς ὑπευθύνους ταῖς κατηγορίας, τὰ δὲ πρὸς τοὺς κομῶντας τοῖς ἐπαινοῖς. Ὅτι γὰρ εἶχον ἔτι χαρίσματα, *Ψαλμὸν τις ἔχει*, φησὶν, *ἀποκάλυψιν ἔχει*, *γλῶσσαν ἔχει*, *ἐρμηνεῖαν ἔχει*· πάντα πρὸς οἰκοδομὴν γινέσθαι· καὶ, *Προφήται* δὲ δύο ἢ τρεῖς *λαλεῖτωσαν*. Ἔστι δὲ καὶ ἕτερον τι εἰπεῖν, ὅτι ὡς περ ἔθος ἡμῖν λέγειν τὸ πλέον ἅπαν, οὕτω καὶ ἐνταῦθα εἴρηκε. Μετὰ δὲ τούτων οἶμαι καὶ τὸ ἑαυτοῦ αὐτὸν αἰνίττεσθαι, ὅτι καὶ αὐτὸς τὰ σημεῖα ἐπεδείξατο, καθάπερ καὶ ἐν τῇ δευτέρᾳ πρὸς αὐτοὺς Ἐπιστολῇ λέγει· *Τὰ μέντοι σημεῖα τοῦ ἀποστόλου κατεργάσθη ἐν ὑμῖν ἐν πάσῃ ὑπομονῇ*· καὶ πάλιν, *Τί γὰρ ἐστὶν ὁ ἠτετήθητε ὑπὲρ τὰς λοιπὰς Ἐκκλησίας*; Ἡ, [10] ὅπερ ἔφη, καὶ τῶν ἑαυτοῦ ἀναμνησθεῖς, ἢ καὶ πρὸς τοὺς ἔτι ὄντας δοκίμους ταῦτα λέγει. Ἦσαν γὰρ πολλοὶ ἅγιοι ἐκεῖσε, ὅτινες καὶ ἔταξαν ἑαυτοὺς εἰς διακονίαν τῶν ἁγίων, καὶ ἀπαρχὴ γεγονῶσι τῆς Ἀχαΐας, καθάπερ πρὸς τῷ τέλει δηλοῖ. Ἄλλως δὲ, κἂν μὴ σφόδρα τῆς ἀληθείας ἔχωνται οἱ ἐπαινοί, ἀλλ' ὅμως οικονομικῶς ἔγκεινται προσοδοποιούντες τῷ λόγῳ. Ὁ μὲν γὰρ ἐκ προοιμίῶν εὐθέως φορτικῶς φεγγόμενος, ἀπέκλεισε τοὺς λόγους τὴν ἀκοήν παρὰ τοῖς ἀσθενεστέροις. Ἄν τε γὰρ ὁμότιμοι ὡσιν οἱ ἀκούοντες, ὀργίζονται· ἂν τε σφόδρα ἐλάττους, λυπηθήσονται. Ἴν' οὖν μὴ τοῦτο γένηται, ἀπὸ ἐγκωμίων δοκούντων εἶναι ποιεῖται τὴν ἀρχὴν. Οὐδὲ γὰρ ἐγκώμιον τοῦτο ἦν αὐτῶν, ἀλλὰ τῆς τοῦ Θεοῦ χάριτος· τὸ γὰρ ἀμαρτημάτων ἀφελθῆναι καὶ δικαιωθῆναι, τοῦτο τῆς ἄνωθεν ἦν δωρεᾶς. Διὰ τοιούτου καὶ ἐνδοξασθε τοῦτο, ἀ τοῦ Θεοῦ δείκνυσι τὴν φιλοanthρωπίαν, ἵνα ἐπιπλεῖον αὐτῶν ἐκκαθάρῃ τὸ νόσημα. Ἀπεκδεχομένους τὴν ἀποκάλυψιν τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ. Τί θορυβεῖσθε, φησὶ, τί ταρασσέσθε, ὅτι οὐ πάρεστι Χριστός; Πάρεστι μὲν οὖν, καὶ ἡ ἡμέρα λοιπὸν ἐπὶ θύραις. Καὶ σκόπει τὴν σοφίαν, πῶς αὐτοὺς ἀπαγαγῶν τῶν ἀνθρωπίνων, ἐφόβησεν ἀναμνήσας τῷ βήματος τοῦ φοβεροῦ, καὶ δείξας, ὅτι οὐ προοιμίῶν δεῖ μόνον χρηστῶν, ἀλλὰ καὶ τέλους. Δεῖ γὰρ μετὰ τῶν χαρισμάτων τούτων, καὶ τῆς ἄλλης ἀρετῆς, τὴν ἡμέραν ἀναμνησθῆναι ἐκείνην· καὶ πολλῶν χρεῖα πόνων, ὥστε δυνήθηται πρὸς τὸ τέλος ἐλθεῖν.

β'. Ἀποκάλυψιν δὲ λέγει, δεικνύς ὅτι εἰ καὶ μὴ ὄραται, ἀλλ' ἐστὶ, καὶ πάρεστι καὶ νῦν, καὶ τότε φανήσεται. Ἰσομοῦν οὖν χρεῖα· διὰ τοῦτο γὰρ ἐλάθετε τὰ θαύματα, ἵνα μείνητε βέβαιοι. Ὅς καὶ βεβαιώσει ὑμᾶς ἕως τέλους ἀνερχομένων. Ἐνταῦθα δοκεῖ μὲν αὐτοὺς θεραπεύειν, πάσης δὲ κολακείας ἀπῆλλακται τὸ λεγόμενον. Καὶ γὰρ οἶδεν αὐτῶν καθάπτεσθαι, ὡς ἔταν λέγει· Ὅς μὴ ἐρχομένου δέ μου τῆς

* Αἱεὶ, ἀνάγει.

b Legeatur πάντων, et mox, καὶ γὰρ ἐξήρῶντο.

HOMILIA II.

CAP. I. V. 4. *Gratias ago Deo meo semper pro vobis, de gratia Dei, quæ data est vobis in Christo Jesu : 5. quia in omni divites facti estis in illo.*

4. *Gratiæ Deo agendæ.* — Quod alios hortatur ut faciant cum dicit : *In gratiarum actione petitiones vestræ innotescant apud Deum* ; hoc ipsum ille faciebat, docens nos ab hujusmodi semper verbis incipere, et ante omnia Deo gratias agere. Nihil enim tam amat Deus, quam ut grato animo simus, et pro nobis et pro aliis. Ideoque in omni fere epistola hoc præmittit ; hic vero magis necessario hoc facit, quam in aliis. Nam qui gratias agit, ut beneficio affectus id agit, et gratiam gratia rependit. Gratia vero nec debitum nec merces nec retributio est. Quod ubique dicere necesse erat, maxime vero Corinthiis, qui inhiabant ad eos, qui scindebant Ecclesiam. *Deo meo.* Ex ingenti affectu quod commune erat rapit, et sibi proprium facit ; quod etiam prophetæ semper dicere solebant : *Deus, Deus meus.* Hortaturque illos ut hoc ipsum dicant. Nam qui ita loquitur, ab humanis omnibus recedit, et ad illum tendit, quem cum affectu multo vocat. Hoc enim proprie et vere dicere potest is, qui a secularibus rebus ad Deum semper ascendit, et ubique illum omnibus præponit, ipsique perpetuo gratias agit, non solum de gratia jam data ; sed si quid postea boni factum sit, pro eo etiam laudem ipsi refert. Ideo non solum dixit, *Gratias ago*, sed etiam, *Semper pro vobis*, nos instituens, ut illi semper gratias habeamus, neminique alteri, sed Deo tantum. *De gratia Dei.* Viden' quomodo illos ubique corrigat ? Ubi enim est gratia, non sunt opera : ubi sunt opera, non est amplius gratia. Si ergo gratia, quare altum sapitis ? cur inflati estis ? *Quæ data est vobis.* Et per quem data est ? an per me, an per alium apostolum ? Nequaquam, sed per Jesum Christum : illud enim, *In Christo Jesu*, hoc significat. Vide quomodo sæpe illud, *in*, præ illo, *per quem*, ponatur. Non minus ergo est quam *per*. *Quod in omni divites facti estis.* Rursus per quem ? In ipso, inquit : nec modo divites facti estis, sed etiam *in omni*. Cum ergo divitiæ sunt, et Dei divitiæ, et in omni, et per Unigenitum, cogita quam ineffabilis sit thesaurus. *In omni verbo et in omni scientia.* Verbo, non externo, sed Dei. Est enim scientia sine verbo, et est scientia cum verbo. Sunt namque plurimi qui scientiam nacti, verbum non habent, ut idiotæ, et qui non possunt ea, quæ in mente habent, clare exprimere. At non vos tales estis, inquit, sed et cogitandi et loquendi facultatem habetis. 6. *Sicut testimonium Christi confirmatum est in vobis.* In laudum et gratiarum actionis ordine et modo valde illos tangit. Non enim per externam philosophiam, inquit, neque per externam eruditionem, sed per gratiam Dei et divitias et scientiam et verbum ab ipso datum potuistis veritatis dogmata discere et confirmari in testimonium Domini, id est, in prædicationem. Multa enim habuistis signa, multa miracula, ineffabilem gratiam, ita ut prædicationem acceperi-

lis. Si ergo confirmati estis per signa et gratiam, cur vacillatis ? Hæc porro simul sunt et increpantis et prævenientis dicta. 7. *Ita ut nihil vobis desit in ulla gratia.* Magnum quidpiam hic quæritur : si qui divites sunt in omni verbo, ita ut nihil desit illis in ulla gratia, hi carnales sunt. Nam si tales fuerunt in principio, multo magis nunc. Quomodo ergo illos carnales vocat ? *Non enim potui vobis loqui, inquit, ut spiritualibus, sed ut carnalibus (1. Cor. 3. 1).* Quid ergo dicendum est ? Quod cum ab initio credidissent, et charismata omnia consequuti essent ; nam zelo incensi erant, negligentiores postea evaserint. Aut si hoc non ita se habeat, quod non omnibus hæc vel illa dicantur, sed alia iis qui in culpa erant, alia iis qui laudibus insignes erant. Nam quod adhuc charismata haberent *Psalmum habet aliquis, inquit, revelationem habet, linguam habet, interpretationem habet : omnia ad ædificationem fiunt* ; et, *Prophetæ autem duo vel tres loquantur (Ibid. 14. 26. 29).* Aliud quidpiam dici potest : ut moris est apud nos id quod plus est, totum dicere, ita etiam hic ille dixit. Ad hæc autem puto illum etiam quæ sua sunt subindicare, ut et in secunda ad eosdem Epistola dicit : *Signa quidem apostoli facta sunt in vobis in omni patientia* ; et rursus : *Quid enim est, quod minus habuistis quam cæteræ Ecclesiæ (2. Cor. 12. 12. et 15) ?* Vel, ut jam dixi, quæ ab se facta sunt commemorat ; vel hæc iis, qui adhuc probati erant, dicit. Erant quippe ibi sancti multi, qui ad sanctorum ministerium se dediderunt, et primitiæ Achaïæ facti sunt, ut in fine declarat. Alioquin vero etiamsi laudes non omnino affines sunt veritati, attamen prudenter adhibentur, ut viam parent iis quæ dicenda sunt. Nam qui statim a principio importuna loquitur, infirmioribus auditum claudit ad cætera verba : si enim auditores honore pares sint, irascuntur ; si admodum inferiores, dolore afficiuntur. Ne igitur hoc eveniat, ab iis quæ encomia videntur esse initium ducit. Neque enim hoc encomium illorum erat, sed gratiæ Dei. Nam quod peccata remissa ipsis essent, et quod justificati essent, hoc superni doni erat. Propterea in iis immoratur, quæ Dei benignitatem ostendunt, ut morbum eorum magis curet. *Expectantibus revelationem Domini nostri Jesu Christi.* Quid tumultuamini, inquit, quid turbamini, quod non adsit Christus ? Adest quidem, et dies jam pro foribus est. Et considera sapientiam, quomodo illos, cum ab humanis abduxisset, exterruit tremendum tribunal commemorans, et ostendens non bona tantum initia requiri, sed finem quoque. Nam cum his charismatibus et aliis virtutibus, oportet etiam diei illius reminisci : multisque laboribus est opus, ut possit quis ad finem pervenire.

2. Revelationem autem commemorat ostendens illam, etiamsi non videatur, sed esse tamen, et nunc adesse, et tunc apparituram esse. Patientia igitur est opus : ideo enim miracula accepistis, ut firmi maneat. 8. *Qui et confirmabit vos usque in finem sine*

crimine. Illic videtur quidem illos demulcere; sed quod dicitur omni adulatione vacat. Solet enim illos tangere, ut cum dicit: *Tamquam non venturus sim ad vos, inflati sunt quidam; et rursum, Quid vultis? in virga veniam ad vos, an in caritate et spiritu mansuetudinis* (1. Cor. 4. 18. et 21)? et, *An experimentum queritis ejus qui in me loquitur Christi* (2. Cor. 13. 3)? Latenter autem ipsos accusat: cum dicit enim, *Confirmabit, et, Sine crimine,* ostendit illos adhuc fluctuare, et crimini esse obnoxios. Tu vero consideres velim, quomodo illos semper nomini Christi affigat, et nullius hominis, neque apostoli, neque magistri, sed frequenter dilecti illius mentionem faciat, quasi ab ebrietate quadam temulentos educere parans. Nusquam enim in alia epistola tam frequenter nomen Christi jacet: hic vero in paucis versibus sæpe, et hoc nomine fere totum contextit præmium. Considera autem superius. « Paulus, vocatus apostolus Jesu Christi, sanctificatis in Christo Jesu, invocantibus nomen Domini nostri Jesu Christi: gratia vobis et pax a Deo Patre et Domino Jesu Christo. Gratias ago Deo meo de gratia, quæ data est vobis in Christo Jesu: sicut testimonium Christi confirmatum est in vobis: expectantibus revelationem Domini nostri Jesu Christi, qui et confirmabit vos sine crimine in die Domini nostri Jesu Christi. 9. Fidelis est Deus, per quem vocati estis in societatem Filii ejus Jesu Christi Domini nostri. 10. Obsecro autem vos per nomen Domini nostri Jesu Christi. » Viden' frequentiam nominis Christi? Unde palam est etiam illis, qui admodum insipientes sunt, ipsum non sine causa nec casu ita facere; sed hujus pulchri nominis frequentia illorum tumorem exhaurit, et saniem morbi expurgat. *Fidelis Deus, per quem vocati estis in societatem Filii ejus.* Papæ! quantam hic rem dicit! quantam doni magnitudinem exhibet! In societatem Unigeniti vocati estis, et vos hominibus addicitis? quid hac miseria pejus? Et quomodo vocati estis? Per Patrem. Quia enim per illum et in illo frequenter dicebat de Filio, ne putarent se illum ut minorem commemorare, id Patri adscribit. Non per hunc vel alium, inquit, sed per Patrem vocati estis: per ipsum etiam divites facti estis. Rursus vocati estis, non ipsi accessistis. Quid vero sibi vult illud, *In societatem Filii ejus?* Audi illum hoc clarior alibi dicentem: *Si sustinemus, et conregnabimus: si commorimur, simul vivemus* (2. Tim. 2. 12). Deinde, quia rem magnam dixit, addidit etiam ratiocinium certum, cui non possit contradici: nam ait, *Fidelis Deus;* id est, verus. Si verus, quæ promisit faciet: promisit autem se nos socios facturum unigeniti Filii; ad hoc quippe nos vocavit: dona enim et charismata ejus sine pœnitentia sunt, necnon Dei vocatio. Hæc autem nunc prius ordine ponit in sermone, ut ne post vehementem accusationem in desperationem cadant. Quæ enim a Deo sunt promissa omnino comparebunt, nisi nos admodum effrenes fuerimus: quemadmodum Judæi vocati noluerunt bona accipere.

Deo vocanti obtemperandum.—Hoc vero jam non vocantis erat, sed ingrati illorum animi. Ipse namque

dare volebat; illi vero nolentes accipere, seipsos ejecerunt. Nam etiamsi ad rem laboriosam et asperam vocasset, recusantes venia digni non fuissent, sed potuissent saltem hoc obtendere: si autem ad purgationem, ad justitiam, ad sanctificationem, ad redemptionem, gratiam, donum et præparata bona, quæ oculus non vidit, nec auris audivit, et Deus est qui vocat, et per seipsum vocat; qua venia digni fuerint qui non accurrunt? Ne quis ergo in Deum culpam referat. Non enim ex vocante fit quod non credatur, sed ex iis qui resiliunt. Sed oportebat, inquires, vel invitos inducere. Apag: non enim vim vel necessitatem infert. Quis enim ad honores et coronas et convivia et celebritates vocans, invitos et vincitos trahit? Nemo certe: hoc enim esset injuriam facere. Ad gehennam invitos mittit; ad regnum lubentes vocat: ad ignem ligatos ducit, etiam ejulantes; sed innumera bona non sic. Nam hoc ipsa quoque bona odiosa reddat, nisi talis sit illorum natura, ut ad illa sponte accurratur, et gratiam habeant maximam.

3. Et qui fit, inquires, quod non omnes ipsa eligant? Ob propriam infirmitatem. Et cur illorum infirmitatem non abscindit? Et quo pacto, dic mihi, excindere opus est? annon creaturam condidit docentem ejus benignitatem, et potentiam? nam *Cæli*, inquit, *enarrant gloriam Dei* (Psal. 18. 2). Annon prophetas misit? annon vocavit et honoravit? annon miracula fecit? annon legem dedit et scriptam et naturalem? annon Filium suum misit? annon etiam apostolos? annon signa fecit? annon gehennam comminatus est? nonne regnum promisit? nonne quotidie solem suum criri facit? nonne quæ præcepit ita facilia sunt, ut multi vi philosophiæ suæ ejus mandata superent! *Quid oportebat facere vineæ, et non feci* (Isai. 5. 4)? Et cur non fecit nobis, inquires, scientiam et virtutem naturalem? Quis hæc dicit? Græcusne an Christianus? Ambo quidem, sed non eadem de causa: verum alter de scientia, alter de vita contendit. Primum igitur nostro respondebimus: non enim mihi tanta cura est de exteris, quanta de propriis membris. Quid ergo dicit Christianus? ipsam nobis virtutis scientiam indi oportebat. Indidit certe: nisi enim indidisset, unde nossemus ea quæ agenda et quæ non agenda sunt? undenam leges et tribunalia? At non scientiam, sed ipsam actionem dare oportuit. Et cujusnam rei mercedem accepturus eras, si totum ex Deo fuisset? Dic enim mihi, tene et Græcum peccantes similiter punit Deus? Minime: habes enim interim cam quæ ex scientia manat fiduciam. Quid ergo, si quis nunc diceret tibi, et te et Græcum pro scientia eadem consequuturos esse, annon id ægre ferres? Arbitror sane: diceret enim, cum Græcus ex se posset scientiam invenire, noluit. Si ergo illo diceret, oportebat Deum nobis scientiam naturaliter indere, annon irrideres, diceretque ei, Cur non quæsisisti? cur non conatus es ut ego? ac cum multa stares fiducia, diceretque extreme esse insipientiæ Deum incusare, quod naturæ scientiam non indiderit. Ille autem diceret, quia illa, quæ ad scientiam spectant.

ὁμᾶς, ἐφρωσώθησάν τινες· καὶ πάλιν, *Τί θέλετε, ἐν ῥάβδῳ ἔλω πρὸς ὑμᾶς, ἢ ἐν ἀγάπῃ πνεύματι τε πρῶτος;* καὶ, *Εἰ δοκιμῆν ἤζητε τοῦ ἐν ἐμοὶ λαλοῦντος Χριστοῦ;* Λαθρανόντως δὲ αὐτῶν καὶ κατηγορεῖ· τῷ γὰρ εἶπεν, *Βεβαιώσσει, καὶ τῷ, Ἀνεγκλήτους, δείκνυσι καὶ σκευομένους ἔτι, καὶ ἐγκλήματος ὑπευθύνους θνατός.* Σὺ δὲ σκόπει πῶς αὐτοῦ τῷ ὄνοματι ἀεὶ τοῦ Χριστοῦ προσηλοῖ. Καὶ ἀνθρώπου μὲν οὐδενός, οὔτε ἀποστόλου οὔτε διδασκάλου, συνεχῶς δὲ αὐτοῦ τοῦ ποθομένου μέμνηται, καθάπερ ἀπὸ μέθης τινός τοῦς κερηθαροῦντας ἀνενεγκεῖν παρασκευάζων. Οὐδαμοῦ γὰρ ἐν ἐτέρᾳ Ἐπιστολῇ οὕτω συνεχῶς κεῖται τὸ ὄνομα τοῦ Χριστοῦ· ἐνταῦθα μόνον ἐν ὀλίγοις στίχοις πολλάκις, καὶ διὰ τοῦτο σχεδὸν τὸ πᾶν ὑφαίνει προύμιον. Σκόπει δὲ ἀνοθεν· *Παῦλος, κλητὸς ἀπόστολος Ἰησοῦ Χριστοῦ, ἡγιασμένοις ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ, τοῖς ἐπικαλουμένοις τὸ ὄνομα τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ· χάρις ὑμῖν καὶ εἰρήνη ἀπὸ Θεοῦ Πατρὸς καὶ Κυρίου Ἰησοῦ Χριστοῦ. Εὐχαριστῶ τῷ Θεῷ μου ἐπὶ τῇ χάριτι τῇ δοθείσῃ ὑμῖν ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ· καθὼς τὸ [11] μαρτύριον τοῦ Χριστοῦ ἐβεβαίωσεν ἐν ὑμῖν· ἀπεκδεχομένους τὴν ἀποκάλυψιν τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ· ὃς καὶ βεβαιώσει ὑμᾶς ἀνεγκλήτους ἐν τῇ ἡμέρᾳ τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ. Πιστὸς ὁ Θεός, δι' οὗ ἐκλήθητε εἰς κοινωνίαν τοῦ Υἱοῦ αὐτοῦ Ἰησοῦ Χριστοῦ τοῦ Κυρίου ἡμῶν· παρακαλῶ δὲ ὑμᾶς διὰ τοῦ ὀνόματος τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ.* Ὅρξ· τὴν συνέθειαν τοῦ ὀνόματος τοῦ Χριστοῦ; Ὅθεν ὄηλον καὶ τοῖς σφοδρὰ ἀνοήτοις, ὅτι οὐκ εἰκὴ οὐδὲ ἀπλῶς τοῦτο ποιεῖ, ἀλλὰ τῇ πυκνότητι τῆς καλῆς ταύτης προσηγορίας τὴν φλεγμονὴν αὐτῶν ἀπαντῶν, καὶ τὴν σηπεδῶνα τοῦ νοσήματος ἐκκαθαίρων. *Πιστὸς ὁ Θεός, δι' οὗ ἐκλήθητε εἰς κοινωνίαν τοῦ Υἱοῦ αὐτοῦ.* Βαβαί, πόσον ἐνταῦθα εἶπεν! πόσον μέγεθος δωρεᾶς ἐνέφηνεν! Εἰς κοινωνίαν τοῦ Μονογενοῦς ἐκλήθητε, καὶ ἀνθρώποις ἑαυτοῦς προσνέμετε; τί ταύτης τῆς ἀθλιότητος χεῖρον; Καὶ πῶς ἐκλήθητε; Διὰ τοῦ Πατρὸς. Ἐπειδὴ γὰρ δι' αὐτοῦ καὶ ἐν αὐτῷ συνεχῶς ἔλεγε περὶ τοῦ Υἱοῦ, ἵνα μὴ νομισώσιν, ὅτι ὡς ἐλάττωτος αὐτοῦ οὕτω μέμνηται, προσνείμεται αὐτῷ τῷ Πατρί. Οὐ γὰρ διὰ τοῦδε καὶ τοῦδε, φησὶν, ἀλλὰ διὰ τοῦ Πατρὸς ἐκλήθητε, δι' αὐτοῦ καὶ ἐπλουτίσθητε. Πάλιν ἐκλήθητε, οὐκ αὐτοὶ προσήλθετε. Τί δὲ ἐστίν, *Εἰς κοινωνίαν τοῦ Υἱοῦ αὐτοῦ;* Ἀκουσον αὐτοῦ τοῦτο αὐτὸ σαφέστερον ἐτέρωθι λέγοντος· *Εἰ ὑπομέτρομεν, καὶ συμβασιλεύσομεν· εἰ συναποθνήσκομεν, καὶ συζήσομεν.* Εἶτα, ἐπειδὴ μέγα εἶρηκε, προσέθηκε καὶ λογισμὸν πληροφορίαν ἔχοντα ἀναντιρρήτον· *Πιστὸς γὰρ, φησὶν, ὁ Θεός· τουτέστιν ἀληθής. Εἰ δὲ ἀληθής, ἀ ἐπηγγεῖλατο καὶ ποιήσει· ἐπηγγεῖλατο δὲ κοινωνοὺς ἡμᾶς ποιῆσαι τοῦ μονογενοῦς Υἱοῦ· ἐπὶ τοῦτο γὰρ καὶ ἐκάλεσεν· ἀμεταμέλητα γὰρ τὰ χαρίσματα αὐτοῦ, καὶ ἡ κλήσις τοῦ Θεοῦ. Ταῦτα δὲ προοικονομεῖ νῦν ἐν τῷ λόγῳ, ὥστε μὴ μετὰ τὸ σφοδρὸν τῶν ἐγκλημάτων εἰς ἀπόγνωσιν αὐτοὺς ἐμπασεῖν. Πάντως γὰρ τὰ παρὰ τοῦ Θεοῦ ἔψεται, ἂν μὴ σφοδρὰ ἡμεῖς ἀφηγησώμεν· καθάπερ οἱ Ἰουδαῖοι καλούμενοι οὐκ ἤβελον δέξασθαι τὰ ἀγαθὰ.*

Τοῦτο δὲ οὐκέτι τοῦ καλοῦντος ἦν, ἀλλὰ τῆς ἐκείνων ἀγνωμοσύνης. Αὐτοὺς μὲν γὰρ ἐβούλετο δοῦναι, ἐκείνοι δὲ, μὴ θελήσαντες λαβεῖν, ἑαυτοὺς ἐξέβαλον. Εἰ μὲν γὰρ εἰς ἐπίπονον καὶ ἐπίμοχον ἐκάλε: πρᾶγμα, οὐκ ἦσαν μὲν οὐδὲ οὕτω συγγνώμης ἄξιοι παραιτούμενοι, πλην ἀλλ' εἶχον αὐτὸ τοῦτο λέγειν· Εἰ δὲ ἐπὶ καθαρῶν καὶ

δικαιοσύνην καὶ ἁγιασμόν καὶ ἀπολύτρωσιν καὶ χάριν καὶ δωρεάν, καὶ τὰ παρεσκευασμένα ἀγαθὰ, ἀ ὀφθαλμῶς οὐκ εἶδε, καὶ οὐς οὐκ ἤκουσε, καὶ θεός ὁ καλῶν, καὶ δι' ἑαυτοῦ καλῶν, ποίας ἂν εἴεν συγγνώμης ἄξιοι οἱ μὴ προστρέχοντες; Μὴ τοῖνον τὸν Θεὸν αἰτιάσθω τις. Οὐ γὰρ παρὰ τὸν καλοῦντα γίνεται τὸ μὴ πιστεῦσαι, ἀλλὰ παρὰ τοὺς ἀποτηδύοντας. Ἄλλ' εἶει, φησὶ, καὶ ἄκοντας ἐναγαγεῖν. Ἄπαγε· οὐ γὰρ βιάζεται οὐδὲ ἀναγκάζει. Τίς γὰρ ἐπὶ τιμᾶς καὶ στεφάνους καὶ εὐωχίας καὶ πανηγύρεως καλῶν, ἄκοντας καὶ δεδεμένους ἔλκει; Οὐκ ἔστιν οὐδεὶς· τοῦτο γὰρ ὑβρίζοντός ἐστιν. Εἰς γένναν ἄκοντας πέμπει, εἰς δὲ [12] βασιλείαν ἐκόντας καλεῖ· εἰς τὸ πῦρ δεδεμένους ἄγει καὶ οἰμώζοντας, εἰς δὲ τὰ μωρία ἀγαθὰ οὐχ οὕτως· ἐπεὶ τοῦτο καὶ αὐτὰ διαβάλλει τὰ ἀγαθὰ, εἰ μὴ τοιαύτη αὐτῶν ἐστὶν ἡ φύσις, ὡς καὶ ἐκόντας προσδραμεῖν, καὶ χάριν εἰδότες πολλήν.

γ. Καὶ πόθεν οὐ πάντες αὐτὰ αἰροῦνται, φησὶ; Παρὰ τὴν οικίαν ἀσθένειαν. Καὶ τίνος ἔνεκεν αὐτῶν οὐκ ἐκκόπει τὴν ἀσθένειαν; Καὶ πῶς, εἰπέ μοι, καὶ τί τὸ πρῶτον ἐκκόψει ἔχρη; οὐχὶ κτίσιν εἰργάσατο διδάσκουσαν αὐτοῦ τὴν φιλανθρωπίαν καὶ τὴν δύναμιν; Οἱ οὐραγοὶ γὰρ, φησὶ, *διηροῦνται δόξαν Θεοῦ.* Οὐχὶ καὶ προφήτας ἐπεμψεν; οὐχὶ καὶ ἐκάλεσε καὶ ἐτίμησεν; οὐχὶ ἐθαυματούργησεν; οὐ νόμον ἔδωκε καὶ γραπτῶν καὶ φυσικῶν; οὐ τὸν Υἱὸν ἀπέστειλεν; οὐκ ἀποστόλους ἐπεμψεν; οὐ σημεῖα εἰργάσατο; οὐ γένναν ἠπειλήσεν; οὐ βασιλείαν ἐπηγγεῖλατο; οὐ καθ' ἐκάστην ἡμέραν ἀνατέλλει τὸν ἥλιον αὐτοῦ; οὐχὶ ἄπερ ἐπέταξεν, οὕτως εὐκόλα καὶ ῥάδι, ὡς πολλοὺς ὑπερβαίνειν αὐτοῦ τὰ πρῶτάγματα τῇ περιουσίᾳ τῆς φιλοσοφίας; *Τί ἔδει ποιῆσαι τῷ ἄμπελῶνι, καὶ οὐκ ἐποίησα;* Καὶ διὰ τί μὴ ἐποίησεν ἡμῖν φυσικὴν τὴν γνῶσιν, φησὶ, καὶ τὴν ἀρετὴν; Τίς ταῦτά φησιν; ὁ Ἕλλην ἢ ὁ Χριστιανός; Ἄμφοτεροὶ μὲν, ἀλλ' οὐχ ὑπὲρ τῶν αὐτῶν· ἀλλ' ὁ μὲν ὑπὲρ τῆς γνώσεως, ὁ δὲ ὑπὲρ τοῦ βίου φιλονεικεῖ. Οὐκοῦν πρῶτον πρὸς τὸν ἡμέτερον ἐροῦμεν· οὐ τοσοῦτον γὰρ μοι ἐστὶν τῶν ἐξω λόγος, ὅσον τῶν οικίων μελῶν. Τί οὖν φησιν ὁ Χριστιανός; Αὐτὴν ἔδει τὴν γνῶσιν ἡμῖν ἐνθεῖναι τῆς ἀρετῆς. Ἐνέθηκε μὲν οὖν· εἰ γὰρ μὴ ἐνέθηκε, πόθεν ἤδειμεν τὰ πρακτέα καὶ τὰ μὴ πρακτέα; πόθεν οἱ νόμοι καὶ τὰ δικαστήρια; Ἄλλ' οὐ τὴν γνῶσιν, ἀλλὰ τὴν πρᾶξιν αὐτῆν. Καὶ τίνος ἐμελλες λαμβάνειν τὸν μισθόν, εἰ τὸ πᾶν ἐμελλεν ἔσεσθαι τοῦ Θεοῦ; Εἰπέ γὰρ μοι, σὲ καὶ τὸν Ἕλληνα ἀμαρτάνοντας ὁμοίως ὁ Θεός κολάζει; Οὐδαμῶς· ἔχεις γὰρ τέως τὴν ἀπὸ τῆς γνώσεως παρῆρησιαν. Τί οὖν, εἰ τις ἄρα εἶπε νῦν, ὅτι ὑπὲρ τῆς γνώσεως καὶ σὺ καὶ ὁ Ἕλλην τῶν αὐτῶν ἀξιώθησθε, ἄρα οὐκ ἂν ἐδυσχέρανας; Ἐγῶγε οἶμαι· εἶπες γὰρ ἂν, ὅτι ἔχων εὐρεῖν οἴκοθεν ὁ Ἕλλην τὴν γνῶσιν, οὐκ ἠθέλησεν. Ἄν οὖν καὶ ἐκεῖνος λέγῃ, ὅτι ἔδει τὸν Θεὸν ἐνοεῖναι τὴν γνῶσιν ἡμῖν φυσικῶς, οὐχὶ καταγελάσῃ, καὶ πρὸς αὐτὸν ἔρεῖ, Διὰ τί γὰρ μὴ ἐξήτησας; διὰ τί μὴ ἐσπούδασας, καθάπερ ἐγώ; καὶ μετὰ πολλῆς στήσης τῆς παρῆρησιος, καὶ ἐρεῖς, ὅτι ἀνοίας ἐσχάτης ἦν τὸ ἐγκαλεῖν τῷ Θεῷ, ὅτι μὴ τῇ φύσει τὴν γνῶσιν ἐνέθηκε; Ταῦτα δὲ ἔρεῖς, ἐπειδὴ σοὶ κατώρθωται τὰ τῆς γνώσεως· οὕτω καὶ τὰ τοῦ βίου εἰ κατώρθωτο, οὐκ ἂν ταῦτα ἐξήτησας, ἀλλ' ἐπειδὴ ἀπολάμνεις πρὸς τὴν ἀρετὴν, διὰ τοῦτο τοὺς ἀνοήτους τοῦτους προβάλλῃ λόγους. Πῶς δὲ καὶ ἐχρητὴν ποιῆσαι ἀνάγκη γίνεσθαι καλόν; Οὐκοῦν ἐμελλεν ἡμῖν τὰ ἄλογα φιλονεικεῖν τῆς ἀρετῆς, ὅτε ἡμῶν [13] συμφρονέστερα

* Alius addit καὶ νοθεσίαν.

ένια όντα. 'Αλλ' έβουλόμην, φησίν, είναι ανάγκη καλός, και πάντων αποστειρείσθαι τών μισθών, ή προαιρέσει φαύλος, και κολάζεσθαι και τιμωρείσθαι. 'Αλλ' ούκ έστιν ανάγκη ποτέ καλόν είναι. Εί μόν ούν άγνοεις τό πρακτέον, δείξον, και τότε έροϋμεν όπερ είπειν δεί· εί δέ οίδας πονηράν την άσέλγειαν ούσαν, τίως ένεκεν ού φεύγεις τό πονηρόν; Ού δύναμαι, φησίν. 'Αλλ' έτεροι οι τά μείζω κατορθώσαντες κατηγορήσουσί σου, και έπιστομίσουσί σε εκ περιουσίας πολλής. Σύ μόν γάρ έσω και μετά γυναικός ών ού σωφρονείς, άλλος δέ και χωρίς γυναικός άκέραιον διατηρεί την άγνείαν. Τίνα ούν έχεις άπολογίαν^α, τό μέτρον ού φυλάττων, έτέρου ύπερ τά σκάμματα πηδώντος; 'Αλλ' ούκ είμί τοιούτος, φησι, τοϋ σώματος την φύσιν ή την προαίρεσιν. 'Επειδή μη θέλεις, ούκ επειδή μη δύνασαι· και γάρ δείκνυμι πάντας έπιτηδεύς προς άρετήν έχοντας. "Ο γάρ μη δύναται τις ποιήσαι, ούδδ ανάγκης έπικειμένης δυνήσεται ποιήσαι· εί δέ ανάγκης έπικειμένης δύναται ό μη ποιών, παρά προαίρεσιν ού ποιεϊ. Οίδόν τι λέγω· 'Αναπτήναι και προς τόν ουρανόν άρθθηναι σώμα έχοντα, βαρϋ πάντως και άδύνατον. Τί ούν, εί βασιλεύς έπιτάξει τοϋτο ποιήσαι, και θάνατόν ήπειλήσε λέγων, ότι: Τούς μη πετομένους ανθρώπους αποτέμνεσθαι κελεύω και καίεσθαι, ή άλλο τι πάσχειν τοιούτον, άρα άν τις ύπήκουσεν; Ούδαμώς· ού δέχεται γάρ ή φύσις. "Αν δέ επί σωφροσύνης τό αυτό τοϋτο γένηται, και θή διατάγματα, ώστε τόν άσελγαίνοντα κολάζεσθαι, καίεσθαι, μαστίζεσθαι, μυρία πάσχειν δεινά, άρα ούκ άν έπεισθησαν πολλοί τῷ προστάγματι; Ούχι, φησί· και γάρ κείται και νύν νόμος ό κελεύων μη μοιχεύειν, και ού πάντες πείθονται. Ούκ επειδή ό φόβος ήσθένησεν, άλλ' επειδή λήσεσθαι προσδοκῶσιν οι πολλοί· ως εί παρήν αυτοίς άσελγαίνειν μέλλουσιν ό νομοθέτης και ό δικάζων, ίσχυσεν άν ό φόβος έκβαλεϊν την έπιθυμίαν. 'Επει κᾶν έλάττονα ταύτης έτέραν ανάγκην επαγάγω, και λαβών αυτόν από της έρωμένης γυναικός άπαγάγω και δήσας καθείρω, δυνήσεται ενεργείν, και μηδέν παθεϊν άηδές.

Μη τοίνυν λέγωμεν, ότι ό δεινα φύσει καλός, και ό δεινα φύσει κακός. Εί γάρ φύσει αγαθός, ούδέποτε δυνήσεται γενέσθαι κακός· και εί φύσει κακός, ούκ άν ποτε γένοιτο αγαθός. Νύν δέ όρωμεν όξυρρόπους τάς μεταβολάς, και από τούτων εις θάτερα μεταβάλλοντας, και άπ' εκείνων εις ταϋτα μεταπίπτοντας. Καί ταϋτα ούκ έν ταϊς Γραφαϊς έστιν ιδεϊν μόνον, οϊόν ότι: τελώναι γεγόνασιν άπόστολοι, και μαθηταί

^α Alii τίνα εξεις ούν άπολ

προδοταί, και πόρνοι γυναίκες σώφρονες, και λησταί εύδοκίμησαν, και μάγοι προσεκύνθησαν, και άσεβεις εις εύσέθειαν μετέβαλον, επί τε της Καινης επί τε της Παλαιας· άλλα και καθ' έκαστην ήμέραν πολλά τοιαϋτα συμβαίνοντα ιδοι τις άν. Εί δ'ε φυσικά ήν, ούκ άν μετέπεσον. Καί γάρ φύσει παθητοί όντες, ούκ άν ποτε από σπουδής γενοίμεθα άπαθεϊς. Τό γάρ φύσει τι όν, ούκ άν έκπέση τοϋ κατά φύσιν. Ούδεις γούν από τοϋ καθεύδειν επί τό μη καθεύδειν μετέπεσεν^β, ούδεις από τοϋ [14] φθειρεσθαι επί τό μη φθειρεσθαι, ούδεις από τοϋ παινήν επί τό μηδέποτε τοϋτο πάσχειν. Διά τοϋτο ούδδ έγκλήματα ταϋτά έστιν, ούδδ όνειδιζόμεν έαυτούς επί τούτοις. Ούδδ μέλλων τίς τινη έγκαλείν είπεν· 'Ο φαρτς και παθητέ· άλλ' ή μοιχείαν ή πορνείαν ή τι: τών τοιούτων άεί προφέρομεν τοϊς ύπευθύνοις, και δικασταϊς προσάγομεν τοϊς έγκαλοϋσι και κολάζουσι, και επί τοϊς έναντιοϊς τιμῶσιν. "Οταν ούν και εξ ών προς άλλήλους ποιούμεν, και εξ ών δικαζόμενοι πάσχομεν, και εξ ών νόμους έγράψαμεν, και εξ ών έαυτών καταγινώσκομεν, κᾶν μηδεις ό καταγορών ή, και εξ ών βήθυμούντες μεν γέρουσι, φοβούμενοι δέ βελτίους γινόμεθα, και εξ ών άλλους όρωμεν κατορθούντας και προς άκρον φιλοσοφίας άφικομένους. ευδελον ότι και έφ' ήμϊν κείται τό κατορθοϋν· τί μάτην ψυχραϊς έαυτούς άπατωμεν οι πολλοί προφάσει και άπολογίαις, μη μόνον συγγνώμην ού φερούσαι, άλλα και κόλασιν άφώρητον, δέον την ήμέραν εκλείνην την φοβεράν από τών όφθαλμών έχοντας άρετῆς έπιμελεϊσθαι, και μικρά πονέσαντας, τούς άκρηίτους λαβεϊν στεφάνους; Ούδδεν γάρ ήμῶν ταϋτα προστήσεται τά βήματα· άλλ' οι σύνδοϋλοι και τά έναντία κατορθωκότες κατακρινουσι τοϋς διαμαρτάνοντας πάντας, τόν ώμόν ό έλετήμων, τόν πονηρόν ό χρησός, τόν θρασύν ό έπεικής, τόν βάσκανον ό φιλόφρων, τόν κενόδοξον ό φιλόσοφος, τόν βήθυμον ό σπουδαίος, τόν άκόλαστον ό σώφρων. Οϋτως οίσει την χρίσιν ήμϊν ό Θεός, έκάτερά τε στήσει τά τάγματα, τούς μόν έπαινών, τούς δέ κολάζων. 'Αλλά μη γένοιτό τινα τών παρόντων γενέσθαι τών κολαζομένων και ήτιμωμένων, άλλα τών στεφανουμένων και τών της θεϊας βασιλείας έπιτυχανόντων· ής γένοιτο πάντας ήμᾶς έπιτυχεϊν, χάριτι και φιλανθρωπία τοϋ Κυρίου ήμῶν 'Ιησοϋ Χριστοϋ, μεθ' οϋ τῷ Πατρι, άμα τῷ άγιω Πνεύματι, δίξζ, κράτος, τιμή, νύν και άεί, και εις τούς αιώνας τών αιώνων. 'Αμήν

^β Regius bene από τοϋ καθεύδειν εις τό μη καθεύδειν μετέπεσεν. In editis sententia manca erat δι' όμοιοτέλειαν.

ΟΜΙΛΙΑ Γ'.

Παρακαλώ δέ ύμᾶς, αδελφοί, διά τοϋ όνόματος τοϋ Κυρίου ήμῶν 'Ιησοϋ Χριστοϋ. 'Ινα τό αυτό λέγητε πάντες, και μη ή έν ύμϊν σχίσματα, ήτε δέ κατηγορισμένοι έν τῷ αϋτῷ νοί και έν τῇ αϋτῇ γνώμη.

α'. "Οπερ άεί έλεγον, ότι ήρέμα και κατά μικρόν δεϊ τάς έπιπλήξεις ποιείσθαι, τοϋτο και ό Παϋλος ένταϋθα ποιεϊ. Μέλλων γάρ εις πράγμα έμβαίνειν πολλών κινδύνων γέμον, και την 'Εκκλησίαν εκ βάθρων ικανόν έν άναστάσει, και προσηνέστερον τῷ λόγω κέχρηται. Φησί γάρ παρακαλείν αυτούς, παρακαλείν δέ διά τοϋ Χριστοϋ, ως ούδδ αυτός άρκών μόνος ταϋτην θέσθαι την ίκετηρίαν, και πείσαι. Τί δέ έστι, Παρακαλώ διά τοϋ Χριστοϋ; Τόν Χριστόν λαμβάνω σύμ-

μαχον, και βοηθόν [15] αϋτοϋ τό όνομα τό ήδικημένον και ύθρισμένον· σφοδρά έντροπικώς, ώστε μη άπαναισχυντήσαι αυτούς· Ιταμούς γάρ ή άμαρτία ποιεϊ. Διά τοϋτο άν μόν^α ευθέως σφοδρώς έπιπλήξης, άπηγή και άναίσχυντον ειργάσω· άν δέ έντρέψης, κατέκαμψας τόν αυχένα, κατέσπασας την παρήρειαν, κάτω νεύειν έποίησας. "Οπερ και ό Παϋλος κατασκευάζων, παρακαλεί τέως διά τοϋ όνόματος τοϋ Χριστοϋ. Και τί ποτέ έστιν ό παρακαλεϊ; 'Ινα τό αυτό λέγητε πάντες, και μη ή έν ύμϊν σχίσματα. Τοϋ σχίσματος ή έμφυσις και αυτό της κατηγορίας

^α I.e.gebatur μη

in te recte se habent. Sic etiam si ea, quæ ad vitam pertinent, recte se haberent, non talem questionem moveres; verum quia circa virtutem socors et ignavus es, ideo insanos hosce profers sermones. Quomodo autem oportuit ex necessitate fieri bonum? Ergo futurum erat, ut bruta animalia nobiscum de virtute certarent cum quædam eorum nobis temperantiora sint. Sed mallem, inquires, ex necessitate bonus esse, et omni mercede privari, quam ex libero arbitrio malus, puniri et supplicio affici. Sed non est unquam necessitas esse bonum. Si ergo ignoras quid agendum sit, ostende, et tunc dicemus id quod opus est dicere: si vero libidinem malam esse nosti, cur malam rem non fugis? Non possum, inquires. Verum alii, qui majora recte gesserunt, te accusabunt, tibi que vi magna es obstruent. Tu enim fortasse etiam cum uxore tua non caste agis; alius vero absque uxore integram servat castitatem. Quam ergo habes defensionem, qui modum non serves, dum alius ipsa septa transit? At non parem, inquires, habeo corporis naturam, non par propositum voluntatis. Quia non vis, non quia non potes: ostendo namque omnes esse ad virtutem idoneos. Nam quod non potest quis facere, neque instante necessitate poterit: quod si instante necessitate possit, qui non facit, ex proposito voluntatis non facit. Exempli causa, volare et ad caelum ferri gravi corpore præditum, omnino fieri nequit. Quid ergo, si rex jusserit hoc facere, et mortem comminetur dicens: Homines non volantes jubeo concidi vel uri, vel quid simile pati: num quis ipsi obediet? Nequaquam. hoc enim natura ferre nequit. Si autem de castitate idipsum statuat, justaque puniat, ut libidinosus puniatur, uratur, flagelletur et mille tormenta patiatur, annon multi edicto pareant? Non, inquires: nam lex est, quæ jubet non mœchari, neque omnes obsequuntur. Non quod infirmus et levis sit timor, sed quia multi se latere posse sperent. Quod si legislator et judex adessent libidinem impleturis, posset tunc metus libidinem arcere. Nam si aliam minorem necessitatem induxero, et ab amata muliere abstractum abduxero, et vinctum inclusero, poterit ferre, et nihil grave pati.

Nemo natura bonus vel natura malus. — Ne ergo dicamus, hunc natura bonum, illum natura malum esse. Nam si natura bonus sit, numquam poterit malus fieri; et si natura malus, numquam bonus erit. Nunc autem videmus celeres mutationes, et ab

his in alia mutari, et ab illis in alia cadere. Et hæc non in Scripturis tantum videre est: exempli causa, quod publicani facti sint apostoli, et discipuli proditores, et meretrices castæ mulieres, et latrones præclare agentes, et magi adorantes, et impii in pietatem conversi, idque tam in Veteri, quam in Novo Testamento: imo quotidie similia accidere videmus. Si vero naturalia hæc essent, non mutarentur. Nam cum simus natura passibiles, nullo umquam studio impassibiles erimus. Quod enim natura tale est, numquam excidet a naturalibus. Nullus a dormiendo abstinnit, nullus a corruptione ad incorruptionem transire potuit, nullus ab esurie liberatus est, ita ut non ultra esuriant. Ideo hæc non in crimen vertuntur, neque nobis ea exprobramus. Neque aliquem accusaturus quispiam dixit: O impure, et passionibus obnoxie; sed aut adulterium aut stuprum aut quid simile semper obnoxie proferimus, et ad iudices adducimus qui criminentur et puniant, et pro contrariis honore afficiant. Cum ergo tum ex iis quæ inter nos mutuo facimus, tum ex iis quæ in iudicio patimur, et in legibus descripsimus, tum ex iis de quibus nos ipsos damnamus, licet nullus accuset; ex eo quod etiam per ignaviam pejores, per timorem meliores efficiamur, demumque ex eo quod alios videamus præclare agentes ad philosophiæ culmen venisse, palam sit penes nos esse ut recte agamus; cur nos frustra frigidis obtentibus et excusationibus decipimus, quæ non modo nobis veniam non concilient, sed potius intolerabile supplicium; cum oporteret diem illum terribilem præ oculis habentes, virtutis curam gerere et post modicum laborem incorruptibiles coronas accipere? Nihil enim nobis proderunt hæc verba; sed conservi, qui contraria recte egerunt, peccatores omnes damnabunt, crudelem misericors, malum bonus, audacem modestus, invidum benevolus, vanæ gloriæ cupidum philosophus, segnem studiosus, lascivum castus. Sic nobis iudicium Deus feret, utrumque statuet ordinem, hos laudans, illos puniens. Verum absit, ut præsentium quispiam ex numero eorum sit qui punientur et ignominia afficientur; sed sint potius ex numero eorum qui coronantur, et divinum regnum obtinent; quod nos omnes assequi contingat, gratia et benignitate Domini nostri Jesu Christi, quicum Patri unaque Spiritui sancto gloria, imperium, honor, nunc et semper, et in sæcula sæculorum. Amen.

HOMILIA III.

CAP. I. v. 10. *Obsecro autem vos, fratres, per nomen Domini nostri Jesu Christi, ut idem dicatis omnes, et non sint in vobis schismata; sitis autem perfecti in eadem mente et in eadem sententia.*

1. *Increpationes sensim et moderate fieri oportet.* — Quod semper dicebam, sensim et paulatim increpationes fieri oportere, hoc et Paulus hic facit. Rem enim magnam ingressurus multis plenam periculis, et quæ posset Ecclesiam funditus evertere, mitiore

uitur sermone. Ait enim se obsecrare illos; obsecrare autem per Christum, quasi ipse solus non sufficeret ad talem supplicationem, et ad persuadendum. Quid est autem, Obsecro per Christum? Christum adhibeo socium, et in auxilium ejus nomen injuria et contumelia affectum. Admodum apposite, ut ne illi impudenter agerent: impudentes enim peccatum facit. Ideo si statim quidem vehementer increpaveris, immitem et impudentem efficis: si incre-

paveris, cervicem flexisti, loquendi libertatem abstaxisti, ut deorsum aspiceret fecisti. Quod efficiens Paulus interim obsecrat pro nomen Christi. Et quidnam obsecrat? *Ut idem dicatis omnes, et non sint in vobis schismata.* Schismatis emphatica vis ipsamque accusationis nomen satis erant, ut illos acriter perstringerent. Non enim fuerunt multæ partes integræ, sed etiam una perierat. Nam si Ecclesiæ essent integræ, multi essent cœtus: si autem schismata, unum periisset. Nam quod integrum est, cum in multa dividitur, non modo non multa efficitur, sed quod unum erat perit. Talis est schismatum natura. Deinde quia admodum perstrinxerat schismatis nomine, rursus lenit et mitigat his verbis: *Sitis autem perfecti in eadem mente et in eadem sententia.* Quia enim dixerat, *Ut idem dicatis*; Ne putetis, inquit, me concordiam dixisse in verbis solum sitam: eam enim quæ in mente est concordiam requiro. Sed quia fieri potest, ut idipsum mente dicant, sed non in rebus omnibus, ideo illud etiam addidit, *Sitis autem perfecti.* Qui enim in aliquo junctus est, in aliquo autem dissidet, non utique perfectus est, neque in toto consentit. Fieri autem potest, ut quis cogitatione concordet, neque tamen sententia: ut cum eandem habentes fidem, caritate juncti non sumus. Sic enim secundum cogitata juncti sumus (eadem quippe cogitamus), sententia vero non item: quod etiam tunc factum est, cum hic quidem illum, ille alium eligeret. Ideo ait et mente et sententia jungi debere. Neque enim quod in fide dissiderent, schismata erant; sed quod sententia dirimerentur secundum humanam contentionem. Sed quoniam is, qui accusatur, donec testes non habet, impudenter agit; vide quomodo non concedens ut negent, testes adducat. 11. *Significatum enim est mihi de vobis, fratres, ab iis qui sunt Chloes.* Neque statim hoc dixerat, sed primo accusationem posuerat, quod ipsum significantibus credidisse probat: nisi enim hoc fuisset, non accusasset: non temere enim Paulus credidisset. Neque statim dixit sibi significatum esse, ne videretur quasi ab illis inductus accusare: neque tacuit eorum nomen, ne videretur ex se solo dicere. Rursus illos fratres nominat. Licet enim peccatum manifestum esset, nihil impediabat quominus illos adhuc fratres vocaret. Considera autem prudentiam, quomodo non separatam personam posuerit, sed domum totam, ne ipsi impeterent eum qui id dixisset: ita enim et illum textit, et accusationem sine metu aperuit. Non vidit enim solum quod illis, sed etiam quod his expediret. Ideo non dixit, *Significatum mihi est a quibusdam*; sed etiam domum indicavit, ut ne videretur comminisci. Quid significatum est? *Quod contentiones sint in vobis.* Quando illos increpat, dicit: *Ne sint in vobis schismata*; cum autem quæ aliorum sunt annuntiat, mitius effert his verbis: *Significatum enim est mihi, quod contentiones sunt in vobis*; ut ne eos qui dixerant, una impeteret. Deinde genus contentionis dicit: 12. *Quod unusquisque vestrum dicit, Ego quidem sum Pauli, ego autem Apollo, ego*

vero Cephæ. Contentiones enim dico, inquit, non eas quæ de rebus privatis sunt, sed graviores. *Quod unusquisque vestrum dicit.* Non enim partem, sed totam Ecclesiam corruptio devastabat. Atqui nec de seipso, nec de Petro, nec de Apollo dicebant; sed ostendit, quod si his innitendum non est, multo minus aliis. Quod autem non de his dicerent, infra dicit: *Hæc autem transfiguravi in me et Apollo, ut in nobis discatis non supra id quod scriptum est supra (1. Cor. 4. 2).* Quod si Pauli, Apollo et Cephæ non oportebat sibi nomina adscribere, multo minus aliorum. Si doctorem et primum apostolorum, qui tantum instituerat populum, non oportebat sibi adscribere, multo minus eos qui nihil erant. Cum hyperbole itaque illos a morbo abducere studens hæc nomina ponit. Alioquin vero etiam minus molestam orationem reddit, non nominatim recensens eos qui scindebant Ecclesiam, sed quasi larvis quibusdam apostolorum nominibus ipsos obtegens: *Ego quidem sum Pauli, ego autem Apollo, ego vero Cephæ.*

5. *Pecunia non malæ, si bene illis utamur.* — Et hæc dico, non quod peccata sint pecuniæ; sed peccatum est non eas pauperibus distribuere, et male illis uti. Nihil enim malum Deus fecit, sed omnia valde bona. Itaque bonæ etiam sunt pecuniæ, sed si possidentibus non imperent, si paupertatem proximi solvant. Neque enim lux illa bona, quæ non delet tenebras, sed auget eas; neque divitias sic appellamus, quæ non solvant paupertatem, sed augeant illam. Nam qui dives est, non querit ab aliis accipere, sed aliis opem ferre: qui vero ab aliis querit accipere, jam non dives est, sed ipse pauper. Itaque non divitiæ malæ sunt, sed pauper animus, qui divitias deducit in paupertatem. Hi miseres sunt illis qui in angustis mendicant, iis qui cæci et mutilato corpore sunt; et qui sericis splendidisque vestibus amicti sunt, iis qui laceris pannis induntur; qui in foro superbe incedunt inferiores sunt iis, qui in bivis vadunt et in aulis ingrediuntur, ab imo clamant mendicantes. Hi namque Deum laudant, et misericordie multaque philosophiæ verba proferunt: ideoque illos miseramur et manus ipsis porrigimus, ac nunquam accusamus. Qui autem male divitias possident, crudelitatis, inhumanitatis, rapinæ et concupiscentiæ verba proferunt. Ideo apud omnes odiosi et ridiculi habentur. Considera autem, quid apud omnes homines turpe esse videatur, an a divitibus petere an ab inopibus? Palam certe est, ab inopibus. Hoc itaque faciunt divites; non enim audent ad ditiores accedere. Qui autem mendicant, a locupletibus petunt: neque enim mendicus a mendico petit, sed a divite; dives autem pauperem discerpit. Rursus quid, queso, honestius, a lubentibus et gratiam habentibus accipere, an invitos rogere et perturbare? Palam est honestius esse invitos non turbare. Sed hoc divites faciunt. Nam pauperes a lubentibus accipiunt et gratiam habentibus; divites autem ab invitos et repugnantibus: quod majoris est paupertatis demonstratio. Si enim ad prandium nemo velit accedere, nisi gratiam ipsi habeat is qui invitat, quomodo bonum fuerit pecunias vi extorquere? Canes nunc ideo aversamur et fugimus latrantes, quod nobis assidue instent et nos ur-

geant? Hoc et divites faciunt. At honestius, ut cum dono adsit metus. Hoc certe omnium turpissimum est: qui enim omnia movet ut accipiat, quo homine magis ridiculus non fuerit? Etenim sæpe cum canes metueremus, ea quæ tenebamus projecimus. Quid rursus, dic mihi, turpius pannis laceris involutum petere, an sericas vestes ferentem? Quando enim quis dives senes colit pauperes, ut res illorum accipiat, etiamsi liberos habeant, qua venia dignus erit? Si vultis autem, ipsa quoque verba examinemus; quenam scilicet divites petentes dicant, et quenam pauperes. Quid ergo dicit pauper? Quod qui dat elemosinam non parce dabit, quod ea det quæ a Deo sunt, quod Deus sit benignus et majora retribuatur: quæ omnia philosophiæ sunt verba et exhortationis et consilii. Rogat enim te ad Dominum respicias, et metum tibi tollit futuræ paupertatis: ac multam quoque videat doctrinam in verbis mendicantium. Divitum autem verba qualia sunt? Porcorum, canum, luporum aliarumque ferarum. Nam alii de mensis, de obolulis, de condimentis, de vino omnis generis, de unguentis, de vestibus, deque omni alio luxu et profusione: alii de usuris, de fœnoribus; et schedas fingentes, ac debitorum intolerabilem attollentes magnitudinem, tamquam a patribus et avis initium sumpserint, hujus domum, illius agrum, alterius mancipium auferunt facultatesque omnes. Quid vero dixeris de testamentis, quæ non aramento, sed sanguine scripta sunt? Aut enim in non ferendum inductos periculum, aut modicis promissis incantatos, quos viderint quædam modica possidentes, eo induxerunt ut cognatos omnes et paupertate sæpe pereuntes missos facerent, sequæ pro illis heredes adscriberent. Hæc autem quarumnam ferarum non superant feritatem? Quapropter, obsecro, omnes hujusmodi divitias fugiamus, turpes et cædibus refertas; et spirituales illas possideamus, thesaurosque in cælo requiramus. Nam qui hos habent, illi certe divites sunt, illi opulenti, et fruuntur omnibus quæ hic et illic sunt. Qui enim secundum Dei verbum pauper esse vult, omnium domos habet apertas. Nam ei, qui propter Deum nihil possidet, unusquisque sua confert: qui vero parva cum injustitia vult habere, omnium sibi ostia clausit. Ut ergo et quæ hic et quæ illic sunt bona assequamur, eligamus immotam et immortalem opulentiam: quam utinam nos omnes consequamur gratia et benignitate Domini nostri Jesu Christi, etc.

HOMILIA XIV.

Cor. 4. v. 17. Ideo misi ad vos Timotheum, qui est filius meus dilectus et fidelis in Domino, qui vos commonefaciet vias meas, quæ sunt in Christo Jesu.

1. *Paulus igne ardentior.* — Illic quoque consideres velim generosam animam, igne ardentiorum et acriorem. Volebat quidem ipse adesse, Corinthiis maxime sic ægotantibus et seditione agitatis. Probe sciebat enim, quam prodesset discipulis præsentia sua, et

quantum obsesset absentia. Et illud quidem indicavit in Epistola ad Philippenses, dicens, *Non ut in præsentia mea tantum, sed multo magis nunc quoque in absentia mea, cum timore et tremore salutem vestram operamini (Philipp. 2. 12): hoc autem ostendit in hac epistola dicens: 18. Tamquam non venturus sim ad vos, inflati sunt quidam; 19. veniam autem. Festinabat itaque et cupiebat ipse adesse; sed quia hoc*

nondum licebat, promissione adventus sui illos corrigit: neque hoc tantummodo, sed etiam missione discipuli. *Ideo* namque, inquit, *missi ad vos Timotheum. Ideo*: quare? Quia vestrum ut filiorum curam gero, ut qui vos genuerim. Et cum commendatione personæ est epistola: *Qui est filius meus dilectus, et fidelis in Domino*. Hoc autem dixit, et ut amorem suum ostendat, et ut illos præparet ad illum reverenter videndum. Neque tantum fidelem dicit, sed, *In Domino*; id est, in rebus quæ secundum Dominum sunt. Quod si in sæcularibus rebus fidelem esse laus est, multo magis in spiritualibus. Si ergo dilectus ejus filius sit, cogita quantus sit amor Pauli in Corinthiis, quorum gratia ab illo voluerit separari. Si autem fidelis sit, inculpate res administrabit. *Qui vos commonefaciet*. Non dicit, *Doceret*, ne id agere ferrent, ut qui ab ipso discerent. Ideoque in fine ait: *Opus enim Dei operatur sicut et ego* (1. Cor. 16. 10): ne quis ergo illum despiciat. Nulla enim in apostolis erat invidia, sed unum spectabant, nempe Ecclesiæ ædificationem: et si minor erat is qui operabatur, cum omni studio fovebant illum et juvabant. Quapropter non satis habuit dicere, *Commonefaciet*; sed illorum invidiam magis abscindere volens (juvenis namque erat Timotheus): ideo subjunxit, *Vias meas*. Non suas, sed, *Meas*; id est, æconomias, pericula, mores, leges, statuta, canones apostolicos et alia omnia. Quia enim dixit, *Nudi sumus et caluphiis cædimur et instabiles sumus*: et hæc, inquit, omnia vos commonefaciet et leges Christi, ut hæreses deleat. Deinde superiora repetens subjungit, *Quæ sunt in Christo*: omnia uti solet Domino referens, et fide digna sequentia reddens: quare subdit: *Sicut ubique in omni Ecclesia docco*. Nihil apud vos novi dixi: horum mihi conscia sunt reliquæ omnes Ecclesie. Vias autem illas in Christo dicit, ostendens illas nihil humanum habere, et cum ejus auxilio se recte omnia gerere. Postquam autem hæc dixit et illos curavit; aggressurus accusationem fornicatoris, rursus ira plenos sermones emittit, non quod ille ita affectus esset, sed ut illos corrigit; et fornicatore dimisso, alios alloquitur, ne suis quidem verbis dignum illum judicans: quod erga servos qui admodum offenderunt facere solemus. Et quia dixit, *Timotheum mitto*; ne ideo signiores evadant, vide quid dicat: *Tamquam non venturus sim ad vos, sic inflati sunt quidam*. His enim et illos perstringit et alios quosdam, altos illorum sensus exagitant. Est enim crimen appetiti principatus, absentia doctoris ad arrogantiam uti. Quando enim plebem alloquitur, perpende mihi quomodo ad pudorem inducat; quando autem eos qui in causa mali sunt, vehementius agit. Illis enim dicit, *Omnium peripsema*; illosque leniens addit, *Non ut confundam vos, hæc scribo*: his autem, *Tamquam non venturus sim ad vos, inflati sunt quidam*; ostendens puerilis animi esse arrogantiam. Etenim pueri absentia magistri signiores fiunt. Hoc ergo indicatur, et quod præsentia satis sit ad correctionem.

2. Quemadmodum enim leone præsentente omnia terrentur animalia: sic præsentente Paulo pertimescebant ii qui Ecclesiam corrumpebant. Ideo subjunxit: *19. Veniam autem cito ad vos, si Dominus voluerit*. Sed hoc solum dicere, comminantis esse videbatur; operum autem demonstrationem et ipsum promittere et ab illis exigere, hoc magni et sublimis erat animi. Quamobrem et hoc subjunxit, dicens: *Et cognoscam, non sermonem eorum qui inflati sunt, sed virtutem*. Non enim ex propriis recte factis, sed ex doctoris absentia suborta erat arrogantia: quod ipsum quoque animi erat despicientis. Ideo cum dixisset, *Missi Timotheum*, non statim dixit, *Veniam*, sed cum prius ipsos accusasset quod inflati essent, tunc ait, *Veniam*. Nam si ante accusationem illud posuisset, excusatio potius visa fuisset, ut qui non defuisset, et non comminatio, nec credibilis sermo fuisset; nunc autem post accusationem positum dictum, et fide dignum et terribilem reddidit. Et vide ejus firmitatem securitatemque. Non enim simpliciter dixit, *Veniam*, sed, *Si Dominus voluerit*; nec tempus constitutum ponit. Quia enim contingit cum tardius accedere, ex incerto vult illos dubios animi et suspensos tenere. Et ne propterea rursus concidant, addidit, *Cito. Et cognoscam, non sermonem eorum qui inflati sunt, sed virtutem*. Non dixit, *Cognoscam sapientiam, neque signa; sed quid? Non sermonem*; et illud prolato nomine deprimens, et hoc extollens. Et interim sermonem dirigit ad eos, qui fornicatorem fovebant. Nam si illum alloqueretur, non diceret virtutem, sed opera, quæ corrupta erant. Et cur non quæris sermonem? Non quod verbis egeam, sed quia in virtute res nostræ consistunt. Ut igitur in bello non multa loquentium, sed multa patrantium sunt præclara gesta: ita hic quoque non loquentium, sed operantium est victoria. Altum sapientiam ob facundiam, inquit; sed si rhetorum certamen esset et tempus, recte ideo tibi placeres; si autem apostolorum veritatem annuntiantium, et illam signis confirmantium, quid iularis de re superflua, quæ nihil est, et ad præsentia nihil conferre possit? Quid enim verborum ostentatio posset ad mortuum suscitandum, aut demones pellendos, aut aliud quodpiam miraculum patrandum. His nunc opus est, et per hæc res nostræ consistunt. Ideoque subjunxit: *20. Non enim in sermone est regnum Dei, sed in virtute*. Per signa, inquit, non per facundiam vicinus, et quod divina sit doctrina nostra, et regnum cælorum annuntiemus, maximum argumentum præbuimus, signa nempe, quæ per virtutem Spiritus facimus. Si ergo magni quidam viri esse volunt ii qui nunc sunt inflati, cum advenero, ostendant, si quam talem virtutem habeant; neque verborum fastium mihi obtendant: ars enim illa nihil ad nos. *21. Quid vultis? in virga veniam ad vos, an in caritate et spiritu mansuetudinis?* Multum terroris et multum lenitatis hic sermo præ se fert. Dicere enim, *Cognoscam*, sese continentis erat; dicere autem: *Quid vultis? in virga veniam ad vos?* ejus est qui in doctrinæ solum ascendit, et inde disserit, totamque auctoritatem accipit,

γάρ, φησίν, *Ἐπεμψα ὑμῖν Τιμόθεον. Διὰ τοῦτο* · ποδὸν; Ἐπειδὴ ὡς παίδων κήδομαι, καὶ ὡς γεγεννηκώς. Καὶ μετὰ τῆς συστάσεως τοῦ προσώπου, ἢ Ἐπιστολή· *Ὅς ἐστὶ μου τέκνον ἀγαπητὸν καὶ πιστὸν ἐν Κυρίῳ*. Τοῦτο δὲ εἶπε, τὴν τε αὐτοῦ ἀγάπην ἐμφαίνων, κακείνους παρασκευάζων αἰδεσίμως αὐτὸν ἰδεῖν. Καὶ οὐκ ἀπλῶς πιστὸν, ἀλλ' *Ἐν Κυρίῳ*, τουτέστιν, ἐν τοῖς κατὰ Κύριον πράγμασιν. Εἰ δὲ τὸ ἐν τοῖς βιωτικαῖς εἶναι τινα πιστὸν, ἐγκώμιον, πολλῶ ἄλλο ἐν τοῖς πνευματικαῖς. Εἰ τοίνυν ἀγαπητὸν αὐτοῦ τέκνον, ἐνόησον πόση τοῦ Παύλου ἡ ἀγάπη, ὅτι ἐλλετο αὐτοῦ χωρισθῆναι διὰ Κορινθίους. Εἰ δὲ καὶ πιστὸν, ἀλήπτως διακονῆσαι τοῖς πράγμασιν. *Ὅς ὑμᾶς ἀναμνητῆσει*. Οὐκ εἶπε, Διδάξει, ἵνα μὴ δυσαναστρεψῶσιν, ὡς παρ' αὐτοῦ μανθάνοντες. Διὰ τοῦτο καὶ πρὸς τῷ τέλει φησὶ· *Τὸ γὰρ ἔργον Κυρίου ἐργάζεται, καθὼς καὶ ἐγὼ* · μὴ τις οὖν αὐτὸν ἐξουβηνῆσιν. Οὐδεὶς γάρ ἦν ἐν ἀποστόλοις φθόνος, ἀλλὰ πρὸς ἐν ἑώρων, τῆς Ἐκκλησίας τὴν οἰκοδομήν· καὶ εἰ ἐλάττων ἦν ὁ ἐργαζόμενος, συνεκρότου αὐτὸν μετὰ σπουδῆς ἀπάσης. Διὰ τοῦτο οὐδὲ ἠρκέσθη τῷ εἰπεῖν, *Ἀναμνητῆσει, ἀλλ'* ἐπὶ πλέον ἄγει τὸν λόγον, « ὑποτέμνεσθαι βουλόμενος αὐτῶν τὸν φθόνον (καὶ γὰρ ἦν νίος ὁ Τιμόθεος) διὰ ἐπήγαγε· *Τὰς ὁδοὺς μου*. Οὐ τὰς αὐτοῦ, ἀλλὰ τὰς ἐμὰς, τουτέστι, τὰς οἰκονομίας, τοὺς κινδύνους, τὰ ἔθνη, τοὺς νόμους, τοὺς θεσμούς, τοὺς κανόνας τοῦς ἀποστολικούς, τὰ ἄλλα πάντα. Ἐπειδὴ γὰρ εἶπε, *Γυμναζέμενοι καὶ κολαφιζόμεθα καὶ ἀστυγεῖται*, καὶ ταῦτα, φησὶ, πάντα ὑμᾶς ἐναμνήσει καὶ τοὺς νόμους τοῦ Χριστοῦ, ὥστε τὰς αἰρέσεις ἀνελεῖν. Εἶτα ἀνωτέρω τὸν λόγον ἀναγών ἐπήγαγε· *Τὰ ἐν Χριστῷ*· πάντα, ὡς εἶπεν, ἀνατιθεὶς τῷ Δεσπότη, καὶ τὸ ἀξιόπιστον τῶν ἐξῆς ἐντεῦθεν κατασκευάζων. [118] διὰ καὶ ἐπάγει· *Καθὼς πανταχοῦ ἐν πάσῃ Ἐκκλησίᾳ διδάσκω*. Οὐδὲν πρὸς ὑμᾶς καινὸν εἶπον· ταῦτά μοι συνίσασι καὶ αἱ λοιπαὶ Ἐκκλησίαι πάσαι. Ὅδοὺς δὲ αὐτὰς ἐν Χριστῷ φησὶ, δεικνύς ὅτι οὐδὲν ἔχουσι ἀνθρώπινον, καὶ ὅτι μετὰ τῆς ἐκείθεν βοηθείας τὰ πάντα κατορθῶν. Εἰπὼν δὲ ταῦτα καὶ θεραπεύσας ἐκείνους, καὶ μέλλων ἐμβάλλειν εἰς τὴν κατηγορίαν τοῦ πεπορνευκότος, πάλιν θυμοῦ γέμοντος λόγους ἀφήσιν, οὐκ αὐτὸς ταῦτα πάσχων, ἀλλ' ἐκείνους διορθούμενος· καὶ τὴν πεπορνευκότα ἀφελῶς, τοῖς ἄλλοις διαλέγεται, οὐκ ἀξίων ἐκείνων οὕτως ἄν παρ' αὐτοῦ λόγων· ὅπερ ἐπὶ τῶν οἰκετῶν τῶν σφόδρα προσκεκροκότων ποιούμεν. Καὶ ἐπειδὴ εἶπεν, ὅτι Τιμόθεον πέμπω, ἵνα μὴ τούτῳ ῥηθιμότεροι γίνωνται, ὅρα τί φησὶν· *Ὅς μὴ ἐρχομένου σου δέ μου πρὸς ὑμᾶς, ἐφυσιώθησάν τινες*. Ἐνταῦθα γὰρ καὶ ἐκείνων καθάπτεται καὶ ἐτέρων τινῶν, κατασεῖων αὐτῶν τὸ φρόνημα. Φιλαρχίας γὰρ τὸ ἐγκλημα, τῆ ἐρημίας τοῦ διδασκάλου εἰς ἀπόνοιαν κεχρησθαι. Ὅταν μὲν οὖν πρὸς τοὺς πολλοὺς διαλέγεται, σκόπει πῶς ἐντροπικῶς αὐτὸ ποιεῖ· ὅταν δὲ πρὸς τοὺς αἰτίους, καταφορικώτερον. Ἐκείνους μὲν γὰρ λέγει, *Πάντων παρήγημα*, καὶ θεραπεύων αὐτοὺς φησὶν· *Οὐκ ἐντρέπων ὑμᾶς, γράφω ταῦτα*· τούτοις δὲ, *Ὅς μὴ ἐρχομένου δέ μου πρὸς ὑμᾶς, ἐφυσιώθησάν τινες*, δεικνύς ὅτι παιδικῆς διανοίας ἢ ἀπόνοια· καὶ γὰρ οἱ παῖδες τῆ ἀπουσίᾳ τοῦ διδασκάλου ῥαθυμότεροι γίνονται. Τοῦτο δὲ οὖν ἐνδείκνυται, καὶ εἰ ἀρκεῖ πρὸς διόρθωσιν τῆ παρουσίας.

β'. Καθάπερ γὰρ λέγοντος παρουσία ἅπαντα ποιεῖ καταπετηγμένα τὰ ζῶα· οὕτω καὶ ἡ Πικύλου τοὺς δια-

φθείραντας τὴν Ἐκκλησίαν. Διὰ καὶ ἐπάγει· *Ἐλεῦσομαι δὲ ταχέως πρὸς ὑμᾶς, ἐὰν ὁ Κύριος θελήσῃ*. Ἀλλὰ τὸ μὲν τοῦτο εἰπεῖν μόνον, ἐδόκει ἀπειλῆς εἶναι· τὸ δὲ καὶ τὴν ἀπὸ τῶν ἔργων ἀπόδειξιν καὶ αὐτὸν ἐπαγγελιασάσαι, κακείνους ἀπαιτεῖν, τοῦτο ἦν μεγαλόφρονος διανοίας. Διόπερ καὶ προσέθηκε τοῦτο, εἰπὼν· *Καὶ γνώσομαι οὐ ἐὼν λόγον τῶν πεφυσιωμένων, ἀλλὰ τὴν δύναμιν*. Οὐδὲ γὰρ ἀπὸ κατορθωμάτων οικείων, ἀλλ' ἀπὸ τῆς τοῦ διδασκάλου ἀπουσίας ἢ ἀπόνοια ἦν· ὅπερ καὶ αὐτὸ γνώμης ἦν καταφρονητικῆς. Διὰ τοῦτο εἰπὼν, *Ἐπεμψα Τιμόθεον*, οὐκ εὐθέως εἶπεν, *Ἐλεύσομαι*, ἀλλὰ πρότερον αὐτῶν κατηγορήσας, ὅτι ἐφυσιώθησαν, τότε φησὶν· *Ἐλεύσομαι*. Εἰ μὲν γὰρ πρὸ τῆς κατηγορίας αὐτὸ τίθειεν, ἀπολογία μᾶλλον ἐγένετο αὐτοῦ ὡς οὐκ ἀπολειφθέντος, καὶ οὐκ ἀπειλή, καὶ οὐδὲ οὕτως· ἢ πιστὸς ὁ λόγος ἦν· νυνὶ δὲ μετὰ τὴν κατηγορίαν θείς, καὶ ἀξιόπιστον αὐτὸν καὶ φοβερὸν ἐποίησε. Καὶ ὅρα αὐτοῦ τὸ βέβαιον καὶ ἀσφαλές. Οὐ γὰρ ἀπλῶς εἶπεν, *Ἐλεύσομαι*, ἀλλ', *Ἐὰν ὁ Κύριος θελήσῃ*· καὶ οὐ τίθησι χρόνον ὠρισμένον. Ἐπειδὴ γὰρ συνέβαινε αὐτὸν βραδέως παραγενέσθαι, ἢ ἀπλήξ βούλεται αὐτοὺς ἐναγωνίως ποιῆσαι. Καὶ ἵνα μὴ διὰ τοῦτο πάλιν ἀναπέσσει, προσέθηκε· *Ταχέως. Καὶ γνώσομαι, οὐ ἐὼν λόγον τῶν πεφυσιωμένων, ἀλλὰ τὴν δύναμιν*. Οὐκ εἶπεν, ὅτι Γνώσομαι τὴν σοφίαν, [119] οὐδὲ τὰ σημεῖα, ἀλλὰ τί; *Οὐ τὸν λόγον*· κακείνῳ τῷ ὄνματι καταφέρων, καὶ τοῦτο ἐπαίρων. Καὶ τῶς πρὸς τοὺς ἄλλους ἀποτείνεται τοὺς συγκροτοῦντας τὸν πεπορνευκότα. Εἰ γὰρ πρὸς ἐκεῖνον ἔλεγεν, οὐκ ἂν εἶπε τὴν δύναμιν, ἀλλὰ τὰ ἔργα, ἅπερ ἦν αὐτῷ διεσθαρμένα. Καὶ διὰ τί οὐ ζητεῖ τὸν λόγον; Οὐκ ἐπειδὴ ἀπορῶ λόγου, ἀλλ' ἐπειδὴ ἐν δυνάμει τὰ ἡμέτερα. Καθάπερ οὖν ἐν πολέμῳ οὐ τῶν πολλὰ φεγγυομένων τὸ κατορθῶν, ἀλλὰ τῶν πολλὰ ἐργαζομένων· οὕτω δὲ καὶ ἐνταῦθα, οὐ τῶν λαλούντων, ἀλλὰ τῶν ποιούντων ἡ νίκη. Μέγα φρονεῖς ἐπὶ εὐγλωττίᾳ, φησὶν· ἀλλ' εἰ μὲν βριτόρων ὁ ἀγὼν καὶ ὁ καιρὸς, καλῶς ἐντεῦθεν ἐφρόνεις· εἰ δὲ ἀποστόλων ἀλήθειαν καταγγελλόντων, καὶ σημεῖοις ταύτην ββαιούτων, τί πεφύσθησαι ἐπὶ πράγματι περιττῷ καὶ οὐδὲν ὄντι, οὐδὲ εἰς τὰ παρόντα τι συντελέσαι δυναμένη; Τί γὰρ λόγων ἐπίδειξις δύνατε' ἂν πρὸς τὸ νεκρὸν ἀναστήσῃ, ἢ δαίμονας ἐλάσαι, ἢ ἄλλην τινὰ τοιαύτην ἐργάσασθαι θαυματουργίαν; Τούτων δὲ χρεῖα νῦν, καὶ διὰ τούτων τὰ ἡμέτερα συνίσταται. Διὰ καὶ ἐπήγαγεν· *Οὐ γὰρ ἐν λόγῳ ἢ βυσσιλείᾳ τοῦ Θεοῦ, ἀλλ' ἐν δυνάμει*. Διὰ σημεῖων, φησὶν, οὐ δι' εὐγλωττίας ἐκρατήσαμεν, καὶ τοῦ θεῖου εἶναι τὴν διδασκαλίαν ἡμῶν, καὶ βασιλείαν καταγγέλλειν οὐρανῶν, μεγίστην ἀπόδειξιν παρεχόμενοι τὰ σημεῖα, ἅπερ ποιούμεν τῇ δυνάμει τοῦ Πνεύματος. Εἰ τοίνυν μεγάλοι τινὲς εἶναι βούλονται οἱ πεφυσιωμένοι νῦν, ἐπειδὴν παραγένομαι, δευξάτωσαν, εἰ τινα δυνάμιν τοιαύτην ἔχουσι· καὶ μὴ μοι ῥημάτων προβαλλέσθωσαν κόμπους· οὐδὲν γὰρ ἐκείνη πρὸς ἡμᾶς ἡ τέχνη. *Τὶ θέλετε; ἐν ῥάδῳ ἔλω πρὸς ὑμᾶς, ἢ ἐν ἀτάκῃ πνεύματι τε πρωτητος*; Πολὺ καὶ τὸ φοβερὸν ἔχει καὶ τὸ προσηγνὸς ὁ λόγος οὗτος. Τὸ μὲν γὰρ εἰπεῖν, ὅτι *Γνώσομαι*, εἰ ὑπεσταλμένου ἦν· τὸ δὲ εἰπεῖν, *Τὶ θέλετε; ἐν ῥάδῳ ἔλω πρὸς ὑμᾶς*; ἐπὶ τὸν διδασκαλικὸν λοιπὸν ἀναβαίνοντος θρόνον κακείνων αὐτοῖς διαλεγόμενον, καὶ τὴν ἐξουσίαν ἀναλαβόντος πᾶσαν. Τί ἐστίν, *Ἐν ῥάδῳ*; Ἐν κολάσει, ἐν τιμωρίᾳ, τουτέστιν, Ἀνελῶ,

* *Deest aut verba*, ἀγχι τὸν λόγον.

b Reg., οὐδὲ οὕτως

πρωῶσω ὅπερ ἐπὶ τῆς Σαμφείρας ὁ Πέτρος ἐποίησεν ὅπερ αὐτὸς ἐπὶ Ἐλύμα τοῦ μάγου. Οὐκ εἶπε γὰρ λοιπὸν ὡς παρεξετάζων ἐκείνους ἐαυτὸν λέγει, ἀλλ' αὐθιμένως. Καὶ ἐν τῇ δευτέρᾳ δὲ Ἐπιστολῇ τὸ αὐτὸ τοῦτο φαίνεται λέγων, ὅταν λέγῃ· Ἐσεὶ δοκιμῆν ζητεῖτε τοῦ ἐν ἐμοὶ λαλοῦντος Χριστοῦ. Ἐν ῥάβδῳ ἔβδω ἔβδω, ἢ ἐν ἀγάπῃ; τί γάρ, ἐν ῥάβδῳ ἔλθειν, οὐκ ἦν ἀγάπης; Ἀγάπης μὲν ἦν· ἀλλ' ἐπειδὴ σφόδρα ἀγαπῶν ἀναβύεται πρὸς τιμωρίαν, διὰ τοῦτο οὕτω φησὶν. Ὅτι μὲν οὖν περὶ τιμωρίας ἔλεγεν, οὐκ εἶπε, Πνευματὶ τε πραότητος, ἀλλὰ ῥάβδῳ. Καίτοι κάκεινο Πνεύματι ἐγένετο· ἐστὶ γὰρ πνεῦμα πραότητος, καὶ πνεῦμα αὐστηρότητας· ἀλλ' οὐ βούλεται οὕτως αὐτὸ καλεῖν, ἀλλ' ἀπὸ τῶν χρηστοτέρων. Διὰ τοῦτο καὶ ὁ Θεὸς καίτοι γε τιμωρούμενος, ὅτι μὲν ἐλεῆμων ἐστὶ καὶ μακροθυμὸς καὶ πλουσιὸς ἐν ἐλέει καὶ οἰκτιρμοῖς, [120] πολλοῦ λέγεται· ὅτι δὲ κολαστικὸς, ἀπαξ πού καὶ δεύτερον καὶ σπανιάκις, καὶ ταῦτα τῆς αἰτίας κατεπειγούσης. Καὶ σκόπει σοφίαν Παύλου. Τὴν ἐξουσίαν αὐτὸς ἔχων, καὶ τούτου κάκεινον ἐτέρους ποιεῖ κυρίους λέγων, *Τί θέλετε*; ἐν ὑμῖν τὸ πρῶγμα κείται. Καὶ γὰρ ἡμεῖς ἔσμεν καὶ τούτου κάκεινο κύριοι, καὶ τοῦ εἰς γένεσιν ἐμπασείν, καὶ τοῦ βασιλείας ἐπιτυχεῖν· ἐπειδὴ ὁ Θεὸς οὕτως ἠθέλησεν. *Ἰδοὺ γὰρ, φησὶ, κύριε καὶ ὕδωρ· οὐ ἐστὶν θέλησις, ἐκτενεῖς τὴν χεῖρά σου*· καὶ, *Ἐὰν θέλητε, καὶ εἰσακούσῃτέ μου, εἰ ἀγαθὰ τῆς γῆς σφάγεσθε* α.

γ'. Ἄλλ' ἴσως ἐρεῖ τις, ὅτι θέλω. Καὶ οὐδεὶς οὕτως ἀνόητος, ὥστε μὴ θέλειν· ἀλλ' οὐκ ἀρκεῖ μοι τὸ θέλειν. Καὶ μὴν ἀρκεῖ, ἐὰν ὡς; χρὴ θέλῃς, καὶ τὰ τοῦ θέλοντος ποιῆς· νυνὶ δὲ οὐ σφόδρα θέλεις. Καὶ τοῦτο ἐπὶ τῶν ἄλλων γυμνάσασθαι, εἰ δοκεῖ. Εἰπέ γάρ μοι, ὁ βουλόμενος γυμναῖκα ἀγαγεῖσθαι, ἀρκεῖται τῷ θέλειν; Οὐδαμῶς, ἀλλὰ καὶ προμνηστρίας ἐπιζητεῖ, καὶ φίλους ἀξίους συναγρυπνήσαι, καὶ χρήματα συνάγει. Πάλιν ὁ ἔμπορος οὐκ οἶκοι καθήμενος ἀρκεῖται τῷ θελήσει, ἀλλὰ καὶ πλοῖον μισθοῦται, καὶ ναύτας καὶ κωπηλάτας καταλέγει, καὶ ἀργύριον δανείζεται, καὶ χώρον περιεργάζεται καὶ ὠνίων τιμὰς. Πῶς οὖν οὐκ ἄτοπον εἰς μὲν τὰ τῆς γῆς τοσαύτην σπουδὴν ἐπιδεικνυσθαι, τὸν δὲ οὐρανὸν ἐμπορεύεσθαι μέλλοντας τῷ θέλειν ἀρκεῖσθαι μόνον; μᾶλλον δὲ μὴδὲ τοῦτο μετὰ τῆς προσηκούσης ἐπιδεικνυσθαι σπουδῆς; Ὁ γὰρ θέλων ὡς δεῖ, καὶ τῶν πραγμάτων ἀπτεται τῶν ἐπὶ τοῦτο ἀγόντων ὁ θέλει. Καὶ γὰρ ἐπειδὴν τὸ πεινῆσαι καταναγκάζῃ τραφῆναι, οὐ περιμένει; αὐτόματα τὰ σιτία πρὸς σὲ ἔλθουσιν, ἀλλὰ πάντα ποιεῖς ὑπὲρ τοῦ τὴν τροφὴν συναγαγεῖν· καὶ ἐπὶ τοῦ διψῆν καὶ ἐπὶ τοῦ βιγούν καὶ ἐπὶ τῶν ἄλλων ἀπάντων ὁμοίως ἐνεργεῖ εἰ καὶ παρατεταγμένους πρὸς τὴν τοῦ σώματος ἐπιμέλειαν. Τοῦτο τοῖνον καὶ ἐπὶ τῆς βασιλείας ποιεῖ, καὶ πάντως αὐτῆς ἐπιτεύξῃ. Διὰ τοῦτο γὰρ σε αὐτεξούσιον ἐποίησεν ὁ Θεός, ἵνα μὴ ὑστερον ἐγκαλῆς τῷ Θεῷ ὡς ἀνάγκη δεθείς. Σὺ δὲ ὑπὲρ ὧν τιμῆς ἀπέλαυσας, ὑπὲρ τούτων ἀνανακτεῖς; Καὶ γὰρ πολλῶν ἤκουσα λεγόντων· Διὰ τί γάρ με κύριον ἐποίησεν ἀρετῆς; Ἄλλὰ πῶς; ἔδει κομιζόμενον καὶ νυστάζοντα καὶ τῆς κακίας ἐπιέμενον καὶ τρυφῶντα καὶ γαστριζόμενον ἐπὶ τὸν οὐρανὸν ἀναγαγεῖν; Ἄλλ' οὐκ ἂν ἀπέστης κακίας. Εἰ γὰρ νῦν, ἀπειλῆς κειμένης, οὐδὲ οὕτως ἀφίστασαι τῆς πονηρίας· εἰ καὶ τὸν οὐρανὸν σοι προσέθηκεν ἐπαθλον, πότε ἂν ἐπαύσω γενόμενος; βραθυμότερος καὶ χείρων πολλῶν^b; Οὐδὲ γὰρ ἐκεῖνο ἐξεῖς

εἰπεῖν, ὅτι Ἐδεῖξε μὲν τὰ ἀγαθὰ, οὐκ ἐβοήθησε δ'· καὶ γὰρ πολλὴν ὑπισχνεῖται σοὶ τὴν συμμαχίαν. Ἄλλ' ἢ μὲν ἀρετῆ, φησὶν, ἐπαχθῆς καὶ φορτικῆ, τῇ δὲ κακία ἠδονὴ συγκράταται πολλή· καὶ ἡ μὲν ἐστὶ πραεῖα καὶ εὐρύχωρος, ἡ δὲ στενὴ καὶ τεθλιμμένη. Ἄρα διόλου, εἰπέ μοι, ἢ ἀπὸ τῆς ἀρχῆς ἀμφοτέραι τοιαῦται; Καὶ γὰρ καὶ ἀκων ὑπὲρ τῆς ἀρετῆς λέγεις ταῦτα δὲ λέγεις· οὕτως ἰσχυρὸν ἡ ἀλήθεια. Καὶ γὰρ εἰ δύο ἦσαν ὁδοί, ἡ μὲν ἐπὶ κάμινον, ἡ δὲ ἐπὶ παράδεισον φέρουσα, καὶ ἡ μὲν ἦν πλατεῖα [121] ἢ ἐπὶ τὴν κάμινον, ἡ δὲ στενὴ ἢ ἐπὶ τὸν παράδεισον, ποῖαν ἂν εἴλου μᾶλλον ὁδόν; Κἂν γὰρ νῦν φιλονεικῶν ἀντίπτης, ἀλλὰ τοῖς σφόδρα ὠμολογημένοις, κἂν σφόδρα ἀναίσχυνης, ἀνταπεῖν οὐ δύνησῃ. Ὅτι μὲν γὰρ αὕτη μᾶλλον ἐστὶν αἰρετὴ ἢ τὴν ἀρχὴν ἔχουσα χαλεπήν, ἀλλὰ μὴ τὸ τέλος, ἀπὸ τῶν ἐν χερσὶν ὕμᾶς διδάξαι πειράσομαι. Καὶ, εἰ βούλεσθε, τὰς τέχνας μεταχειρίζομεν πρῶτον· αὐταὶ γὰρ τὴν μὲν ἀρχὴν πόνου γέμουσαν ἔχουσι, τὸ δὲ τέλος ἐπιχερδές. Ἄλλ' οὐδεὶς, φησὶν, ἤψατο τέχνης μὴ τὸν ἀναγκάζοντα ἔχων. Ἐπειδὴν γὰρ ἡ κύριος ἐαυτοῦ, φησὶν, ὁ νέος, μᾶλλον αἰρήσεται τρυφῆν ἐν ἀρχῇ, καὶ πρὸς τὸ τέλος μυρία παθεῖν τὰ κακὰ, ἢ ταλαιπωρεῖσθαι ἐν προοιμίῳ, καὶ καρποῦσθαι μετὰ ταῦτα ἐκ τῶν πόνων ἐκείνων. Οὐκοῦν τὸ τοιαῦτα αἰρεῖσθαι, ὀφρακτικῆς ἐστὶ διανοίας καὶ παιδικῆς βραθυμίας; τὸ δὲ, τὰ ἐναντία, συνέσεως καὶ ἀνδρείας. Οὕτω τοῖνον καὶ ἡμεῖς, εἰ μὴ ἡμὲν παῖδες; τὸν νοῦν, οὐκ ἂν ἐκείνῳ τῷ ὀφρακῶ καὶ ἀνοήτῳ, ἀλλὰ τῷ πατέρα ἔχοντι ἐξωμώθημεν ἂν. Δεῖ τοῖνον τὴν παιδικὴν ἐκβαλεῖν διάνοιαν, ἀλλὰ μὴ τὰ πράγματα αἰτιόσθαι· καὶ τὸν ἡνίοχον ἐπιστῆσαι τῇ συνειδήσει, ὅς οὐκ ἔασει γαστριζέσθαι, ἀλλὰ τρέχειν καὶ ἀγωνίζεσθαι. Πῶς γὰρ οὐκ ἄτοπον, τοῖς μὲν παῖδας μετὰ ταλαιπωρίας ἀγειν τὴν ἀρχὴν ἐπὶ πράγματα προοίμια μὲν ἔχοντα ἐπίμοχα, τὸ δὲ τέλος χρηστόν· ἡμᾶς δὲ αὐτοὺς ἀπεναντίας ἐπὶ τῶν πνευματικῶν διακείσθαι πραγμάτων; καίτοι γε οὐδὲ ἐπὶ τῶν βιωτικῶν πάντως θέλον ὅτι χρηστόν ἐσται τὸ τέλος. Καὶ γὰρ ἄωρος θάνατος; καὶ πενία καὶ συκοφαντία καὶ μεταβολὴ πραγμάτων, καὶ πολλὰ ἕτερα τοιαῦτα, μετὰ τοῦς πολλοὺς πόνους τῶν καρπῶν ἀποστερηθῆναι ἐποίησε. Κἂν ἐπιτύχουσιν δὲ οἱ μετιόντες, οὐδὲν μέγα καρπώσονται· τῷ γὰρ παρόντι βίῳ πάντα συγκαταλύεται ἐκεῖνα. Ἐνταῦθα δὲ οὐδὲ ὑπὲρ τοιούτων τρέχοντες ψυχρῶν καὶ ἐπικρίτων, οὐτε δεοδικαμέν ὑπὲρ τοῦ θέλουσ, ἀλλὰ καὶ μείζων καὶ ἀσφαλεστέρα ἡ ἐλπίς μετὰ τὴν ἐνευθεν ἀποδημίαν. Τίς οὖν ἐστὶ συγγνώμη; τίς δὲ ἀπολογία μὴ βουλομένοις ἀποδύεσθαι πρὸς τοὺς ὑπὲρ ἀρετῆς πόνους; Ἄλλ' ἐρωτῶσιν ἐτι· Διὰ τί στενὴ ἡ ὁδός; Καὶ εἰς μὲν βασιλεία τὰ ἐπίγεια τῶν πόνων καὶ τῶν μεθυσμάτων· καὶ τῶν ἀγῶνων οὐκ ἀξίους εἰσεῖναι τινὰ· εἰς δὲ τὸν οὐρανὸν αὐτὸν μετὰ ἀδείας καὶ τρυφῆς; καὶ μέθης καὶ πλεονεξίας καὶ κακίας ἀπάσης τοῖς ἀνθρώποις εἰσαγγεσθαι ἀξίους; καὶ ποῦ ταῦτα συγγνώμης ἀξια;

δ'. Ἄλλ' οὐ τοῦτο, φησὶ, λέγω, ἀλλὰ διὰ τί μὴ εὐρύχωρος ἦν ἡ ἀρετῆ. Καὶ μὴν ἐὰν θέλωμεν, καὶ σφόδρα ἐστὶν εὐκόλος. Τί γὰρ εὐκολώτερον, εἰπέ μοι, τὸ διφραῖαι τοῖχον, καὶ λαθόντα τὰ ἐτέρων ὑστερον εἰς δεσμωτήριον ἐμπεσεῖν; ἢ τοῖς οὖσιν ἀρκούμενον παντὸς ἀπηλλάχθαι φόβου; Καίτοι γε οὐ τὸ πᾶν εἶπον. Τί γὰρ εὐκολώτερον, εἰπέ μοι, τὰ πάντων ὑφειλόμενον καὶ ὀλίγοις ἐντρυφήσαντα χρόνον βραχύν, στρεβλοῦ-

α Duo cōhl. ἀκλῆντ, ἐὰν δὲ μὴ θέλητε, μάχαιρα ὕμᾶς καταδέεται. β λεγεβαίτω χείρων πολλῶν.

γ Πρεσ, καὶ τῶν μεθυσμάτων, deest in editis, sed sunt in Reg.

Quid est, *In virga*? id est, in castigatione, in supplicio; hoc est, De medio tollam, excæcabo: quod in Sapphira Petrus fecit, et ipse in Elyma mago. Non enim jam dicit, tamquam se cum illis comparans, sed cum auctoritate. Et in secunda epistola hoc ipsum dicere deprehenditur, cum ait: *An experimentum queritis ejus, qui in me loquitur, Christi* (2. Cor. 13. 3)? *In virga veniam, an in caritate*? Quid enim, in virga venire, annon caritatis? Caritatis quidem erat; sed quia qui diligit, vix ad pœnam sumendam ducitur, ideo ita loquitur. Cum ergo de supplicio dicebat, non dixit, Et spiritu lenitatis, sed, *Virga*. Quamvis illud quoque Spiritu fieret: est enim spiritus mansuetudinis et spiritus severitatis; verum non vult illum ita, sed a benignioribus vocare. Propterea Deus quoque etiamsi puniat, quod sit misericors, longanimis et dives in misericordia et miserationibus, sæpe dicitur; quod vero puniat, semel aut bis aut certe raro, idque urgente causa. Et vide sapientiam Pauli. Cum potestatem haberet, alterutrius rei dat ipsis optionem, dicens: *Quid vultis?* res est posita in vestra potestate. Etenim et hoc et illud est positum in nostra potestate, ut vel in gehennam incidamus, vel regnum consequamur: quoniam Deus sic voluit. *Ecce enim, inquit, ignem et aquam: ad quod volueris extendes manum tuam* (Eccli. 15. 16. in Græco); et, *Si volueritis, et me audieritis, bona terræ comedetis*¹ (Isai. 1. 19).

3. *Regnum cælorum quomodo acquirendum.* — At fortasse dicet quispiam, Volo. Et nemo ita stultus est ut nolit, sed non sufficit mihi velle. Enimvero sufficit, si velis ut oportet, et ea facias quæ volentis sunt: nunc autem non admodum vis. Et hoc in aliis exploremus, si placet. Dic enim mihi, qui vult uxorem ducere, satisne habet quod velit? Nequaquam; sed etiam pronubas quærit, et amicos rogat secum vigilent, pecuniasque colligit. Rursus mercator, non domi sedens satis habet quod velit, sed navem conducit, et nautas remigesque colligit, pecuniam dat fœnori, et de locis, deque rerum venalium pretio curiose inquirat. Quomodo igitur non absurdum fuerit in terrenis tantam adhibere curam; cælum autem emere volentes, sola voluntate contentos esse? imo vero ne hoc ipsum cum congruenti diligentia præstare? Nam qui vult ut oportet, res quoque aggreditur, quæ ad rem expeditam ducunt. Etenim quando esuries necessitatem affert cibi, non expectas ut alimenta sponte sua ad te veniant, sed nihil non agis ut escam colligas: et in siti et in frigore, in aliisque omnibus navis es et ad curam corporis paratus. Hoc ergo circa regnum cælorum facito, et omnino ipsum consequeris. Ideo namque te libero arbitrio præditum fecit Deus, ut ne postea accuses eum quasi necessitate colligatus. Tu vero de his, quorum honorem es consequutus, de his, inquam, indignaris? Nam multos audivi dicentes, Cur me fecit virtutis, si velim, compotem? Sed oportet

batne te dormientem et dormitantem, vitis addictum. deliciantem, ventri indulgentem in cælum inducere? At a vitio non abstinuisses. Si enim nunc instantibus minis, neque sic a nequitia abstines, etiamsi cælum tibi præmium proposuisset, quandonam cessavisses fieri socordior et multo deterior? Non enim dicere possis, Ostendit quidem bona, sed opem non tulit: multum enim auxilii tibi pollicetur. Sed virtus, inquit, onerosa est et molesta; cum vitio autem multum commiscetur voluptatis; et hoc quidem latum est et spatiosum, virtus autem arcta et angusta. Num, quæso, semper an ab initio ambo ejusmodi fuerunt? De virtute enim invitus dicis ea quæ dicis; ita potens est veritas. Nam si duæ essent viæ, quarum alia ad fornacem, alia ad paradysum duceret, et lata quidem ad fornacem, arcta vero ad paradysum: utram eligeres viam? Etiamsi enim nunc disputans contradicas, quantumvis impudens fueris, iis quæ in confesso sunt non poteris contradicere. Nam quod ea sit magis eligenda, quæ habet durum initium, non autem finem, ab iis quæ in promptu sunt docere conabor. Et si placet, artes primum tractemus: illæ namque initium labore plenum habent, finem vero quæstuosum. At nemo, inquit, artem attingit, nisi a quopiani cogere-tur. Nam si puer sui juris sit, malet in deliciis vivere initio, et in fine innumera perpeti mala, quam in principio misere vivere, et laborum illorum fructum postea assequi. Ergo illa eligere est orphanicæ mentis et puerilis socordix; contraria vero prudentis et virilis animi. Sic igitur et nos, nisi animo pueri simus, non illi orphano et insano, sed illi patrem habenti similes erimus. Oportet ergo puerilem mentem abjicere, non autem res ipsas accusare, et aurigam conscientix imponere; qui non sinat ventri indulgere, sed currere et decertare. Quomodo enim absurdum non fuerit, pueros cum labore et sudore initium ducere in rebus quæ principia habent laboriosa, finem autem gratiosum; nos autem contrario modo affici erga res spirituales? Etiamsi in rebus sæcularibus non omnino certum sit finem fore bonum. Nam immatura mors, paupertas, sycophantia, rerum mutationes et similia multa, post multos labores ut fructu privemur efficiunt. Si vero iidem quod quærun't assequantur, non magnum percipient fructum; in præsentibus namque vita illa omnia dissolvuntur. Illic autem non currimus pro hujusmodi rebus frigidis et fluxis, neque de fine timemus; sed major et securior spes est post discessum ex hac vita. Quænam ergo venia erit, quæ excusatio nolentibus adire labores pro virtute suscipiendos? Sed adhuc interrogant, Cur angusta est via? Ad regias ædes terrenas non sinis intrare scortatorem quemquam vel ebrium aut mollem; et in cælum ipsum cum licentia, deliciis, ebrietate, avaritia vitisque omnibus, homines induci rogas? an hoc venia dignum est?

4. Non hoc, inquit, dico; sed cur virtus non viam latam habet? Atqui si velimus, admodum facilis erit. Quid enim, quæso, facilius est, murum perforare, et aliorum bonis directis in carcerem conjici; an suis

¹ Duo Codd. alterum addentes versiculum legunt: *Quod si nolueritis, gladius devorabit vos.*

contentum omni metu esse liberum? Atqui non dixit vitium. Quid enim facilius, dic mihi, an cum omnium bona subriperis, et ex paucis breve tempus in deliciis egeris, immortaliter torqueri et flagris caedi, an cum in justa paupertate vixeris parvo tempore, perpetuo postea in deliciis agere? nondum examinemus quid sit fructuosius, sed interim quid sit facilius.

Virtus non est aspera. — Quid jucundius gratum videre somnium, et vere supplicio affici; aut molestum somnium vidisse, et vere deliciari? annon palam est hoc jucundius esse? Quomodo igitur, dic mihi, asperam vocas virtutem? aspera etenim est, si cum negligentia nostra comparetur. Quod enim sit facilis et suavis, audi quid dicat Christus: *Jugum meum suave est, et onus meum leve* (Matth. 11. 30). Si autem non sentis levitatem, perspicuum est te non robustum habere animum. Sicut enim cum talem habes, onerosa levia sunt: sic cum non habes, levia sunt onerosa. Quid enim, quaeso, suavis erat, quam mensa ex manna, quid paratu facilius? Sed aegre ferebant Judaei talibus fruenter deliciis. Quid fame acerbius, necnon aliis laboriosis, qua passus est Paulus? At ille exsultabat, delectabatur ac dicebat: *Nunc gaudeo in passionibus meis* (Col. 1. 24). Quae est ergo causa? Animi differentia. Si igitur animum ut oportet adornaveris, virtutis facilitatem videbis. Quid ergo, inquit, talisne sit ex eorum qui illam suscipiunt affectu? Non ex affectu animi solum, sed natura sua talis est. Etenim si semper illa esset laboriosa, et vitium omnino contra, jure quis eorum qui lapsi sunt diceret vitium esse facilius virtute: si vero initium habeant illa durum, hoc suave; finis autem aeternus illius sit suavis, hujus gravis, utrum, quaeso, ut facilius eligas? Cur ergo multi non eligunt id quod facilius est? Quia alii quidem non credunt; alii vero licet credentes, corruptum habent animum, et temporaneam voluptatem aeternae praetulerint. Est ergo hoc facile? Non facile, sed ex imbecille animo hoc provenit. Ac quemadmodum febris laborantes, non quia jucundius est brevi tempore deliciari, quam semper uri, ideo amant potum aquae frigidae, sed quia absurdam cupiditatem continere non possunt: sic et isti. Atqui si quis ad supplicium illos cum voluptate duceret, nequaquam ipsum eligerent. Vidistin' quomodo non facile sit vitium? Si vis autem, hoc iterum in ipsis rebus excutiamus. Quid enim, quaeso, dulcius, quid facilius est? Sed ne iterum res ex multorum cupiditate judicemus: neque enim ab aegrotantibus, sed a bene valentibus calculum ferre oportet. Neque enim si millenos mihi febricitantes ostendas, qui sanitati contraria quaerant, et malint postea supplicio affici, talem umquam admiserim optionem. Quid facilius, inquam, dic mihi, multas concupiscere pecunias, an hac cupiditate esse superiorem? Hoc certe postremum, ut mihi videtur: si autem ipse non credis, ad res ipsas sermonem ducamus. Et sit quispiam qui multas cupiat, alius vero qui nullas: quid ergo melius, dic mihi, quid honestius?

5. *Pecuniarum cupiditas quanta inducat mala.* — Sed hoc quidem mitatur: in confesso enim est, quod hic postremus sit illo honestior: neque de hac re quaestio jam est, sed uter faciliorem et suaviorem ducat vitam. Avarus certe ne iis quidem quae habet fruitur: nam quod amat, non impendere voluerit, sed libentius seipsum considerit, et carnes projecerit, quam aurum: qui autem pecunias despicit, hoc interim lucratur, quod iis quae habet libere ac secure fruatur, seque illis praeferat. Quid ergo suavius est, libere frui bonis, aut sub dominis divitiis viventem, nihil suorum contingere audere? Perinde enim mihi videtur esse ac si viri quidam duas habentes uxores, et admodum ipsas amantes, non eodem modo ipsis utantur; sed alteri quidem uxorem contingere et cum illa versari, alteri vero ne prope quidem liceat accedere. Dicam et aliud, quo alterius voluptatem, alterius moerorem commonstrem. Avarus numquam sistet hanc cupiditatem, non modo quod nequeat omnium bona invadere, sed etiam quod quantacumque possederit, se nihil habere putet: qui vero pecunias despicit, superflua omnia existimabit, neque infinitis cupiditatibus animam cruciabit. Nihil enim est quod supplicii rationem ita habeat, ut concupiscentia usui et fructu privata, id quod maxime perversam exhibet mentem. Considera autem: qui pecunias cupit et multas possidet, ita affectus est, ac si nihil haberet. Hoccine morbo perplexius quid esse potest? Neque hoc solum grave est, sed etiam quod qui habet, ea ipsa quae tenet non habere videatur: etiamsi omnium bona acceperit, magis cruciatur; etiamsi centum talenta possideat, quod mille non habeat dolet; si mille habeat, quod decies mille non habeat mordetur; si decies mille acceperit, quod non decies plura obtinuerit angitur: majorque acquisitio fit illi paupertatis accessio: nam quanto plura acceperit, tanto plura desiderat. Ergo quanto plura acceperit, tanto magis pauper evadit: qui enim plura desiderat, magis pauper est. Cum igitur centum talenta habuerit, nondum tam mendicus est; nam mille desiderat; cum mille acceperit, tunc magis pauper evadit; non jam enim mille ut prius quaerit, sed decies millium sibi opus esse dicit. Quod si concupiscere et non consequi voluptatem esse dicas, voluptatis naturam mihi admodum ignorare videris. Quod enim hoc non voluptas, sed supplicium sit, rem ad aliud rursus adductus examinemus. Quando sitimus, non ideo delectamur bibentes quod sitim sedemus, et ideo voluptas est potus, quod a magno nos liberet cruciatu, a cupiditate bibendi nempe? hoc cuivis perspicuum est. Quod si in tali appetitu semper mansuri essemus, non meliori conditione essemus quam dives ille, qui Lazari non misertus est, quantum scilicet ad supplicii rationem: nam et illi hoc supplicium et punitio erat, quod cum stillam parvam cuperet, non assequutus sit. Id quod mihi avari perpetuo pati videntur, et illi similes esse qui rogabat ut stilla frueretur, neque assequutus est: imo magis avarorum, quam divitis illius, anima comburitur. Et pulchre dixit

σθαι και μαστιζέσθαι ἀθάνατα, ἢ ἐν πενία ζήσαντα [122] δικαίᾳ βραχύν καιρὸν, διηνεκῶς τρυφᾶν ὕστερον; μήπω γὰρ τί λυσιτελέστερον ἐξετάσωμεν, ἀλλὰ τῆς τί εύκολώτερον.

Τί δὲ ἦδιον, ὄναρ ἰδεῖν χρηστὸν και ἐν ἀληθείᾳ κολάζεσθαι, ἢ χαλεπὸν ὄναρ ἰδόντα ἐν ἀληθείᾳ τρυφᾶν; οὐκ εὐδὴλον ὅτι τοῦτο; Πῶς οὖν, εἰπέ μοι, τραχείαν καλεῖς τὴν ἀρετὴν; Τραχεία γὰρ ἐστὶ πρὸς τὴν ὀλιγωρίαν ἐξεταζομένη τὴν ἡμετέραν· ἐπεὶ ὅτι γε βρῆδια και εύκολος, δοκῶσιν τί φησὶν ὁ Χριστός· Ὁ ζυγός μου χρηστός, και τὸ φορτίον μου ελαφρόν. Εἰ δὲ οὐκ αἰσθάνῃ τῆς κουφότητος, ὅηλον ὅτι προθυμίαν ἐβρωμένην οὐκ ἔχεις. Ὅσπερ γὰρ ταύτης οὕσης και τὰ βαρέα κούφα, οὕτως οὐκ οὕσης και τὰ κούφα βαρέα. Τί γὰρ, εἰπέ μοι, τῆς τοῦ μάννα τραπέζης ἦδιον και ἀπινώτερον; Ἄλλ' ἐδυσχεραίνον οἱ Ἰουδαῖοι τοιαύτης ἀπολαύοντες τρυφῆς. Τί λιμοῦ πικρότερον, και τῶν ἄλλων τῶν ἐπιμύθων ἢν ὑπέμεινε Παῦλος; Ἄλλ' ἐτίκτριτα και ἔχαιρε και ἔλεγε· Νῦν χαίρω ἐν τοῖς παθήμασι μου. Τί οὖν τὸ αἴτιον; Ἡ τῆς γνώμης διαφορά. Ἄν τοίνυν ταύτην, ὅταν εἶναι χρῆ, κατασκευάσης, εἴπει τὴν εύκολίαν τῆς ἀρετῆς. Τί οὖν, ἀπὸ τῆς γνώμης τῶν μετιόντων τοιαύτη γίνεται, φησὶν; Οὐκ ἀπὸ τῆς γνώμης μόνον, ἀλλὰ και φύσει τοιαύτη τίς ἐστὶ. Και γὰρ εἰ μὲν διόλου ἐπίπονος ἦν ἐκεῖνη, και αὐτὴ διόλου τὸ ἐναντίον, εἰκότως ἂν τις τῶν ἀναπεπτωκότων εἶπε ταύτην εύκολώτεραν ἐκείνης· εἰ δὲ ἀρχὴν ἔχουσιν ἢ μὲν χαλεπήν, ἢ δὲ ἡδέϊαν, τὰ δὲ τέλη πάλιν ἀπεναντίας αὐταῖς, ἀπειρα δὲ τὰ τέλη, τῆς μὲν τὸ ἦδύ, τῆς δὲ τὸ βαρὺ, ποίαν, εἰπέ μοι, εύκολώτερον ἐλέσθαι; Τί οὖν οὐκ αἰρούνται πολλοὶ τὸ εύκολον; Ὅτι οἱ μὲν ἀπιστοῦσιν, οἱ δὲ και πιστεύοντες, διεφθαρμένην τὴν γνώμην ἔχουσι, και εἴλοντο· ἂν τὴν πρόσκαιρον ἡδονὴν ἀντὶ τῆς αἰωνίας. Οὐκ οὖν τοῦτο εύκολον; Οὐκ εύκολον, ἀλλ' ἀσθενοῦς ψυχῆς τοῦτο. Και καθάπερ οὐ πυρέττοντες, οὐκ ἐπειθὴ ἦδιον τὸ πρὸς βραχὺ τρυφᾶν τοῦ διόλου καίεσθαι, διὰ τοῦτο ψυχροποσία ἐρωσὶν, ἀλλ' ἐπειθὴ κατασχεῖν οὐκ ἀνέχονται τῆς ἐπιθυμίας τῆς ἀτόπου· οὕτω και οὗτοι· ὡς εἰ γε ἐπὶ τὴν κόλασιν τις αὐτοὺς ἔφερεν ὁμοῦ μετὰ τῆς ἡδονῆς, οὐκ ἂν ποτε ταύτην εἴλοντο. Εἶδες πῶς οὐκ εύκολον ἢ κακία; Εἰ δὲ βούλει, και ἐπ' αὐτῶν τῶν πραγμάτων ἐξετάσωμεν τὸ αὐτὸ τοῦτο πάλιν. Τί γὰρ ἦδιον, εἰπέ μοι, και εύκολώτερον; Ἀλλὰ μὴ πάλιν ἀπὸ τῆς ἐπιθυμίας τῶν πολλῶν τὰ πράγματα κρίνωμεν· οὐδὲ γὰρ ἀπὸ τῶν νοσοῦντων, ἀλλ' ἀπὸ τῶν ὑγιαίνοντων ψηφίζεσθαι χρῆ. Οὐδὲ γὰρ, ἂν μυρίους μοι δεῖξῃς πυρέττοντας και τὰ ἐναντία τῆς ὑγείας ζητούστας, και αἰρούμενους μετὰ ταῦτα κολάζεσθαι, ἀποδέξομαι τὴν ἀρεσιν ταύτην. Τί τοίνυν εύκολώτερον, εἰπέ μοι, ἐφίεσθαι πολλῶν χρημάτων, ἢ μείζονα εἶναι τῆς ἐπιθυμίας ταύτης; Ἔμοι μὲν γὰρ τοῦτο δοκεῖ· εἰ δὲ αὐτὸς ἀπιστεῖς, ἐπ' αὐτὰ τὰ πράγματα τὸν λόγον ἀγάγωμεν. [123] Και ἔστω ὁ μὲν πολλῶν ἐφιέμενος, ὁ δὲ μηδενός· τί τοίνυν κρείττον, εἰπέ μοι, και τί σεμνότερον;

ε'. Ἀλλὰ τοῦτο μὲν παρεῖσθαι τοῦτο γὰρ ὠμολόγηται, ἔτι οὗτος ἐκεῖνον σεμνότερος· και οὐδὲν περὶ τοῦτου ζητοῦμεν νῦν, ἀλλὰ τίς εύκολώτερον ζῆ βίον και ἦδιον. Ὁ μὲν γὰρ φιλάργυρος οὐδὲ τῶν ὄντων ἀπολαύσεται· ὁ γὰρ φιλεῖ, οὐκ ἂν εἴκοιτο δαπανῆσαι, ἀλλ' ἡδέως ἑαυτὸν ἂν κατακόψει και τὰ σάρκαζ πρῶοιτο, ἢ τὸ χρυσίον· ὁ δὲ καταφρονῶν χρημάτων

τοῦτο τῶς ἐκέρδαν, τὸ τῶν ὄντων ἀπολαύειν ἀπλῶς και μετὰ ἀδείας πολλῆς, και ἑαυτὸν προτιθένας ἐκείνων. Τί οὖν ἦδιον, μετὰ ἀδείας ἀπολαύειν τῶν ὄντων, ἢ ὑπὸ δεσποτῆ ζῶντα τῷ πλούτῳ, μηδενὸς τολμᾶν ἄπτεσθαι τῶν ἑαυτοῦ; Ὅμοιον γὰρ εἶναι μοι δοκεῖ, ὡσπερ ἂν εἰ τινες ἄνδρες δύο γυναίκας ἔχοντες, και σφόδρα αὐτῶν ἐρώντες, μὴ ὁμοίως αὐταῖς χρῶντο· ἀλλὰ τῷ μὲν ἐξῆ και ἄπτεσθαι και ὀμιλεῖν τῇ γυναίκι, ἐκείνῳ δὲ μηδὲ ἐγγὺς γενέσθαι. Εἶπω και ἔτερον, τοῦ μὲν τὴν ἡδονὴν, τοῦ δὲ ἀθυμίαν ἐνδεικνύμενος. Ὁ φιλάργυρος οὐδέποτε στήσεται τῆς ἐπιθυμίας ταύτης, οὐ τῷ μὴ δύνασθαι τὰ πάντων λαβεῖν μόνον, ἀλλὰ και τῷ, ὅσα ἂν περιβάλληται, μηδὲν ἡγεῖσθαι ἔχειν· ὁ δὲ χρημάτων καταφρονῶν, περιττὰ πάντα ἡγήσεται, και οὐ κολάζει τὴν ψυχὴν ἀπεράντοις ἐπιθυμίαις. Οὐδὲν γὰρ οὕτως εἰς κολάσεως λόγον ἐστὶν, ὡς ἐπιθυμία ἀπολαύσεως ἔσπερημένη, ἢ μάλιστα και τὴν διεστραμμένην δεικνύσι γνώμην. Σκόπει δὲ ὁ ἐπιθυμῶν χρημάτων και κτησάμενος πλείονα, ὡς οὐδὲν ἔχων δικάζεται ὁ τοιοῦτος· ἄρα τῆς νόσου ταύτης πολυπλοκώτερον τι γένοιτ' ἂν; Και οὐ τοῦτο μόνον ἐστὶ τὸ θεῖον, ἀλλ' ὅτι και ἔχων, οὐκ ἔχειν δοκεῖ αὐτὰ ἄ κατέχει, και ὡς οὐκ ἔχων κτέπεται· κἂν τὰ πάντων λάβῃ, μᾶλλον ἀνιάται· κἂν κτησῆται· ἐκατὸν τάλαντα, ὅτι μὴ χίλια ἔλαθεν, ἀλγεῖ· κἂν χίλια λάβῃ^α, ὅτι μὴ μύρια, δάκνεται· κἂν μύρια λάβῃ, ὅτι μὴ δεκάκις τοσαῦτα, κατακόπεται· και ἢ πλείων κτήσις αὐτῷ προσθήκη γίνεται πενίας· οἷον γὰρ ἂν λάβῃ πλείονα, τοσοῦτον πλείονων ἐπιθυμεί. Οὐκ οὖν ὅσα ἂν πλείονα λάβῃ, τοσοῦτον μᾶλλον γίνεται πένης· ὁ γὰρ πλείονων ἐπιθυμῶν, μᾶλλον πένης ἐστίν. Ὅταν μὲν οὖν ἑκατὸν ἔχη τάλαντα, οὐ σφόδρα πτωχεύει· χιλίων γὰρ ἐπιθυμεί· ὅταν χίλια λάβῃ, τότε μᾶλλον γίνεται πένης· οὐκέτι γὰρ χιλίων ὡς πρότερον, ἀλλὰ μυρίων αὐτὸν ἂν χρεῖα φησὶν εἶναι. Εἰ δὲ τὸ ἐπιθυμείν, και μὴ ἐπιτυγχάνειν, ἡδονὴν εἶναι λέγεις, ἀγνοεῖ μοι σφόδρα δοκεῖς τῆς ἡδονῆς τὴν φύσιν. Ὅτι γὰρ οὐκ ἡδονὴ, ἀλλὰ κόλασις τὸ τοιοῦτον, ἐφ' ἔτερον αὐτὸ πάλιν ἀγαγόντες, ἐξετάσωμεν. Ὅταν διψῶμεν, οὐ διὰ τοῦτο ἡδόμεθα πίνοντες, ὅτι τὸ δίψος παύομεν, και διὰ τοῦτο ἡδονὴ τὸ πίνειν, ὅτι μεγάλης ἡμᾶς ἀπαλλάττει βασάνου, τῆς ἐπιθυμίας λέγω τοῦ πίνειν; παντὶ που ὅηλον. [124] Εἰ δὲ μέλλομεν ἐν ἐπιθυμίᾳ εἶναι διατρίβειν τοιαύτην, οὐδὲν ἕλαττον ἔσομεν τοῦ πλουσίου τοῦ ἐπὶ τοῦ Λαζάρου εἰς κολάσεως λόγον· εἶπει και ἐκείνῳ κόλασις τοῦτο ἦν, τὸ ἐπιθυμοῦντα σφοδρῶς σταγόνους μικρᾶς, μὴ ἔχειν^β τὸν ταύτην παρέχοντα· ὅπερ και οἱ φιλάργυροι πάσχειν μοι δοκοῦσι· διηνεκῶς, και κατ' ἐκείνον εἶναι τὸν ἀξιούντα ταύτης ἀπολαύσαι, και μὴ ἐπιτυγχάνοντα· μᾶλλον γὰρ αὐτῶν ἢ ψυχὴ τῆς ἐκείνου καίεται. Και καλῶς τις εἶπεν ὑδερικὸς τινας εἶναι τοὺς φιλαργύρους. Καθάπερ γὰρ ἐκείνοι πολὺ φέροντες ὕδωρ ἐν τῷ σώματι μᾶλλον ἐκκαίονται· οὕτω και οἱ φιλάργυροι πολλὰ περιφέροντες χρήματα πλείονων ἐπιθυμοῦσι. Τὸ δὲ αἴτιον, ὅτι οὐτε ἐκείνοι ἐν τοῖς προσθήκουσι τόποις τὸ ὕδωρ ἔχουσιν, οὐδὲ οὗτοι ἐν τοῖς προσθήκουσι λογισμοῖς τὴν ἐπιθυμίαν. Φεύγωμεν οὖν τὴν ζένην ταύτην και κενὴν νόσον^γ, φεύγωμεν τὴν βίζαν τῶν κακῶν, φεύγωμεν τὴν παρούσαν γένναν· γένναν γὰρ ἢ τοῦτων ἐπιθυμία. Ἀνάπτειν γοῦν τὴν ψυχὴν ἐκά-

^α Λάβῃ deerat in editis, sed habetur in Reg. ^β Λαροβαταιρ μὴ ἐπιτυγχάνει... ^γ Reg., και κενὴν νόσον, quæ igitur non spongetur.

στου, και τοῦ καταφρονούντος χρημάτων και τοῦ μη καταφρονούντος· και ὄφει ὅτι ὁ μὲν τοῖς μαινομένοις ἔοικεν, οὐδὲν οὔτε ἰδεῖν οὔτε ἀκοῦσαι· βουλόμενος· ὁ δὲ λιμὲν προσέειπε κυμάτων ἀπηλλαγμένω, και πάντων ἐστὶ φίλος, ὡς περ ἐκείνους ἐχθρός. Ἄν τε γὰρ λίβη τις, οὐκ ἐλύπησεν, ἄν τε δῶ πάλιν τις αὐτῶ, οὐκ ἐφύσησεν, ἀλλὰ τίς ἐστιν ἐλευθερία παρ' αὐτῷ πᾶσαν ἀδειαν ἔχουσα· και ὁ μὲν πάντας και κολακεύειν και ὑποκρίνεσθαι ἀναγκάζεται, οὗτος δὲ οὐδένα. Εἰ τοίνυν και πένης ἐστὶν ὁ φιλάργυρος και δειλός

και εἰρων και ὑποκριτής, και φόβων γέμει και τιμωρίας πολλῆς και κολάσεως, ὁ δὲ καταφρονῶν χρημάτων, τῶν ἐναντιῶν ἀπολαύει πάντων, οὐκ εὐθῆλον ὅτι ἡδίων ἢ ἀρετή; Και τοῖς λοιποῖς δὲ ἂν ἐπεξήλομεν κακοῖς, δι' ὧν δείκνυται ὅτι οὐδὲν ἐστι κακὸν ἡδονῆν ἔχον, εἰ μὴ πολλά ἡμῖν ἐμπροσθεν εἰρητο. Ταῦτ' οὖν εἰδότες, ἐλώμεθα τὴν ἀρετὴν, ἵνα και τῆς ἐνταῦθα ἡδονῆς ἀπολαύσωμεν, και τῶν μελλόντων ἀγαθῶν ἐπιτύχωμεν, χάριτι και φιλανθρωπίᾳ, και τὰ ἐξῆς.

ΟΜΙΛΙΑ ΙΕ'.

Ὅλωσ ἀκούεται ἐν ὑμῖν πορνεία, και τοιούτη πορνεία, ἣτις οὐδὲ ἐν τοῖς ἔθνεσιν ὀνομάζεται, ὡστε γυναῖκα τινὰ τοῦ πατρὸς ἔχειν. Και ὑμεῖς πεφυσιωμένοι ἐστέ, και οὐχι μᾶλλον ἐπενθήσατε, ἵνα ἐξυρθῇ ἐκ μέσου ὑμῶν ὁ τὸ ἔργον τοῦτο ποιήσας.

α'. Ὅτε μὲν περὶ τοῦ διεσπάσθαι αὐτοὺς διελέγετο, οὐκ εὐθέως καταφορικῶς ἐχρήσατο τῷ λόγῳ, ἀλλὰ προσηνέστερον πρότερον, και ὑστερον εἰς κατηγορίαν ἐτελεύτησεν, οὕτως εἰπών· *Ἐθελώθη γὰρ μοι περὶ ὑμῶν, ἀδελφοί μου, ὑπὸ τῶν Χλόης, ὅτι ἔριδες ἐν ὑμῖν εἰσιν.* [125] Ἐνταῦθα δὲ οὐχ οὕτως, ἀλλ' εὐθέως πληκτικῶς, και κοινοῖ ὡς ὁδόν τε τὸ θνείδος τοῦ ἐγκλήματος. Οὐ γὰρ εἶπε, Διὰ τί ὁ δεῖνα ἐπόρνευσεν; ἀλλ', *Ὅλωσ ἀκούεται ἐν ὑμῖν πορνεία*· ἵνα μὴ ὡς ἄλλοτριον πάντη τῆς κατηγορίας ὄντες ῥαθυμῶσιν, ἀλλ' ὡς τοῦ κοινοῦ πληγέντος^α, και τῆς Ἐκκλησίας διαβληθείσης, οὕτω γένωνται ἐναγώνιοι. Οὐδέ τις γὰρ ἔρει, φησὶν, ὅτι Ὁ δεῖνα ἐπόρνευσεν, ἀλλ', ὅτι Ἐν τῇ Κορινθίῳ Ἐκκλησίᾳ γέγονε τὸ ἀμάρτημα. Και οὐκ εἶπε, Τολμᾶται πορνεία, ἀλλὰ, *Ἀκούεται, ἣτις οὐδὲ ἐν τοῖς ἔθνεσιν ὀνομάζεται.* Και γὰρ ἀεὶ ἀπὸ τῶν ἐθνικῶν ἐνειδίξει τοῖς πιστοῖς· και Θεσσαλονικεῦσι γράφων ἔλεγεν· *Ἐκαστος τὸ ἑαυτοῦ σκεῦος κτάσθω ἐν ἀγιασμῷ, μὴ ἐν πίθει ἐπιθυμίᾳ, καθὼς και τὰ λοιπὰ ἔθνη*· και Κολασσαεῦσι και Ἐφεσίοις· *Μηκέτι ὑμᾶς περιπατεῖν, καθὼς και τὰ λοιπὰ ἔθνη περιπατεῖ.* Εἰ δὲ τὰ τὰ αὐτὰ αὐτοὺς ἀμαρτάνειν ἀσύγνωστον, τὸ και ὑπερβαίνειν τοὺς ἐθνικούς, ποῦ θήσομεν, εἰπέ μοι; Παρὰ γὰρ ἐκείνοις, φησὶν, οὐ μόνον οὐ τολμᾶται τι τοιοῦτον, ἀλλ' οὐδὲ ὀνομάζεται. Εἶδες ποῦ τὸ ἐγκλημα ἐπήρην; Ὅταν γὰρ τοιοῦτος φαίνωνται εὐρίσκοντες ἀσελγείας τρόπους, οὐς οὐ μόνον οὐ τολμῶσιν, ἀλλ' οὐδὲ ἴσασιν οἱ ἄπιστοι, ἄφατος τῆς ἀμαρτίας ἢ ὑπερβολή. Και τὸ Ἐν ὑμῖν δὲ, ἐμφατικῶς εἴρηται, τούτῃ ἐστὶν, Ἐν ὑμῖν τοῖς πιστοῖς, τοῖς τοσοῦτων ἀπολελαυκός· μυστηρίων, τοῖς ἀπορρήτων κεκοινωνηκόσι, τοῖς ἐπὶ τὸν οὐρανὸν κληθεῖσιν. Ὅρα πόσης βαρυθυμίας ὁ λόγος γέμει; πόσου θυμοῦ κατὰ πάντων; Εἰ γὰρ μὴ πολλῆς ὀργῆς ἐπέπληστο, μηδὲ πρὸς πάντας ἀπετείνετο, οὕτως ἂν εἶπεν· Ἐπειδὴ ἤκουσα ὅτι ὁ δεῖνα ἐπόρνευσε, κολάσατε αὐτόν· νῦν δὲ οὐχ οὕτως, ἀλλὰ πρὸς πάντας ἀποδύεται. Και γὰρ εἰ μὲν προλα-

βόντες ἔγραψαν, ἐκεῖνα ἂν εἶπεν· ἐπειδὴ δὲ οὐ μόνον οὐκ ἔγραψαν, ἀλλὰ και συνεσκίασαν τὸ σφάλμα, τούτου χάριν σφοδρότερον κέχρηται τῷ λόγῳ. Ὅστε *γυναῖκα τινὰ τοῦ πατρὸς ἔχειν.* Διὰ τί μὴ εἶπεν, Ὅστε πορνεύειν εἰς γυναῖκα; Τὸ σφόδρα αἰσχρὸν παρητήσατο. Διὸ σεμνότερως αὐτὸ παρέδραμεν, ὡς ἐν τοῖς ἐμπροσθεν δεδηλωμένον, κἂν τούτῳ αὖθις τὸ ἐγκλημα πάλιν, και δεικνύς ὅτι τοιαῦτα τολμᾶται παρ' αὐτοῖς, ἀ οὐδὲ εἰπεῖν σαφῶς ἀνεκτὸν τῷ Παύλῳ. Διὰ τοῦτο και προῖων τῷ αὐτῷ κέχρηται τρόπῳ λέγων· *Τὸν οὕτω τοῦτο κατεργασάμενον*· και πάλιν αἰσχύνεται και ἐρυθριᾷ σαφῶς εἰπεῖν, ὅπερ και ἡμῖν ἔθος ἐπὶ τῶν σφόδρα αἰσχρῶν ποιεῖν. Και οὐκ εἶπε, Μητρυῖαν, ἀλλὰ, *Γυναῖκα πατρὸς*, ὡστε πολλῷ χαλεπώτερον πληῆσαι. Και γὰρ ὅταν τὰ ὀνόματα ἀρκῆ πρὸς κατηγορίαν, δι' αὐτῶν πρόβεισιν, οὐδὲν προστιθεῖς. Και μὴ μοι εἴπης, φησὶν, ὅτι εἷς ἐστὶν ὁ πορνευκῶς κοινὸν πάντων τὸ ἐγκλημα γέγονε. Διὸ και ἐπήγαγε· *Και ὑμεῖς πεφυσιωμένοι ἐστέ.* Οὐκ εἶπε, τῷ ἀμαρτήματι (τούτο γὰρ ἀλογία ἐστὶ), ἀλλ' ἐπὶ τῇ διδασκαλίᾳ τῇ παρ' ἐκείνου. [126] Αὐτὸς δὲ οὐ τοῦτο τέθεικεν, ἀλλ' ἀφήκεν αὐτὸ μέσον, ἵνα πληῆξη μειζόνως. Και σκόπει τὴν σύνεσιν Παύλου. Πρότερον καθελὼν τὴν σοφίαν τὴν ἐξωθεν, και δείξας οὐδὲν οὔσαν καθ' ἑαυτὴν, κἂν μὴ ἀμάρτημα ἢ προσκείμενον, τότε λοιπὸν και περὶ τοῦ ἀμαρτήματος διαλέγεται. Εἰ μὲν γὰρ πρὸς σύγκρισιν τοῦ πεπορνευκότος, σοφοῦ τινος ἴσως ὄντος, μέγα εἶναι τὸ χάρισμα τὸ πνευματικὸν ἐφησεν, οὐδὲν ἂν μέγα ἐποίηι· τὸ δὲ και χωρίς ἀμαρτίας καθελείν, και μηδὲν οὔσαν ἀποφῆναι τὴν σοφίαν τὴν ἐξωθεν, τοῦτο ἦν δείξαι σφόδρα ἐτελεῖ αὐτὴν οὔσαν. Διὸ πρότερον οὕτω τὴν σύγκρισιν ποιησάμενος, τότε και τοῦ σφάλματος αὐτοῦ μὲμνηται. Κάκεινῳ μὲν οὐκ ἀξιοὶ διαλέγεσθαι (κἂν τούτῳ δείκνυσι τὴν ὑπερβολὴν τῆς ἀτιμίας)· τούτοις δὲ φησιν, ὅτι Ἐδει πνευθεῖν ὑμᾶς και θρηγεῖν και ἐγκαλύπτεσθαι· νῦν δὲ τούναντίον ποιεῖτε· διὸ και ἐπήγαγε· *Και ὑμεῖς πεφυσιωμένοι ἐστέ, και οὐχι μᾶλλον ἐπενθήσατε.* Και τί γέγονεν ἵνα πενήθωμεν, φησὶν; Ὅτι εἰς τὸ κοινὸν ἢ διαβολὴ τῆς Ἐκκλησίας προεχώρησε. Και ἵνα εἰ κατορθώσωμεν πενήθαντες; Ἴσῳ ἐξαρθῇ ἐξ ὑμῶν ὁ τοιοῦτος. Και οὐδὲ ἐνταῦθα τιθῆναι αὐτοῦ τὸ δνομα, μᾶλλον δὲ οὐδαμοῦ, ὅπερ ἐπὶ τῶν σφόδρα ἀτόπων ποιεῖν εἰώθαμεν. Και οὐκ εἶπεν, Οὐχι μᾶλλον ἐξεβάλετε, ἀλλ', ὡς ἐπὶ νόσου τινος και

^α Reg., βληθίνος.

quispiam avaros esse hydropicos. Quemadmodum enim illi multam in corpore gestantes aquam, magis exuruntur: sic et avari multas circumferentes pecunias, plures concupiscunt. Causa autem hæc est: neque illi in congruentibus locis aquas habent, neque isti in congruentibus cogitationibus concupiscentiam. Fugiamus ergo hunc alienum et inanem morbum, fugiamus radicem malorum, fugiamus præsentem gehennam; gehenna enim est eorum cupiditas. Explica ergo cuiusque animam, et ejus qui pecunias despicit, et ejus qui non despicit; et videbis hunc quidem furentibus esse similem, qui nihil vel videre vel audire velit; hunc vero portui a fluctibus libero: hic omnium est amicus, ut ille hostis. Nam etsi quis accipit, non

illum afficit molestia; si quis rursus ipsi dederit, non inflavit; sed est quædam apud illum libertas omnem habens securitatem: et hic quidem omnibus adulari cum dissimulatione cogitur, ille autem nemini. Si ergo et pauper est avarus et timidus, simulator et hypocrita, ac terroribus plenus, cruciatu atque supplicio; qui vero pecunias despicit, contrariis fruitur omnibus: annon palam est virtutem esse suaviorem? Ac reliqua etiam insectaremur mala, quæ ostenditur, nihil quod malum sit habere voluptatem, nisi jam multa a nobis superius dicta fuissent. Hæc ergo cum sciamus, eligamus virtutem, ut et hic voluptate fruamur, et futura consequamur bona, gratia et benignitate, etc.

HOMILIA XV.

CAP. 5. v. 1. *Omnino auditur inter vos fornicatio, et talis fornicatio, quæ non inter gentes nominatur, ut uxorem patris sui aliquis habeat.* 2. *Et vos inflati estis, et non magis luxistis, ut tollatur de medio vestrum qui hoc opus fecit.*

habes: illi servias qui te liberavit. Non enim, si filiam haberes et eam præ stultitia mercede locasses lenoni, ut fornicaretur; deindeque filius regis transiens, a servitute liberatam uxorem duxisset, penes te esset postea illam in prostibulum ducere: semel enim dedisti et vendidisti. Res nostra sic habet: carnem nostram mercede conduximus diabolo gravi lenoni: videns Christus eripuit illam et liberavit a tyrannide illa acerba. Non est ergo jam nostra, sed liberatoris. Si velis uti illa tamquam regis sponsa, nemo prohibet; sin ad priora duxeris, eadem patieris, quæ par est pati contumeliosos. Ideo potius illa est exornanda, quam probro afficienda. Neque enim potentiam carnis habes in pravis concupiscentiis, sed in iis solis, quæ Deus præceperit. Cogita ergo a quanta illam contumelia liberaverit Deus: quavis enim meretrice turpior prostabat antea natura nostra. Nam latrocinia, homicidia, et quævis iniqua cogitatio in illam ingrediens, cum anima concumbebat, parva vilique mercede, præsentis nempe voluptatis. Anima quippe commixta cum malis cogitationibus et actibus, hanc solum percipiebat mercedem.

3. Sed hæc quidem antea fieri grave cum esset, non tam grave erat: post cælum autem, post regnum, postquam tremenda perceperis mysteria, rursus inquirari, quam habebit veniam? Annon existimas cum avaris et aliis omnibus quos enumeravit, ipsum accumulare diabolum? mulieres autem ad libidinem ornatas non censes cum illo commisceri? ecquis huic sermoni contradixerit? Quod si quis sit contentiosus, exuat animam mulierum quæ se adeo indecore gerunt, et videbit malignum illum dæmonem cum illis valde complicari et commisceri. Difficile enim est, dilecti, difficile est, imo fortasse impossibile, ut sic ornato corpore, simul quoque ornetur anima; sed necesse est alterum negligere eum qui alterius curam habet: neque enim ex natura sua hæc simul esse possunt. Ideo ait: *Qui adhæret meretrici, est unum corpus: qui autem adhæret Domino, unus spiritus est*. Ille namque tandem spiritus efficitur, licet corpore sit circumdatus. Quando enim nihil corporeum, nihil crassum, nihil terrenum circa ipsum fuerit, simpliciter corpore circumdatur: cum totus principatus sit animæ et spiritus, sic glorificatur Deus. Quamobrem in oratione dicere jubemur, *Sanctificetur nomen tuum*; et Christus ait: *Lucaet lux vestra coram hominibus, ut videant opera vestra bona, et glorificent Patrem vestrum qui in cælis est* (Matth. 5. 16). Sic ipsum glorificant etiam cæli, non vocem emittentes, sed per aspectum admirationem commoventes, et gloriam Creatori referentes. Sic glorificemus illum et nos; imo magis quam illi; possumus enim si velimus. Neque enim ita cælum et dies et nox Deum glorificat, ut anima sancta. Sicut enim quis cæli pulchritudinem respiciens dicit, Gloria tibi, Deus: quale opus fecisti! ita et viri virtutem intuens, imo hic multo magis. Ah illis namque creaturis non omnes Deum glorificant, sed etiam multi illa automata esse dicunt; alii vero dæmonibus attribuunt mundi creationem et providen-

ἐνταῦθα πάλιν γράφων, ὅτι *Οὐκ ἐστὲ ἐαυτῶν*, οὐ τῇ προαιρέσει λυμάνεται, ἀλλὰ τῆς κακίας ἀπάγει, καὶ τοῦ Δεσπότου τὴν κηδεμονίαν ἐνδείκνυται. Διὸ καὶ ἐπήγαγεν· *Ἠγοράσθητε γὰρ τιμῆς*. Εἰ δὲ οὐκ εἶμι ἐμαυτοῦ, πῶς με ἀπαιτεῖς τὰ πρακτέα; πῶς δὲ προῶν λέγετε πάλιν, *Δοξάζατε δὴ τὸν Θεὸν ἐν τῷ σῶματι ὑμῶν καὶ ἐν τῷ πνεύματι ὑμῶν, ἅτινά ἐστι τοῦ Θεοῦ*;

Τί οὖν ἐστὶ τὸ, *Οὐκ ἐστὲ ἐαυτῶν*; καὶ τί δι' αὐτοῦ κατασκευάσαι βούλεται; Ἐν ἀσφαλεῖ καταστῆσαι τοῦ μὴ ἁμαρτάνειν μηδὲ ταῖς ἐπιθυμίαις τῆς ψυχῆς ἀκολουθεῖν ταῖς ἀτόποις. Καὶ γὰρ πολλὰ βουλόμεθα ἄτοπα, ἀλλὰ κατέχειν δεῖ· δυνάμεθα γὰρ· εἰ δὲ μὴ δυνάμεθα, περιττὴ ἢ παραφαισεις. Ὅρα γοῦν πῶς ἠσφαλίσατο. Εἰπὼν γάρ, *Οὐκ ἐστὲ ἐαυτῶν, οὐκ ἐπήγαγεν*, Ἄλλ' ὑπ' ἀνάγκην ἐστὲ, ἀλλ', *Ἠγοράσθητε τιμῆς*. Διὰ τί τοῦτο λέγετε; καὶ μὴν ἐτέρωθεν, εἰποὶ τις ἂν ἴσως, ἔδει προτρέψαι, δείκνυντα ὅτι Δεσπότην ἔχομεν. Ἄλλὰ τοῦτο μὲν καὶ πρὸς Ἑλληνας ἤμιν κοινόν, τὸ δὲ, *Ἠγοράσθητε τιμῆς*, ἡμῶν ἐξείρητον. Ἀναμνησθεὶ γὰρ τοῦ μεγέθους τῆς εὐεργεσίας καὶ τοῦ τρόπου τῆς σωτηρίας, δείκνυς ὅτι ἀλλοτριωθέντες ἠγοράσθημεν· καὶ οὐχ ἀπῶς, ἀλλὰ τιμῆς. *Δοξάζατε δὴ, ὁρατε τὸν Θεὸν ἐν τῷ σῶματι ὑμῶν καὶ ἐν τῷ πνεύματι*. Ταῦτα δὲ λέγει, ὥστε μὴ τῷ σῶματι μόνον φεύγειν τὴν πορνείαν, ἀλλὰ καὶ ἐν [154] τῷ πνεύματι τῆς ψυχῆς μηδὲν πονηρὸν λογιζέσθαι καὶ ἐλαύνειν τὴν χάριν. *Ἄτινά ἐστι τοῦ Θεοῦ*. Ἐπειδὴ γὰρ εἶπεν, *Ἰμῶν*, διὰ τοῦτο ἐπήγαγεν, *Ἄτινά ἐστι τοῦ Θεοῦ*, συνεχῶς ἀναμνηστικῶν ἡμᾶς, ὅτι πάντα Δεσποτικὰ, καὶ σῶμα καὶ ψυχὴ καὶ πνεῦμα. Καὶ γὰρ τινές φασι, *Τῷ πνεύματι*, τῷ χαρίσματι λέγειν. Ἄν γὰρ ἐκεῖνο ἦ παρ' ἡμῖν, δοξάζεται ὁ Θεός· ἐστὶ δὲ, ἂν καθαρὰν καρδίαν ἔχωμεν. Τοῦ Θεοῦ δὲ αὐτὰ ἔφησεν, οὐκ ἐπειδὴ παρηγάγεν αὐτὰ μόνον, ἀλλ' ἐπειδὴ καὶ ἀλλοτριωθέντα, ἐκ δευτέρου πάλιν ἐκτῆσατο, τιμὴν τὸ αἴμα τοῦ Πατρὸς καταθείς. Ὅρα πῶς εἰς τὸν Χριστὸν τὸ πᾶν ἀπήρτισε· πῶς ἡμᾶς εἰς τὸν οὐρανὸν ἀνήγαγε. Μέλη τοῦ Χριστοῦ ἐστε, φησὶ, ναὸς ἐστε τοῦ Πνεύματος· μὴ τοῖνον γίνεσθε πόρνης μέλη· οὐ γὰρ τὸ σῶμα τὸ ὑμῶν ὑβρίζεται· οὐ γὰρ τὸ σῶμα ὑμῶν ἐστὶν, ἀλλὰ τὸ Χριστοῦ. Ταῦτα δὲ ἔλεγεν, ὁμοῦ καὶ τὴν φιλανθρωπίαν ἐνδείκνυμενος, ὅτι αὐτοῦ τὸ σῶμα τὸ ἡμέτερον, καὶ τῆς ἐξουσίας τῆς πονηρᾶς ἡμᾶς ἀφαιρούμενος. Εἰ γὰρ ἀλλότριόν ἐστι τὸ σῶμα, οὐκ ἔχετε ἐξουσίαν ἀλλότριον σῶμα ὑβρίζειν, φησὶ, καὶ μάλιστα ὅταν ἦ Δεσποτικόν, οὐδὲ ναὸν μολύνειν τοῦ Πνεύματος. Εἰ γὰρ ἰδιωτικῇ τις ἐπελθὼν οἰκίᾳ, καὶ κωμάσας εἰς ἐκείνην, τὴν ἐσχάτην δώσει δίχην· ὁ βασιλέως ναὸν ληστοῦ ποιῶν καταγώγιον, ἐννόησον πῶσα κείσεται κακά. Ταῦτα οὖν ἐνόησας, αἰδέσθητι τὸν ἐνοικοῦντα· ὁ γὰρ Παράκλητός ἐστιν οὗτος· φρίζον τὸν συμπεπλεγμένον σοι καὶ κεκολλημένον· ὁ γὰρ Χριστός ἐστι. Μὴ γὰρ σὺ μέλη Χριστοῦ ἐαυτὸν ἐποίησας; Ἐνόησον οὕτω, καὶ μὲν σωφρονῶν, τίνος ἦν μέλη^a, καὶ τίνος γέγονε. Πόρνης ἦν μέλη πρὸς τοῦτο, καὶ ὁ Χριστὸς ἐποίησεν αὐτὰ μέλη τοῦ ἰδίου σώματος. Οὐκ ὄρα αὐτῶν ἐξουσίαν ἔχεις λοιπὸν· ἐκείνῳ δούλευε τῷ ἐλευθερώσαντι. Οὐδὲ γὰρ, εἰ θυγατέρα ἔχων, εἰ πολλὰς τῆς ἀνοίας ἐξεμισθώσας αὐτὴν πορνοδοσκῆ, πορνεύεσθαι ἐποίησας, εἴτα βασιλέως υἱὸς παριῶν ἠλευθέρωσέ τε αὐτὴν τῆς δουλείας ἐκείνης καὶ συνῆψεν αὐτῷ, κύριος εἰ λοι-

^a Morel., τίνος ὄν μέλη.

πὼν ἀγειν αὐτὴν ἐπὶ τὸ παρεῖλον· ἅπαξ γὰρ ἔδωκας καὶ ἐπώλησας. Τοιούτων ἐστὶ καὶ τὸ ἡμέτερον· ἐξεμισθώσαμεν τὴν σάρκα τὴν ἐαυτῶν τῷ διαβόλῳ, τῷ χαλεπῷ πορνοδοσκῆ· ἰδὼν ὁ Χριστὸς, ἐρρύσατο αὐτὴν καὶ ἀπῆλλαξε τῆς πονηρᾶς τυραννίδος ἐκείνης· οὐ τοῖνον ἐστὶν ἡμετέρα λοιπὸν, ἀλλὰ τοῦ ρυσαμένου. Ἐὰν ἐθέλης ὡς νύμφη βασιλέως κεχρηθῆαι, οὐδὲς ὁ κωλύων· ἐὰν δὲ ἐπὶ τὰ πρότερα ἀγάγῃς, πείσῃ τὰ αὐτὰ, ἃ τοὺς τοιαῦτα ὑβρίζοντας εἰκός. Διὸ μᾶλλον αὐτὴν κατακοσμεῖν χρὴ, οὐχὶ καταισχύνειν. Οὐ γὰρ ἔχεις ἐξουσίαν τῆς σαρκὸς ἐν ταῖς πονηραῖς ἐπιθυμίαις, ἀλλ' ἐν οἷς ἂν ὁ Θεὸς ἐπιτάξῃ μόνους. Ἐνόησον γοῦν ἡλίχης αὐτὴν ὑβρεως ἀπῆλλαξε ὁ Θεός· καὶ γὰρ πάσης πόρνης αἰοχρότερον προεστῆκει ἡ φύσις ἡ ἡμετέρα πρὸς τοῦτο. Καὶ γὰρ ληστεία καὶ ἀνδροφονία, καὶ ἕκαστος παράνομος λογισμὸς πρὸς αὐτὴν εἰσιῶν, συγκατεκλίνετο τῇ ψυχῇ, καὶ μισθώματος ὄλιγου καὶ τοῦ τυχόντος, τῆς παρούσης ἡδονῆς. Ἡ γὰρ ψυχὴ φυρομένη μετὰ τῶν πονηρῶν ἐνοσιῶν καὶ πράξεων, τοῦτον ἕκαρποῦτο μόνον τὸν μισθόν.

γ'. [155] Ἄλλὰ τὸ μὲν πρὸς τοῦτο ταῦτα γίνεσθαι καίτοι δεῖν ὄν, οὐχ οὕτω δεῖν ἦν· τὸ δὲ μετὰ τὸν οὐρανὸν, μετὰ τὰ βασίλεια, μετὰ τὸ πῶν μυστηρίων ἀπολαῦσαι τῶν φρικτῶν πάλιν μολύνεσθαι, ποίαν ἔξει συγγνώμην; Ἡ οὐκ οἶει καὶ τοῖς πλεονέκταις καὶ πᾶσιν, οἷς ἔμπροσθεν ἀπρηθίβησεν, αὐτὸν τὸν διάβολον συγκατακλίνεσθαι; τὰς δὲ καλλωπιζομένας πρὸς ἀσέλγειαν γυναῖκας οὐχ ἡγῆ μετ' ἐκεῖνον μίγνυσθαι; καὶ τίς ἀντρεῖ τούτῳ τῷ λόγῳ; Εἰ δὲ ἐστὶ τις φιλονεικῶν, ἀποδύετω τὴν ψυχὴν τῶν τὰ τοιαῦτα ἀσχημονουσῶν γυναικῶν, καὶ βῆται πάντως τὸν πονηρὸν δαίμονα ἐκείνον σφοδρῶς συμπεπλεγμένον αὐταῖς. Δύσκολον γὰρ, ἀγαπῆτοι, δύσκολον, τάχα δὲ καὶ ἀμήχανον, τοῦ σώματος καλλωπιζομένου οὕτω, καὶ τὴν ψυχὴν ὁμοῦ καλλωπιζέσθαι· ἀλλ' ἀνάγκη θάτερον ἀμελεῖσθαι, ἐπιμελουμένου θατέρου· οὐ γὰρ ἔχει φύσιν ὁμοῦ ταῦτα γίνεσθαι. Διὸ φησὶν· *Ὁ κολλώμενος τῷ πόρῃ, ἐν σώματι ἐστὶν· ὁ δὲ κολλώμενος τῷ Κυρίῳ, ἐν πνεύματι ἐστὶν*. Πνεῦμα γὰρ γίνεται λοιπὸν ὁ τοιοῦτος, κἂν σῶμα περιέται. Ὅταν γὰρ μηδὲν σωματικὸν μηδὲ παχὺ μὴδὲ γήϊνον περὶ αὐτὸν ἦ, ἀπλῶς τὸ σῶμα περιέχεται· ὅταν ἡ πᾶσα ἀρχὴ τῆς ψυχῆς ἢ καὶ τοῦ πνεύματος, οὕτω δοξάζεται ὁ Θεός. Διὸ καὶ ἐν τῇ εὐχῇ κελεύομεθα λέγειν· *Ἀγιασθήτω τὸ δρομά σου*· καὶ ὁ Χριστὸς φησὶ· *Λαμψάτω τὸ φῶς ὑμῶν ἔμπροσθεν τῶν ἀνθρώπων, ὅπως ἴδωσι τὰ καλά ἔργα ὑμῶν, καὶ δοξάσωσι τὸν Πατέρα ὑμῶν τὸν ἐν τοῖς οὐρανοῖς*. Οὕτω δοξάζουσιν αὐτὸν καὶ οἱ οὐρανοὶ, οὐ φωνὴν ἀφιέντες, ἀλλὰ διὰ τῆς βῆφους θαυμαζόμενοι, καὶ τὴν δόξαν εἰς τὸν Δημιουργὸν ἀναφέροντες. Οὕτω δοξάζουσιν αὐτὸν καὶ ἡμεῖς, μᾶλλον δὲ καὶ πλεόν ἐκείνων· δυνάμεθα γὰρ, ἂν ἐθέλωμεν. Οὐ γὰρ οὕτως οὐρανὸς καὶ ἡμέρα καὶ νύξ, ὡς ἅγια ψυχὴ δοξάζει Θεόν. Ὅσπερ γὰρ εἰς τὸ κάλλος τοῦ οὐρανοῦ τις ἀφορῶν, λέγει· *Δόξα σοι, ὁ Θεός, οἶον ἔργον ἔκτισας*· οὕτω δὴ καὶ εἰς ἀνδρὸς ἀρετὴν βλέπων, καὶ πολλῷ πλεόν ἐνταῦθα. Ἀπ' ἐκείνων μὲν γὰρ τὸν κτισμάτων οὐ πάντες δοξάζουσιν, ἀλλὰ πολλοὶ καὶ αὐτόματα εἶναι λέγουσι τὰ βντα· ἄλλοι δὲ καὶ δαίμοσιν ἀνατιθέασι τοῦ κόσμου τὴν δημιουργίαν καὶ τὴν πρόνοιαν, οἱ καὶ σφόδρα ἀσύγγνωστα ἁμαρτάνουσιν· ἐπὶ δὲ ἀνθρώπου ἀρετῆς οὐδὲς τοιαῦτα ἀναίσχυνησται· δυνήσεται, ἀλλὰ πάντως δοξάζει τὸν Θεόν, τὸν δουλεύοντα αὐτῷ μετὰ

ἀρετῆς ζῶντα ὄρῶν. Τίς γάρ οὐκ ἐκπλαγῆσεται, ὅταν ἀνθρωπὸς τις ὦν, καὶ τῆς κοινῆς μετέχων φύσεως, καὶ ἐν μέσοις στρεφόμενος ἀνθρώποις, καθάπερ ἀδάμας, μὴ ἐπικάμπηται πρὸς τὸν τῶν παθῶν ἔσμον; ὅταν μεταξὺ πυρὸς καὶ σιδήρου καὶ θηρίων ὦν, ἀδάμαντος ἰσχυρότερος ᾖ, καὶ περιγένηται πάντων διὰ τὸν τῆς εὐσεβείας λόγον; ὅταν ὑβρίζηται, καὶ εὐλογῆ; ὅταν κακῶς ἀκούῃ, καὶ ἐγκωμιάξῃ; ὅταν ἐπηρεάζηται, καὶ εὐχρηται ὑπὲρ τῶν ἀδικούντων; ὅταν ἐπιβουλεύηται, καὶ εὐεργετῆ τοὺς πολεμούντας αὐτῷ καὶ ἐπιβουλεύοντας; Ταῦτα γὰρ καὶ τὰ τοιαῦτα τῶν οὐρανῶν πολλῶ μᾶλλον δοξάζει τὸν Θεόν. Τὸν μὲν γὰρ οὐρανὸν [156] ἴδοντες Ἕλληνας, οὐκ αἰσχύνονται· ἄγιον δὲ ἄνδρα ἰδόντες μετὰ ἀκριθείας φιλοσοφίαν ἐπιδεικνύμενον, καταδύονται καὶ ἑαυτῶν καταγινώσκουσιν. Ὅταν γὰρ ὁ τῆς αὐτῆς αὐτοῖς φύσεως μετέχων, τοσοῦτον ἀνώτερος ᾖ [ἢ] πολλῶ μᾶλλον, ἢ ὅσον ὁ οὐρανὸς τῆς γῆς, καὶ ἄκοντες ἐνοουοῦσιν, ὅτι θεία δύναμις ταῦτα ἐργάζεται· διὸ φησι· *Καὶ δοξάσωμεν τὸν Πατέρα ὡμῶν τὸν ἐν τοῖς οὐρανοῖς*. Βούλει μαθεῖν καὶ ἐτέρωθεν, πῶς μὲν ἀπὸ τοῦ βίου τῶν δούλων αὐτοῦ δοξάζεται ὁ Θεός, πῶς δὲ ἀπὸ τῶν θαυμάτων; Ἐνέβαλέ ποτε ὁ Ναβουχοδονόσορ τοὺς τρεῖς παῖδας εἰς τὴν κάμινον. Εἶτα ἐπειδὴ εἶδε τὸ πῦρ οὐ περιγεγόμενον αὐτῶν, φησὶν· *Εὐλόγητος ὁ Θεός, ὃς ἀπέστειλε τὸν ἄγγελον αὐτοῦ, καὶ ἐξελέστω τοὺς παῖδας αὐτοῦ ἐκ τῆς καμίνου*. ὅτι *ἐπεποιθίσαν ἐπ' αὐτὸν, καὶ ἠλλοίωσαν τὸ δῆγμα τοῦ βασιλέως*. Τί λέγεις; κατεφρονήθης, καὶ θαυμάζεις τοὺς διαπτύσαντας; Ναί, φησι, [καὶ] δι' αὐτὸ τοῦτο, ὅτι κατεφρονήθη· καὶ τοῦ θαύματος ταύτης τὴν αἰτίαν τίθησι. Ὅστε οὐ διὰ τὸ σημεῖον ἢ δόξα τῷ Θεῷ τότε γέγονε μόνον, ἀλλὰ καὶ διὰ τὴν προαίρεσιν τῶν ἐμβληθέντων. Εἰ δὲ καὶ καθ' ἑαυτὸ ἐξετάσειε τις τοῦτο κάκεινο, οὐκ ἔλαττον τοῦτο ἐκείνου. Τοῦ γὰρ ῥύσασθαι καμίνου τὸ πείσαι ψυχᾶς κατατολήμῃσαι καμίνου, οὐκ ἔλαττον εἰς θαύματος λόγον. Πῶς γὰρ οὐκ ἐκπλήξῃως ἄξιον, ὅταν ὁ τῆς οἰκουμένης βασιλεὺς, καὶ τοσαῦτα περὶ ἑαυτοῦ ὅπλα ἔχων καὶ στρατόπεδα καὶ στρατηγούς καὶ τοπάρχας καὶ ὑπάτους, καὶ γῆν καὶ θάλατταν ὑποκειμένην, ὑπὸ παίδων αἰχμαλώτων καταφρονῆται, καὶ οἱ δεδεδεμένοι τοῦ δήσαντος περιγίνονται καὶ πᾶσαν νικῶσι τὴν στρατιάν ἐκείνην; οὐ γὰρ ἴσχυσαν, ὅπερ ἤβηλον, οἱ περὶ τὸν βασιλέα, καὶ ταῦτα καὶ τὴν ἀπὸ τῆς καμίνου συμμαχίαν ἔχοντες· ἀλλ' οἱ γυμνοὶ καὶ δοῦλοι καὶ ξένοι καὶ ὀλίγοι (τί γὰρ τριῶν ὀλιγώτερον;) ἀπειρον στρατιάν δεδεδεμένοι κατηγωνίσαντο. Ἦδη γὰρ θάνατος κατεφρονεῖτο, καὶ ἐπειδὴ λοιπὸν ὁ Χριστὸς ἐμελλεν ἐπιδημεῖν· καὶ καθάπερ ἀνατέλλειν μέλλοντος τοῦ ἡλίου, καὶ πρὶν ἢ τὰς ἀκτίνας φανῆναι, λαμπρὸν γίνεται τὸ φῶς τῆς ἡμέρας· οὕτω καὶ τοῦ τῆς δικαιοσύνης ἡλίου μέλλοντος ἔργεσθαι, ὁ θάνατος λοιπὸν ὑπέξιστατο. Τί τοῦ θεάτρου γένοιτ' ἂν λαμπρότερον ἐκείνου; τί τῆς νίκης περιφανέστερον; τί τῶν καινῶν τροπαίων ἐπισημότερον;

δ'. Τοῦτο καὶ ἐφ' ἡμῶν γίνεται. Καὶ νῦν ἐστὶν ὁ τῆς Βαβυλωνίας καμίνου βασιλεὺς, καὶ νῦν φλόγα ἀνάπτει χαλεπωτέραν ἐκείνης· ἔστι καὶ νῦν ὁ τοιαύτην εἰκόνα κελεύων θαυμάζειν· πάρεστιν αὐτῷ καὶ σαράπαι καὶ στρατιώται καὶ γοητεύουσα μουσικῆ· καὶ πολλοὶ θαυμάζουσι ταύτην τὴν εἰκόνα, τὴν ποικίλην, τὴν μεγάλην. Τοιοῦτον γὰρ τί ἐστὶν ἡ πλεονεξία, οἷον ἡ εἰκὼν ἐκείνη, οὐδὲ σιδήρου καταφρονούσα, ἀλλ' ἐξ ἀνομοίων μὲν συγκαίμενη πραγμάτων, πάντα

δὲ κελεύουσα θαυμάζειν, καὶ χαλκὸν καὶ σίδηρον καὶ ἄ πολλῶν τούτων ἐστὶν εὐτελέστερα. Ἄλλ' ὡσπερ ταῦτά ἐστιν, οὕτω καὶ οἱ τῶν παίδων ἐκείνων ζηλωταὶ εἰσι καὶ νῦν, οἱ λέγοντες· Τοῖς θεοῖς σου οὐ λατρεύομεν, καὶ τῇ εἰκόνι σου οὐ προσκυνούμεν, ἀλλὰ καὶ τὴν κάμινον τῆς πενίας ὑπομένομεν, καὶ τὴν ἄλλην ταιλαιπωρίαν ἄπασαν ὑπὲρ τῶν τοῦ Θεοῦ νόμων. Καὶ οἱ μὲν πολλὰ ἔχοντες, καθάπερ κάκεινο, τότε, καὶ ταύτην προσκυνοῦσι πολλάκις καὶ κατακαίονται [157]· οἱ δὲ μὴδὲν κεκτιμένοι καὶ ταύτης καταφρονοῦσι, καὶ ἐν πενίᾳ ὄντες, ἐν δρόσῳ μᾶλλον εἰσι τῶν ἐν εὐπορίᾳ ζώντων· καθάπερ καὶ τότε οἱ μὲν ἐμβάλοντες κατεχάσαν, οἱ δὲ ἐν μέσῳ ὄντες, ὡσπερ ἐν ὕδατι ἦσαν καὶ δρόσῳ. Καὶ ὁ τύραννος δὲ τότε ἐκείνος μάλλον ἐκαίετο τῇ φλογί, τοῦ θυμοῦ σφοδρότερον αὐτὸν ἀνάπτοντος, ἢ οἱ παῖδες ἐκείνοι. Ἐκείνων μὲν γὰρ οὐκ ἴσχυσε τὸ πῦρ οὐδὲ ἄκραν ἀψασθαι τῶν τριῶν· τοῦτου δὲ πυρὸς σφοδρότερον κατέκαυσε τὴν διάνοιαν ἡ ὀργή. Ἐνόησον γὰρ ὅσον ἦν ἐπ' ἔψαι τοσαύτης ὑπὸ παίδων αἰχμαλώτων αὐτοῦ διαπτύεσθαι. Ἐδειξε γὰρ λοιπὸν, ὅτι καὶ τὴν πόλιν αὐτῶν ἔλαβεν, οὐ παρὰ τὴν οἰκίαν ἰσχύν, ἀλλὰ παρὰ τὴν τῶν πολλῶν ἀμαρτίαν. Εἰ γὰρ τῶν δεδεδεμένων οὐκ ἴσχυος περιγενέσθαι, καὶ ταῦτα ἐν καμίνῳ βεβλημένων, πῶς ἂν τούτων περιεγένετο πολέμου νόμῳ, πάντων τοιούτων ὄντων; Ὅθεν δῆλον ὅτι αἱ τῶν πολλῶν ἀμαρτίαι τὴν πόλιν παρέδωκαν. Ὅρα δὲ καὶ τὸ ἀκενόδοξον τῶν παίδων. Οὐ γὰρ ἐπεπλήθησαν τῇ καμίνῳ, ἀλλὰ τοῦ Χριστοῦ τὴν παραγγέλιαν ἀνωθεν ἐφύλαττον λέγοντες· *Ἐβχεσθε μὴ εἰσελθεῖν εἰς πειρασμόν*· οὔτε ἐφυγον ἐπειδὴ ἤχησαν, ἀλλ' ἔστησαν ἐν τῷ μέσῳ γενναίως, οὔτε μὴ καλοῦντος ἀγωνιζόμενοι, οὔτε καλοῦντος μαλακίζόμενοι, ἀλλὰ πρὸς πάντα ἔτοιμοι καὶ γενναῖοι, καὶ πάσης γέμοντες παρήρησις. Ἀκούσωμεν δὲ καὶ τί λέγουσιν, ἵνα κἀνεῦθεν μάθωμεν αὐτῶν τὸ φιλόσοφον ἢ φρόνημα· *Ἔστι Θεός ἐν οὐρανοῖς δυνατός ἐξελεῖσθαι ἡμᾶς*. Οὐ γὰρ ὑπὲρ ἑαυτῶν φροντίζουσιν, ἀλλὰ καὶ κλεῖσθαι μέλλοντας, ὅπερ τῆς τοῦ Θεοῦ δόξης μεριμνῶσιν. Ἴνα γὰρ μὴ ποτε, φησι, κατακαυθέντων ἡμῶν ἀσθένειαν τοῦ Θεοῦ καταγνῶς, ἦδη σοι τὸ δόγμα ἄπαν ἀπαγγέλλομεν ἀκριβῶς τὸ ἡμέτερον· *Ἔστι Θεός ἐν οὐρανοῖς*, οὐ τοιοῦτος, οἷα αὐτὴ εἰκὼν ἢ ἐπὶ γῆς, ἢ ἀψυχὸς καὶ ἀφρονος, ἀλλ' ἰκανὸς καὶ ἐκ μέσης καμίνου τῆς καιμένης ἐξαρπάσαι. Μὴ τοῖνον αὐτοῦ καταγνῶς ἀσθένειαν, ὅτι ἀφίησιν ἐμπέσειν. Οὕτως ἐστὶ δυνατός, ὥστε μετὰ τὸ ἐμπέσειν πάλιν ἡμᾶς ἐξαρπάσαι τῆς φλογός· *Καὶ ἂν μὴ, γνωστὸν ἔστω σοι, ὦ βασιλεῦ, ὅτι τοῖς θεοῖς σου οὐ λατρεύομεν, καὶ τῇ εἰκόνι τῇ χρυσοῦ ἢ ἐστησας οὐ προσκυνοῦμεν*. Ὅρα αὐτοῦς οἰκονομικῶς ἀγνοοῦντας τὸ μέλλον. Εἰ γὰρ προήδεσαν, οὐδὲ ἴσαν θαυμαστοὶ, πεποικηκότες ὅπερ ἐποίησαν· τί γὰρ θαυμαστοὶν, εἰ ἐνέχυρα ἔχοντες σωτηρίας, κατετόλμησαν τῶν δαιμόνων; ἀλλ' ὁ μὲν Θεός ἐδοξάζετο, δυναθεὶς ἐκβαλεῖν τῆς καμίνου· ἐκείνοι δὲ οὐκ ἂν ἐθαυμάστησαν, ἂν μὴ εἰς κινδύνους ἑαυτοὺς ῥίψαντες. Διὰ τοῦτο αὐτοὺς ἀφήκεν ἀγνοῆσαι τὸ μέλλον, ἵνα αὐτοὺς δοξάσῃ πλέον. Καὶ καθάπερ αὐτοὶ ἠσφαλίζοντο τὸν βασιλέα μὴ ἀσθένειαν καταγνῶναι Θεοῦ, εἰ κατακαυθίσαν· οὕτως ὁ Θεός ἀμόφτερα ἐποίησε, καὶ τὴν ἑαυτοῦ δύναμιν ἐδειξε, καὶ τὴν τῶν παίδων προθυμίαν λαμπρότεραν διαφανῆσαι παρεσκεύασε. Πόθεν

• Duo eodd., ἦσαν τῇ δρόσῳ, rectius, ni fallimur. Ἐστ. b Reg., οὐλόθεν.

liam, quod peccatum vix veniam admittat : circa virtutem autem hominis, nemo sic impudenter agere poterit, sed omnino glorificabit Deum, dum videt eum qui Deo servit sancte viventem. Quis enim non obstupescet, quando quispiam, homo cum sit communisque naturæ particeps, in mediisque versans hominibus, sicut adamus, non convertitur ad passionum agmen? cum inter ignem et ferrum et feras versans adamante fortior est, et per pietatis verbum rationemque omnia superaverit? quando probris afficitur, et benedicit? quando male audit et laudat? quando molestia ei creatur, et ille orat pro iis qui secum ini-que agunt? quando insidiis appetitur, et ipse beneficia prestat insidiatoribus et adversariis? Hæc et similia magis quam cæli glorificant Deum. Græci namque cælum videntes, non pudore afficiuntur; sanctum autem virum videntes accurate philosophiam exhibentem, pudore suffunduntur seseque damnant. Cum enim is, qui ejusdem naturæ consors est, ita superior illis est, et multo magis, quam cælum terram superat; vel inviti cogitant, quamdam divinam virtutem hæc operari: ideo ait: *Et glorificent Patrem vestrum qui in cælis est.* Vis et aliunde discere, quomodo a servorum suorum vita glorificetur Deus, quomodo etiam a miraculis? Immisit aliquando Nabuchodonosor tres pueros in fornacem. Deinde quia vidit ignem non illos superare, ait: *Benedictus Deus, qui misit angelum suum, et eripuit pueros suos a fornace, quia considerunt in eum: et verbum regis mutaverunt (Dan. 3. 95).* Quid dici? contemptus fuisti, et miraris eos qui respuerunt? Etiam, inquit, et propter hoc ipsum quod contemptui habitus sim; et miraculi hanc statuit esse causam. Itaque non propter signum tantum tunc gloria Deo fuit, sed propter propositum eorum qui illo injecti sunt. Quod si quis hoc et illud per se examinet, non hoc illo minus est. A fornace enim liberasse, non est majus ad rationem miraculi, quam animis persnasisse ut ingrederentur in fornacem. Quomodo enim non dignum stupore fuerit, cum rex orbis, tam multis armis circumseptus, exercitus habens, duces, toparchas et consules, terræ et mari imperans, a pueris captivis despicitur, et victi vincientem superant et totum ipsius vincunt exercitum? Non enim potuerunt id, quod voluerunt, rex et clientes ejus, qui et hæc et fornacis copiam habebant; sed nudi, servi, exteri, pauci (quid enim tribus paucius sit?) immensum exercitum victi profligarunt. Jam enim mors despiciabatur, quia adventurus erat Christus: et sicut jam orituro sole, antequam radii appareant, splendida efficitur lux diei: sic etiam venturo justitiæ sole mors tandem cedebat. Quid illo theatro splendidius fuerit? quid victoria clarius? quid novis tropæis insignius?

4. Hæc fit etiam nostro tempore. Et nunc rex est Babylonicæ fornacis, nunc etiam fornacem accendit illa graviorem: est etiam qui nunc illam jubet admirari imaginem: adsunt ipsi et satrapæ et milites et musica demulcens; multique illam imaginem admirantur, variam, magnam. Tale enim quidpiam est

avaritia, quale imago illa, ne ferrum quidem despiciens, sed ex dissimilibus composita rebus, omnino admirari jubens, æs, ferrum, et quæ sunt illis admodum viliora. Sed quemadmodum hæc sunt; ita etiam nunc sunt puerorum illorum imitatores qui dicunt: Diis tuis non servimus, et imaginem tuam non adoramus; sed et paupertatis fornacem sustinemus et aliam omnem miseriam pro Dei legibus. Et illi quidem qui multa habent, ut et veteres illi, hanc sæpe adorant et comburunt; qui vero nihil possident, hanc despiciunt, et in paupertate versantes, in rore magis deliciantur, quam illi qui in rerum copia vivunt: sicut et tunc quoque, qui injecerunt combusti sunt, qui autem in medio erant, ceu in aqua et rore versabantur. Tyrannus autem ille tunc magis a flamma urebatur, ira vehementius illum incendente, quam pueri illi incenderentur. Nam illorum ne summos quidem capillos potuit ignis tangere; hujus autem mentem igne vehementius ira incendit. Cogita enim quantum illud esset, in tam multorum conspectu a pueris captivis ipsum contemni. Tunc etiam ostendit, se illorum urbem cepisse, non vi sua, sed propter multorum peccata. Nam si victos non potuit superare, etiamque in fornacem injectos, quomodo illos lege belli superasset, si omnes tales fuissent? Unde manifestum est multorum peccata urbem tradidisse. Vide autem quam a vana gloria alieni pueri essent. Non enim insilierunt in fornacem, sed jam olim Christi præceptum servabant dicentis: *Orate ne intretis in tentationem (Matth. 26. 41)*: neque fugerunt quando ducti sunt, sed steterunt in medio fortiter: neque non vocante decertantes, neque vocante molles et ignavi, sed ad omnia parati et strenui omnique fiducia pleni. Audiamus enim quid dicant, ut inde eorum philosophum sensum ediscamus: *Est Deus in cælis potens eripere nos (Dan. 3. 17).* Non enim de se sunt solliciti, sed mox comburendi, de gloria Dei solliciti sunt. Ut enim, nobis combustis, Deum non damnes imbecillitatis, jam tibi totum dogma nostrum accurate annuntiamus. *Est Deus in cælis, non talis qualis hæc imago in terra, inanimata et muta, sed qui possit ex media fornace ardenti eripere.* Ne itaque illum damnes imbecillitatis, quod nos sinat in eam incidere: tam potens est, ut postquam inciderimus, nos a flamma eripere possit; *Et si non faciat, notum sit tibi, o rex, quod diis tuis non servimus, et auream quam posuisti statuum non adoramus (Ibid. v. 18).* Vide eos certo consilio et dispensatione non nosse futurum. Si enim scivissent, admirandi non fuissent hæc facientes: quid enim mirum, si pignora salutis habentes, gravia illa audacter adiissent? sed glorificaretur quidem Deus, qui potuisset eripere ex fornace; ipsi vero non admirabiles fuissent, utpote qui non in pericula seipsos coniecissent. Ideo permisit, ut ipsi quod futurum erat ignorarent, ut magis eos glorificaret. Et sicut ipsi confirmabant regem, ut ne Deum imbecillitatis damnaret, si ipsi combusti fuissent: ita et Deus utrumque præstitit, et potentiam suam ostendit, et

puerorum animum præclariorem effecit. Undenam ergo illis hæc dubitatio, inquires, ut non confiderent se salvos exituros esse? Quod se viliores omnino esse putarent, et tali beneficio indignos. Quod autem non ex conjectura hoc dicam, in fornacem conjecti lamentabantur, hæc dicentes: *Peccavimus, injuste egimus: non licet nobis os aperire (Dan. 5. 29)*. Propterea dicebant, *Et si non*. Si enim non clare dicebant, Potest nos Deus eripere; si autem non eripuerit, propter peccata nostra non eripiet, ne mireris: visi enim essent apud barbaros peccatorum suorum obtentu Dei imbecillitatem obtegere. Propterea cum de ejus potentia tantum loquuti essent, causam non ponunt. Alioquin recte eruditi erant Dei judicia non curiose inquirere. Cum hæc ergo dixissent, in ignem ingressi sunt, nec regem contumelia affecerunt, neque statuum evertere. Virum enim fortem talem esse oportet, moderatum et mansuetum, maxime in periculis, ut ne videatur ex ira et vana gloria talia adire certamina, sed ex fortitudine et temperantia. Nam qui contumelia afficit, in suspicionem illorum criminum venit: qui vero sustinet et trahitur ac cum

mansuetudine decertat, non modo ut fortis in admiratione habetur, sed etiam ob moderationem et mansuetudinem non minus celebratur. Id quod et ipsi tunc fecerunt, cum et fortitudinem et mansuetudinem omnem exhibuerunt: nec quidquam fecere propter mercedem et præmium. Et si noluerit, inquit, nos eripere, diis tuis non servimus: jam enim remunerationem habemus, ut digni habitii, qui ab impietate liberaremur, et quod propterea corpora cremarentur. Et nos igitur habentes jam mercedem, nam habemus, digni habitii qui illum cognosceremus, et qui membra Christi efficeremur, ne faciamus illa membra meretricis. In hoc enim tam horrendo dicto finienda est oratio: ut validum habentes comminationis timorem, maneamus auro puriores hoc metu redditi. Sic enim poterimus a fornicatione erepti Christum videre: quem utinam cum fiducia videamus in illo die, gratia et benignitate Domini nostri Jesu Christi, quicum Patri unaque Spiritui sancto gloria, honor, imperium, nunc et semper, et in sæcula sæculorum. Amen.

HOMILIA XIX.

CAP. 7. v. 1. *De quibus autem scripsistis mihi: Bonum est homini mulierem non tangere: 2. propter fornicationem autem unusquisque suam uxorem habeat, et unaquæque suum virum.*

1. Postquam gravissima tria correxit vitia, unum quidem quod divelleretur Ecclesia, secundum autem fornicatoris, tertium avari; deinde mitiore usus est oratione: et admonitionem consiliumque interponit de matrimonio et de virginitate, a molestioribus auditorem ad quietam ducens. In secunda autem epistola contrarium facit: incipit enim a mitioribus, desinit autem in tristiora. Illic vero postquam de virginitate sermonem perfecit, rursus exit ad ea quæ magis pungunt ac feriunt, non omnia continenter ponens, sed sermonem in utroque varians, ut tempus exigebat, necnon præsentium rerum usus. Ideo ait: *De quibus autem scripsistis mihi*. Scripserant autem ei, an oporteret ab uxore abstinere an non. Et ad ea rescribens, et de matrimonio legem ferens, sermonem de virginitate inducit: *Bonum est homini mulierem non tangere*. Nam si, inquit, quod bonum est et admodum excellens quæris, melius est cum muliere nullam habere consuetudinem; si quod tutum est, et quod infirmitatem tuam juvet, matrimonio utere. Quia autem verisimile erat, ut etiam nunc solet, virum velle, mulierem vero non item; vel etiam contra, vide quomodo de utroque disserat. Et dicunt quidam, hoc ab illo dictum sacerdotibus fuisse: ego vero ex iis quæ sequuntur rem examinans, non dixerim rem ita se habere: neque enim universe admonitionem constituisset. Si autem sacerdotibus tantum hæc scripsisset, dixisset sane: *Bonum est doctori uxorem non tangere*; nunc autem universim hoc posuit: *Bonum est homini*, dicens, non tantum sacerdoti; et rursus, *Solutus es ab uxore? noli quærere*

uxorem. Non dixit, Tu sacerdos et doctor, sed indefinite; et totus omnino sermo sic procedit. Et cum dixit, *Propter fornicationes unusquisque suam uxorem habeat*, ex ipsa concessionis causa ad continentiam duxit. 3. *Uxori vir debitum reddat; similiter et mulier viro*. Quid est autem debitum honor? Mulier non habet potestatem sui corporis, sed et ancilla et domina viri est. Si defeceris ab ea quæ convenit servitute, Deum offendis: si autem abscedere vis, cum vir hoc permiserit, saltem ad breve tempus fiat. Propterea et debitam rem vocavit, ut ostenderet nullum esse sui dominum, sed esse alterum alterius servum. Cum ergo videris mercetricem te ad peccatum allicientem, dic: Non est meum corpus, sed uxoris. Eadem dicat uxor illis, qui castitatem suam violare satagunt: Corpus meum non est meum, sed viri. Si vero nec maritus nec uxor potestatem corporis habent, multo minus pecuniarum. Audite quæcumque maritos habetis, et quicumque uxores. Si enim corpus sibi proprium habere non licet, multo minus pecunias. Alibi sane magnam dat marito prærogativam et in Novo et in Veteri Testamento dicens, *Ad virum tuam conversio tua, et ipse tibi dominabitur (Gen. 3. 16)*; Paulus autem sic dividens et scribens: *Viri, diligite uxores; uxor autem timeat virum (Ephes. 5. 25)*: hic vero non ultra majus aut minus ponit, sed unam potestatem. Quare? Quia de castitate sermo ipsi erat. In aliis quidem prærogativam, inquit, habet maritus: ubi autem de continentia agitur, non item. *Vir potestatem sui corporis non habet, neque uxor*. Multa est æqualitas, et nulla prærogativa.

Conjugii jura.—5. *Nolite fraudare invicem, nisi forte ex consensu*. Quid hoc est? Ne se contineat, inquit, uxor marito nolente, neque maritus invita uxore. Quare? Quia magna ex tali continentia oriuntur mala:

ὧν αὐτοίς, φησί, ἡ ἀμφιβολία καὶ τὸ μὴ θαρβεῖν ὅτι πάντως σωθήσονται; Διὰ τὸ [158] πάντως ἑαυτοὺς εὐτελεστέρους εἶναι νομίζουσιν, καὶ ἀναξίους τοιαύτης εὐεργεσίας. Καὶ ὅτι οὐ στοχαζόμενος τοῦτο λέγω, εἰς τὴν κάμινον ἐμπιστόντες, τοιαῦτα ἀπωδύροντο λέγοντες· *Ἠμάρτομεν, ἠνομήσαμεν, οὐκ ἔστιν ἡμῖν ἀνοῖξαι τὸ στόμα.* Διὰ ταῦτα ἔλεγον· *Καὶ ἐὰν μὴ.* Εἰ δὲ μὴ φανερώσῃς ἐπὶ τούτου, ὅσον, ὅτι Δυνατὸς μὲν ἔστιν ὁ Θεὸς ἐξελεῖσθαι ἡμᾶς, ἐὰν δὲ μὴ ἐξέλῃται, διὰ τὰς ἀμαρτίας οὐκ ἐξελεῖται, μὴ θαυμάσῃς· καὶ γὰρ ἔδοξαν ἂν παρὰ τοῖς βαρβάρους τοῦ Θεοῦ τὴν ἀσθένειαν τῆ τῶν οἰκείων ἀμαρτημάτων συσκιάζειν προσφάσει. Διὰ τοῦτο περὶ τοῦ δυνατοῦ μόνον διαλεγθέντες, τὴν αἰτίαν οὐ τίθεσσι. Καὶ ἄλλως δὲ παιδευμένοι καλῶς ἦσαν μὴ πολυπραγμανεῖν τοῦ Θεοῦ τὰς κρίσεις. Ταῦτα τοίνυν εἰπόντες ἐνέβησαν εἰς τὸ πῦρ, καὶ οὐτε ἐνύδρισαν εἰς τὸν βασιλεῖα, οὐτε κατέστρεψαν τὴν εἰκόνα. Τὸν γὰρ ἀνδρῆσαν τοιοῦτον εἶναι χρῆ, σὺφφωνα καὶ ἐπεικῆ, καὶ μάλιστα ἐν τοῖς κινδύνοις, ἵνα μὴ δόξῃ θυμῷ καὶ κενοδοξίᾳ πρὸς τοιοῦτους ἀγῶνας ἵναί, ἀλλὰ ἀνδρεία καὶ σωφροσύνη. Ὁ μὲν γὰρ ὑβρίζων, ἐκείνων τῶν ἐγκλημάτων ὑπομένει τὴν ὑπόνοιαν· ὁ δὲ ὑπομένων καὶ ἐλκόμενος

καὶ μετ' ἐπεικειας ἀγωνιζόμενος, οὐχ ὡς ἀνδρείος θαυμάζεται μόνον, ἀλλὰ καὶ ἐπὶ τῇ σωφροσύνῃ καὶ τῇ ἐπεικειᾷ οὐχ ἤττον ἀνακηρύσσεται· ὅπερ καὶ αὐτοὶ τότε ἐποίησαν, τὴν τε ἀνδρείαν ἐπιδεικνύμενοι καὶ τὴν ἐπεικειαν ἀπασαν, καὶ οὐδὲν ἐπὶ μισθῷ πράττοντες οὐδὲ ἀντιδόσει καὶ ἀνταμοιβῇ. Καὶ ἐὰν μὴ θελήσῃ, φησὶν, ἡμᾶς ἐξελεῖσθαι, τοῖς θεοῖς σου οὐ λατρεύομεν· ἔχομεν γὰρ ἤδη τὰς ἀμοιβὰς, καταξιοθέντες ἀπαλλαγῆναι τῆς ἀσθεσίας, καὶ διὰ τοῦτο κατακαῦσαι τὰ σώματα. Καὶ ἡμεῖς τοίνυν ἔχοντες ἤδη τὴν ἀντίδοσιν (καὶ γὰρ ἔχομεν, καταξιοθέντες αὐτὸν ἐπιγνώναι, καταξιοθέντες γενέσθαι μέλη Χριστοῦ), μὴ ποιήσωμεν αὐτὰ μέλη πόρνης. Ἐν γὰρ τῷ φρικωδεστάτῳ τούτῳ χρῆ καταλύσαι τὸν λόγον, ἵνα ἀκμάζοντα ἔχοντες τῆς ἀπειλῆς τὸν φόβον, μένωνμεν τοῦ χρυσοῦ καθαριώτεροι τῷ φόβῳ τούτῳ γινόμενοι. Οὕτω γὰρ δυνασόμεθα πορνείας ἀπαλλαγέντες τὸν Χριστὸν ἰδεῖν· ὃν γένοιτο πάντας ἡμᾶς μετὰ παρρησίας θεάσασθαι κατὰ τὴν ἡμέραν ἐκείνην, χάριτι καὶ φιλανθρωπίᾳ τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, μεθ' οὗ τῷ Πατρὶ ἅμα τῷ ἁγίῳ Πνεύματι· δόξα, κράτος, τιμὴ, νῦν καὶ ἀεὶ, καὶ εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. Ἀμήν.

ΟΜΙΛΙΑ ΙΘ'.

Περὶ δὲ ὧν ἐγράψατέ μοι καλὸν ἀνθρώπων γυναικὸς μὴ ἀπεισθῆναι διὰ δὲ τὰς πορνείας ἕκαστος τὴν ἑαυτοῦ γυναῖκα ἔχετω, καὶ ἐκάστη τὸν ἴδιον ἄνδρα.

α. Διορθώσας τὰ χλαπετώτατα τρία* ἐγκλήματα, ἐν μὲν τὸ διεσπᾶσθαι τὴν Ἐκκλησίαν, δεῦτερον δὲ τοῦ κεπορνευκότος, τρίτον δὲ τοῦ πλεονέκτου, χέρηται λοιπὸν ἡμερωτέρῳ λόγῳ· καὶ μεταξὺ τίθησι παραίνεσιν καὶ συμβουλῇ τὴν περὶ τοῦ γάμου καὶ τῆς παρθενίας, [159] ἀπὸ τῶν φορτικωτέρων ἀναπαύων τὸν ἀκροατήν. Ἐπὶ δὲ τῆς δευτέρας Ἐπιστολῆς τὸ ἐναντίον ποιεῖ· ἀρχεται μὲν ἀπὸ τῶν ἡμερωτέρων, τελευταῖα δὲ εἰς τὰ σκυθρωπότερα. Καὶ ἐνταῦθα δὲ τὸν περὶ τῆς παρθενίας ἀπαρτίσας λόγον, πάλιν ἐξείσιν ἐπὶ τὰ κληρικιώτερα, οὐ πάντα ἐφεξῆς τίθει, ἀλλὰ ποικίλων τὸν λόγον ἐν ἑκατέρῳ, ὡς ὁ καιρὸς ἀπῆτει, καὶ τῶν ὑποκειμένων πραγμάτων ἢ χρεῖα. Διὸ φησὶ· *Περὶ δὲ ὧν ἐγράψατέ μοι.* Ἐγραψαν γὰρ αὐτῷ, εἰ δεῖ ἀπέχεσθαι γυναικὸς, ἢ μὴ. Καὶ πρὸς ταῦτα ἀντιγράφων καὶ περὶ τοῦ γάμου νομοθετῶν, εἰσάγει καὶ τὸν περὶ τῆς παρθενίας λόγον· *Καλὸν ἀνθρώπων γυναικὸς μὴ ἀπεισθῆναι.* Εἰ μὲν γὰρ τὸ καλὸν καὶ σφόδρα ὑπερέχον ζητεῖς, φησὶ, βέλτιον μὴδ' ὅλων ὁμιλεῖν γυναικί· εἰ δὲ τὸ ἀσφαλὲς καὶ βοηθοῦν σου τῇ ἀσθενείᾳ, ὁμιλεῖ γάμῳ. Ἐπειδὴ δὲ εἰκὸς ἦν, ὃ καὶ νῦν γίνεται, τὸν μὲν ἄνδρα βούλεσθαι, τὴν δὲ γυναῖκα μηκέτι, ἢ καὶ τὸ ἐναντίον, ὅρα πῶς περὶ ἑκατέρων διαλέγεται. Καὶ τινες μὲν φασιν, ὅτι πρὸς ἱερέας ὁ λόγος οὗτος αὐτῷ εἰρηται· ἐγὼ δὲ ἀπὸ τῶν ἐξῆς σκοπῶν, οὐκ ἂν φαίην τοῦτο οὕτως ἔχειν· οὐδὲ γὰρ ἂν καθολικῶς εἶθιχε τὴν παραίνεσιν. Εἰ δὲ ἱερεῦσι μόνον ταῦτα ἔγραψεν, εἶπεν ἂν· Καλὸν τῷ διδασκάλῳ γυναικὸς μὴ ἀπεισθῆναι· νυνὶ δὲ καθόλου αὐτὸ τέθεικε, *Καλὸν ἀνθρώπων*, λέγων, οὐχ ἱερεῖ μόνον· καὶ πάλιν, *ἀέλωσι ἀπὸ γυναικὸς; μὴ ζῆτε γυναῖκα.* Οὐκ εἶπε, Σὺ ὁ ἱερεὺς καὶ ὁ διδάσκαλος, ἀλλ' ἀδιορίστως· καὶ ὁλος διόλου τοιοῦτος πράξις ὁ λόγος. Εἰπὼν δὲ,

Διὰ τὰς πορνείας ἕκαστος τὴν ἑαυτοῦ γυναῖκα ἔχετω, αὐτῇ τῇ αἰτίᾳ τῆς συγχωρήσεως εἰς ἐγκρατεῖαν ἤγαγε. *Τῇ γυναικὶ ὁ ἀνὴρ τὴν ὀφειλομένην τιμὴν ἀποδιδότω ὁμοίως καὶ ἡ γυνὴ τῷ ἀνδρὶ.* Τί δὲ ἔστιν ἡ ὀφειλομένη τιμή; Ἡ γυνὴ τοῦ ἴδιου σώματος οὐκ ἐξουσιάζει, ἀλλὰ καὶ δούλη καὶ δεσποινά ἐστὶ τοῦ ἀνδρός. Κἂν ἀποστῆς τῆς δουλείας τῆς προσκούσης, προσέκρουσας τῷ Θεῷ· εἰ δὲ ἀποστῆναι βούλει, ὅταν ὁ ἀνὴρ ἐπιτρέπῃ, κἂν πρὸς βραχὺ τοῦτο γίνηται. Διὰ γὰρ τοῦτο καὶ ὀφείλην τὸ πρᾶγμα ἐκάλεσεν, ἵνα δεῖξῃ μὴδένα κύριον ὄντα ἑαυτοῦ, ἀλλ' ἀλλήλων δούλους. Ὅταν οὖν ἴθης πόρνην περιώσαν σου, εἰπέ· Οὐκ ἔστι τὸ σῶμα ἐμὸν, ἀλλὰ τῆς γυναικὸς. Ταῦτα καὶ ἡ γυνὴ λεγέτω πρὸς τοῦ βουλομένου αὐτῆς διορῶσαι τὴν σωφροσύνην· Οὐκ ἔστιν ἐμὸν τὸ σῶμα τὸ ἐμὸν, ἀλλὰ τοῦ ἀνδρός. Εἰ δὲ σώματος οὐκ ἐξουσιάζει ὁ ἀνὴρ ἢ ἡ γυνὴ, πολλῶ μᾶλλον χρημάτων. Ἀκούσατε ὅσα ἄνδρας ἔχετε, καὶ ὅσα γυναῖκας. Εἰ γὰρ σῶμα ἔχειν ἴδιον οὐ χρῆ, πολλῶ μᾶλλον χρήματα. Ἄλλαχού μὲν οὖν πολλὴν δίδουσι τῷ ἀνδρὶ τὴν προεδρίαν καὶ ἐν τῇ Καινῇ καὶ ἐν τῇ Παλαιᾷ λέγων· *Πρὸς τὸν ἄνδρα σου ἡ ἀποστοροφῆ σου, καὶ αὐτὸς σου κυριεύσει· ὁ δὲ Παῦλος διαίρων οὕτω καὶ γράφων· Οἱ ἄνδρες, ἀγαπάτε τὰς γυναῖκας, ἡ δὲ γυνὴ ἵνα φοβῆται τὸν ἄνδρα·* ἐνταῦθα δὲ οὐκέτι τὸ μείζον καὶ τὸ ἐλαττον, ἀλλὰ μία ἡ [160] ἐξουσία. Τί δῆποτε; Ἐπειδὴ περὶ σωφροσύνης ὁ λόγος ἦν αὐτῷ. Ἐν μὲν γὰρ τοῖς ἄλλοις κλεονεκτεῖται, φησὶν, ὁ ἀνὴρ· ἐνθα δὲ σωφροσύνης λόγος, οὐκέτι. Ὁ ἀνὴρ τοῦ ἴδιου σώματος οὐκ ἐξουσιάζει, οὐδὲ ἡ γυνὴ. Πολλὴ ἡ ἰσοτιμία, καὶ οὐδέμια κλεονεξία.

Μὴ ἀποστερεῖτε ἀλλήλους, εἰ μὴ τι ἂν ἐκ συμφώνου. Τί δὴ τούτῳ ἐστὶ; Μὴ ἐγκρατεῦσθε, φησὶν, ἡ γυνὴ, τοῦ ἀνδρός ἄκοντος, μήτε ὁ ἀνὴρ, τῆς γυναικὸς μὴ βουλομένης. Τί δῆποτε; Ὅτι μεγάλα ἐκ τῆς ἐγκρατείας ταῦτε τικτεται κακὰ· καὶ γὰρ καὶ μοιχεῖται καὶ πορνεῖται καὶ οἰκίων ἀνατροπαὶ πολλὰκις ἐντεῦθεν ἐγένοντο. Εἰ γὰρ ἔχοντες τὰς ἑαυτῶν γυναῖκας, πορνεύουσι, πολλῶ μᾶλλον, ἂν αὐτοὺς τῆς πα-

* Ita Reg., τρία deest in editis.

ραμυθίας ταύτης ἀποστερήσης. Καὶ καλῶς εἶπε, *Μὴ ἀποστερεῖτε*, ἀποστερήσιν ἐνταῦθα καὶ ὀφειλὴν ἀνωτέρω εἰπὼν *, ἵνα δεῖξῃ τῆς δεσποτείας τὴν ἐπίτασιν. Τὸ γὰρ ἄκοντος θατέρου ἔγκρατεῦσθαι θάτερον, ἀποστερεῖν ἑασι· τὸ δὲ ἐκόντος, οὐκ ἐτι. Οὐδὲ γὰρ, εἰ πείσας με λάβοις τι τῶν ἐμῶν, ἀποστερεῖσθαι φημι. Ὁ γὰρ ἄκοντος καὶ βιαζομένου λαθῶν, ἀποστερεῖ ὅπερ ποιούσι πολλαὶ γυναῖκες, μείζονα τῆς δικαιοσύνης ἁμαρτίαν ἐργαζόμεναι, καὶ τῆς ἀσελγείας τοῦ ἀνδρὸς ὑπεύθινοι γινόμεναι ταύτη, καὶ διασπῶσαι πάντα. Δεῖ δὲ πάντων προτιμᾶν τὴν ὁμόνοιαν, ἐπειδὴ καὶ πάντων τοῦτο κυριώτερον, καὶ εἰ βούλει, καὶ ἐπὶ τῶν πραγμάτων αὐτὸ ἐξετάσωμεν. Ἔστω γὰρ γυνὴ καὶ ἀνὴρ, καὶ ἔγκρατεῦσθω ἡ γυνὴ μὴ βουλομένου τοῦ ἀνδρὸς· τί οὖν, ἂν ἐκεῖνος ἐντεῦθεν πορνεύῃ, ἢ μὴ πορνεύῃ μὲν, ἀλλῆ δὲ καὶ θορυβῆται καὶ πυρῶται καὶ μάχηται, καὶ μυρία τῆ γυναικὶ πράγματα παρέχῃ; τί τὸ κέρδος τῆς νηστείας καὶ τῆς ἔγκρατείας, ἀγάπης διεβήθημένης; Οὐδὲν. Πόσας γὰρ ἔθεν λοιδορίας, πόσα πράγματα, πόσον ἀνάγκη γίνεσθαι πόλεμον;

β'. Ὅταν γὰρ ἐν οἰκίᾳ ἀνὴρ καὶ γυνὴ διεστηχότες ὦσιν, οὐδὲν νηὸς χειμαζομένης ἄμεινον ἢ οἰκία διακείσεται, τοῦ κυβερνήτου πρὸς τὸν πρῶτα διαστασιάζοντος. Διὰ τοῦτο φησι· *Μὴ ἀποστερεῖτε ἀλλήλους, εἰ μὴ τι ἂν ἐκ συμφώνου πρὸς κωρὸν, ἵνα σχολάζητε τῇ νηστείᾳ καὶ τῇ προσευχῇ*· τὴν μετὰ κλεινοῦ σπουδῆς προσευχὴν ἐνταῦθα λέγων. Εἰ γὰρ κωλύει τοὺς συνιόντας ἀλλήλους εὐχεσθαι, τὸ ἀδιαλείπτως εὐχεσθαι πῶς ἂν ἔχοι καιρὸν; Ἔστι τοίνυν καὶ ὁμιλεῖν γυναικί, καὶ εὐχῇ προσέγειν· ἀλλ' ἔγκρατεῖς ἀκριβεστέρα γίνεταί αὕτη. Οὐ γὰρ εἶπεν ἄπλως, *Ἴνα προσεύχησθε, ἀλλ', Ἴνα σχολάζητε*, ὡς ἀγολίαν ἐμποιοῦντος τοῦ πράγματος, ἀλλ' οὐκ ἀκαθαρσίαν. Καὶ πάλιν ἐπὶ τὸ αὐτὸ συνέρχεσθε, *Ἴνα μὴ πειράξῃ ὑμᾶς ὁ Σατανᾶς*. Ἴνα γὰρ μὴ δόξῃ νομοθεσίας εἶναι τὸ πρᾶγμα, προστίθεται καὶ τὴν αἰτίαν. Ποία δὲ ἐστὶν αὕτη; *Ἴνα μὴ πειράξῃ ὑμᾶς ὁ Σατανᾶς*. Καὶ ἵνα μάθῃς ὅτι οὐχ ὁ διάβολος αὐτὸ μόνον ἐργάζεται· τὸ τῆς μοιχείας, ἐπήγαγε· *Διὰ τὴν ἀκαρσίαν ὑμῶν*. Τούτου δὲ λέγω κατὰ συγγνώμην, οὐ κατ' ἐπιταγήν. Θέλω γὰρ πάντας ἀνθρώπους εἶναι, ὡς καὶ ἐμαυτὸν, [161] ἐν ἔγκρατειᾳ. Τοῦτο πολλοῦ ποιεῖ, ὅταν περὶ δυσκόλων παραινέει πραγμάτων ἑαυτὸν ἐν μέσῳ τίθῃσι, καὶ φησι· *Μιμηταί μου γίνεσθε*. Ἄλλ' ἕλαστος τὸ ἴδιον χάρισμα ἔχει ἐκ Θεοῦ, ὅς μὲν οὕτως, ὅς δὲ οὕτως. Ἐπειδὴ γὰρ σφόδρα αὐτῶν κατηγορήσεν εἰπὼν, *Διὰ τὴν ἀκαρσίαν ὑμῶν*, πάλιν αὐτοὺς παρεμυθήσατο ἐπαγαγὼν· *Ἐκαστος ἴδιον χάρισμα ἔχει ἐκ Θεοῦ*· οὐ τοῦτο ἐηλὼν, ὅτι τῆς ἡμετέρας σπουδῆς οὐ δεῖται τὸ καθόρθωμα, ἀλλ' ὅπερ ἐφθην εἰπὼν, παρεμυθούμενος αὐτοῖς. Εἰ γὰρ χάρισμά ἐστι, καὶ οὐδὲν ἀνθρωπος εἰς τοῦτο εισφέρει, πῶς ἐπάγει· *Λέγω δὲ τοῖς ἀγάμοις καὶ ταῖς χήραις· καλὸν αὐταῖς, ἐν μείνωσιν ὡς κἀγὼ*. Εἰ δὲ οὐκ ἔγκρατεῦνται, γαμησάτωσαν; Εἶδες τὴν σύνεσιν τοῦ Παύλου, πῶς καὶ βελτίονα δεῖξουσι τῆν ἔγκρατειαν, καὶ οὐκ ἀνεγκάξει τὸν μὴ φθάνοντα, δεδωκώς μὴ τι παράπτωμα γίνεταί; *Κρῖτεον γὰρ ἐστὶ γαμησάτω, ἢ πυροῦσθαι*. Ἐνέφηνεν ὅση τῆς ἐπιθυμίας ἡ τυραννίς. Ὁ δὲ λέγει, τοιοῦτόν ἐστιν· Εἰ πολλὴν ὑπομένεις βίαν, φησι, καὶ πύρωσιν, ἀπαλλάγηθι πόνων καὶ ἰδρώτων, μήποτε καὶ

περιτραπήσῃ. Τοῖς δὲ γεγαμηκόσι παραγγέλλω, οὐκ ἐγὼ, ἀλλ' ὁ Κύριος. Ἐπειδὴ νόμον ῥητῶς ὑπὸ τοῦ Χριστοῦ τεθέντα μέλλει ἀναγινώσκειν περὶ τοῦ χωρὶς πορνείας μὴ ἀφιέναι γυναῖκα, διὰ τοῦτο φησιν· *Οὐκ ἐγὼ*· τὰ μὲν γὰρ εἰρημένα ἔμπροσθεν, εἰ καὶ μὴ ῥητῶς εἴρητο, ἀλλὰ καὶ αὐτῷ δοκεῖ ταῦτα· τοῦτο μέντοι καὶ ῥητῶς παρέδωκεν. Ὡστε τὸ, Ἐγὼ, καὶ τὸ, *Οὐκ ἐγὼ*, ταύτην ἔχει τὴν διαφορὰν. Ἴνα γὰρ μὴδὲ τὰ αὐτοῦ ἀνθρώπινα εἶναι νομίσης, διὰ τοῦτο ἐπήγαγεν· *Δοκῶ γὰρ κἀγὼ Πνεῦμα Θεοῦ ἔχειν*. Τί οὖν ἐστίν, ὃ τοῖς γεγαμηκόσι παρήγγειλεν ὁ Κύριος, *Γυναῖκα ἀπὸ ἀνδρὸς μὴ χωρισθῆναι; ἐὰν δὲ καὶ χωρισθῇ, μενέτω ἀγαμος, ἢ τῷ ἀνδρὶ καταλλαγήτω* καὶ ἀνδρα γυναῖκα μὴ ἀφιέναι; Ἐπειδὴ γὰρ καὶ δι' ἔγκρατειαν καὶ δι' ἄλλας προφάσεις καὶ μικροψυχίας γίνεσθαι διαίρεσεις συνέβαινε, βέλτιον μὲν μὴδὲ γενέσθαι τὴν ἀρχὴν, φησίν· εἰ δὲ ἄρα καὶ γένοιτο, μενέτω ἡ γυνὴ μετὰ τοῦ ἀνδρὸς, εἰ καὶ μὴ τῇ μίξει, ἀλλὰ τῷ μὴδὲνα ἕτερον παρεισαγαγεῖν ἀνδρα. Τοῖς δὲ λοιποῖς ἐγὼ λέγω, οὐχ ὁ Κύριος· *Εἰ τις ἀδελφὸς γυναῖκα ἔχει ἀπιστον, καὶ αὕτη συνευδοκεῖ οἰκεῖν μετ' αὐτοῦ, μὴ ἀφιέτω αὐτήν*. Καὶ γυνὴ εἰ τις ἔχει ἀνδρα ἀπιστον, καὶ αὐτὸς συνευδοκεῖ οἰκεῖν μετ' αὐτῆς, μὴ ἀφιέτω αὐτόν. Ὡσπερ γὰρ περὶ τοῦ χωρίζεσθαι πόρων διαλεγόμενος, τῇ ἐπιδιορθώσει τὸ πρᾶγμα πεποίηκεν εὐκολον εἰπὼν, *Καὶ οὐ πάντως τοῖς πόρονις τοῦ κόσμου τούτου*· οὕτω δὲ καὶ ἐνταῦθα πολλῆς προενόησεν εὐκολίας, εἰπὼν· *Ἐάν τις ἢ γυνὴ ἀνδρα, ἢ ἀνὴρ γυναῖκα ἔχη ἀπιστον, μὴ ἀφιέτω αὐτήν*. Τί λέγει; ἂν μὲν ἀπιστος, μενέτω μετὰ τῆς γυναικὸς· ἂν δὲ πόρνος, μὴκέτι; καίτοι γε ἕλαττον ἢ πορνεῖα τῆς ἀπιστίας. Ἐλαττον μὲν ἢ πορνεῖα, ἀλλ' ὁ Θεὸς τῶν σῶν φείδεται σφόδρα. Τοῦτο καὶ ἐν τῇ θυσίᾳ ποιεῖ λέγων· *Ἄφεες τὴν θυσίαν, καὶ καταλλάγηθι τῷ ἀδελφῷ σου*· τοῦτο καὶ ἐπὶ τοῦ τὰ μύρια τάλαντα ὀφειλοντος. Καὶ γὰρ ἐκεῖνον μύρια μὲν τάλαντα χρεωστοῦντα [162] αὐτῷ οὐκ ἐκόλασεν, ἑκατὸν δὲ δηνάρια τὸν σύνδουλον ἀπαιτήσαντα ἐτιμωρήσατο. Εἶτα, ἵνα μὴ φοβῆται ἡ γυνὴ, ὡς ἀκάθαρτος γινόμενη διὰ τὴν μίξιν, φησίν· *Ἥγιασταί γὰρ ὁ ἀνὴρ ὁ ἀπιστος ἐν τῇ γυναικί, καὶ ἡγιασταί ἡ γυνὴ ἢ ἀπιστος ἐν τῷ ἀνδρὶ*. Καίτοι εἰ ὁ τῆ πόρνη κολλώμενος, ἐν σῶμά ἐστιν, εὐδελον ὅτι καὶ ἡ τῷ εἰδωλόλατρῃ κολλωμένη, ἐν σῶμά ἐστιν· ἐν μὲν σῶμά ἐστιν, ἀλλ' οὐ γίνεται ἀκάθαρτος, ἀλλὰ νικᾷ ἡ καθαρότης τῆς γυναικὸς τὴν ἀκαθαρσίαν τοῦ ἀνδρὸς, καὶ νικᾷ ἡ καθαρότης τοῦ πιστοῦ ἀνδρὸς πάλιν τὸ ἀκάθαρτον τῆς ἀπίστου γυναικὸς.

γ'. Πῶς οὖν ἐνταῦθα μὲν νενίκηται τὸ ἀκάθαρτον, διὸ καὶ ἐπιτέτραπται ἡ συνουσία· ἐπὶ δὲ τῆς πορνευομένης γυναικὸς οὐ κατηγορεῖται ἐκβάλλων αὕτη ὁ ἀνὴρ; Ὅτι ἐνταῦθα μὲν ἐλπὶς σώζεσθαι τὸ ἀπολωλὸς μέρος διὰ τοῦ γάμου, ἐκεῖ δὲ ὁ γάμος ἦδη διαλέλυται· κακεῖ μὲν ἀμφότεροι διαφθίρονται, ἐνταῦθα δὲ θατέρου τὸ ἐγκλημα. Οἶόν τι λέγω· Ἔστιν ἡ πορνευθεῖσα καθάπαξ, μιαινά. Εἰ τοίνυν ὁ κολλώμενος τῇ πόρνη ἐν σῶμά ἐστι, καὶ αὐτὸς γίνεται μιαινὸς πορνευοσῆ μιγνύμενος, διὰ τοῦτο ἀφίπταται ἡ καθαρότης ἅπασα. Ἐνταῦθα δὲ οὐχ οὕτως· ἀλλὰ πῶς; Ἔστιν ἀκάθαρτος ὁ εἰδωλόλατρης, ἀλλ' ἡ γυνὴ οὐκ ἐστὶν ἀκάθαρτος. Εἰ μὲν γὰρ ἐκοινωνεῖ αὐτῷ κατὰ τοῦτο, καθὼ ἀκάθαρτος ἦν, λέγω δὲ κατὰ τὴν ἀσέθειαν, ἐμελλε καὶ αὕτη ἀκάθαρτος γίνεσθαι· νυνὶ δὲ ἐτέρως μὲν ἐστὶν ἀκάθαρτος ὁ εἰδωλόλατρης, ἐν ἐτέρω

* Deerat εἰπὼν.

nam et adulteria, et fornicationes et domorum ever-
siones sæpe inde consequutæ sunt. Si enim cum uxores habeant, fornicantur, multo magis si illos ab hac consolatione privaveris. Et recte dixit, *Nolite fraudare*, fraudem hic et debitum superius appellans, ut dominium majus ostenderet. Nam invito altero alterum se continere, illud est fraudare; utroque volente, non item. Non enim, si postquam mihi persuaseris, aliquid ex meis accipias, fraudari me dico. Qui enim ab invito et per vim coacto accipit, ille fraudat. Quod multæ mulieres faciunt, quæ peccatum admittunt justitiam exsuperans, et hac ratione libidinis maritorum in culpa sunt, omniaque in dissensionem vertunt. Oportet autem concordiam omnibus antepone, quia hoc omnibus est præferendum. Et si placet, id in rebus ipsis examinemus. Sint uxor et maritus, et se contineat uxor nolente marito; quid ergo, si ille hinc ad fornicandum inducatur; aut non fornicetur quidem, sed doleat, turbetur, incendatur, pugnet ac litiget, et innumera uxori negotia exhibeat? quid lucri ex jejuniis et continentia, cum caritas fracta sit? Nihil. Quot enim inde convicia, quot negotia, quantum bellum necessario oriatur!

2. Cum enim domi maritus et uxor dissident, non melius se habebit domus, quam navis agitata tempestate, gubernatore qui ab eo proram regit dissentiente. Ideoque ait: *Nolite fraudare invicem, nisi forte ex consensu ad tempus ut vacetis jejuniis et orationi; de oratione cum majori studio facta hic loquens*. Si enim orare prohibeat eos qui inter se coeunt, illud, sine intermissione orare, quomodo locum et tempus habebit? licet ergo et cum uxore consuetudinem habere, et orationi incumbere: sed per continentiam precatio accuratior redditur. Non enim simpliciter dixit, *Ut oretis*; sed *Ut vacetis*, utpote cum res vocationem præbeat, sed non immunditiam. *Et iterum in idipsum convenite, ne tentet vos satanas*. Ne videretur enim, rem esse lege constitutam, causam addit. Quænam illa est? *Ne tentet vos satanas*. Et ut discas non diabolum tantum adulterii causam esse, subjungit: *Propter incontinentiam vestram*. 6. *Hoc autem dico secundum indulgentiam, non secundum imperium*. 7. *Volo autem omnes homines esse sicut meipsum, in continentia*. Hoc sæpe facit, quando res difficiles suadet: se in medio ponit et ait, *Imitatores mei estote. Sed unusquisque proprium donum habet ex Deo, alius quidem sic, alius vero sic* (1. Cor. 4. 16). Quia enim valde illos accusavit dicens, *Propter incontinentiam vestram*, rursus ipsos consolatus est subjungens, *Unusquisque proprium donum habet ex Deo*; non hoc declarans, quod hoc recte factum nostro studio non egeat; sed, ut prius dixi, consolans illos. Nam si donum est, et nihil homo ad hoc affert, quomodo dicis? 8. *Dico autem non nuptis et viduis: bonum est illis, si sic permanserint ut ego*. 9. *Quod si se non continent, nubant*. Vidistin' Pauli sapientiam, quomodo et meliorem ostendat esse continentiam, et non cogat eum qui non assequitur, timens ne in lapsum incidatur? *Melius est enim nubere, quam uri*. Indicavit quanta sit concupi-

scientiæ tyrannis. Hoc autem vult significare: Si vim multam et æstum pateris, a laboribus et sudoribus te libera, ne forte subvertaris. 10. *His autem, qui matrimonio juncti sunt, præcipio, non ego, sed Dominus*. Quia legem disertis verbis a Christo latam est lecturus, de uxore non dimittenda nisi sit fornicata, propterea dicit, *Non ego*. Nam quæ prius dicta sunt, etiamsi non disertis verbis dicta sint, ipsi tamen ea esse videntur. At hoc quidem ille disertis verbis tradidit: itaque illud, *Ego*, et *Non ego*, hanc habent differentiam. Ne enim sua esso humana potestates, ideo subjungit: *Puto enim quod et ego Spiritum Dei habeam*. Quid est ergo, quod Dominus conjugatis præcepit, *Uxorem a viro non discedere? 11. quod si discesserit, maneat innupta, aut viro suo reconcilietur: et vir uxorem non dimittat*. Quia enim et propter continentiam et propter alios obtentos et dissensiones, divisiones fieri contingebat; melius quidem a principio fuisset, non illa fieri, sed si facta sunt, maneat uxor cum viro, etsi non ad concubitum, tamen ut nullum alium inducat virum. 12. *Cæteris autem ego dico, non Dominus: Si quis frater uxorem habeat infidelem, et hæc consentit habitare cum illo, non dimittat illam*. 13. *Et si quæ mulier habeat virum infidelem, et hic consentit habitare cum illa, non dimittat virum*. Quemadmodum enim cum loqueretur de separatione a fornicatoribus, correctione quadam rem difficilem reddidit dicens, *Et non utique a fornicatoribus hujus mundi*: sic et hoc loco magnam providit esse facilitatem: Si quis aut uxor virum, aut vir uxorem habeat infidelem, ne dimittat eam. Quid dicis? si quidem infidelis sit, maneat cum uxore; si fornicator, non item? quamquam minus est peccatum fornicatio; sed Deus tuis rebus valde parcat. Hoc etiam in sacrificio facit, dicens: *Dimitte sacrificium, et reconciliare fratri tuo* (Matth. 5. 24). Ita etiam illum, qui decem millia talenta debebat sibi, non punivit; conservum autem centum denarios exigentem supplicio affecit. Deinde, ne timeret mulier, non propter coitum esset immunda, dicit: 14. *Sanctificatus est enim vir infidelis per mulierem, et sanctificata est mulier infidelis per virum*. Atqui si is, qui meretrici adhæret, unum corpus est, palam est eam, quæ idololatræ adhæret, unum corpus esse: unum quidem est corpus, at non sit immunda, sed vincit munditia mulieris viri immunditiam: vincit quoque munditia viri fidelis immunditiam mulieris infidelis.

3. Cur ergo hic victa est immunditia, ideoque concubitus permittitur; in muliere autem adultera non crimini datur viro, cum illam ejicit? Quia hic spes est fore ut per matrimonium pars illa quæ peribat salutem consequatur; illic vero matrimonium jam solutum est: et illic quidem ambo corrumpuntur, hic vero alterius crimen est. Exempli causa: quæ fornicata fuit, execranda certe est. Si ergo qui adhæret meretrici, unum corpus est, et impurus ille fit qui cum meretrice miscetur; ideo certe tota munditia avolat. Hic autem non sic; sed quomodo? Immundus est idololatra, sed mulier non est immunda. Nam si

consors ipsi esset in illa re secundum quam immundus est, in impietate, inquam, ipsa quoque immunda foret: nunc autem alio modo immundus est idololatra; in alia autem re ipsi jungitur uxor, in qua ille immundus non est. Connubium enim est et corporum mixtio, in qua est societas. Ad hæc vero spes est illum ab uxore revocatum iri, cui adhæret. Ille autem alius non ita facile (curabitur). Quomodo illa uxor, quæ ipsum prius dedecore affectit, et alteri se dedidit juraque matrimonii abolevit, injuria affectum revocare poterit; cum maxime ille quasi peregrinus maneat? Præterea autem post fornicationem maritus non est ultra maritus: hic autem mulier, licet idola colat, viri jus non amittit. Nec sine causa cum infideli habitat, sed ipso volente: ideoque dixit: *Et ipse consentit habitare cum illa*. Quid enim, quæso, detrimenti fuerit, cum ea quæ ad religionem spectant integra mancant, et de infideli bona spes sit, si jam sunt conjugati maneant, nec superflui belli occasio inducatur? neque enim hic loquitur de iis qui nondum juncti sunt, sed de conjugatis. Non enim dixit: Si quis velit accipere infidelem: sed, *Si quis habet infidelem*; id est, si quis postquam connubio junctus fuerit, accipiat verbum piæ religionis; deinde pars altera manserit in infidelitate, velitque tamen una habitare, ne separaretur: *Sanctificatus enim est*, inquit, *vir infidelis per uxorem*. Tanta est munditiæ tuæ copia. Quid ergo, sanctusne est gentilis? Nequaquam: non enim dixit, Sanctus est; sed, *Sanctificatus est per uxorem*. Hoc porro dixit, non ut sanctum illum declararet, sed ut hinc magis uxoris metum depelleret, ipsumque ad veritatis desiderium induceret. Non enim in corporibus conjugatis est immunditia, sed in libero arbitrio et cogitationibus. Hinc sequitur probatio. Si enim immunda manens gignis; infans autem non est ex te sola; immundus ergo est infans, aut ex dimidia parte mundus: nunc autem non est immundus. Ideoque subjungit: *Alioquin filii vestri immundi essent; nunc autem sancti sunt*; id est, non immundi. Ille vero sanctos ipsos vocavit, ut vi verborum hujusmodi suspicionis metum eliminaret. 15. *Si autem infidelis discedit, discedat*. Hic enim nulla est fornicatio. Quid sibi vult autem illud: *Infidelis si discedit aut separatur*? Verbi gratia si te jubet sacrificare aut sociam impietatis esse propter connubium, vel discedere; melius est disrupti connubium, quam piam religionem. Quapropter subdit: *Non enim servituti subjectus est frater aut soror in ejusmodi rebus*. Si quotidie ea de causa pugnet et bellum moveat, inquit, melius est separari. Hoc enim subindicat cum dicit: *In pacem autem vocavit nos Deus*. Ille enim jam causam præbuit, ut is qui fornicatus est. 16. *Quid enim scis, mulier, si virum salvum facies?* Hoc refertur ad illud, *Ne dimittat ipsum*. Nam si turbas non movet, mane, inquit; hinc enim lacrum refertur; mane, hortare, consilium dato et persuade: nullus enim doctor tantum poterit, quantum uxor. Neque imponit illi necessitatem, neque rem ab illa exigit, ne gravius onus imponat, jubetque ne desperet; sed rem in futuro incer-

tam et suspensam relinquit, dicens: *Quid enim scis, mulier, si virum salvum facies? aut quid scis, vir, si mulierem salvam facies?* et rursus: 17. *Nisi unicuique sicut divisit Deus, unumquemque sicut vocavit Dominus, ita ipse ambulet*. 18. *Circumcisus vocatus est aliquis? non adducat præputium. In præputio aliquis vocatus est? non circumcidatur*. 19. *Circumcisio nihil est, et præputium nihil est; sed observatio mandatorum Dei*. 20. *Unusquisque in qua vocatione vocatus est, in ea permaneat*. 21. *Servus vocatus es? non sit tibi curæ*. Hæc ad fidem nihil conferunt, inquit: ne ergo contendas neque turberis: fides enim hæc omnia ejecit. *Unusquisque in qua vocatione vocatus est, in ea permaneat*. Uxorem habens infidelem vocatus es? mane cum illa: ne propter fidem ejicias uxorem. Servus vocatus es? ne sit tibi curæ: servus mane. Præputium habens credidisti? cum præputio mane. Circumcisus credidisti? mane circumcisus. Hoc enim sibi vult illud: *Unusquisque sicut divisit Deus*. Hæc quippe non sunt impedimenta ad pietatem. Tu cum servus esses, vocatus es: alius uxorem habens infidelem, alius circumcisus.

4. Pape! ubinam servitatem posuit? Ut nihil juvat circumcisio, nihilque nocet præputium, sic neque servitus neque libertas. Utque illud clarius ex abundantia ostendat, ait: *Sed si potes fieri liber, magis utere*; hoc est, magis servias. Et cur eum, qui possit liber effici, jubet servum manere? Ut ostendat servitutem nihil lædere, imo prodesse. Nec ignoro quidem quosdam esse qui illud, *Magis utere*, de libertate dictum esse putent, dicentes: Si potes, libertatem adipiscere. Sed Pauli scopo valde oppositum esset hoc dictum, si hoc subindicaret. Neque enim ille, dum servum consolatur dicitque ipsum nihil lædi, jubet eum libertatem adipisci. Diceret enim fortasse quispiam: Quid igitur, si non possim, an injuria vel damno afficior?

In iis, quæ ad Christum spectant servus et liber pares sunt. — Non hoc ergo dicit; sed ut supra explicavi, ostendere volens, nihil plus accedere, si liber efficiatur, ait: Etiam si penes te esset, ut libertatem acciperes, servus potius maneto. Deinde causam subjungit: 22. *Qui enim in Domino vocatus est servus, libertus est Domini: similiter qui liber vocatus est, servus est Christi*. In iis enim, quæ ad Christum spectant, inquit, ambo sunt pares: similiter et tu Christi servus, similiter herus tuus. Quomodo ergo servus est libertus? Quia liberavit te, non tantum a peccato, sed etiam ab externa servitute, dum manes servus. Neque enim servum sinit esse servum, neque hominem manentem in servitute: hoc enim mirabile est. Et quomodo servus liber est, manens servus? Quando ab animi morbis et affectibus liberatur: quando divitias contemnit: iram cæterosque animi motus. 23. *Prelio empti estis: nolite fieri servi hominum*. Hoc dictum est, non servis modo, sed etiam liberis. Potest enim qui servus sit, non esse servus, et qui liber, servus esse. Et quomodo qui servus est, servus non sit? Quando propter Deum omnia fecerit, quando non simulate egerit,

δὲ αὐτῷ πράγματι κοινωνεῖ· ἡ γυνή, ἐν ᾧ οὐκ ἔστιν ἀκάθαρτος. Γάμος γάρ ἐστι καὶ μίξις σωμάτων, καθὼς ἡ κοινωνία. Πάλιν τοῦτον μὲν ἐλπίς ἀνακληθῆναι ὑπὸ τῆς γυναικός, ὡκειῖται γὰρ αὕτη· ἐκείνον δὲ οὐ σφῆδρα ἐβχολον. Πῶς γὰρ ἡ τὸν ἐμπροσθεν ἀτιμώσασα χρόνον, καὶ γενομένη ἐτέρου, καὶ τοῦ γάμου τὰ δίκαια ἀφανίσασα, ἀνακαλέσασθαι δυνήσεται τὸν ἡδικοῦμενον, πρὸς τοὺτος καὶ τὸν μένοντα ὡς ξένον; Πάλιν ἐκεῖ μὲν μετὰ τὴν πορνείαν ὁ ἀνὴρ οὐκ ἔστιν ἀνὴρ· ἐνταῦθα δὲ, καὶ ἐιδωλολάτρης ἡ γυνή, τοῦ ἀνδρός τὸ δίκαιον οὐκ ἀπόλλυται. Οὐχ ἀπλῶς δὲ συνοικίζει τῷ ἀπίστῳ, ἀλλὰ τῷ πορνεύοντι· διό εἶπε· *Καὶ αὐτὸς συνευδοκεῖ οἰκεῖν μου*^α αὐτῆς. Ποῖον γὰρ, εἰπέ μοι, βλάβος, ὅταν καὶ τὰ τῆς εὐσεβείας ἀκέραια διαμῆνῃ, καὶ ἐλπίδες ὡς χρησται περὶ τοῦ ἀπίστου, μένειν τοὺς ἦδη ζευθέντας, καὶ μὴ περιττῶν πολέμων ὑποθέσεις εἰσάγειν; οὐδὲ γὰρ περὶ τῶν μηδέπω συνελθόντων διαλέγεται νῦν, ἀλλὰ περὶ τῶν ἦδη συνελθόντων. Οὐ γὰρ εἶπεν, *Εἰ τις βούλεται λαθεῖν ἀπιστον, ἀλλ', Εἰ τις ἔχει ἀπιστον*^β· οἷον εἰ τις μετὰ τὸ γαμῆσαι ἢ γαμηθῆναι ἐδέξατο τὸν λόγον τῆς εὐσεβείας, εἴτα θάτερον μέρος ἐναπέμεινε τῆ ἀπιστίᾳ, καὶ στέργει τὸ συνοικεῖν, μὴ διαρρήγνυσθω· *Ἥγιασται γὰρ*, φησὶν, *ὁ ἀνὴρ ὁ ἀπιστος ἐν τῇ γυναικί*. Τοσαύτη ἡ περιουσία τῆς σῆς καθαρότητος. Τί οὖν; ἁγίος ἐστὶν ὁ Ἕλληνας; Οὐδαμῶς· οὐ γὰρ εἶπεν, ἁγίος ἐστὶν, ἀλλ', Ἥγιασται ἐν τῇ γυναικί. Τοῦτο δὲ εἶπεν, οὐχ ἵνα δεῖξῃ ἐκείνον ἁγιον, ἀλλ' ἵνα ἐκ περιουσίας τὸν φόβον ἐξέβῃ τῆς γυναικός, καὶ κείνον εἰς ἐπιθυμίαν ἀγάγῃ τῆς ἀληθείας. [163] Οὐ γὰρ τῶν σωμάτων τὸ ἀκάθαρτον, ὧν ἐστὶν ἡ κοινωνία, ἀλλὰ τῆς προαιρέσεως καὶ τῶν λογισμῶν. Εἴτα καὶ ἀποδείξει· εἰ γὰρ ἀκάθαρτος μένουσα γεννᾷ^α, τὸ δὲ παιδίον οὐκ ἀπὸ σοῦ μόνης, ἀκάθαρτον ἄρα τὸ παιδίον, ἢ ἐξ ἡμισεῖας καθαρὸν· νυνὶ δὲ οὐκ ἔστιν ἀκάθαρτον. Διὸ καὶ ἐπήγαγεν, *Ἐπεὶ τὰ τέκνα ὧμων ἀκάθαρτα ἐστί· νυνὶ δὲ ἅρα ἐστὶ*^β· τούτῳ ἐστίν, οὐκ ἀκάθαρτα. Αὐτὸς δὲ ἁγία ἐκάλεσε, τῇ περιουσίᾳ τῆς λέξεως πάλιν ἐκβάλλων τῆς τοιαύτης ὑποψίας τὸ δέος. *Εἰ δὲ ὁ ἀπιστος χωρίζεται, χωρίζεσθω*. Ἐνταῦθα γὰρ οὐκέτι πορνεία τὸ πρᾶγμα ἐστίν. Τί δὲ ἐστίν, *Εἰ δὲ ὁ ἀπιστος χωρίζεται*; Οἷον εἰ κελύει σοι θυεῖν καὶ κοινωνεῖν αὐτῷ τῆς εὐσεβείας, διὰ τὸν γάμον, ἢ ἀναχωρεῖν, βέλτιον διασπασθῆναι τὸν γάμον, καὶ μὴ τὴν εὐσεβείαν. Διὸ ἐπήγαγεν· *Οὐ δεδούλωται ὁ ἀδελφός, ἢ ἡ ἀδελφή ἐν τοῖς τοιοῦτοις*. Εἰ καθ' ἑκάστην ἡμέραν πυκτεῖται καὶ πολέμους παρέχει διὰ τοῦτο, φησὶ, βέλτιον ἀπαλλαγῆναι. Τοῦτο γὰρ αἰνιττεται, λέγων· *Ἐν δὲ εἰρήνῃ κέκληκεν ἡμᾶς ὁ Θεός*. Ἐκεῖνος γὰρ λοιπὸν τὴν αἰτίαν παρέσχεν, ὡς περὶ καὶ ὁ πορνεύσας. *Τί γὰρ οἶδας, γυναίκα, εἰ τὸν ἀνδρα σώσεις*; Πρὸς τὸ, *Μὴ ἀφίετω αὐτόν*, τοῦτο πάλιν. Εἰ γὰρ μὴ στασιάζει, μένε, φησὶν· ἔχει γὰρ καὶ κέρδος μένε, καὶ παραινέει καὶ συμβούλευε καὶ πείθει· οὐδεὶς γὰρ οὕτω διδάσκαλος ἰσχύσει δυνήσεται^β, ὡς γυνή. Καὶ οὕτε ἀνάγκην ἐπιτίθεισιν αὐτῇ καὶ πάντως ἀπαιτεῖ παρ' αὐτῆς τὸ πρᾶγμα, ἵνα μὴ πάλιν φορτικώτερον ἐργάσῃται, οὕτε ἀπογινώσκων κελύει, ἀλλ' ἀφήσιν αὐτὴ τῇ τοῦ μέλλοντος ἀδηλία μετέωρον, λέγων· *Τί γὰρ οἶδας, γυναίκα, εἰ τὸν ἀνδρα σώσεις*; καὶ *τί οἶδας, ἄνερ, εἰ τὴν γυναῖκα σώσεις*; καὶ πάλιν· *Εἰ μὴ ἐκάστῳ ὡς ἐμέρισεν ὁ Θεός, ἕκαστον ὡς κέκληκεν ὁ Κύριος, οὕτω περιπατεῖτω*. Περιτεμνημένος τις ἐκλήθη; μὴ ἐπισπάσθω. Ἐν

ἀκροβυστία τις ἐκλήθη; μὴ περιτεμνησθῶ. Ἡ περιτομή οὐδὲν ἐστίν, καὶ ἡ ἀκροβυστία οὐδὲν ἐστίν, ἀλλὰ τῆρησις ἐντολῶν Θεοῦ. Ἐκαστος ἐν τῇ κλήσει ἢ ἐκλήθη, ἐν ταύτῃ μετέτω. Δούλος ἐκλήθη; μὴ σοι μελέτω. Ταῦτα εἰς τὴν πίστιν οὐδὲν συντελεῖ, φησὶ· μὴ τοίνυν φιλονεῖται μὴδὲ θορυβοῦ· ἢ γὰρ πίστις πάντα ἐξέβαλε ταῦτα. Ἐκαστος ἐν τῇ κλήσει ἢ ἐκλήθη, ἐν ταύτῃ μετέτω. Γυναίκα ἔχων ἀπιστον ἐκλήθη; μένε ἔχων μὴ διὰ τὴν πίστιν ἐκβάλλῃ τὴν γυναίκα. Δούλος ὧν ἐκλήθη; μὴ σοι μελέτω· μένε δουλεύων. Ἀκρόβυστος ὧν ἐκλήθη; μένε ἀκρόβυστος. Ἐμπερίτομος ὧν ἐπίστευσας; μένε ἐμπερίτομος. Τοῦτο γὰρ ἐστίν, Ἐκάστῳ ὡς ἐμέρισεν ὁ Θεός. Ταῦτα γὰρ οὐκ ἐστὶ κωλύματα εἰς εὐσέβειαν. Σὺ δούλος ὧν ἐκλήθη; ἄλλος γυναίκα ἔχων ἀπιστον, ἄλλος περιτεμνημένος.

δ. Βαβαί! ποῦ τὴν δουλείαν ἐθῆκεν! Ὡς περὶ οὐδὲν ὠφελεί ἡ περιτομή, οὐδὲ βλάβει ἡ ἀκροβυστία, οὕτως [164] οὐδὲ ἡ δουλεία οὐδὲ ἡ ἐλευθερία. Καὶ ἵνα δεῖξῃ τοῦτο σαφέστερον ἐκ περιουσίας, φησὶν· Ἄλλ' εἰ καὶ δύνουσαι ἐλεύθερος γενέσθαι, μάλλον χρῆσαι· τούτῳ ἐστίν, μάλλον δοῦλε. Καὶ τί δῆποτε τὸν δυνάμενον ἐλευθερωθῆναι κελύει μένειν δούλον; Θέλων δεῖξαι, ὅτι οὐδὲν βλάβει ἡ δουλεία, ἀλλὰ καὶ ὠφελεί. Καὶ οὐκ ἄγνοῶ μὲν· ὅτι τινὲς τὸ, *Μάλλον χρῆσαι*, περὶ ἐλευθερίας φασὶν εἰρησθαι, λέγοντες, ὅτι εἰ δύνουσαι ἐλευθερωθῆναι, ἐλευθερωθῆτι· πολὺ δὲ ἀπειναντίας τῷ τρόπῳ τοῦ Παύλου τὸ βῆμα, εἰ τοῦτο αἰνιττεῖτο. Οὐ γὰρ ἂν παραμυθούμενος τὸν δούλον, καὶ δεικνύς οὐδὲν ἡδικοῦμενον, ἐκέλευσε γενέσθαι ἐλευθερον. Εἶπε γὰρ ἂν τις ἴσως· Τί οὖν; ἂν μὴ δύνουμαι, ἡδικοῦμαι καὶ ἡλάττωμαι;

Οὐ τοίνυν τοῦτο φησὶν, ἀλλ' ὅπερ ἔφην, θέλων δεῖξαι ὅτι οὐδὲν πλέον γίνεται τῷ ἐλευθέρῳ γενομένῳ, φησὶ· Κἀν κύριος ἦς τοῦ ἐλευθερωθῆναι, μένε δουλέων μάλλον. Εἴτα καὶ τὴν αἰτίαν ἐπάγει· Ὁ γὰρ ἐν Κυρίῳ κληθεὶς δούλος, ἀπελεύθερος Κυρίου ἐστίν· ὁμοίως καὶ ὁ ἐλεύθερος κληθεὶς, δούλος ἐστὶ τοῦ Χριστοῦ. Ἐν γὰρ τοῖς κατὰ Χριστὸν, φησὶν, ἀμφότεροι ἴσοι· ὁμοίως γὰρ καὶ σὺ τοῦ Χριστοῦ δούλος, ὁμοίως καὶ ὁ δεσπότης ὁ σός. Πῶς οὖν ὁ δούλος ἀπελεύθερος; Ὅτι ἡλευθέρωσέ σε οὐ τῆς ἀμαρτίας μόνον, ἀλλὰ καὶ τῆς ἐξωθεν δουλείας μένοντα δούλον. Οὐ γὰρ ἀφήσιν εἶναι δούλον τὸν δούλον, οὐδὲ ἀνθρωπον μένοντα ἐν δουλείᾳ· τοῦτο γὰρ ἐστὶ τὸ θαυμαστόν. Καὶ πῶς ἐλεύθερός ἐστὶν ὁ δούλος, μένον δούλος; Ὅταν παθῶν ἀπηλλαγμένως ἢ καὶ τῶν τῆς ψυχῆς νοσημάτων, ὕπαν χρημάτων καταφρονῇ καὶ ὀργῆς καὶ τῶν ἄλλων τῶν τοιούτων παθῶν. Τιμῆς ἠγοράσθητε, μὴ γίνεσθε δούλοι ἀνθρώπων. Οὗτο; ὁ λόγος οὐ πρὸς οἰκέτας μόνον, ἀλλὰ καὶ πρὸς ἐλευθέρους εἰρηται. Ἐστὶ γὰρ καὶ δούλον ὄντα μὴ εἶναι δούλον, καὶ ἐλεύθερον ὄντα δούλον εἶναι. Καὶ πῶς ὁ δούλος ὧν, οὐκ ἐστὶ δούλος; Ὅταν διὰ τὸν Θεὸν πάντα ποιῇ, ὅταν μὴ ὑποκρίνηται μὴδὲ κατ' ὀφθαλμοδουλείαν ἀνθρώπων τι πράττῃ· τούτῳ ἐστίν, δουλεύοντα ἀνθρώποις ἐλεύθερον εἶναι. Ἡ πῶς πάλιν ἐλεύθερός τις ὧν, γίνεται δούλος; Ὅταν διακονῆται ἀνθρώποις πονηρὰν τινα διακονίαν ἢ διὰ γαστριμαργίαν. Ἡ δὲ κληθεὶς ἀνθρώπων ἐπιθυμίαν, ἢ διὰ δυναστείαν. Ὁ γὰρ τοιοῦτος πάντων ἐστὶ δουλικώτερος, καὶ ἐλεύθερος ἢ. Σκόπει δὲ ταῦτα ἀμφοτέρω· Δούλος ἦν ὁ Ἰωσήφ, ἀλλ' οὐκ ἀνθρώπων δούλος· διὸ καὶ ἐν τῇ δουλείᾳ πάν-

^α Reg., ἀκάθαρτος μένον γεννᾷ. ^β Reg., διδάσκαλος πᾶσις δυνήσεται, bene.

^γ Legebatur ἀγνοῶμεν.

των ἐλευθέρων ἂ ἐλευθερώτερος ἦν. Τῇ δεσποίνῃ γοῦν οὐκ εἶξεν, εἰς ὅπερ ἠθέλησεν ἡ κεκτημένη. Πάλιν ἐλευθέρῃ ἦν ἐκείνη, καὶ πάντων ἦν δουλικιώτερα, τὸν θεράποντα κολακεύουσα καὶ παρακαλοῦσα· ἀλλ' οὐκ ἔπεισε τὸν ἐλεύθερον, ὃ μὴ ἠθέλησε, ποιῆσαι. Οὐκ ἄρα δουλεία τὸ πρῶγμα ἦν, ἀλλ' ἐλευθερία ἡ ἀνωτάτω. Τί γάρ ἐνεποδίσθη πρὸς ἀρετὴν ἐκεῖνος ἀπὸ τῆς δουλείας; Ἀκούετωσαν δοῦλοι καὶ ἐλεύθεροι· Τίς ἐδούλευσεν; ὁ ἀξιοῦμενος, ἢ ἡ ἀξιοῦσα; ἢ παρακαλοῦσα, [165] ἢ ὁ καταφρονῶν ἰκετευούσης; Καὶ γὰρ εἰσὶν ὄροι δούλων παρὰ τοῦ Θεοῦ κείμενοι· καὶ μέγχι· ποῦ δεῖ φυλάττειν αὐτοὺς, καὶ τοῦτο νομοθετήται, καὶ ὑπερβαίνειν αὐτοὺς οὐ χρή. Ὅταν γὰρ μηδὲν ὁ δεσπότης ἐπιτάτῃ τῶν μὴ δοκούντων τῷ Θεῷ, ἐπεσθαι δεῖ καὶ πείθεσθαι· περαιτέρω δὲ μηκέτι· οὕτω γὰρ ὁ δούλος ἐλεύθερος γίνεται. Ἄν δὲ περαιτέρω προῖθῃ, κἂν ἐλεύθερος ἦς, ἐγένου δούλος. Τοῦτο γοῦν αἰνίττεται λέγων· *Μὴ γίνεσθε δοῦλοι ἀνθρώπων*. Εἰ δὲ μὴ τοῦτο, ἀλλ' ἐκέλευσε καταλιμπάνειν δεσπότης, καὶ ἐλευθέρους φιλονεικεῖν γίνεσθαι, πῶς παρῆκει λέγων· *Ἐκαστος ἐν τούτῳ μετέτω, ἐν ᾧ ἐκλήθη; καὶ ἀλλαχού, Ὅσοι εἰσὶν ὑπὸ ζυγὸν δούλων, τοὶς ἰδίους δεσπότης κύνῃς τιμῆς ἀξίους ἠγείσθωσαν, καὶ μὴ καταφρονεῖτωσαν οἱ πιστοὺς ἔχοντες δεσπότης, ὅτι ἀδελφοὶ εἰσὶν οἱ τῆς εὐεργεσίας ἀνταλαμβάνοντες*; Καὶ Ἐφesois δὲ καὶ Κολασσαεῦσιν ἐπιστέλλων, τὰ αὐτὰ διατάττεται καὶ νομοθετεῖ. Ὅθεν δῖλον, δεῖ οὐ ταύτην ἀναιρεῖ τὴν δουλείαν, ἀλλὰ τὴν ἀπὸ τῆς κακίας καὶ ἐλευθέρους γινομένην, ἣ περ ἐστὶ χαλεπωτάτη, κἂν ἐλεύθερός τις ὦν αὐτῇ δουλεύῃ. Τί γὰρ ἀπώναντο οἱ τοῦ Ἰωσήφ ἀδελφοὶ ἐλεύθεροι ὄντες; οὐχὶ πάντων ἦσαν τῶν δούλων ζουλικιώτεροι, καὶ πρὸς τὸν πατέρα ψευδόμενοι, καὶ πρὸς τοὺς ἐμπόρους τὰ μὴ βγῆτα λέγοντες, καὶ πρὸς τὸν ἀδελφόν; Ἄλλ' οὐκ ὁ ἐλεύθερος τοιοῦτος, ἀλλὰ πανταχοῦ καὶ ἐν πᾶσιν ἀληθής· καὶ οὐδὲν αὐτὸν δουλώσασθαι ἠδυνήθη, οὐ δεσμός, οὐ δουλεία, οὐ δεσποίνης ἔρωσ, οὐ τὸ ἐν ἀλλοτρίᾳ εἶναι· ἀλλ' ἔμενεν ἐλεύθερος πανταχοῦ. Τοῦτο γὰρ μάλιστα ἐστὶν ἐλευθερία, ὅταν καὶ ἐν δουλείᾳ διαλάμπῃ.

ε'. Τοιοῦτον ὁ Χριστιανισμὸς, ἐν δουλείᾳ ἐλευθερίαν χαρίζεται. Καὶ καθάπερ τὸ φύσει ἄτρωτον σῶμα, τότε δέικνυται ἄτρωτον, ὅταν δεξάμενον βέλος μηδὲν πάθῃ δεινόν· οὕτω καὶ ὁ ἀκριβῶς ἐλεύθερος τότε φαίνεται, ὅταν καὶ δεσπότης ἔχων μὴ δουλωθῇ. Διὰ τοῦτο κελεύει δοῦλον μένειν. Εἰ δ' οὐ δυνατόν δοῦλον βγῆτα εἶναι Χριστιανόν, οἷον χρή, πολλὴν τῆς εὐσεβείας ἀσθένειαν κατηγοροῦσιν Ἕλληγες· ὡσπερ, ἂν μάθωσιν, δεῖ τὴν εὐσέθειαν οὐδὲν βλάπτει δουλεία, θαυμάσονται τὸ κήρυγμα. Εἰ γὰρ θάνατος ἡμᾶς οὐ βλάπτει οὐδὲ μάστιγες οὐδὲ δεσμά, πολλῶ μᾶλλον δουλεία, πῦρ καὶ σιδηρὸς καὶ τυραννίδες μυρίαὶ καὶ νόσοι καὶ πένιαι καὶ θηρία, καὶ μυρία τούτων χαλεπωτέρα, οὐκ ἔβλαψαν τοὺς πιστούς, ἀλλὰ καὶ δυνατωτέρους ἐποίησαν. Καὶ πῶς δουλεία βλάψαι δυνήσεται, φησὶν; Οὐχ αὕτη βλάπτει ἡ δουλεία, ἀγαπητὴ, ἀλλ' ἡ φύσει δουλεία ἡ τῆς ἀμαρτίας. Κἂν ταύτην μὴ ἦς τὴν δουλείαν δούλος, θάρρει καὶ εὐφραίνου· οὐδεὶς σε οὐδὲν ἀδικῆσαι δυνήσεται, ἀδούλωτον ἔχοντα τὸ ἦθος· ἂν δὲ ταύτης ἦς δούλος, κἂν μυριάκις ἐλεύθερος ἦς, οὐδὲν ὄφελός σοι τῆς ἐλευθερίας. Τί γὰρ ὄφελός, εἰπέ μοι, ὅταν ἀνθρώπων μὲν ἡ δουλείᾳ, τοὺς δὲ πά-

θει σαυτὸν ὑποκατακλίνης; Οἱ μὲν γὰρ ἀνθρώποι καὶ φείσασθαι ἐπίστανται πολλάκις, ἐκείνοι δὲ οἱ [166] δεσπότης οὐδέποτε κορύνονται σου τῆς ἀπειθείας. Δουλεύεις ἀνθρώπων; Ἄλλὰ καὶ ὁ δεσπότης σου δουλεύει, διοικουμένός σοι τὰ τῆς τροφῆς, ἐπιμελούμενός σου τῆς ὑγείας καὶ ἐνδυμάτων καὶ ὑποδημάτων, καὶ τῶν ἄλλων ἀπάντων φροντίζων. Καὶ οὐχ οὕτω σὺ δέδοικας, μὴ προσκρούσης τῷ δεσπότη, ὡς ἐκεῖνος δέδοικε μὴ τί σοι τῶν ἀναγκαίων ἐπιλήπῃ. Ἄλλ' ἐκεῖνος κατακείται, σὺ δὲ ἔστηκας. Καὶ τί τοῦτο; οὐδὲ γὰρ τοῦτο παρ' αὐτῷ μόνον, ἀλλὰ καὶ παρὰ σοί. Πολλάκις γοῦν σοῦ κατακειμένου καὶ ὑπνωίντος ἠδέως, ἐκεῖνος οὐχ ἔστηκε μόνον, ἀλλὰ καὶ μυρίας ὑπομένει βίας ἐπὶ τῆς ἀγορᾶς, καὶ ἀγρυπνεῖ σοῦ χαλεπώτερον. Τί γοῦν; τοιοῦτον ἐπαθε παρὰ τῆς δεσποίνης ὁ Ἰωσήφ, οἷον παρὰ τῆς ἐπιθυμίας ἐκείνη; Οὕτως μὲν γὰρ, ἂ ἐπιτάξαι ἠθέλησεν ἐκείνη, οὐκ ἐποίησεν· ἐκείνη δὲ, ἂ ἐπέταξεν ἡ δεσποῖνα αὐτῆς, ἡ ἀσέλγεια λέγω, πάντα ἐπραξε· καὶ οὐ πρότερον ἀπέστη, ἕως ἂν αὐτὴν κατήσχυνεν. Ποῖος ταῦτα ἐπιτάττει δεσπότης; ποῖος τυράννος ὤμος; Δεήθητι σου τοῦ δούλου, φησὶν, ἰκέτευσον τὸν αἰχμάλωτον, κολάκευσον τὸν ἀργυρῶνητον· κἂν διαπτύσῃ, πάλιν ἐπιμένον, κἂν πολλάκις εἴπῃς καὶ μὴ ἀνάσχηται, ἐπιτήρησον ἐρημίαν, καὶ βίβασαι καὶ γενοῦ καταγέλαστο. Τί ἀτιμώτερον, τί δὲ τούτων αἰσχρότερον τῶν βημάτων; Ἄν δὲ μὴδὲν μὴδὲ οὕτως ἀνύσης, καὶ συκοφάντησον καὶ ἀπάτησον τὸν συνοικοῦντα. Ὅρα πῶς ἀνελεύθερα, πῶς αἰσχρὰ τὰ ἐπιτάγματα, πῶς ἀπηγῆ καὶ ὤμα καὶ μανικά. Τί τοιοῦτον ἐπιτάττει ὁ δεσπότης, οἷα ἐπέταξεν ἡ ἀσέλγεια τῇ βασιλείᾳ γυναικὶ τότε ἐκείνη; ἀλλ' ὁμοῦ οὐκ ἐτόλμησε παρακοῦσαι. Ὁ δὲ Ἰωσήφ οὐδὲν τοιοῦτον ὑπέμενεν, ἀλλὰ τὰ ἐναντία πάντα, ἂ ὄφειλε ἔφερε καὶ τιμῆν. Βούλει καὶ ἕτερον ἀνδρα ἰδεῖν ὑπὸ δεσποίνης χαλεπῆς πολλὰ ἐπιταγόντα, καὶ οὐδὲν τολμήσαντα παρακοῦσαι;

Ἐνόησον τὸν Κάλιν, ὅσα ὑπὸ τῆς βασκανίας ἐπέταγῃ. Ἐπέταξεν ἐκείνη σφάζαι τὸν ἀδελφόν, ψεύσασθαι τὸν Θεόν, λυπήσαι τὸν πατέρα, ἀναίσχυντῆσαι, καὶ πάντα ἐποίησε, καὶ οὐδὲν παρήκουσε. Καὶ τί θαυμάζεις, εἰ ἐφ' ἐνὸς τοσαύτην ἔχει ἰσχὺν αὐτῇ ἡ δεσποῖνα; Ὁλοκλήρους πολλάκις δῆμους ἀπόλεσε. Τοὺς γοῦν Ἰουδαίους αἱ γυναῖκες τῶν Μαδιγναίων δεδεμένους σχεδὸν αἰχμάλωτους ἔλαβον, τῇ τῆς οἰκίας εὐμορφίας ἐπιθυμίᾳ τούτους χειρωσάμεναι Πάντας. Ταύτην τοῖνον τὴν δουλείαν ἐκβάλλων ὁ Παῦλος, ἔλεγε· *Μὴ γίνεσθε δοῦλοι ἀνθρώπων*· τουτέστι, Μὴ πείθεσθε ἀνθρώποις ἄτοπα ἐπιτάττουσιν, ἀλλὰ μηδὲ ἑαυτοῖς. Εἶτα ἀνεγκῶν τὴν διάνοιαν, καὶ ποιήσας ὑψηλὴν, φησὶ· *Περὶ δὲ τῶν παρθένων ἐπιταγῆν Κυρίου οὐκ ἔχω γνῶμην δὲ διδῶμι, ὡς ἠλεημένος ὑπὸ Κυρίου πιστός εἶναι*. Ὅδῳ καὶ τάξει προβαίνων καὶ τῆς παρθενίας μνημονεύει λοιπόν. Ἐπειδὴ γὰρ τοῖς περὶ ἐγκρατείας αὐτοῦς ἐνεγύμνασέ τε καὶ ἐρρύθμισε λόγοις, ἐκθαίνει καὶ πρὸς τὸ μείζον, *Ἐπιταγῆν οὐκ ἔχω*, λέγων, ἀλλὰ νομίζω καλὸν εἶναι. Διὰ τί; Διὰ τὴν αὐτὴν αἰτίαν, ἦν περὶ τῆς ἐγκρατείας τέθεικε. *Δέδοσαι γυναικὶ; μὴ ζῆτει λύσιν*. Λέλυσαι ἀπὸ γυναικός; μὴ ζῆτει γυναικίκα. Ταῦτα οὐκ ἐναντιομένου ἐστὶ τοῖς πρότεροις, ἀλλὰ καὶ σφόδρα συνάδοντος. [167] Καὶ γὰρ καὶ ἐκεῖ φησὶν· *Εἰ μὴ τι ἂν ἐκ συμφώνου*· καὶ ἐνταῦθα πάλιν, *Δέδοσαι γυναικὶ; μὴ ζῆτει λύσιν*. Τοῦτο δὲ οὐκ ἐστὶν ἐναντίον· τὸ γὰρ παρὰ γνῶμην, λύσις ἐστίν· εἰ δὲ κατὰ γνώμην ἀμφοτέροι ἐγκρατεῖοντο, οὐκ ἐστὶ λύσις.

α. Ἐλευθέρων deest in Reg., possetque illæso sensu omit. II. b. *Legedatur* χαρίζεσθαι, εἰ μοι, εὐτρωτον.

quando non ad oculum servierit : hoc est hominibus servire , et esse liberum. Et quomodo rursum liber cum sit quispiam, servus efficitur? Quando apud homines malum obit ministerium, aut propter gulam, aut propter pecuniarum cupiditatem, aut propter potentiam. Nam qui talis est, etsi liber, servis omnibus demissior est. Hæc ambo considera : servus erat Joseph, sed non hominum servus : ideoque in servitute liberorum omnium liberrimus erat. Heræ itaque non cessit, ad cupidinem suam famulum impellenti. Rursum illa libera erat, sed servis omnibus demissior, quæ famulo adulabatur ipsumque provocabat; sed libero non persuasit ut id faceret quod nollet. Non ergo servitus illa erat, sed suprema libertas : quid enim illi ad virtutem impedimento fuit servitus? Audiant servi et liberi : quis servivit, qui rogatus est, an quæ rogavit? quæ supplicavit, an qui supplicantiem despexit? Sunt enim termini servis a Deo positi : et quousque eos modum servare oporteat, statutum est in legibus, quas prætergredi non licet. Cum enim herus nihil præcipit quod Deo displiceat, tunc obsequi et parere illi oportet; ulterius autem minime : sic enim servus liber efficitur. Si ultra procedas, etiamsi liber sis, servus effectus es. Hoc itaque subindicat cum dicit : *Nolite fieri servi hominum*. Si autem non ita sit, et si jussit heros relinquere, et pro assequenda libertate contendere, quomodo hortabatur dicens : *Unusquisque in hoc maneat, in quo vocatus est?* et alibi : *Quicumque sunt sub jugo servi, dominos suos omni honore dignos censeant, et non despiciant qui fideles habent dominos, quia fratres sunt qui beneficium consequuntur* (1. Tim. 6. 1. 2)? Et Ephesiis atque Colossensibus scribens eadem ipsa præcipit et statuit (Ephes. 6. 5. seqq.; Col. 3. 22). Unde palam est, illum hanc servitutem non tollere, sed eam quæ per vitia etiam liberos invadit, quæ est gravissima, etiam si quis liber ipsi serviat. Quid enim lucrati sunt Josephi fratres, liberi cum essent? annon erant omnibus servis serviliores, qui apud patrem mentirentur, et mercatoribus falsa narrant, ut etiam fratri? At non talis erat liber ille, sed ubique et in omnibus verax : nihilque illum in servitutem redigere potuit, non vincula, non ipsa servitus, non heræ amor, non quod in aliena terra esset : sed ubique liber mansit. Hoc enim maxime libertas est, quando ea in servitute quoque fulget.

5. Talis res est Christianismus : in servitute libertatem elargitur. Ac sicut corpus, quod ex natura sit vulnerabile, tunc invulnerabile ostenditur, cum excepto telo nihil grave patitur : sic qui vere liber est, tunc talis apparet, quando etiam cum heros habet, non in servitutem redigitur. Ideo jubet servum manere. Si autem fieri non potest ut, cum sit servus, sit Christianus qualem esse oportet, magnæ imbecillitatis piam religionem accusabunt Græci; quod si discant illam nihil a servitute lædi, prædicationem mirabuntur. Nam si neque mors nobis nocet neque flagella neque vincula, multo minus servitus, ignis, ferrum, mille tyrannides, morbi, paupertas, feræ, et sexcenta

his graviora fideles non læserunt, imo potentiores fecerunt. Et quomodo servitus nocere poterit? Non ipsa servitus nocet, dilecte, sed peccati servitus, quæ vere talis est. Si hanc non subeas servitutem, confide et lætare; nullus tibi nocere poterit, ut qui mores habeas ab omni servitute liberos : si vero peccati servus sis, etiam si millies liber fueris, nihil tibi libertas illa prodest. Quæ enim utilitas, quæso, si homini quidem non servias, sed animi morbis te subicias? Homines quippe sæpe parcere sciunt, illi vero domini numquam tua pernicie satiantur. Homini servus? Sed herus quoque tibi servit, qui alimentum tibi ministrat, valetudinem tuam curat, vestes, calceos et alia omnia suppeditat. Neque ita tu times, ut ne dominum offendas, ut ille curat, ne quid tibi ex necessariis desit. At ille accumbit, tu vero stas. Et quid hoc? neque enim id apud illum tantum observatur, sed etiam apud te. Sæpe namque te recumbente et suaviter dormiente, ille non modo stat, sed etiam mille pœnis afficitur in foro, et molestius quam tu vigilat. Quid ergo, tan umne passus est Joseph ab hera, quantum illa a concupiscentia sua? Ille enim quæ illa jubere voluit, non fecit : illa vero quæ domina ejus libido imperavit, omnia fecit; neque prius destitit, donec eam dedecore affecit. Qualis herus talia imperat? qualis immanis tyrannus? Roga, inquit, servum tuum, adulare emptitio, supplica captivo : etiamsi respierit, rursus insta; etiamsi sæpius dixeris et ille non assensus fuerit, observa solitudinem, et vim facito et te risu dignam præbe. Quid ignominiosius, quid turpius hisce verbis? Si autem ne ita quidem aliquid perfeceris, illum calumniare et decipe conjugem. Vide quam illiberalia, quam turpia præcepta sint, quam inimica, quam sæva, quam furiosa. Quid tantum præceperit herus quivis, quantum lascivia tunc præcepit reginæ mulieri? et tamen non ausa est non obsequi. Joseph vero nihil tale passus, sed contraria omnia, quæ gloriam et honorem afferrent. Vis alium videre virum, cui sæva domina multa imperavit, nec ausus est ille non obsequi?

Invidiæ malum. — Cainum cogita, quanta nempe ab invidia jussa acceperit. Ut fratrem occideret imperavit, ut Deo mentiretur, patrem dolore afficeret, impudenter ageret : et omnia exsequutus est, ac nihil prætermisit. Ecquid miraris, si hæc domina tantam vim habeat in uno, quæ integros sæpe populos perdidit? Judæos certe Madianitarum mulieres vinctos et fere captivos abduxerunt, cum formæ suæ concupiscentia illos omnes allexere. Hanc itaque servitutem ejiciens Paulus, dicebat : *Ne sitis servi hominum*; id est, ne obsequamini hominibus absurda imperantibus; imo ne vobis quidem ipsis. Deinde cum mentem crexisset, sublinemque fecisset, ait : 25. *De virginibus autem præceptum Domini non habeo : consilium autem do, tamquam misericordiam consequutus a Domino, ut sim fidelis*. Recto ordine procedens de virginitate deinceps mentionem facit. Postquam enim eos de continentia loquutus exercuit et composuit, ad id quod majus est egreditur, *Præceptum*, inquit, non

habeo; sed bonam rem esse puto. Quare? Eadem de causa, quam de continentia posuit. 27. *Alligatus es uxori? noli quærere solutionem. Solutus es ab uxore? noli quærere uxorem.* Hæc non sunt repugnantis prioribus; imo valde iis assentientis. Nam et illic ait: *Nisi forte ex consensu*; hic vero dicit: *Alligatus es uxori? noli quærere solutionem.* Hoc porro contrarium non est: nam quod præter mentem est et voluntatem, est solutio; si autem continuerint ex utriusque consensu, non est solutio.

6. Deinde, ne hoc videatur lex esse, subjunxit: 28. *Si autem acceperis uxorem, non peccasti.* Sub hæc præsentium causam affert, instantem necessitatem, tempus contractum et tribulationem. Multa namque connubium secum trahit, quæ et hic subindicavit, et in sermone de continentia: illic quidem dicens, mulierem non sui potestatem habere; hic autem, *Solutus es. Si autem uxorem acceperis, non peccasti*; non de ea loquens quæ virginitatem elegit; ipsa enim jam peccavit. Nam si viduæ in crimen vocantur, cum secundas nuptias contraxerint, si semel elegerint viduitatem, multo magis virgines. *Tribulationem tamen carnis habebunt hujusmodi.* Atqui etiam voluptatem, inquires. Sed vide quomodo illam temporis brevitate contraxerit, dicens: 29. *Tempus breve est.* Id est, jubemur peregrinari et excedere demum; tu vero interioris curris. Atqui etiamsi nihil molestum haberet matrimonium, ad futura tamen festinare oporteret; cum autem molestiam secum trahat, quid opus est onus attrahere? cur tantam conscire molem, quando postquam susceperis, ita uti illa oportet ac si non haberes? etenim ait: *Qui habent uxores, tanquam non habentes sint.* Deinde, cum de futuris quid interposuisset, rursus ad præsens tempus sermonem reducit. Etenim alia sunt spiritalia: illa quippe quæ viri sunt, hæc autem quæ sunt Dei curat; alia vero sunt præsentis vitæ; illud nempe, 32. *Volo autem vos sine sollicitudine esse.* Attamen illud quoque in eorum potestatem remittit. Nam qui postquam ostendit id

quod est eligendum, rursus cogit, videtur non suis fidere verbis. Quapropter concessione magis ipsos induxit et retinuit, dicens: 35. *Porro hoc ad utilitatem vestram dico, non ut laqueum vobis injiciam, sed ad id quod honestum est, et quod facultatem præbeat.* Audiant virgines, quod virginitas in hoc non terminetur: nam quæ res mundi curat, nec virgo fuerit nec honesta. Cum dixisset enim, *Divisa est mulier et virgo*, hanc differentiam posuit, et qua in re discrepent dixit. Ac cum definitionem dedit virginis et non virginis, non nuptias, non continentiam dixit, sed sollicitudinis vacuitatem et magnam sollicitudinem. Non enim coitus malus est, sed impedimentum ad philosophiam malum. 36. *Si quis autem turpem se videri existimat super virgine sua.* Hic videtur quidem de matrimonio loqui; totum autem dicit de virginitate: nam et secundum concedit matrimonium, tantum *In Domino*. Quid est illud, *In Domino*? Cunctitate, cum honestate. Hac enim ubique est opus, ipsamque insequi oportet: alioquin ne licet quidem Deum videre. Si autem præterivimus ea, quæ dicenda erant de virginitate, nemo nos negligentiam condemnet. Librum enim integrum in eam rem edidimus (a), et cum ibi accurate quantum potuimus illam rem tractaverimus, supervacaneum esse duximus eadem ipsa hic repetere. Quamobrem illo remittentes auditorem, hic illud dicemus, continentiam esse sectandam: nam ait ille: *Pacem persequimini et sanctificationem, sine qua nemo videbit Dominum.* Ut ergo eum videre dignemur; sive in virginitate degamus, sive in primis sive in secundis nuptiis, hanc persequamur, ut regnum caelorum adipiscamur, gratia et benignitate Domini nostri Jesu Christi, quicum Patri unaque Spiritui sancto gloria, imperium, honor, nunc et semper, et in sæcula sæculorum. Amen.

(a) Hic librum suum de Virginitate memorat, quem edidimus Tomo 1, col. 581-582. Lege Monitum operi præmissum, ubi clare probatur idem ipsum opus et non aliud in fine hujus homilæ in Epist. ad Corinth. memorari.

HOMILIA XX.

CAP. 8. v. 1. *De iis autem, quæ idolis immolantur, scimus quod omnes scientiam habemus. Scientia inflat, caritas vero ædificat.*

1. Necessæ est primo dicere quid sibi velit hic locus: sic namque facile intelligitur quod dicturi sumus. Qui enim aliquem accusari videt, nisi prius peccati naturam noscat, quæ dicentur non intelliget. Qua ergo de re tunc Corinthios accusabat? Crimen erat magnum, ac multorum causa malorum. Quale illud? Multi ex illis cum didicissent, non quæ intrant inquinare hominem, sed quæ exeunt: et idola, nempe ligna, lapides et dæmones, nec nocere nec juvare posse, sine modo ullo hac perfecta rei cognitione utebantur, et in suum et in aliorum detrimentum. Nam ad idola ingrediebantur, et mensarum ibidem participes erant, hincque magnam inferebant perniciem. Nam qui adhuc idola timebant, nec contem-

nenda illa esse didicerant, cœnarum hujusmodi participes erant, cum perfectiores viderent idipsum facientes, et hinc maxime lædebantur (neque enim eadem qua illi mente apposita, sed quasi idolis immolata habebant: et ea res via erat ad idololatriam): et illi quoque qui perfectiores erant, non levi damno afficiebantur, dum mensis dæmonicis fruerebantur. Et hoc quidem crimen erat. Beatus autem vir, ut illud emendaret, non statim vehementi utitur oratione: nam ex insipientia magis, quam ex malitia id designabatur. Quare initio adhortatione magis opus erat, quam vehementi increpatione et indignatione. Animadvertite igitur ejus prudentiam, quomodo statim admonitionem incipiat: *De iis autem, quæ idolis immolantur, scimus quod omnes scientiam habemus.* Infirmioribus relictis, quod semper facit, valentiores primum aggreditur. Hoc enim etiam in epistola ad

ε'. Εἶτα ἵνα μὴ δόξη νομοθεσία εἶναι τοῦτο, ἐπήγα-
γεν· Ἐὰν δὲ καὶ γήμης, οὐχ ἡμαρτεας. Εἶτα τὰ
παρόντα αἰτιᾶται, τὴν ἐνεστῶσαν ἀνάγκην καὶ τὸν
συνεσταλμένον καιρὸν καὶ τὴν θλίψιν. Πολλὰ γὰρ ὁ
γάμος ἐπισύρεται, ἄπερ ἠνέξατο καὶ ἐνταῦθα, καὶ ἐν
τῷ περὶ ἐγκρατείας λόγῳ, ἐκεῖ μὲν εἰπὼν, ὅτι Οὐκ
ἔχει ἐξουσίαν ἑαυτῆς ἡ γυνή, ἐνταῦθα δὲ εἰπὼν· Δέ-
ξασαι. Ἐὰν δὲ καὶ γήμης, οὐχ ἡμαρτεας· οὐ περὶ
τῆς παρθενίας ἐλομένης· ἦδη γὰρ αὕτη ἡμαρτεν. Εἰ
γὰρ αἱ χῆραι κρίμα ἔχουσι δευτέρους ὁμιλοῦσαι γά-
μοις, ἴαν ἅπαξ ἔλυνται χηρεῖαν, πολλῶν μᾶλλον αἱ
παρθέναι. Θλίψιν δὲ τῆ σαρκὶ ἔξουσιν οἱ τοιοῦτοι.
Ἄλλὰ καὶ ἡδονὴν, φησὶν. Ἄλλὰ καὶ ταύτην ὄρα πῶς
ἀνέστειλε τῇ βραχύτητι τοῦ καιροῦ, εἰπὼν· Ὁ και-
ρὸς συνεσταλμένος ἐστὶ· τουτέστιν, Ἄποδημεῖν
κελευόμεθα καὶ ἐξιέναι λοιπόν, σὺ δὲ ἐνδοτέρω τρέ-
χεις. Καίτοι εἰ καὶ μηδὲν εἶχεν ἐπαχθῆς ὁ γάμος,
καὶ οὕτως ἐπιείγασθαι πρὸς τὰ μέλλοντα ἔδει· ὅταν
δὲ καὶ θλίψιν ἔχη, τί δεῖ φορτίον ἐπισύμεσθαι; τί
χρὴ λαβεῖν τοσοῦτον ὄγκον, ὅταν καὶ μετὰ τὸ λαβεῖν
οὕτω δεοὶ χρῆσθαι, ὡς μὴ ἔχοντα; καὶ γὰρ, Οἱ ἔχον-
τες γυναικας, φησὶν, ἴνα ὡς μὴ ἔχοντες ὦσιν.
Εἶτα ἐνθεῖς τι καὶ τῶν μελλόντων, πάλιν πρὸς τὸ
παρὸν ἤγαγε τὸν λόγον. Τὰ μὲν γὰρ πνευματικὰ
ἐστὶν· ὅτι ἡ μὲν τὰ τοῦ ἀνδρός, ἡ δὲ τὰ τοῦ Θεοῦ
μεριμνᾷ· τὰ δὲ τοῦ παρόντος βίου, τὸ, Θέλω ὑμῖς
ἀμερίμνους εἶναι. Ἄλλ' ὅμως καὶ οὕτως ἀφίσει
κυριους. Ὁ γὰρ μετὰ τὸ ἀποδείξει τὸ αἰρετὸν πάλιν
ἀναγκάζων, δοκεῖ μὴ θαρβεῖν τοῖς ἑαυτοῦ λόγοις.
Ἄποτε τῇ συγχωρήσει μᾶλλον ἀπηγάγετο καὶ κατ-
έσχεν εἰπὼν· Τοῦτο δὲ πρὸς τὸ ὑμῶν αὐτῶν συμ-
γέρον λέγω, οὐχ ἵνα βροχον ὑμῖν ἐπιβάλλω, ἀλλὰ
πρὸς τὸ εὐσχημον καὶ εὐπρόσδερον. Ἀκούετωσαν

αἱ παρθέναι, ὅτι οὐκ ἐν τούτῳ ὄρισταί ἡ παρθενία·
ἡ γὰρ μεριμνῶσα τὰ τοῦ κόσμου, οὐδ' ἂν εἴη παρθε-
νος οὐδὲ εὐσχήμων. Εἰπὼν γὰρ, Μεμέρισται καὶ ἡ
γυνή καὶ ἡ παρθένος, τοῦτο τέθεικε τὸ διάφορον,
καὶ ὧ διαστήκασιν ἀλλήλων. Καὶ ἕρον διδούς τῆς
παρθένου καὶ τῆς οὐ παρθένου, οὐ γάμον εἶπεν οὐδὲ
ἐγκρατεῖαν, ἀλλὰ ἀπραγμοσύνην καὶ πολυπραγμο-
σύνην. Οὐ γὰρ ἡ μίξις πονηρὸν, ἀλλὰ τὸ ἐμποδιζε-
σθαι πρὸς φιλοσοφίαν. Εἰ δὲ εἰς ἀσχημονεῖν ἐπὶ
τὴν παρθένον αὐτοῦ τομίζει. Ἐνταῦθα δοκεῖ μὲν
ὑπὲρ γάμου διαλέγεσθαι· τὸ δὲ πᾶν περὶ παρθενίας
φησὶν· ἐπεὶ καὶ δευτέρον συγχωρεῖ [168] γάμον,
μόνον Ἐν Κυρίῳ λέγων. Τί δὲ ἐστὶν, Ἐν Κυρίῳ;
Μετὰ σωφροσύνης, μετὰ κοσμιότητος. Ταύτης γὰρ
πανταχοῦ χρεῖα, καὶ δεῖ ταύτην διώκειν· ἄλλως γὰρ
οὐκ ἐστὶν ἰδεῖν τὸν Θεόν. Εἰ δὲ παρεδράμομεν τὰ
περὶ τῆς παρθενίας, μηδεὶς ἡμῶν ὄκνον καταγινω-
σκέτω. Καὶ γὰρ ὀλόκληρον ἡμῖν βιβλίον εἰς τοῦτο
σῴγκειται τὸ χωρίον, καὶ μετὰ ἀκριβεῖας τῆς ἡμῖν
ἐγγωρούσης ἐκεῖ πᾶσιν ἐπεξεληθόντες, περιττολογίαν
εἶναι ἐνομίσασμεν καὶ ἐνταῦθα πάλιν αὐτὰ ἐνθεῖναι.
Διόπερ ἐκεῖ παραπέμφαντες ὑπὲρ τούτων τὸν ἀκρα-
τήν, ἐνταῦθα ἐκεῖνο ἐροῦμεν, περὶ τῆς ἐγκρατείας δεῖ
διώκειν. Εἰρήνην γὰρ, φησὶ, διώκετε, καὶ τὸν ἀγα-
σμόν, οὐ χωρὶς οὐδεὶς ὀφείλει τὸν Κύριον.
Ἰν' οὖν ἰδεῖν αὐτὸν καταξιωθῶμεν, κἂν ἐν παρθενίᾳ
ᾶμεν, κἂν ἐν πρώτῳ γάμῳ, κἂν ἐν δευτέρῳ, ταύτην
μεταδιώκωμεν, ἵνα τύχωμεν τῆς βσιλείας τῶν οὐ-
ρανῶν, χάριτι καὶ φιλανθρωπίᾳ τοῦ Κυρίου ἡμῶν
Ἰησοῦ Χριστοῦ, μεθ' οὗ τῷ Πατρὶ ἅμα τῷ ἁγίῳ
Πνεύματι δόξα, κράτος, τιμὴ, νῦν καὶ ἀεὶ, καὶ εἰς
τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. Ἀμήν.

OMIAIA K'.

Περὶ δὲ τῶν εἰδωλοθύτων οἰδαμεν ὅτι πάντες
γινώσκοντες ἔχομεν. Ἡ γινώσκω φυσιοῖ, ἡ δὲ ἀγάπη
οἰκοδομεῖ.

α'. Ἀναγκαῖον πρῶτον εἰπεῖν τί βούλεται αὐτῷ τουτὶ
τὸ χωρίον· οὕτω γὰρ εὐληπτος ἐστὶ ὁ λόγος ἡμῖν.
Ὁ γὰρ ἐγκαλούμενόν τινα ὄρων, ἂν μὴ πρότερον ἴδῃ
τοῦ ἀμαρτήματος τὴν φύσιν, οὐκ εἴσεται τίνα ἐστὶ
τὰ λεγόμενα. Τί ποῖ' οὖν ἐστὶν ὅπερ ἐνεκάλει τότε
Κορινθίους; Ἐγκλημα μέγα καὶ πολλῶν αἰτίων κα-
κῶν. Ποῖον δὴ τοῦτο; Πολλοὶ παρ' αὐτοῖς μαθόντες,
ὅτι οὐ τὰ εἰσερχόμενα κοινοὶ τὸν ἀνθρώπων, ἀλλὰ τὰ
ἐκπορευόμενα, καὶ ὅτι τὰ εἰδωλα, ξύλα καὶ λίθοι καὶ
δαίμονες, οὐτε βλάψαι οὐτε ὠφελῆσαι δυνάμενα,
ἀμέτρως τῇ τελειότητι τῆς γνώσεως ταύτης ἐκέ-
χρηστο, καὶ εἰς τὴν ἐτέρων καὶ εἰς τὴν ἑαυτῶν βλά-
σθην. Καὶ γὰρ εἰς εἰδωλα εἰσῆσαν, καὶ τῶν αὐτόθι
μετεῖχον τραπεζῶν, καὶ μέγαν ἐντεῦθεν τὸν βλεθρον
ἔτικτον. Οἱ τε γὰρ ἔτι τὸν τῶν εἰδώλων ἔχοντες φό-
βον, καὶ οὐκ εἰδότες αὐτῶν καταφρονεῖν, μετεῖχον
τῶν δείπνων ἐκεῖνων, ἐπειδὴ τοὺς τελειότερους ἐώ-
ρων τοῦτο ποιοῦντας, καὶ τὰ μέγιστα ἐντεῦθεν ἐβλά-
πτοντο (οἷδὲ γὰρ μετὰ τῆς αὐτῆς ἐκαίνους γνώμης
τῶν προκειμένων ἤπτοντο, ἀλλ' ὡς ἐπ' εἰδωλοθύτων,
καὶ ὁδὸς ἐπὶ εἰδωλολατρείαν τὸ πρᾶγμα ἐγένετο)·
αὐτοὶ τε οὕτοι πάλιν οἱ δῆθεν τελειότεροι, οὐχ ὡς
ἔπυχεν ἡβικούντο, δαιμονικῶν ἀπαλαύοντες τραπεζῶν.

Τὸ μὲν οὖν ἐγκλημα τοῦτο ἦν· ὁ δὲ μακάριος οὗτος
μέλλων αὐτὸ διορθοῦν, οὐκ εὐθέως καταφορικῶς· κέ-
χρηται τῷ λόγῳ· καὶ γὰρ ἀνοίας μᾶλλον ἢ κακίας ἦν
τὸ γινόμενον. Διδὸ καὶ παραινέσεως ἐν ἀρχῇ μᾶλλον
ἔδειτο [169], ἢ ἐπιπλήξεως σφοδρᾶς καὶ ὀργῆς.
Σκόπει τοίνυν αὐτοῦ τὴν συνέσει, πῶς εὐθέως ἀρχε-
ται τῆς νομοθεσίας. Περὶ δὲ τῶν εἰδωλοθύτων, οἰ-
δαμεν ὅτι πάντες γινώσκοντες ἔχομεν. Τοὺς ἀσθενεῖς
ἀφελῆς, ὅπερ ἀεὶ ποιεῖ, τοῖς ἰσχύουσι διαλέγεται πρῶ-
τοις. Τοῦτο γὰρ καὶ ἐν τῇ πρὸς Ῥωμαίους ἐποίησεν
εἰπὼν· Σὺ δὲ τί κρίνεις τὸν ἀδελφόν σου; οὕτος;
γὰρ ἐστὶν ὁ καὶ ἐπιτίμησιν εὐκόλως δέξασθαι δυνά-
μενος. Ὁ δὲ καὶ ἔνταῦθα ποιεῖ· καὶ κεοὶ τὸν τύ-
φον αὐτῶν πρῶτον, ὅπερ ἐνόμιζον αὐτῶν εἶναι ἐξαι-
ρετον τὸ γινώσκον ἔχειν τελείαν, τοῦτο κοινὸν ἀποφή-
νας· Οἰδαμεν γὰρ, φησὶν, ὅτι πάντες γινώσκοντες ἔχο-
μεν. Καὶ γὰρ εἰ ἀφελῆς αὐτοῦς μέγα φρονεῖν, πρῶ-
τον ἐδειξεν ἐπιπλαβῆς ὅτι τὸ πρᾶγμα ἐτέροις, οὐδὲν ἂν
τοσοῦτον ὠφέλησεν, ὅσον ἐβλάψεν. Ἡ γὰρ φιλότιμος
ψυχή, ὅταν ἐπὶ τινὶ καλλωπίζεται, κἂν ἐτέρους βλά-
πτῃ τοῦτο, σφόδρα αὐτοῦ ἔχεται διὰ τὴν τῆς κενο-
δοξίας τυραννίδα. Διὰ τοῦτο Παῦλος πρῶτον αὐτὸ

^a Morel, καταφρονικῶ, male. Savil, καταφορικῶ. Reg.,
καταφορικῶς. ^b Ita Reg., melius quam editi, qui habent,
ἔ δὲ κα'.

καθ' ἑαυτὸ τὸ πρᾶγμα ἐξετάζει, ὅπερ καὶ ἐπὶ τῆς σοφίας τῆς ἐξῶθεν ἐν τοῖς ἐμπροσθεν ἐποίησε, καθαιρῶν αὐτὴν μεθ' ὑπερβολῆς. Ἄλλ' ἐκεῖ μὲν τοῦτο εἰκότως ἐποίησε· ὅλον γὰρ διόλου κατηγορίας ἄξιον ἦν καὶ πολλὴ ἡ εὐκολία· διόπερ οὐδὲ περιττὸν αὐτὸ δεικνύσει μόνον, ἀλλὰ καὶ ἐναντίον τῷ κηρύγματι. Ἐνταῦθα δὲ οὐκ ἐνῆν τοῦτο ποιῆσαι· γνώσις γὰρ ἦν τὸ τελούμενον, καὶ γνώσις τελεία. Οὕτε οὖν αὐτὴν καταβαλεῖν ἀσφαλὲς ἦν, καὶ τὸν τύπον ἄλλως οὐκ ἐνῆν ἐκβαλεῖν τὸν ἐπὶ ταύτῃ. Τί οὖν ποιεῖ; Πρῶτον τῷ δεῖξαι κοινήν αὐτὴν οὖσαν, καταστέλλει τὸ φύσημα τὸ ἐκείνων. Οἱ γὰρ ἔχοντές τι μέγα καὶ καλὸν, ὅταν μόνοι ἔχωσι, μᾶλλον ἐπαίρονται· ἂν δὲ μετὰ ἄλλων φανῶσιν αὐτὸ κεκτημένοι, οὐκέτι ὁμοίως τοῦτο πάσχουσι. Πρῶτον μὲν οὖν αὐτὸ κοινοποιεῖ, ἐπειδὴ ἐκείνοι αὐτῶν αὐτὸ εἶναι ἐνόμιζον μόνων· ἔπειτα ποιήσας κοινὸν, οὐ τίθησιν ἑαυτὸν ἐν τῇ κοινωνίᾳ μόνον, ἐπεὶ καὶ οὕτως ἂν μᾶλλον αὐτοὺς ἐπῆρεν. Ὡςπερ γὰρ τὸ μόνον ἔχειν ἐπαίρει, οὕτω κοινωνὸν ἕνα που καὶ δευτέρον ἔχειν τῶν ὑπερχόντων, οὐκ ἔλαττον τοῦτο ποιεῖ. Διὰ τοῦτο οὐχ ἑαυτὸν τίθησιν, ἀλλὰ πάντας. Οὐ γὰρ εἶπεν, ὅτι Καὶ ἐγὼ ἔχω γνώσιν, ἀλλ', *Οἶδαμεν ὅτι πάντες γνώσιν ἔχομεν*. Ἐνὶ μὲν οὖν τοῦτῳ πρῶτῳ κατέβαλεν αὐτῶν τὸ φρόνημα, δευτέρῳ δὲ σφοδρότερος. Ποίῳ δὴ τοῦτῳ; Τῷ δεῖξαι ὅτι οὐδὲ αὐτὸ τὸ πρᾶγμα ἀπηρτισμένον ἐστίν, ἀλλὰ καὶ σφόδρα ἀτελές· καὶ οὐ μόνον ἀτελές, ἀλλὰ καὶ βλαβερὸν, ἐὰν μὴ ἢ συνεζευγμένον ἕτερον αὐτῷ. Εἰπὼν γὰρ, *Ὅτι πάντες γνώσιν ἔχομεν*, ἐπήγαγεν· *Ἡ γνώσις φυσιοῦ, ἢ δὲ ἀγάπη οικοδομεῖ*. Ὡστε ὅταν χωρὶς ἀγάπης ἢ, καὶ εἰς ἀπόνοιαν αἴρει. Ἄλλ' οὐδὲ ἡ ἀγάπη, φησὶ, χωρὶς γνώσεως κέρδος ἔχει τι. Ἄλλ' οὐκ εἶπε τοῦτο· ἀλλ' ὡς ὠμολογημένον ἀφεῖς, δεικνύσιν ὅτι σφόδρα δεῖται ἐκείνου τοῦτο. Ὁ μὲν γὰρ ἀγαπῶν, ἅτε ἐντολὴν πληρῶν τὴν πασῶν κυριωτέραν, κἂν ἐλείποντά τινα ἔχη, ταχέως [170] ἀπολαύσεται τῆς γνώσεως διὰ τὴν ἀγάπην, ὡςπερ ὁ Κορνήλιος καὶ ἕτεροι πολλοί· ὁ δὲ γνώσιν μὲν ἔχων, ἀγάπην δὲ μὴ ἔχων, οὐ μόνον οὐδὲν προσλήψεται, ἀλλὰ καὶ αὐτῆς ἐκπεσεῖται ἥς ἔχει, πολλάκις εἰς ἀπόνοιαν ἐμπεσιῖν. Ὡστε ἡ μὲν γνώσις ἀγάπης οὐκ ἐστὶ ποιητικὴ, ἀλλὰ καὶ τὸναντίον ἀποσχίζει τὸν μὴ προσέχοντα, φυσῶσα καὶ ἐπαίρουσα. Καὶ γὰρ διαιρεῖν εἰσθεν ἡ ἀλαζονεία· ἢ δὲ ἀγάπη κατ' συνάγειν καὶ πρὸς γνώσιν ἄγειν. Ὑπερ οὖν καὶ δηλῶν ἔλεγεν· *Εἰ δὲ τις ἀγαπᾷ τὸν Θεόν, οὗτος ἐγνωσται ὑπ' αὐτοῦ*. Ὡστε οὐ τοῦτο κωλύω, φησὶ, τὸ τελείαν γνώσιν ἔχειν, ἀλλὰ τὸ μετὰ ἀγάπης ταύτην ἔχειν, τοῦτο κελεύω· ἐπεὶ κέρδος οὐδὲν, ἀλλὰ καὶ βλάβος.

β'. Ὁρᾶς ὅπως ἤδη προανακρούεται τὸν περὶ ἀγάπης λόγον; Ἐπειδὴ γὰρ ταῦτα πάντα ἀπὸ τούτου συν-ἔδαινα τὰ κακὰ, καὶ οὐκ ἀπὸ τελείας γνώσεως, ἀλλ' ἀπὸ τοῦ μὴ σφόδρα φιλεῖν μηδὲ φείδεσθαι τῶν πλησίων, ὅθεν καὶ τὸ διασπασθῆναι αὐτοῦ; γέγονε καὶ τὸ ἐπαίρεσθαι, καὶ τὰ ἄλλα πάντα ἄπερ αὐτοῖς ἐνεκάλεσε, καὶ πρὸ τούτου καὶ μετὰ ταῦτα, συνεχῶς αὐτῆς ἐπιμελεῖται, τὴν πηγὴν τῶν αγαθῶν διορθούμενος. Τί τοίνυν περῶσθησε, φησὶν, ἐπὶ τῇ γνώσει; Ἄν γὰρ τὴν ἀγάπην μὴ ἔχητε, καὶ βλαθῆσεσθε ἐντεῦθεν· τί

γὰρ ἀλαζονείας χεῖρον; ἂν δὲ ἐκεῖνο προσῆ, καὶ τοῦτο ἔσται ἐν ἀσφαλείᾳ. Κἂν γὰρ τι πλέον εἰδῆς τοῦ πλησίον, φιλῶν αὐτὸν οὐκ ἐπαίρη, ἀλλὰ ἄγεις καὶ αὐτὸν ἐπὶ τοῦτο. Διὸ καὶ εἰπὼν, *Ἡ γνώσις φυσιοῦ, ἐπήγαγεν, Ἡ δὲ ἀγάπη οικοδομεῖ*. Οὐκ εἶπε, *Μετριάξει*, ἀλλὰ τὸ πολλῷ πλέον καὶ κερδαλεώτερον· οὐδὲ γὰρ ἐφύσα μόνον ἡ γνώσις, ἀλλὰ καὶ διέσπα. Διὰ τοῦτο ἐκείνῳ τοῦτο ἀντέθηκεν. Εἶτα καὶ τρίτον τίθησι δυνάμενον αὐτοὺς καθελεῖν. Ποῖον δὴ τοῦτο; Ὅτι κἂν συνεζευγμένη ἢ ἡ ἀγάπη, οὐδὲ οὕτως ἀπηρτισμένη ἐστὶν αὐτῆ ἡ γνώσις· διὸ καὶ ἐπήγαγεν· *Εἰ δὲ τις δοκεῖ εἰδέναι τι, οὐδέπω οὐδὲν ἔγνωκε, καθὼς δεῖ γνώσιν*. Αὕτη καιρία ἡ πληγὴ. Οὐ λέγω γὰρ, φησὶν, ὅτι κοινὴ ἡ γνώσις πάντων· οὐ λέγω ὅτι μισῶν τὸν πλησίον καὶ ἀπονοούμενος, τὰ μέγιστα σαυτὸν καταδράπτεις. Κἂν γὰρ μόνος ἔχῃς, κἂν μετριάξῃς, κἂν φιλήσῃς τὸν ἀδελφόν, καὶ οὕτως ἀτελὴς εἶ κατὰ τὴν γνώσιν· οὐδέπω γὰρ οὐδὲν οἶδας, ὡς δεῖ εἰδέναι. Εἰ δὲ οὐδενὸς οὐδέπω ἀκριβῆ τὴν γνώσιν ἔχομεν, πῶς τινες εἰς τοσοῦτον μανίας ἤλασαν, ὡς λέγουσιν τὸν Θεὸν εἰδέναι κατὰ τὴν γνώσιν; ὅπου γὰρ εἶ καὶ πάντων εἰχομεν ἀκριβῆ γνώσιν τὴν τῶν ἄλλων, οὐδὲ οὕτω δυνατὸν ἦν ἔχειν ταύτην οὕτως. Ὅσον γὰρ αὐτοῦ πρὸς ἅπαντα τὸ μέσον, οὐδὲ εἰπεῖν ἐνι. Καὶ ὅρα πῶς αὐτῶν κατέσπασε τὸ φύσημα. Οὐ γὰρ εἶπεν, ὅτι Περὶ τῶν προκειμένων οὐκ ἔχετε τὴν προσήκουσαν γνώσιν, ἀλλὰ περὶ παντὸς πράγματος. Καὶ οὐκ εἶπεν, ὅτι Ὑμεῖς, ἀλλ', ὅτι Οὐδ' ὅστισούν, κἂν Πέτρος ἢ, κἂν Παῦλος, κἂν ὅστισούν. [171] Τοῦτῳ γὰρ καὶ παρεμυθήσατο, καὶ συνάστειλεν αὐτοὺς μετὰ ἀκριβείας. *Εἰ δὲ τις ἀγαπᾷ τὸν Θεόν, οὗτος ἐγνωσται ὑπ' αὐτοῦ*. Οὐκ εἶπεν, Ἐγὼ αὐτὸν, ἀλλ', Ἐγνωσται ὑπ' αὐτοῦ. Οὐ γὰρ ἡμεῖς αὐτὸν ἐγνωμεν, ἀλλ' αὐτὸς ἡμᾶς ἔγνω. Διὸ καὶ ὁ Χριστὸς ἔλεγεν, *Οὐχ ὑμεῖς με ἐξελέξασθε, ἀλλ' ἐγὼ ὑμᾶς ἐξελεξάμην*· καὶ Παῦλος ἀλλαχού, *Τότε δὲ ἐπιγνώσομαι, καθὼς καὶ ἐπεγνώσθην*. Σκόπει τοίνυν δι' ὅσων κατήνεγκεν αὐτῶν τὸ φρόνημα. Πρῶτον εἰδειξεν, ὅτι οὐ μόνον ἐπίστανται, ἄπερ ἴσασι· *Πάντες γὰρ, φησὶ, γνώσιν ἔχομεν*· ἔπειτα, ὅτι βλαβερὸν τὸ πρᾶγμα, χωρὶς ἀγάπης δν· *Ἡ γὰρ γνώσις, φησὶ, φυσιοῦ*· εἶτα, ὅτι καὶ μετὰ ἀγάπης δν, οὐκ ἀπηρτισμένον ἐστὶν οὐδὲ τέλειον· *Εἰ γάρ τις δοκεῖ εἰδέναι τι, οὐδέπω οὐδὲν ἔγνωκε, φησὶ, καθὼς δεῖ γνώσιν*. Πρὸς τοῦτους, ὅτι οὐδὲ αὐτὸ τοῦτο οἴκοθεν ἔχουσιν, ἀλλὰ τοῦ Θεοῦ δωρησαμένου· οὐ γὰρ εἶπεν, Ἐγὼ τὸν Θεόν, ἀλλ', Ἐγνωσται ὑπ' αὐτοῦ· εἶτα, ὅτι ἀπὸ ἀγάπης γίνεται τοῦτο αὐτὸ, ἦν οὐκ ἔχουσιν ὡς χρὴ· *Εἰ γάρ τις, φησὶν, ἀγαπᾷ τὸν Θεόν, οὗτος ἐγνωσται ὑπ' αὐτοῦ*. Διὰ τοσοῦτων τοίνυν καταλείνας αὐτῶν τὴν φλεγμονὴν, ἀρχεται δογματίζειν, οὕτω λέγων· *Περὶ τῆς βρώσεως οὖν τῶν εἰδωλοθύτων, οἶδαμεν ὅτι οὐδὲν εἰδωλὸν ἐν κόσμῳ, καὶ ὅτι οὐδεὶς Θεὸς ἐσθωρος, εἰ μὴ εἷς*. Θέα εἰς ὅσην στενοχωρίαν ἐνέπεσε. Καὶ γὰρ ἀμφοτέρα βούλεται κατασκευάσαι, ὅτι τε ἀπέχεσθαι δεῖ τῆς τοιαύτης τραπέζης, καὶ ὅτι ἰσχύον οὐκ ἔχει πρὸς τὸ βλάψαι τοὺς μετέχοντας· ἄπερ οὐ σφόδρα ἀλλήλοισ συμβαίνοντα ἦν. Μαθόντες γὰρ ὅτι

* *Declarant verba* Ἐγνωσται ὑπ' αὐτοῦ.

Romanos fecit, dicens : *Tu vero quid iudicas fratrem tuum (Rom. 11. 10)?* hic enim est, qui facilius possit increpationem accipere. Quod hic quoque facit : et primo fastum eorum evacuat, dum quod illi præcipuum putabant et perfectam scientiam, hoc commune esse pronuntiavit : *Scimus enim, inquit, quod omnes scientiam habemus.* Nam si illos altum sapere sinens, primo ostendisset rem esse aliis noxiam, non tantum utilitatis, quantum damni attulisset. Ambitiosus quippe animus, cum aliqua re se ornari putat, etiam aliis sit noxia, eam accuratius retinet ob vanæ gloriæ tyrannidem. Ideo Paulus primo rem ut in se est examinat, ut circa externam sapientiam superius fecit, illam omnino dejiciens. Sed illic quidem id jure faciebat; totum enim reprehensione dignum erat, et facilis res erat : quapropter id non modo supervacaneum, sed etiam prædicationi contrarium esse dixit. Hic autem non liceat ita facere : nam id de quo agebatur scientia erat, et scientia perfecta. Neque ergo eam dejicere tutum erat, nec aliter licebat fastum ex illa conceptum dejicere. Quid ergo facit? Primo illam ostendens esse communem, illorum fastum deprimit. Qui enim magnum quidpiam et pulchrum habent, si soli habeant, magis effervunt; si vero cum aliis id possidere deprehendantur, non pari tunc modo affecti sunt. Primum igitur hoc commune ostendit, quoniam ipsi putabant id sibi tantum competere : deinde postquam illud commune fecit, non se solum participem dicit : sic enim illos magis extulisset. Ut si unus tantum habeat, se extollit : ita si unum tantum vel alterum ex præcipuis consortem habeat, non minoris rem facit. Ideo non se solum ponit, sed omnes : non enim dixit, Ego scientiam habeo; sed, *Scimus quod omnes scientiam habemus.* Hoc igitur priore dicto eorum fastum dejecit; secundo autem vehementius. Quodnam illud est? Quod ostendat rem non perfectam, imo admodum imperfectam esse; neque modo imperfectam, sed et noxiam, nisi sit aliud adjunctum. Cum dixisset enim, *Scientiam omnes habemus*, subjunxit : *Scientia inflat, caritas autem ædificat.* Itaque cum est sine caritate, ad arrogantiam extollit. At neque caritas, inquires, absque scientia aliquid lucri habet. Verum non hoc dixit, sed quod in confesso est relinquens, ostendit hoc illo valde egere. Nam qui diligit, utpote qui præceptum impleat omnium præstantissimum, etiamsi quid ipsi deficiat, cito per caritatem scientia fruatur, ut Cornelius et alii multi : qui autem scientiam quidem habet, sed non caritatem, non modo nihil assumet, sed ab illa quam habet excidet, sæpe in arrogantiam labens. Itaque scientia caritatem non parit, imo contra ab ea abscindit eum qui non attendit, dum illum inflat et extollit. Etenim arrogantia dividere solet; caritas vero conjungit et ad scientiam adducit. Quod significans ille dicebat : *Si quis autem diligit Deum, hic cognitus est ab ipso (1. Cor. 8. 3).* Itaque non impedio, inquit, quominus perfecta scientia habeatur; sed ut cum caritate habeatur, hoc præcipio : alioquin lucrum nullum, sed detrimentum.

2. Viden' quomodo jam viam parat ad sermonem, quem de caritate est habiturus? Nam quia hæc omnia mala hinc accidebant, non autem ex perfecta scientia, sed quod non admodum diligerent, nec rebus proximi parcerent; unde contingebat illos dissidere, efferrī, cæteraque omnia evenire, de quibus ille et ante et post hæc redarguit : frequenter de caritate tractat, fontem omnium bonorum puriorem reddens. Quid ergo inflati estis, inquit, de scientia? Si enim caritatem non habueritis, hinc damnum accipietis : quid enim arrogantia pejus? si vero illud adsit, etiam hoc in tuto erit. Etiam si enim aliquid amplius scias, quam proximus; si ames illum, non extolleris, sed ipsum quoque ad hoc deduces. Quamobrem cum dixisset, *Scientia inflat*, addidit, *Caritas autem ædificat.* Non dixit, Modeste se gerit, sed aliquid longe majus et utilius : scientia enim non modo inflabat, sed etiam disjungebat. Ideoque hoc illi opposuit. Deinde tertium quoque ponit, quod illos possit dejicere. Quodnam illud est? Quod etiam si conjuncta sit caritas, ne sic quidem perfecta sit scientia : ideoque subjunxit : 2. *Si quis autem existimat se scire aliquid, nondum cognovit - quomodo oportet eum scire.* Hæc maxima plaga infligitur. Non dico enim, inquit, scientiam communem esse omnibus : non dico te, qui odio habes proximum et arrogans es, tibi ipsi maxime nocere. Etiam si enim solus haberes, etiam si modeste ageres, etiam si fratrem diligeres, sic quoque imperfectus esses secundum scientiam : nondum enim scis quidpiam, ut scire oportet. Quid si nullam adhuc accuratam scientiam habeamus; quomodo quidam in tantam insaniam processerunt, ut dicerent se Deum cum omni accurate cognitione cognoscere? nam etiam si omnium aliarum rerum accuratam scientiam haberemus, neque sic fieri posset, ut hanc etiam haberemus. Quantum enim sit spatium inter Deum et alia omnia, ne dici quidem potest. Et vide quomodo illorum fastum dejiciat. Non enim dixit, De rebus propositis congruentem scientiam non habetis, sed De re qualibet. Neque dixit, Vos tantum, sed, Quicumque sit : etiam si Petrus fuerit, etiam si Paulus, etiam si quis alius. Hoc enim dicto illos accurate et consolatus est et repressit. 3. *Si quis autem diligit Deum, hic cognitus est ab eo.* Non dixit, Novit eum, sed, *Cognitus est ab eo.* Non enim nos ipsum novimus, sed ipse nos novit (a). Ideo dicebat Christus : *Non vos me elegistis, sed ego elegi vos (Joan. 15. 16);* et Paulus alibi : *Tunc autem cognoscam sicut et cognitus sum (1. Cor. 13. 12).* Perpende igitur quot dictis illorum fastum deprinat. Primo ostendit illos non solos scire ea quæ sciunt; *Omnes enim, inquit, scientiam habemus* : deinde rem esse noxiam, si sit sine caritate; nam *Scientia inflat*, inquit : postea, quod etiam si sit cum caritate, id non absolutum sit neque perfectum : *Si enim quis putat se scire aliquid, nondum scit quemadmodum oportet scire.* Ad hæc vero, quod non hoc ex se habeant, sed Deo dante;

(a) In sequentibus Regium Codicem sequimur. In Editis quædam necessaria deerant.

non enim dixit, Novit Deum, sed, *Cognitus est ab eo* : deinde, quod hoc a caritate fiat, quam non habent ut oporteret. Nam *Si quis*, ait, *diligit Deum, hic cognitus est ab eo*. Cum per hæc leniisset illorum tumorem, incipit doctrinam instituere his verbis : 4. *De esca igitur quæ diis immolatur, scimus quod nullum sit idolum in mundo, et quod nullus Deus alius nisi unus*. Vide in quantam angustiam inciderit. Vult enim utrumque probare, quod a tali mensa abstinere oporteat, et quod vim non habeat ad lædendos eos qui sunt ejus participes : quæ quidem non admodum inter se conveniebant. Nam cum didicissent ea non afferre damnum, ea tamquam indifferentia adituri erant : cum vero impedirentur ne illa tangerent, rursus suspicabantur, quod prohibiti essent quasi illa vim haberent lædendi. Ideo cum idolorum opinionem sustulisset, abstinendi primam causam affert fratrum offendicula, sic dicens : *De esca igitur, quæ diis immolatur, scimus quod nullum sit idolum in mundo*. Rursus ipsum commune facit, nec concedit hoc illorum esse solum, sed extendit cognitionem per totum orbem terræ. Neque enim apud vos tantum, inquit, sed ubique terrarum hoc dogma vim obtinet. Quodnam illud ? *Quod nullum sit idolum in mundo, et quod non sit Deus alius nisi unus*. Non sunt ergo idola ? non sunt statuæ ? Sunt quidem, sed nullam vim habent; neque dii sunt, sed lapides et dæmones. Ad utrosque enim nunc orationem dirigit, et ad crassiores et ad eos qui philosophari videntur. Quia enim alii nihil plus sciunt quam lapides, alii vero dicunt virtute quasdam in illis habitare, quas etiam deos vocant; illis quidem dicit nullum esse idolum in mundo, aliis vero, non esse Deum in mundo nisi unum.

3. Videntur quomodo non frustra dogma constituens hæc scribat, sed ad differentiam externorum ? nam illud ubique observandum, sive absolute quiddicat, sive aliis obsistens. Neque enim hoc parum nobis confert ad dogmatum accuratorem et ad dictorum intelligentiam. 5. *Nam etsi sunt qui dicuntur dii, sive in cælo, sive in terra; ut sunt dii multi et domini multi* : 6. *nobis tamen unus Deus Pater, ex quo omnia, et nos in ipso; et unus Dominus Jesus Christus, per quem omnia, et nos per ipsum*. Quia dixit, nullum esse idolum et nullum Deum alium; erantque tamen idola, et erant qui dii vocabantur : ne videatur contra rem manifestam pugnare, subjungit (si sunt ita appellati dii, ut revera sunt, non vere sunt, sed ita dicuntur; non in re, sed in verbo hoc habentes) : *Sive in cælo, sive in terra; in cælo dicens solem et lunam et reliquum astrorum chorum; nam hæc etiam adorabant gentiles; in terra, dæmonas, et eos ex hominibus qui in deos relati sunt. Sed nobis unus Deus Pater*. Cum prius posuisset absque illa voce *Pater*, et dixisset, *Nullus est alius Deus nisi unus*; nunc hoc addit, postquam illos omnino ejecerat. Deinde quod est maximum divinitatis judicium addit : *Ex quo omnia*. Hoc enim ostendit illos non esse deos. Dii enim, inquit, qui cælum et terram non fecerunt, pereant. Deinde, quod con minus est, adjicit : *Et nos in ipso*.

Quando enim dixit, *Ex quo omnia*, creationem memorat et productionem ex nihilo ad existentiam; cum autem dicit, *Et nos in ipso*, fidei et conjunctionis verbum profert : quod antea quoque dicebat : *Ex ipso autem et vos estis in Christo Jesu* (1. Cor. 1. 30). Duplici enim ratione ex ipso sumus, et quod cum non essemus, facti simus, et quod fideles facti simus : nam hoc quoque est creatio : quod etiam alibi dicit : *Ut duos crearet in seipso in unum novum hominem* (Ephes. 2. 16). *Et unus Dominus Jesus Christus, per quem omnia et nos per ipsum*. Et etiam de Christo similiter hoc cogitandum. Per ipsum enim ex nihilo productum est genus hominum ad existentiam, et ex errore ad veritatem reductus est. Itaque illud, *Ex quo*, non est, sine Christo : ex ipso enim per Christum creati sumus. Neque ergo nomina tamquam sorte distributa divisit, Filio quidem Dominus, Patri vero Deus, attribuens. Nam ea quoque solet sæpe mutare Scriptura, ut cum dicit, *Dixit Dominus Domino meo*; et rursus, *Propterea unxit te Deus, Deus tuus* (Psal. 109. 1. et 44. 8); et, *Ex quibus Christus secundum carnem, qui est super omnia Deus* (Rom. 9. 5). Et sæpe videris hæc mutata nomina. Si autem essent quasi sorte assignata unicuique naturæ, neque Deus esset Filius, neque Deus ut Pater, manens Filius; cum dixit, *Sed nobis unus Deus*, superflue addidisset illud, *Pater*, volens significare ingentium : satis enim fuisset illud, *Deus*, si ejus solius exhiberet cognitionem, ad id significandum. Non hoc autem solum, sed aliud quoque dici potest. Si enim dixeris, quia Deus unus dictus est, illud, *Deus*, non convenit Filio; observa quod hoc etiam de Filio dici possit. Etenim Filius, unus Dominus dictus est; neque tamen ideo illud, *Dominus*, ipsi soli competere dicimus. Quapropter quam vim habet illud, *Unus*, erga Filium, eandem habet erga Patrem : ac quemadmodum ille non impedit quominus Pater Dominus sit, eo modo quo Filius est Dominus, eo quod Filius unus Dominus dicatur : ita neque Filium impedit quominus sit Deus, eo modo quo Pater est Deus, quod Pater dicatur unus Deus. Quod si quidam dixerint, cur Spiritum non memoravit? illud dixerimus, ipsum nempe idololatras alloqui, et de diis multis deque dominis multis esse certamen. Ideo cum Patrem Deum dixisset, Filium Dominum appellavit. Si ergo Patrem non ausus est nunc appellare Dominum cum Filio, ne in suspitionem veniret quod duos diceret Dominos, neque Filium Deum cum Patre, ne putaretur duos dicere Deos, quid miraris, si Spiritum non memoraverit? adversus illos enim tum concertabat, ut ostenderet non esse apud nos multipliciter deorum. Ideo illud, *Unus*, assidue retinet dicens, *Non est Deus alius nisi unus*; et, *Nobis unus est Deus et unus Dominus*. Unde manifestum est illum, auditorum infirmitati parcen- tem, hoc arguendi modo usum esse, ideoque Spiritum non memoravisse. Nam si hoc non esset, nec alibi oportuisset Spiritum memorare, neque illum cum Patre et Filio conjungere. Nam si a Patre et Filio esset exclusus, multo magis illum in baptismo

λαμβάνοντα καὶ δίκελλον, οὕτως εἰσίναι ἐνδον, καὶ ληκυθίον ἐπιφέρεισθαι, ὥστε ἐπιστάζειν ἐντεῦθεν τῷ λύχνῳ τὸ ἔλαιον, διὰ τὸ σκότος εἶναι καὶ ἐν ἡμέρᾳ ἀφεγγές, ὡσπερ ἐφθην εἰπών. Εἶτα ἐπειδὴν ὁ καιρὸς ἐπὶ τὴν ταλαίπωρον αὐτὸν καλῆ τροφῆν, αὐτὸν μὲν ἀγνοεῖν τὸν καιρὸν, τὸν δὲ δεσμοφύλακα τὸν ἐκείνου ἄνωθεν καταξάντα σφοδρῶς τὸ σπῆλαιον, διὰ τοῦ πατάγου καὶ τῆς φωτῆς ἐκείνης δηλαῦν τοῖς κάτω ἐργαζομένοις τῆς ἡμέρας τὸ τέλος. Ἄρ' οὐκ ἐφρίξατε ταῦτα ἀκούσαντες; Ἴδωμεν τοίνυν, εἰ μὴ χαλεπώτερα τούτων πάσχουσιν οἱ φιλάργυροι. Καὶ γὰρ καὶ οὗτοι βαρύτερον ἔχουσι δεσμοφύλακα τὴν φιλαργυρίαν, καὶ τοσοῦτ' βαρύτερον, ὅσῳ μετὰ τοῦ σώματος καὶ τὴν ψυχὴν αὐτοῖς συνδεῖ. Καὶ τὸ σκότος δὲ τοῦτο, ἐκείνου φρικωδέστερον· οὐ γὰρ ἐστὶν αἰσθητὸν, ἀλλ' ἐνδοθεν αὐτὸ τίκτοντες, ὅπουπερ ἂν ἀπίωσι, πανταχοῦ μεθ' ἑαυτῶν περιφέρουσιν. Ἔσβεσται γὰρ αὐτοῖς ὁ τῆς ψυχῆς ὀφθαλμός. Διὸ καὶ μάλιστα πάντων αὐτούς ὁ Χριστὸς ταλανίζει λέγων· *Εἰ δὲ τὸ φῶς τὸ ἐν σοί, σκότος, τὸ σκότος πόσον!* Κάκεινοι μὲν κἂν λύχνον ἔχουσι φαίνοντα, οὗτοι δὲ καὶ ταύτης ἀπεστέρηται τῆς αὐτῆς [210]· διὸ καὶ καθ' ἑκάστην ἡμέραν εἰς μυρία ἐμπίπτουσι βάραθρα. Καὶ οἱ μὲν κατὰδικοι, νυκτὸς καταλαμβανοῦσης, ἀναπνεύουσιν, εἰς τὴν κοινὴν τῶν δυσημεροῦντων καταπλεύσαντες γαλήνην, τὴν νύκτα λέγω· τοῖς δὲ φιλαργυροῖς καὶ τούτου ἡ πλεονεξία προσέγευσε τὸν λιμένα· τοσαῦτα καὶ ἐν νυκτὶ φροντίζουσι χαλεπῶς, ἅτε μηδενὸς ἐνοχοῦντος μετὰ σχολῆς ἀπάσης κατακόπτοντες ἑαυτούς. Καὶ τὰ μὲν ἐνταῦθα τοιαῦτα· τὰ δὲ ἐκεῖ, ποῖος παραστήσει λόγος; τὰς καμίνους τὰς ἀφορήτους, τοὺς πυριφλέγοντας ποταμούς, τοὺς βρυχομένους ὀδόντας, τὰ δεσμὰ τὰ ἄλυτα, τὸν σκώληκα τὸν ἰοδόλον, τὸ σκότος τὸ ἀφεγγές, τὰ μηδέποτε πέρας λαμβάνοντα κακὰ. Φοβηθῶμεν τοίνυν, ἀγαπίοι, φοβηθῶμεν τὴν πηγὴν τῶν τοσοῦτων τιμωριῶν, τὴν ἀκέρεστον μανίαν, τὴν λύμην τῆς ἡμετέρας σωτηρίας. Οὐ γὰρ ἐστὶν ἡμῶν καὶ ἀργύριον φιλεῖν καὶ ψυχὴν. Μάθωμεν ὅτι γῆ καὶ σποδὸς τὰ χρήματα, ὅτι ἀπολιμπάνει ἡμᾶς ἀποδημούντας ἐντεῦθεν, μᾶλλον δὲ ὅτι καὶ πρὸ τῆς ἀποδημίας πολλάκις ἡμῶν ἀποπηδᾷ, καὶ πρὸς τὰ μέλλοντα παραδλάπτει, καὶ πρὸς τὴν παροῦσαν ζωὴν. Καὶ γὰρ πρὸ τῆς γέννησης καὶ πρὸ τῆς κολάσεως ἐκείνης μυρίοις κἀνταῦθα ἡμᾶς περιβάλλει πολέμοις, καὶ στάσεις ἐγείρει καὶ μάχας. Οὐδὲν γὰρ οὕτω πολεμοποιὸν, ὡς φιλαργυρία· οὐδὲν οὕτω πτωχοποιὸν, κἂν

ἐν πλούτῳ, κἂν ἐν πενίᾳ φανῆ. Φύεται γὰρ καὶ ἐν πενήτων ψυχαῖς τὸ χαλεπὸν τοῦτο νόσημα, καὶ πλέον αὐτῶν ἐπιτρέπει τὴν πενίαν. Κἂν εὐρεθῆ πέντης φιλάργυρος, οὐκ ἐν χρήμασιν ὁ τοιοῦτος, ἀλλ' ἐν λιμῷ δίδωσι δίκην. Οὐ γὰρ ἀνεχεται τῶν μετρίων αὐτῶν ἀπολαῦσαι μετὰ ἀδείας, ἀλλὰ καὶ τὴν γαστέρα λιμῷ κατατείνει, καὶ τὸ σῶμα ἅπαν γυμνότητι καὶ κρυμῷ τιμωρεῖται, καὶ τῶν δεσμοτῶν μᾶλλον αὐχμῶν καὶ ῥυτίων πανταχοῦ φαίνεται· καὶ αἰεὶ θρηνεῖ καὶ δῶρεται, ὡσπερ πάντων ὧν ἀθλιώτερος, κἂν μυρίους πενεστέρους ἔχη. Οὗτος, κἂν εἰς ἀγορὰν ἐμβάλλῃ, πολλοὺς λαθῶν· ἀπεισι μῶλωπας· κἂν εἰς βλαναεῖον, κἂν εἰς θέατρον, πλείονα λήφεται τραύματα, οὐκ ἀπὸ τῶν θεωρούντων μόνον, ἀλλὰ καὶ ἀπὸ τῶν ἐπὶ τῆς σκηνῆς, ὅταν βῆ πολλὰς τῶν πορευομένων γυναικῶν χρυσῶν καταλαμπομένης. Οὗτος κἂν τὴν θάλατταν πλέῃ, τοὺς ἐμπόρους πάλιν καὶ τὰς μυριαγῶγους ναῦς ἐννοῶν καὶ τὰ ἀπειρα κέρδη, οὐδὲ ζῆν ἑαυτὸν ἠγήσεται· κἂν διὰ γῆς ὀδεύῃ, τοὺς ἀγρούς, τὰ προάστεια, τὰ καταλύματα, τὰ βαλανεῖα, τὰς ἐκ τούτων προσόδους ἀναλογιζόμενος, ἀδίωτον ἑαυτῷ τὸν βίον ἠγήσεται εἶναι λοιπόν· κἂν οἶκοι δὲ κατακλείσῃ αὐτὸν, τὰ ἀπὸ τῆς ἀγορᾶς τραύματα ἀναξαίνων, καθ' ἑαυτὸν μειζρόνως λυμανεῖται τὴν ψυχὴν· καὶ μίαν οἶδε παραμυθίαν μόνην τῶν κατεχόντων αὐτὸν κακῶν, τὸν θάνατον καὶ τὴν ἐντεῦθεν ἀπαλλαγὴν. Ταῦτα δὲ οὐχ ὁ πέντης μόνον, ἀλλὰ καὶ ὁ πλούσιος ὁ ταύτῳ περιπεσὼν τῷ νοσήματι πεῖζεται, καὶ τοσοῦτ' μᾶλλον τοῦ πέντης, ὅσῳ καὶ σφοδρότερα ἐπικεῖται τούτῳ ἢ τυραννίς, καὶ πλείων ἢ μέθη. Διὸ καὶ πάντων πενέστερον ἑαυτὸν οὗτος ἠγήσεται [211], μᾶλλον δὲ καὶ ἐστὶ πενέστερος. Οὐ γὰρ τῷ μέτρῳ τῆς οὐσίας, ἀλλὰ τῇ διαθέσει τῆς γνώμης ὁ πλούσιος καὶ ἡ πενία κρίνονται· καὶ ἐκεῖνος μᾶλλον ἐστὶν ὁ πάντων πτωχότατος, ὁ αἰεὶ τοῦ πλείονος ἐπιθυμῶν, καὶ μηδέποτε στήσαι δυνάμενος τὴν πονηρὰν ταύτην ἐπιθυμίαν. Διὰ δὲ ταῦτα πάντα φεύγωμεν τὴν φιλαργυρίαν, τὴν πτωχοποιὸν, τὴν ψυχοφθόρον, τὴν γέννησι φιλῆν, τὴν ἐγθρὰν τῆς βασιλείας τῶν οὐρανῶν, τὴν μητέρα πάντων ἡμῶν κακῶν· καὶ καταφρονῶμεν χρημάτων, ἵνα ἀπολαύσωμεν χρημάτων, καὶ μετὰ τῶν χρημάτων ἀπολαυσόμεθα καὶ τῶν ἐπηγγελμένων ἡμῖν αγαθῶν· ὧν γένοιτο πάντας ἡμᾶς ἐπιτυχεῖν, καὶ τὰ ἐξῆς.

^a Sic Reg. et Savil. In Morel. λαθῶν desideratur.

ΟΜΙΛΙΑ ΚΔ'.

Πειρασμός ὑμᾶς οὐκ εἰληφεν, εἰ μὴ ἀνθρώπιнос. Πιστός δὲ ὁ Θεός, ὃς οὐκ ἐάσει ὑμᾶς πειρασθῆναι ὑπὲρ ὃ δύνασθε, ἀλλὰ σὺν τῷ πειρασμῷ ποιήσει καὶ τὴν ἐκβασιν τοῦ δύνασθαι ὑμᾶς ὑπερεγκεῖν, καὶ τὰ ἐξῆς.

α'. Ἐπειδὴ περ ἐφόβησεν αὐτοὺς Ἰκανῶς, τὰ παλαιὰ διηγησάμενος παραδείγματα, καὶ εἰς ἀγωνίαν ἐνέβαλεν, εἰπών, *Ὁ δοκῶν ἐστάναι, βλεπέτω μὴ ἐσθῆ, ἥσαν δὲ καὶ πειρασμοὺς ἐνηνοχότες πολλοὺς, καὶ γυμνασάμενοι πολλάκις ἐν τούτοις.* Καὶ γὰρ ἐν ἀσθενείᾳ, φησὶ, καὶ ἐν φόβῳ καὶ ἐν ἐρόμῳ πολλῶν ἐγερσῆναι πρὸς ὑμᾶς· ἵνα μὴ λέγωσι, *Τί φοβεῖς ἡμᾶς καὶ δεδιττη; οὐκ ἐσμέν τούτων ἀμελέτητοι τῶν κακῶν· καὶ γὰρ ἠλάθθημεν καὶ ἐδιώχθημεν καὶ πολλοὺς καὶ συνεχεῖς ὑπεμείναμεν κινδύνους·*

καταστέλλων αὐτῶν πάλιν τὸ φύσημα, φησὶ, *Πειρασμός ὑμᾶς οὐκ εἰληφεν, εἰ μὴ ἀνθρώπιнос*· τουτέστι, μικρὸς, βραχύς, σύμμετρος. Τὸ γὰρ ἀνθρώπινον ἐπὶ τοῦ μικροῦ λέγει, ὡς ὅταν λέγῃ· *Ἀνθρώπινον λέγω διὰ τὴν ἀσθένειαν τῆς σαρκὸς ὑμῶν.* Μὴ τοίνυν μέγα φρονεῖτε, φησὶν, ὡς περιγενόμενοι τοῦ κλυδωνίου· οὐδέποτε γὰρ εἴθετε κινδύον θάνατον ἀπειλοῦντα, οὐδὲ πειρασμὸν σφαγῆν ἐπανατεινόμενον· ὁ καὶ Ἑβραῖος ἔλεγεν· *Ὁδῶν μέχρις αἵματος ἀντικατέστητε πρὸς τὴν ἀμαρτίαν ἀνταγωνιζόμενοι.* Εἶτα ἐπειδὴ ἐφόβησεν, ὅρα πῶς πάλιν αὐτοὺς ἀνίστησι μετὰ τοῦ πείσαι μετριάξαι, λέγων· *Πιστός δὲ ὁ Θεός, ὃς οὐκ ἐάσει ὑμᾶς πειρασθῆναι ὑπὲρ ὃ δύνασθε.* Ἄρα εἰσὶ πειρασμοί, οὓς οὐ δυνατόν ὑπενεγκεῖν. Καὶ τίνες οὗτοι· Πάντες,

ergo terra illa aurifera latibula et recessus habere in tenebris illis speluncis : facinosum, qui ad illos labores damnatus est, ideo lucernam accipientem et lignem, ita ingredi, et gutturnium afferre, ut inde oleum in lucernam infundat, quia tenebræ illic sunt etiam interdiu, ut jam dixi. Deinde quando tempus infelicem illum vocat ad cibum, ipsum quidem tempus ignorare narrant; vincti vero custodem superne vehementer pulsantem speluncam, per strepitum et vocem indicare finem esse diei. Annon inhorruitis hæc audientes? Videamus ergo annon his graviora patiantur avari. Nam hi quoque graviores habent carceris custodem, avaritiam, et eo graviores, quod cum corpore animam simul colliget. Hæc quoque tenebræ sunt illis horribiliores; non sunt enim sensibiles, sed illas intus parientes avari, quocumque abierint, ubique secum circumferunt: extinctus est enim ipsis animæ oculus. Ideoque Christus illos maxime omnium miseros prædicat dicens: *Si autem lumen quod in te est, tenebræ sint, tenebræ quantæ erunt (Matth. 6. 23)?* Et illi quidem saltem lucernam habent lucentem: hi autem illa privantur: ideoque quotidie in barathra incidunt innumera. Et damnati illi quidem adveniente nocte respirant, in communem eorum qui diem infeliciter transegerunt tranquillitatem navigantes, in noctem dico; avaris autem hunc portum obstruxit avaritia: tot et tantis curis noctu distinentur in otio, nemine negotium faciente, scipsos macerantes. Et quæ hic quidem aguntur talia sunt; quæ vero illic, quis sermo recensere possit, fornaces intolerabiles, fluvios igne ardentem, dentes stridentes, insolubilia vincula, vermem venenatum, tenebras lucis expertes, mala nunquam finem habentia. Timeamus ergo, dilecti, fugiamus fontem tantorum cruciatuum, furorem insatiabilem, nostræ salutis perniciem. Non possunt enim simul amari pecunia et anima. Discamus pecunias esse terram et pulverem, quod nos deserant hinc demigrantes, imo vero sæpe ante decessum nostrum resiliant, quod ad futuram noceant et ad præsentem vitam. Nam et ante gehennam et ante supplicium illud in bella hic nos innumera conjiciunt,

seditiones excitant et pugnas. Nihil enim ita bellum concitat ut avaritia; nihil ita inopem reddit, sive in divitiis, sive in pauperie apparuerit. Nascitur enim etiam in pauperum animis gravis hic morbus, illorumque paupertatem magis atterit. Si autem inventus fuerit pauper avarus, non in divitiis ille, sed in fame dat pœnas. Non enim potest vel modicis illis quæ habet libere frui, sed et ventrem fame vexat, et corpus totum nuditate et frigore ulciscitur, et iis qui sunt in vinculis ubique squalidior et sordidior est: semper fiet et lamentatur, ac si omnium miserimus sit, etiamsi innumeri sint illo pauperiores. Hic si in forum ingressus fuerit, abit multis acceptis vibicibus; si in balneum, si in theatrum, plura accipiet vulnera, non a spectatoribus solum, sed etiam ab iis qui in scena sunt, cum viderit meretrices multas auro fulgentes. Hic etiam si in mari naviget, mercatores et naves plurimis onustas mercibus cogitans et lucra ingentia, neque se vivere putabit: etiamsi per terram iter agat, agros, prædia suburbana, diversoria, balnea, proventus inde partos cogitans, non vitalem sibi vitam esse postea putabit. Quod si illum etiam intra domum incluseris; quæ in foro accepit vulnera refricans, apud se magis animum cruciabit: unamque novit solum consolationem malorum quibus premitur, mortem et ex hac vita migrationem. Hæc non pauper modo, sed etiam dives, qui in hunc incidit morbum, patietur, et tanto magis quam pauper, quanto vehementior imminet illi tyrannis, et major ebrietas. Ideo se omnium pauperrimum putabit, imo etiam vere pauperrimus est. Non enim ex facultatum modo, sed ex mentis affectu æstimantur divitiæ et paupertas. Et ille magis est omnium pauperrimus, qui semper plura concupiscit, et nunquam sistere potest hanc malam concupiscentiam. Propter hæc omnia fugiamus avaritiam, quæ paupertatem inducit, animas corrumpit, gehennæ amicam, inimicam regni cælorum, matrem omnium simul malorum; et pecunias contemnamus, ut fruamur pecuniis, et cum pecuniis fruamur etiam bonis nobis promissis: quæ utinam nos omnes assuqui contingat, etc.

HOMILIA XXIV.

CAP. 10. v. 13. *Tentatio vos non apprehendit nisi humana. Fidelis autem est Deus, qui non patietur vos tentari supra id quod potestis, sed faciet cum tentatione proventum, ut possitis sustinere, etc.*

1. Postquam satis terruit eos vetera narrans exempla, atque in animi angorem conjecit, dicens, *Qui videtur stare, videat ne cadat*; multas autem tulerant tentationes, et in iis sæpe sese exercuerant: nam *In infirmitate, inquit, et in timore et tremore multo fui apud vos (1. Cor. 2. 3)*; ne dicerent, Cur nos terras et timore afflicti? non sumus in iis malis inexercitati; nam pulsi sumus et persecutionem passi, multa et frequentia subiimus pericula: illorum rursus tumorem reprimens ait: *Tentatio vos non apprehendit nisi humana*; id est, parva, brevis, mode-

rata. Humanum enim dicit de parvo, ut cum ait: *Humanum dico propter infirmitatem carnis vestræ (Rom. 6. 19)*. Ne itaque altum sapiatis, inquit, ac si tempestatem superaveritis: nondum enim vidistis periculum quod mortem minaretur, neque tentationem mortem intentantem. Quod etiam Hebræis dicebat: *Nondum usque ad sanguinem restitistis adversus peccatum repugnantes (Hebr. 12. 4)*. Deinde quia exterruerat, vide quomodo rursus illos erigat, postquam persuaserat illis ut modeste agerent, dicens: *Fidelis est Deus qui non patietur vos tentari supra id quod potestis*. Ergo sunt tentationes quæ ferri non possunt. Et quænam illæ? Omnes, ut ita dicam. Potestas enim in Dei nutu sita est, quam per voluntatis nostræ sententiam attrahimus. Quamobrem ut discas accurate,

quod non solum illas, quæ nostram superant potestatem, sed neque hæc humanas possimus sine illius auxilio facile ferre, subjunxit : *Sed faciet cum tentatione proventum, ut possitis sustinere.* Neque enim illas moderatas, ut dixi, propria virtute feremus; sed in his quoque ejus egemus auxilio, ut eas pervadamus, et antequam pervadamus feramus. Ipse namque et patientiam dat, et promptam liberationem offert; ita ut hæc ratione tentatio ferri possit. Hoc enim subindicavit dicens : *Faciet exitum ut possitis sustinere*; omniaque illi attribuit, 14. *Propter quod, carissimi mei, fugite ab idolorum cultu.* Rursus illos leniter alloquitur addito cognationis nomine, et cum magna urget celeritate ut ab hoc peccato liberentur. Non enim dicit solum, *Discedite, sed, Fugite*: ac rem vocat idololatricam; et ob proximi damnum jam non modo abscedere jubet, sed rem ipsam per se sufficere ait ad magnam afferendam perniciem. 15. *Ut prudentibus loquor; vos judicate quod dico.* Quia enim rem magnam loquutus est, et crimen auxit vocans idololatricam; ne videretur exasperare illos et molesta uti oratione, illis demum iudicium perimit, et cum laude iudices constituit illos. *Ut prudentibus loquor*, inquit: quod est admodum confidentis causæ et juri suo, cum nempe illum qui accusatur dicti iudicem constituit. Hoc auditorem magis erigit, quando non quasi imperans et legem ferens, sed quasi consulens et illorum iudicium exspectans, sic disserit. Cum Judæis enim, utpote insana et puerili mente præditis, non sic Deus loquebatur, neque semper illis mandatorum causas indicabat; sed tantum jubebat: hic autem, quia magna libertate fruimur, et consilium nobis adest, ut amicos nos alloquitur et ait: Non opus est mihi aliis iudicibus: vos mihi calculum ferte, vos accipio iudices. 16. *Calix benedictionis, cui benedicimus, nonne communicatio sanguinis Christi est?* Quid dicis, o beate Paule? ut auditorem pudore afficias, mysteriaque horrenda memorans, benedictionis calicem vocas terribilem illum atque formidandum calicem? Etiam, inquit: non parva enim res est quæ dicitur. Nam cum benedictionem dico, omnem explico Dei beneficentiæ thesaurum, et magna illa dona in memoriam revoco. Nam nos quoque ad calicem recensentes ineffabilia Dei beneficia, et omnia quibus fruimur, sic illum offerimus et communicamus, gratias agentes quod genus humanum ab errore liberaverit; quod eos, qui procul erant, prope fecerit; quod eos qui spem non haberent et athei erant in mundo, fratres suos et coheredes constituerit. Pro his et similibus gratias agentes, sic accedimus. Quomodo non contraria facitis, inquit, o Corinthii, Deo quidem benedicentes, quod vos ab idolis liberaverit, dum rursus ad illorum mensas accurritis? *Calix benedictionis, cui benedicimus, nonne communicatio sanguinis Christi est?* Valde fideliter dixit et terribiliter: hoc enim vult significare; Hoc quod in calice est, illud ipsum est, quod ex latere fluxit, et illius sumus participes. Calicem autem benedictionis vocavit, quia illum præ manibus habentes, sic ipsum celebramus, admiran-

tes, terrore perculti de ineffabili dono, benedicentes quod ipsum effuderit, ut ne in errore maneremus; et non solum effuderit, sed etiam eum ipsum nobis omnibus impertierit. Itaque si sanguinem cupis, inquit, ne idolorum aram brutorum cæde, sed altare meum sanguine meo cruenta. Quid hæc re horribilius? quid, quæso, amabilius?

2. Hoc et amatores faciunt. Cum vident eos quos amant aliena concupiscentes et sua despicientes, suadentes persuadent abscedere ab iis quæ illorum sunt. Sed qui amant, in pecuniis et vestibus et possessionibus hæc exhibent liberalitatem; in sanguine autem nullus umquam: Christus vero in hoc curam suam ostendit et ardentem erga nos caritatem. Et in veteri quidem lege, quia imperfectiores erant, quem idolis offerebant sanguinem, eum ipse excipere sustinuit, ut ab illis abduceret; quod ipsum rursus erat amoris ineffabilis: hic autem in rem horribiliorem et magnificentiorem sacerdotalem transtulit operationem, ipso mutato sacrificio, et pro brutorum matatione seipsum jussit offerri. *Panis quem frangimus, nonne communicatio corporis Christi est?* Cur non dixit, Participatio? Quia voluit quid amplius significare, et magnam indicare conjunctionem. Non enim cum participamus tantum et sumimus, sed etiam cum jungimur communicamus. Quemadmodum enim corpus illud Christo jungitur: ita et nos per panem hunc unimur. Cur autem addidit, *Quem frangimus?* hoc enim in eucharistia fieri videre est; in cruce vero non item, imo contrarium: ait enim, *Os non comminuetur* (Num. 9. 12; Exod. 12. 46). Sed quod non passus est in cruce, hoc propter te patitur in oblatione, et frangi patitur ut omnes impleat. Deinde quia dixit, *Communicatio corporis*, quod autem communicat, aliud est ab eo cui communicat; hæc etiam, quæ parva videbatur esse, differentiam sustulit. Cum dixisset enim, *Communicatio corporis*, quesivit rursus aliquid propinquius dicere; ideo subjunxit: 17. *Quoniam unus panis et unum corpus multi sumus.* Quid enim, inquit, dico communicationem? illud ipsum corpus sumus. Quid est enim panis? Corpus Christi. Quid autem sunt communicantes? Corpus Christi; non corpora multa, sed unum corpus. Sicut enim panis ex multis granis constans, unitus est, ita ut grana nusquam appareant; sed sicut quidem ipsa, non manifesta autem sit illorum differentia propter conjunctionem: sic nos et mutuo et cum Christo jungimur. Non enim ex altero corpore hic, ex altero ille nutritur, sed ex eodem ipso omnes: ideoque adjecit, *Omnes enim ex uno pane participamus.* Si autem ex eodem, et id ipsum efficiuntur omnes, cur non eandem caritatem exhibemus, et ea ratione unum efficiuntur? Nam olim majorum nostrorum tempore hoc erat: *Multitudinis enim credentium*, inquit, *cor unum et anima una erat* (Act. 4. 32). At non nunc, imo totum contrarium: multa et varia sunt inter omnes bella, et feris sævius affecti sumus alter in alterius membra. Et Christus quidem te, etsi tantum ab ipso disjunctum, uni-

ὡς εἰπεῖν· τὸ γὰρ δυνατὸν ἐν τῇ τοῦ Θεοῦ ῥοπῇ κεῖται, ἣν διὰ τῆς ἡμετέρας ἐπιστώμεθα γνώμης. Διόπερ ἵνα μάθῃς ἀκριβῶς, ὅτι οὐ μόνον ἐκείνους τοὺς ὑπερβαίνοντας ἡμῶν τὴν δύναμιν, ἀλλ' οὐδὲ τοὺς τοὺς ἀνθρωπίνους ἔχει χωρὶς τῆς ἐκείθεν βοήθειας βραδύς ἐνεγκεῖν, ἐπήγαγεν· Ἄλλα κοινήσει σὺν τῷ πειρασμῷ καὶ τὴν ἔκθεσιν τοῦ δύνασθαι ὑπενεγκεῖν. Οὐδὲ γὰρ ἐκείνους τοὺς συμμέτρους, ὅπερ ἔφην, φησὶ, τῇ ἰδίᾳ δυνάμει διοίσωμεν· ἀλλὰ κἀνταῦθα τῆς παρ' αὐτοῦ δεόμεθα συμμαχίας, ὥστε αὐτοὺς διεξελθεῖν, καὶ πρὶν ἢ διεξελθεῖν, [212] ἐνεγκεῖν. Αὐτὸς γὰρ καὶ τὴν ὑπόμωχὴν δίδωσι, καὶ τὴν ταχέως ἀπαλλαγὴν ἐπάγει, ὥστε καὶ ταύτῃ φορητὴν γενέσθαι τὸν πειρασμὸν. Τοῦτο γὰρ ἠνέλιξτο εἰπὼν, *Ποιήσει καὶ τὴν ἔκθεσιν τοῦ δύνασθαι ὑπενεγκεῖν*· καὶ πάντα αὐτῷ ἀνατίθεισι. Διόπερ, *ἀδελφοί μου, φεύγετε ἀπὸ τῆς εἰδωλολατρίας*. Πάλιν αὐτοὺς θεραπεύει τῷ τῆς συγγενείας ὄνοματι, καὶ μετὰ πολλοῦ τοῦ τάχους ἐπειγεί τῆς ἀμαρτίας ἀπαλλαγῆναι ταύτης. Οὐδὲ γὰρ εἶπεν, Ἄποστητε, ἀπλῶς, ἀλλὰ, *Φεύγετε*· καὶ τὸ πρᾶγμα εἰδωλολατρειαν καλεῖ, καὶ οὐκέτι διὰ τὴν τοῦ πλησίον βλάβην ἀφίστασθαι μόνον κελεύει, ἀλλὰ καὶ αὐτὸ καθ' ἑαυτὸ δεικνύσιν ἱκανὸν μεγάλῃ ἐνεγκεῖν λύμῃ. Ὡς *φρονίμους λέγω κρίνατε ὑμεῖς ὁ φημι*. Ἐπειδὴ γὰρ μέγα ἐφθέγγατο, καὶ τὴν κατηγορίαν ἠβύησεν, εἰδωλολατρειαν καλέσας, ἵνα μὴ δόξη τραχύνειν αὐτοὺς καὶ φορητὸν ποιεῖν τὸν λόγον, αὐτοῖς λοιπὸν ἐπιτρέπει τὴν κρίσιν, καὶ μετ' ἐγκωμίου καθίζει τοὺς δικάζοντας. Ὡς *φρονίμους γὰρ λέγω, φησὶν*· ὅπερ σφόδρα θαρρόντος ἔστι τοῖς οἰκείοις δικαιοῦμασι, τὸ τὸν ἐγκαλούμενον αὐτὸν καθίσαι τῶν λεγομένων κριτῆν. Τοῦτο καὶ πῶν ἀκρατῆν αἰρεῖ μειζόνως, ὅταν μὴ ὡς ἐπιτάττων μῆδὲ ὡς νομοθετῶν, ἀλλ' ὡς συμβουλευέων καὶ παρ' αὐτοῖς ἐκείνοις δικάζομενος, οὕτω διαλέγηται. Ἰουδαίους μὲν γὰρ, αἵ ἀνοητότερον δικαιομένους καὶ παιδικώτερον, οὐχ οὕτως ὁ Θεὸς διελέγετο, οὐδὲ πανταχοῦ τὰς αἰτίας αὐτοῖς ἔλεγε τῶν ἐπιταγμάτων, ἀλλ' ἐκέλευε μόνον· ἐνταῦθα δὲ, ἐπειδὴ πολλῆς ἐλευθερίας ἀπελαύσαμεν, καὶ συμβουλῆς ἀπολαύομεν, καὶ ὡς φίλους διαλέγεται καὶ φησὶν· Οὐ δόμοι ἐτέρων δικαστῶν· αὐτοὶ μοι τὴν ψῆφον ὑμεῖς φέρετε ταύτην, ὑμᾶς λαμβάνω κριτάς. Τὸ *ποτήριον τῆς εὐλογίας, ὃ εὐλογοῦμεν, οὐχὶ κοινωνία τοῦ αἵματος τοῦ Χριστοῦ ἔστι*; Τί λέγεις, ὦ μακάριε Παῦλε; θέλων ἐντρέψαι τὸν ἀκρατῆν, καὶ μιστηρίων μεμνημένους φρικτῶν, εὐλογίας ποτήριον καλεῖς τὸ ποτήριον τὸ φοβερὸν καὶ φρικτωδέστατον ἐκεῖνο; Ναί, φησὶν· οὐ γὰρ μικρὸν τὸ εἰρημένον. Εὐλογίαν γὰρ ὅταν εἶπω, πάντα ^a ἀναπτύσσω τὸν τῆς εὐεργεσίας τοῦ Θεοῦ θησαυρὸν, καὶ τῶν μεγάλων ἐκείνων ἀναμνησκω δωρεῶν. Καὶ γὰρ καὶ ἡμεῖς ἐπιλέγοντες τῷ ποτηρίῳ τὰς ἀφάτους εὐεργεσίας τοῦ Θεοῦ, καὶ δῶν ἀπολαύκαμεν, οὕτως αὐτὸ προσάγομεν ^b καὶ κοινωνοῦμεν, εὐχαριστοῦντες ὅτι τῆς πλάνης ἀπήλλαξε τὸ τῶν ἀνθρώπων γένος· ὅτι μακρὰν ὄντας, ἐγγύς ἐποίησεν· ὅτι ἐλπίδα μὴ ἔχοντας καὶ ἀθέους ἐν τῷ κόσμῳ, ἀδελφοὺς ἑαυτοῦ κατεσκεύασε καὶ συγγληρονόμους. Ὑπὲρ τούτων καὶ τῶν τοιούτων ἀπάντων εὐχαριστοῦντες, οὕτω πρόσμμεν. Πῶς οὖν οὐκ ἐναντία ποιεῖτε, φησὶν, ὦ Κορίνθιοι, εὐλογοῦντες μὲν τὸν Θεὸν, ὅτι τῶν εἰδώλων ὑμᾶς ἀπήλλαξε, πάλιν δὲ ἐπὶ τὰς ἐκείνων τρέχοντες τραπέζας; Τὸ *ποτήριον τῆς εὐλογίας, ὃ εὐλο-*

γοῦμεν, οὐχὶ κοινωνία τοῦ αἵματος τοῦ Χριστοῦ ἔστι; Σφόδρα πιστῶς καὶ φοβερῶς εἶρηκεν. Ὁ γὰρ λέγει, τοῦτο ἔστιν, ὅτι· Τοῦτο [213] τὸ ἐν τῷ ποτηρίῳ ὄν, ἐκεῖνὸ ἔστι τὸ ἀπὸ τῆς πλευρᾶς βρῦσαν, καὶ ἐκείνου μετέχομεν. Ποτήριον δὲ εὐλογίας ἐκάλεσεν, ἐπειδὴ αὐτὸ μετὰ χείρας ἔχοντες, οὕτως αὐτὸν ἀνυμνοῦμεν, θαυμάζοντες καὶ ἐκπληττόμενοι τῆς ἀφάτου δωρεᾶς, εὐλογοῦντες ὅτι καὶ αὐτὸ τοῦτο ἐξέγεεν, ἵνα μὴ μείνωμεν ἐν τῇ πλάνῃ· καὶ οὐ μόνον ἐξέγεεν, ἀλλὰ καὶ πᾶσιν ἡμῖν αὐτοῦ μετέδωκεν. Ὡστε εἰ αἵματος ἐπιθυμεῖς, φησὶ, μὴ τὸν τῶν εἰδώλων βωμὸν τῶν τῶν ἀλόγων φόβῳ, ἀλλὰ τὸ θυσιαστήριον τὸ ἐμὸν τῷ ἐμῷ φόνισσε αἷματι. Τί τοῦτου φρικτωδέστερον; τί δὲ φιλοστοργότερον; εἰπέ μοι.

β'. Τοῦτο καὶ οἱ ἐρῶντες ποιοῦσιν. Ὅταν ἴδωσι τοὺς ἐρωμένους τῶν ἄλλοτριῶν ἐπιθυμοῦντας ^c καὶ τῶν οἰκείων καταφρονούντας, τὰ αὐτῶν διδόντες πείθουσιν ἀποστήναι τῶν ἐκείνων. Ἄλλ' οἱ ἐρῶντες μὲν ἐν χρήμασι καὶ ἱματίοις καὶ κτήμασι ταύτην ἐπιδείκνυνται τὴν φιλοτιμίαν, ἐν αἵματι δὲ οὐδὲς οὐδέποτε· ὁ δὲ Χριστὸς καὶ ἐν τούτῳ τὴν κηδεμονίαν ἐπεδείξατο καὶ τὴν θερμὴν περὶ ἡμᾶς ἀγάπην. Καὶ ἐν μὲν τῇ Παλαιᾷ ἐπειδὴ ἀτελέστερον διέκριντο, ὃ τοῖς εἰδώλοις προσέφερον αἷμα, τοῦτο αὐτῷ ὑπέμεινε καταδέξασθαι, ἵνα ἀποστήσῃ ἐκείνων, ὃ καὶ αὐτὸ πάλιν ἀφάτου φιλοστοργίας ἦν· ἐνταῦθα δὲ ἐπὶ τὸ πολλῷ φρικτωδέστερον καὶ μεγαλοπρεπέστερον τὴν ἱερουργίαν μετεσκεύασε, καὶ τὴν θυσίαν αὐτὴν ἀμείψας, καὶ ἀντὶ τῆς τῶν ἀλόγων σφαγῆς ἑαυτὸν προσφέρειν κελεύσας. Ὁ ἄρτος, ὃν κλώμεν, οὐχὶ *κοινωνία τοῦ σώματος τοῦ Χριστοῦ ἔστι*; Διὰ τί μὴ εἶπε, *Μετοχή*; Ὅτι πλέον τι δηλώσαι ἠδουλήθη, καὶ πολλὴν ἐνδείξασθαι τὴν συνάφειαν. Οὐ γὰρ τῷ μετέχει μόνον καὶ μεταλαμβάνειν, ἀλλὰ καὶ τῷ ἐνούσθαι κοινωνοῦμεν. Καθάπερ γὰρ τὸ σῶμα ἐκεῖνο ἦνται τῷ Χριστῷ, οὕτω καὶ ἡμεῖς αὐτῷ διὰ τοῦ ἄρτου τοῦτου ἐνούμεθα. Διὰ τί δὲ προσέθηκεν, Ὅν κλώμεν; τοῦτο γὰρ ἐπὶ μὲν τῆς εὐχαριστίας ἔστιν ἰδεῖν γινόμενον· ἐπὶ δὲ τοῦ σταυροῦ οὐκέτι, ἀλλὰ καὶ τὸναντίον τούτῳ· Ὅσοῦν γὰρ αὐτοῦ, φησὶν, οὐ *συντριβήσεται*. Ἄλλ' ὅπερ οὐκ ἐπαθεν ἐπὶ τοῦ σταυροῦ, τοῦτο πάσχει ἐπὶ τῆς προσφορᾶς διὰ σέ, καὶ ἀνέχεται διακλῶμενος, ἵνα πάντας ἐμπλήσῃ. Εἶτα ἐπειδὴ εἶπε, *Κοινωνία τοῦ σώματος*, τὸ δὲ κοινωνοῦν ἑτερόν ἔστιν ἐκεῖνο, οὐ κοινωνεῖ, καὶ τούτην τὴν δοκοῦσαν εἶναι μικρὰν διαφορὰν ἀνείλεν. Εἰπὼν γὰρ, *Κοινωνία τοῦ σώματος*, ἐζήτησε πάλιν ἐγγυτέρον τι εἰπεῖν· διὸ καὶ ἐπήγαγεν, Ὅτι *εἷς ἄρτος, ἐν ὧμ ἔσμεν οἱ πολλοί*. Τί γὰρ λέγω κοινωνίαν; φησὶν· αὐτὸ ἔσμεν ἐκεῖνο τὸ σῶμα. Τί γὰρ ἔστιν ὁ ἄρτος; Σῶμα Χριστοῦ. Τί δὲ γίνονται οἱ μεταλαμβάνοντες; Σῶμα Χριστοῦ· οὐχὶ σώματα πολλὰ, ἀλλὰ σῶμα ἓν. Καθάπερ γὰρ ὁ ἄρτος ἐκ πολλῶν συγκεῖμενος κόκκων ἦνται, ὡς μηδαμῶ φαινεσθαι τοὺς κόκκους, ἀλλ' εἶναι μὲν αὐτοὺς, ἀδηλον δὲ αὐτῶν εἶναι τὴν διαφορὰν τῇ συναφείᾳ· οὕτω καὶ ἀλλήλους καὶ τῷ Χριστῷ συναπτόμεθα. Οὐ γὰρ ἐξ ἐτέρου μὲν σώματος σὺ, ἐξ ἐτέρου δὲ ἐκεῖνος τρέφεται, ἀλλ' ἐκ τοῦ αὐτοῦ πάντες· διὸ καὶ [214] ἐπήγαγεν· *Οἱ γὰρ πάντες ἐκ τοῦ ἐνός ἄρτου μετέχομεν*. Εἰ δὲ ἐκ τοῦ αὐτοῦ, καὶ τὸ αὐτὸ γινόμεθα πάντες, διὰ τί μὴ καὶ τὴν αὐτὴν ἀγάπην ἐπιδεικνύμεθα, καὶ γινόμεθα καὶ κατὰ τοῦτο ἓν; Καὶ γὰρ καὶ τὸ παλαιὸν ἐπὶ τῶν προγόνων τῶν ἡμετέρων τοῦτο ἦν. Τοῦ γὰρ *κλήθους*

^a Reg., ὅταν εἶπω, εὐχαριστίαν λέγω· εὐχαριστίαν δὲ ὅταν εἶπω, πάντα. ^b Reg., αὐτὸ προσερχόμεθα.

^c Reg., ἐπιεμένους.

τῶν πιστευσάντων, φησίν, ἦν ἡ καρδία καὶ ἡ ψυχὴ μία. Ἄλλ' οὐχὶ νῦν, ἀλλὰ τούναντιον ἅπαν· πολλοὶ καὶ ποικίλοι μεταξὺ πάντων οἱ πόλεμοι, καὶ θηρίων χαλεπώτερον πρὸς τὰ ἀλλήλων διακειμεθα μέλη. Καὶ ὁ μὲν Χριστὸς τοσοῦτόν σε διεστηκότα ἑαυτῷ ἦνωσε· σὺ δὲ οὐδὲ τῷ ἀδελφῷ ἀξίους ἠνώσθαι μετὰ ἀκριθείας τῆς προσηκούσης, ἀλλὰ ἀποσχίζεις σεαυτὸν, τοσαύτης καὶ ἀγάπης καὶ ζωῆς ἀπολαύσας παρὰ τοῦ Δεσπότη. Οὐδὲ γὰρ ἀπλῶς τὸ σῶμα αὐτοῦ ἔδωκεν· ἀλλ' ἐπειδὴ ἡ προτέρα τῆς σαρκὸς φύσις ἡ ἀπὸ γῆς διαπλασθεῖσα, ἀπὸ τῆς ἀμαρτίας ἐφθασε νεκρωθῆναι καὶ ζωῆς γενέσθαι ἐρημος, ἐτέραν, ὡς ἂν εἴποι τις, μᾶζαν καὶ ζύμην ἐπέσιθ' ἄγε, τὴν ἑαυτοῦ σάρκα, φύσις μὲν οὖσαν τὴν αὐτὴν, ἀμαρτίας δὲ ἀπηλλαγμένῃν καὶ ζωῆς ἠνωσαν, καὶ πᾶσιν ἔδωκεν αὐτῆς μεταλαμβάνειν, ἵνα ταύτῃ τραφόμενοι, καὶ τὴν προτέραν ἀποθέμενοι τὴν νεκρὰν, εἰς τὴν ζωὴν τὴν ἀθάνατον· διὰ τῆς τραπέζης ἀνακασθῶμεν ταύτης. *Βλέπετε τὸν Ἰσραὴλ κατὰ σάρκα· οὐχ οἱ ἐσθιόντες τὰς θυσίας κοινῶι τοῦ θυσιαστηρίου εἰσι;* Πάλιν ἀπὸ τῆς Παλαιᾶς καὶ εἰς τοῦτο ἐνάγει. Ἐπειδὴ γὰρ πολὺ τοῦ μεγέθους τῶν λεχθέντων ἦσαν ταπεινότεροι, καὶ ἀπὸ τῶν προτέρων αὐτοὺς καὶ συνῆθον πείθει. Καὶ καλῶς, *Κατὰ σάρκα*, φησίν, ὡς αὐτῶν κατὰ πνεῦμα ὄντων. Ὁ δὲ λέγει, τοιοῦτόν ἐστι· *Κἂν ἀπὸ τῶν παχυτέρων παιδευθῆτε, ὅτι οἱ ἐσθιόντες τὰς θυσίας κοινῶι τοῦ θυσιαστηρίου εἰσίν.* Ὅρα πῶς δείκνυσιν οὐκ ἔχοντας γινώσιν τελείαν τοὺς δοκούντας εἶναι τελείους, εἰ γε μὴδὲ τοῦτο ἴσασιν, ὅτι κοινῶνία τις ἀπὸ τούτων καὶ φιλία πολλοῖς πολλῆς πρὸς δαίμονας γίνεται, κατὰ μικρὸν τῆς συνηθείας αὐτοὺς ἐφελκομένης; Εἰ γὰρ ἐπ' ἀνθρώπων τὸ κοινῶνεν ἄλων καὶ τραπέζης φιλίας ἀφορμὴ καὶ σύμβολον γίνεται, ἔγχωρεῖ καὶ ἐπὶ δαιμόνων τοῦτο συμβῆναι· σὺ δὲ μοι σκόπει, πῶς ἐπὶ μὲν τῶν Ἰουδαίων οὐκ εἶπεν, ὅτι τῷ Θεῷ κοινῶνοῦσιν, ἀλλὰ, *Κοινῶι τοῦ θυσιαστηρίου εἰσι*· καὶ γὰρ κατεκαίετο τὸ θεοιμένον^β· ἐπὶ δὲ τοῦ σώματος τοῦ Χριστοῦ οὐκ οὕτως· ἀλλὰ πῶς; *Κοινῶνία τοῦ σώματος τοῦ Κυρίου ἐστίν.* Οὐ γὰρ τοῦ θυσιαστηρίου, ἀλλ' αὐτοῦ τοῦ Χριστοῦ κοινῶνοι γινόμεθα. Εἰπὼν δὲ, ὅτι *Κοινῶι τοῦ θυσιαστηρίου εἰσιν*, εἶτα δείσας μὴ δόξῃ ὡσπερ εἰσὶν ἰσχύοντων τῶν εἰδώλων διαλέγεσθαι καὶ δυναμένων τι βλάψαι· ὄρα πῶς αὐτὰ καθαιρεῖ πάλιν λέγων· *Τί οὖν φημι; ὅτι εἰδώλον τί ἐστίν;* ἢ ὅτι *εἰδωλόθυτόν τί ἐστίν;*

γ'. Ταῦτα δὲ λέγω, φησὶ, καὶ ἀπάγω, οὐχ ὡς δυναμένων βλάψαι τι τῶν εἰδώλων ἢ ἰσχύοντων· οὐδὲν γὰρ ἐστίν· ἀλλὰ βούλομαι καταφρονεῖν αὐτῶν ὑμᾶς. Καὶ εἰ βούλει καταφρονεῖν, φησὶ, τίνας ἔνεκεν μετὰ σπουδῆς αὐτῶν ἡμᾶς ἀπάγει; Ὅτι οὐ προσάγεται τῷ [215] Δεσπότη τῷ σφ. Ὁ γὰρ θύει, φησὶ, τὰ ἔθνη, *δαιμονίοις θύει, καὶ οὐ Θεῷ.* Μὴ τοίνυν τρέχετε ἐπὶ πὰ ἐναντία. Οὐδὲ γὰρ, εἰ βασιλέως υἱὸς ἦς, εἶτα τῆς πατρικῆς ἀπολαύων τραπέζης, ἀφελὲς ἐκείνην, τῆς τῶν καταδίκων καὶ δεσμοτῶν ἠθέλησας κοινῶνῆσαι ἐν τῷ δεσμοτηρίῳ, ἐπέτραιψεν ἂν ὁ πατήρ· ἀλλὰ καὶ μετὰ πολλῆς ἂν ἀπήγαγε τῆς σφοδρότητος, οὐχ ὡς δυναμένης τῆς τραπέζης βλάψαι, ἀλλ' ὡς καταισχυνούσης σου τὴν εὐγένειαν καὶ τὴν τράπεζαν τὴν βασιλικήν. Καὶ γὰρ καὶ οὗτοι οἰκέται εἰσι προσκεκροῦσάτες, ἡτιμωμένοι, κατὰδικοι, δεσμῶται ἀφορήτῳ κολάσει τηρούμενοι, μυριοὶς ὑπεύθυνοι κακοῖς. Πῶς οὖν οὐκ αἰσχύνῃ κατὰ τοὺς λαιμάργους καὶ ἀνελευ-

^α Reg., εἰς τὴν ζωσαν καὶ ἀθάνατον. ^β Reg., τιθόμενον. Savillus legendum putat τιθόμενον.

θέρους, ὅταν θῶσι τράπεζαν οἱ κατὰδικοι οὗτοι, τρέχων ἐκεῖ καὶ μετέχων τῶν προκειμένων; Διὰ δὲ τοῦτο ἀπάγω· ὁ γὰρ σκοπὸς τῶν θυόντων καὶ τὸ πρόσωπον τῶν δεχομένων ἀκάαρτα ποιεῖ τὰ προκειμένα. Οὐ θέλω δὲ ὑμᾶς κοινῶνους τῶν δαιμονίων γίνεσθαι. Εἶδες φιλίαν πατρὸς κηδεμονικοῦ; εἶδες καὶ αὐτὸ τὸ ῥῆμα πολλὴν ἔχον τὴν ἐμφασιν τῆς διαθείσεως; Οὐδὲν γὰρ βούλομαι κοινὴν ἔχειν ὑμᾶς πρὸς ἐκείνους, φησίν. Εἶτα ἐπειδὴ ἐν τάξει παραινέσεως τὸν λόγον εἰσήγαγεν, ἵνα μὴ τις τῶν παχυτέρων καταφρονήσῃ, ὡς ἐξουσίαν ἔχων, ἐπειδὴ εἶπεν, *Οὐ θέλω, καὶ Ὑμεῖς κρινάτε*, ἀποφαίνεται λοιπὸν καὶ νομοθετεῖ λέγων· *Οὐ δύνασθε ποτήριον Κυρίου πίνειν, καὶ ποτήριον δαιμονίων· οὐ δύνασθε τραπέζης Κυρίου μετέχειν, καὶ τραπέζης δαιμονίων.* Καὶ ἀρκεῖται τοῖς ὀνόμασι μόνοις εἰς τὴν ἀπαγωγὴν. Εἶτα καὶ ἐντροπετικῶς· *Ἡ παραζηλοῦμεν τὸν Κύριον; μὴ ἰσχυρότεροι αὐτοῦ ἐσμεν;* Τουτέστι, Πειράζομεν αὐτὸν, εἰ δύναται κολάσαι ἡμᾶς, καὶ παρακνίζομεν αὐτὸν πρὸς τοὺς ἐναντίους ἀποχωροῦντες, καὶ μετὰ τῶν αὐτοῦ πολεμίων ταττόμενοι; Τοῦτο δὲ εἶπε, ἀναμνηστικῶν αὐτοὺς παλαιᾶς ἱστορίας καὶ πατρικῆς παρανομίας. Διὸ καὶ τῇ λέξει ταύτῃ κέχρηται, ἢ καὶ πρὸς Ἰουδαίους ὁ Μωϋσῆς ἐχρησάτο ποτα, ἔγκλων ὑπὲρ εἰδωλολατρείας ἐκ προσώπου τοῦ Θεοῦ· *Αὐτοὶ γὰρ, φησὶ, παρεθήλωσαν με ἐκ' ὁ Θεοῦ, παρῳργισάν με ἐν τοῖς εἰδώλοις αὐτῶν. Μὴ ἰσχυρότεροι αὐτοῦ ἐσμεν;* Εἶδες πῶς φοβερῶς, πῶς φρικτῶς ἐπέπληξεν, αὐτὰ διασεισας αὐτῶν τὰ νεῦρα, καὶ τῇ εἰς ἀτοκὸν ἀπαγωγῇ σφόδρα αὐτῶν καθαψάμενος καὶ κατενεγκὼν αὐτῶν τὸ φύσημα; Καὶ διὰ τί μὴ ἐξ ἀρχῆς ταῦτα τέθεικεν, φησίν, ἃ μάλιστα ἂν αὐτοὺς ἀπήγαγεν; Ὅτι ἔθος αὐτῷ διὰ πλειόνων ἃ βούλεται κατασκευάζειν, καὶ τὰ ἰσχυρότερα ὑστερον τιθέναι, καὶ ἐκ περιουσίας νικάειν. Διὰ δὲ τοῦτο ἀπὸ τῶν καταδεστέρων ἀρξάμενος, ἐπὶ τὸ κεφάλαιον ἦλθε τῶν κακῶν. Οὗτω γὰρ καὶ τοῦτο εὐπαράδεκτον μάλλον ἐγένετο, τοῖς προτέροις τῆς διανοίας αὐτῶν καταλαεανθείσης, *Πάντα μοι ἔξεστιν, ἀλλ' οὐ πάντα συμφέρει· πάντα μοι ἔξεστιν, ἀλλ' οὐ πάντα οἰκοδομεῖ. Μηδὲς τὸ ἑαυτοῦ ζητεῖτω, ἀλλὰ τὸ τοῦ ἑτέρου ἕκαστος.* Ὅρα πῶς σύνεσις ἠκριβωμένη; Ἐπειδὴ γὰρ εἰκὸς ἦν αὐτοὺς λέγειν, ὅτι Τελείος εἰμι καὶ κύριος ἑμαυτοῦ, καὶ οὐδὲν βλαπτόμενος ἀπογεύομαι τῶν προκειμένων· Ναί, φησὶ, τέλειος μὲν εἶ καὶ σαυτοῦ [216] κύριος· ἀλλὰ μὴ τοῦτο σκόπει, ἀλλ' εἰ μὴ βλάβῃν ἔχει τὸ γινόμενον, ἀλλ' εἰ μὴ καταστροφὴν. Καὶ γὰρ ἀμφοτέρω εἰρηκεν, *Οὐ πάντα συμφέρει, οὐ πάντα οἰκοδομεῖ*, λέγων, καὶ τὸ μὲν ὑπὲρ ἑαυτοῦ, τὸ δὲ ὑπὲρ τοῦ ἀδελφοῦ τιθείς. Τὸ μὲν γὰρ εἶπεν, *Οὐ συμφέρει*, τὴν ἐκείνου ἀπώλειαν αἰνιτομένου ἐστὶ· τὸ δὲ εἶπεν, *Οὐκ οἰκοδομεῖ*, τὸ τοῦ ἀδελφοῦ σκάνδαλον. Διὸ καὶ ἐπήγαγε, *Μηδὲς τὸ ἑαυτοῦ ζητεῖτω*· ὃ πανταχοῦ καὶ διὰ πάσης κατασκευάζει ἐπιστολῆς, καὶ ἐν τῇ πρὸς Ῥωμαίους· ὡς ὅταν λέγῃ, *Καθὼς κἀγὼ πάντα πᾶσιν ἀρέσκω, μὴ ζητῶν τὸ ἑμαυτοῦ συμφέρον*· καὶ ἐνταῦθα πάλιν· οὐ μὴν ἐπεξεργάζεται αὐτὸ ἐνταῦθα. Ἐπειδὴ γὰρ ἐν τοῖς ἐμπροσθεν διὰ πολλῶν αὐτὸ κατεσκευάσας καὶ ἀπέδειξεν, ὅτι οὐδαμοῦ τὸ αὐτοῦ ζητεῖ, ἀλλὰ καὶ Ἰουδαίους ὡς Ἰουδαίος ἐγένετο, καὶ ἄνομος ὡς ἄνομος, καὶ τῇ ἐλευθερίᾳ τῇ ἑαυτοῦ καὶ τῇ ἐξουσίᾳ οὐχ ἀπλῶς ἐχρησάτο, ἀλλ' εἰς τὸ πᾶσι συμφέρον, δουλεύων ἅπασιν· ὀλίγοις ἀρεσθεὶς ῥήμασιν ἐνταῦθα ἀπ' ἀρχῆς, εἰς μνήμην διὰ τῶν ὀλίγων τούτων παρα-

vit : tu vero ne fratri quidem jungi dignaris cum debita accuratione, sed abscindis te, tantam a Domino et caritatem et vitam consequutus. Neque enim solummodo corpus suum dedit ; sed quia prior carnis natura ex terra formata, a peccato prius morte affecta et amissa vita aliam, ut quis dixerit, massam et fermentum induxit ; carnem suam, quæ natura eadem erat, peccato autem liberam et vitam plenam, omnibus participandam dedit, ut ea nutriti et deposita priore quæ mortua erat, in vitam immortalam per hanc mensam coaptaremur. 18. *Videte Israel secundum carnem : nonne qui edunt hostias, participes sunt altaris ?* Rursus ex veteri lege ad idem inducit. Quia enim longe imbecilliores erant quam ut dictorum magnitudinem caperent, a prioribus et assuetis illis persuadet. Et apposite ait, *Secundum carnem*, quod ipsi essent secundum spiritum. Hoc autem vult significare : Etiam a crassioribus docemini, quod qui hostias comedunt, participes sint altaris. Viden' quomodo ostendat eos, qui viderentur esse perfecti, non habere perfectam cognitionem, si ne hoc quidem scirent, quod ex his sæpe communicatio quedam multis sit et amicitia cum dæmonibus, consuetudine paulatim ipsos attrahente ? Si enim apud homines salis et mensæ conjunctio, amicitia occasio et symbolum est, id ipsum et in dæmonibus contingere potest. Tu vero mihi perpende quomodo de Judæis quidem non dixerit, quod cum Deo communicent, sed, *Quod participes altaris sunt* ; urebatur enim quod superpositum erat : in corpore autem Christi non sic ; sed quomodo ? *Communicatio corporis Domini est*. Non enim altaris, sed ipsius Christi participes efficitur. Cum autem dixisset, *Participes sunt altaris*, deinde timens ne videretur de idolis loqui, ac si potestatem quamdam haberent et nocere possent ; vide quomodo hoc de medio tollat, rursus dicens : 19. *Quid ergo dico ? quod idolum sit aliquid, aut idolis immolatum sit aliquid ?*

3. Hæc autem dico, inquit, et de medio tollo, non quod possint idola in aliquo nocere aut aliquam vim habeant ; nihil sunt enim ; sed volo vos ea despiciere. Et si vis, inquires, nos ea despiciere, cur cum studio nos ab illis abducis ? Quia non offeruntur Domino tuo. 20. *Quæ enim immolant gentes*, inquit, *dæmoniis immolant, et non Deo*. Ne curratis ergo ad contraria. Neque enim, si regis filius esses, deinde mensa fruens paterna, illa relicta, damnatorum et vincitorum in carcere mensæ consors esse velles, id pater permetteret ; imo cum vehementia magna te abduceret, non quod mensa te l'rdere posset, sed quod ea nobilitatem tuam et mensam regiam dedecoraret. Sunt enim hi quoque servi scelesti, infames, damnati, vincti, intolerabili supplicio reservati, malis obnoxii innumeris. Quomodo ergo non erubescis more belluonum et illiberalium, cum damnati illi mensam apponunt, illuc accurrere et appositorum particeps esse ? Ideo te abduco : nam immolantium scopus et accipientium persona, apposita reddunt impura. *Nolo autem vos socios fieri dæmoniorum*. Vidistin' amicitiam patris curam gerentis ?

vidistin' dictum ipsum quod affectum cum emphasi exhibeat ? Nihil enim cum illis commune vos habere volo, inquit. Deinde quia adhortationis modo sermonem induxerat, ne quis ex crassioribus id contemneret, quasi potestatem habens, quia dixerat, *Nolo* ; et, *Vos judicate*, sententiam et legem postea statuit dicens : *Non potestis calicem Domini bibere et calicem dæmoniorum : 21. non potestis mensæ Domini esse participes et mensæ dæmoniorum*. Solis verbis est contentus ut abducatur. Deinde pudorem incutiens : 22. *An æmulamur Dominum ? numquid fortiores illo sumus ?* Id est, tentamus eum num possit nos punire, et irritamus eum ad adversarios deficientes, et cum inimicis ejus in acie stantes ? Hoc autem dixit, in memoriam illis revocans veterem historiam, et patrum transgressionem. Ideo hac usus est voce, qua adversus Judæos Moyses olim usus est, accusans eos de idololatria ex persona Dei : *Ipsi enim, inquit, provocaverunt me in eo qui non erat Deus, irritaverunt me in idolis suis (Deut. 32. 21). Num illo fortiores sumus ?* Vidistin' quam terribiliter et horribiliter ipsos increpavit, ipsos eorum nervos concutiens, ea re in absurditatem adducta, illos valde perstringens, illorumque tumorem deprimens ? Et cur, inquires, hæc ab initio non posuit, quæ illos maxime abduxissent ? Quia mos est illi pluribus ea quæ vult probare, et fortiora ultima ponere, atque ex vi magna vincere. Ideo a minoribus orsus, ad caput malorum venit. Sic et hoc magis acceptum fuit, prioribus delinito illorum animo. *Omnia mihi licent, sed non omnia expediunt : 23. omnia mihi licent, sed non omnia ædificant. 24. Nemo quod suum est quærat, sed quod alterius unusquisque*. Viden' accuratam prudentiam ? Quia enim verisimile erat illos dicere : Perfectus sum et mei juris, et nihil læsus apposita degusto : Etiam, inquit, perfectus es et tui juris ; sed ne illud attendas, sed num illud damnum offerat, num eversionem. Nam utrumque dixit, *Non omnia conferunt, non omnia ædificant*, et aliud pro seipso, aliud pro fratre posuit. Nam dicere, *Non expedit*, est suam perniciem subindicantis : dicere autem, *Non ædificat*, fratris scandalum subindicat. Ideo subjunxit : *Nemo quod suum est quærat* ; quod ubique et per totam confirmat epistolam, et in Epistola ad Romanos cum dicit : *Etenim Christus non sibi ipsi placuit (Rom. 15. 3)*, et rursus, *Sicut et ego per omnia omnibus placeo, non quærens meam utilitatem (1. Cor. 10. 33)* ; et hic rursus ; non tamen illud hic excuit. Quia enim superius illud pluribus probaverat et demonstraverat, quod nusquam ea quæ sua sunt quærat, sed quod Judæis tamquam Judæus factus sit, et illis qui sunt sine lege tamquam sine lege, et quod libertate potestateque sua non temere sit usus, sed ad id quod omnibus utile esset, serviens omnibus ; paucis contentus verbis huc desit, per hæc pauca illis in memoriam revocans omnia quæ dicta sunt. Hæc ergo nos quoque cum sciamus, dilecti, fratribus prospiciamus, et unitatem cum illis servemus. In hoc enim nos inducit sacrificium illud horrendum et tremendum, jubens nos cum concordia maxime illo ac-

cedere et eum caritate ferventi, et inde aquilas effectos, ita ad ipsum advolare cælum. *Ubi enim erit cadaver*, inquit, *ibi et aquilæ* (Matth. 24. 28); cadaver corpus mortuum vocans. Nisi enim ille cecidisset, nos non resurrexissemus. Aquilas autem vocat ostendens sublimem esse oportere illum qui ad hoc corpus accedit, et nihil cum terra commune habere, neque deorsum trahi ac serpere, sed assidue semper sursum volare, et ad solem justitiæ respicere, et mentis oculum acutum habere: aquilarum enim, non græcorum hæc est mensa. Ipsi tunc occurrent descendenti de cælis, qui nunc digne percipiunt, ut qui indignæ extrema patientur.

4. *Corporis Christi sanctitas et virtus.* — Si enim regem quis non utcumque nec perfunctorie acceperit: quid regem dico? ne vestem quidem regiam quis impuris manibus tetigerit, etiamsi in solitudine sit, etiamsi solus et nemo adsit: atqui nihil aliud est vestis quam stamen vermium. Si vero tincturam miraris, et ipsa quoque mortui piscis sanguis est; nemo tamen ausus fuerit illam sordidis contrectare manibus. Si autem humanum vestimentum nemo ausus fuerit temere tangere; quomodo corpus universorum Dei immaculatum et purum, quod cum divina illa natura versatum est, per quod sumus et vivimus, per quod portæ mortis fractæ sunt et fornices cæli aperti sunt, cum tanta contumelia accipiemus? Ne, quæso, ne nos ipsos jugulemus per impudentiam; sed cum horrore et puritate omni ad ipsum accedamus; et cum ipsum videris propositum, tibi ipsi dic: Propter hoc corpus non sum ego amplius terra et cinis, non ultra captivus, sed liber: ideo cælos spero et bona illic reposita me accepturum esse, immortalem vitam, angelorum sortem, cum Christo consuetudinem: hoc corpus clavis confixum, flagris cæsum, mors non tulit, hoc corpus sol cum crucifixum videret, radios avertit: ideo tunc velum scissum est, petra rupta sunt, et universa terra concutiebatur: hoc est illud corpus, quod cruentatum fuit, lancea perfossum, quod salutare fontes scaturivit orbi, alium sanguinis, alium aquæ. Vis aliunde ejus vim discere? Interroga mulierem sanguinis fluxu laborantem, quæ non ipsum, sed ejus vestimentum, imò non totum, sed simbriam tetigit: interroga mare quod dorso suo ipsum gestavit: interroga et ipsum diabolum, et dic: Unde habes plagam illam insanabilem? unde fit ut nihil jam possis? undenam captus es? a quo detentus iuisti dum fugeres? et nihil aliud dicet, quam corpus crucifixum. Per hoc stimuli ejus confracti sunt, per hoc corpus ejus contritum, per hoc principatus et potestates traductæ sunt: *Spothians enim*, inquit, *principatus et potestates, traduxit confidenter, triumphans de illis in semetipso* (Col. 2. 15). Interroga mortem, et dic: Undenam sublatus est stimulus tuus? undenam soluta est tua victoria? undenam præcisi sunt nervi tui, et puellis infantibusque facta es ridicula, quæ tyrannis et justis omnibus antehac formidabilis eras? et huic corpori causam adscribet. Cum enim crucifigebatur, tunc mortui

resurrexerunt; tunc carcer ille ruptus est et portæ æreæ confractæ sunt, et mortui emissi sunt, et janitores inferni omnes obstupefacti sunt. Atqui si fuisset unus ex multis, contrarium accidere oportebat, mortem fuisse potentiorum, sed non fuit: non enim erat unus ex multis; ideo illa soluta fuit. Et sicut ii qui alimentum accipiunt, quod retinere non possint, etiam quæ prius percepta fuerant propter illud evomunt: ita etiam accidit in morte. Corpus, quod ipsa non poterat conficere, accipiens, illa quoque rejecit quæ intus retinebat: cum illud intus haberet, parturiebat et premebatur, donec ipsum evomuit. Ideo ait Apostolus: *Solutis doloribus mortis* (Act. 2. 24). Nulla enim mulier prægnans parturiensque tanto labore premitur, quanto illa corpus habens Dominicum dilacerabatur. Et quod in Babylónico dracone accidit, cum accepto cibo medius diruptus est, hoc et isti evenit. Non enim Christus per os mortis egressus est, sed ipso medio draconis ventre dirupto et dissecto, sic ex penetralibus prodiit, cum splendore multo, radiosque emittens, non usque ad hoc cælum, sed usque ad ipsum supernum solium: nam illuc quoque ipsum adduxit. Hoc corpus dedit nobis et tenendum et comedendum, quod intensæ dilectionis fuit. Eos enim quos ardentem amamus, etiam sepe mordemus. Ideo Job amorem famulorum, qui circa illum erant ostendens dicebat, illos ipsum vehementer amantes dixisse: *Quis nobis det de carnibus suis ut impleamur* (Job. 31. 31)? Sic et Christus dedit nobis carnes suas ut impleamur, ad majorem nos amicitiam attrahens.

5. Accedamus igitur cum fervore ad illum, et cum ardenti caritate, et ne subeamus supplicium. Quanto enim majora beneficia acceperimus, tanto magis puniemur, cum beneficiis indigni apparebimus. Hoc etiam corpus in præsepi jacens reveriti sunt magi. Et viri impii ac barbari patria domoque relicta, viam einensi sunt longam, et venientes cum timore et tremore multo ipsum adoraverunt. Imitemur ergo saltem barbaros, nos cælorum cives. Illi namque in præsepe respicientes et in tugurio, et nihil eorum respicientes, quæ tu nunc vides, cum tremore multo accesserunt: tu vero non in præsepe respicis, sed in altare; non mulierem tenentem, sed sacerdotem adstantem, et Spiritum cum ubertate magna in proposita supervolantem. Non simpliciter hoc ipsum corpus vides, ut illi, sed nosti ipsius et virtutem et dispensationem omnem, et nihil ignoras eorum quæ per ipsum perfecta sunt, cum omnia initiatus accurate didiceris. Excitemus itaque nos ipsos et horreamus, et multo majorem quam barbari illi pietatem exhibeamus, ut non temere et inconsiderate accedentes, ignem in caput nostrum congeramus. Hæc autem dico, non ut ne accedamus; sed ne temere accedamus. Sicut enim temere accedere, periculum est: sic his mysticis cœnis non communicare, fames est et mors. Hæc enim mensa nervi animæ nostræ, mentis vinculum, fiduciæ causa, spes, salus, lux, vita est. Si cum hoc sacrificio illo abierimus, cum

πέμπων τῶν εἰρημένων αὐτοῦς ἀπάντων. Ταῦτ' οὖν καὶ ἡμεῖς εἰσότες, ἀγαπητοὶ, προνοώμεν τῶν ἀδελφῶν, καὶ τὴν ἐνόητα τὴν πρὸς αὐτοὺς διατηρώμεν. Εἰς τοῦτο γὰρ ἡμᾶς ἡ θυσία ἐκείνη ἐνάγει ἡ φοβερὰ καὶ φρικώδης, κελεύουσα ἡμῖν μεθ' ὁμοιοῦς αὐτῇ μάλιστα προσεῖναι καὶ θερμῆς ἀγάπης, καὶ αὐτοὺς γενομένους ἐντεῦθεν, οὕτως πρὸς αὐτὸν ἵπτασθαι τὸν οὐρανόν. "Ὅσῳ γὰρ τὸ πτώμα, φησὶν, ἐκεῖ καὶ οἱ αἵετοί· πτώμα καλῶν τὸ σῶμα διὰ τὸν θάνατον. Εἰ μὴ γὰρ ἐκεῖνος ἔπεσεν, ἡμεῖς οὐκ ἂν ἀνέστημεν. Ἄετους δὲ καλεῖ, δεικνύς ὅτι καὶ ὑψηλὸν εἶναι δεῖ τὸν προσεῖναι τῷ σώματι τούτῳ, καὶ μηδὲν πρὸς τὴν γῆν κοινὸν ἔχειν, μηδὲ κάτω σύρρασαι καὶ ἔρπειν, ἀλλ' ἄνω πέτεσθαι διηνεκῶς, καὶ πρὸς τὸν ἥλιον τῆς δικαιοσύνης ἐνορᾶν, καὶ ὀξυδερκέως τὸ δῆμα τῆς διανοίας ἔχειν· αἰετῶν γὰρ, οὐ κολοιῶν αὐτῇ ἡ τράπεζα. Οὗτοι καὶ τότε ἀπαντῆσονται ἐκ τῶν οὐρανῶν καταβαίνοντες οἱ νῦν ἀζήτως ἀπολαύοντες, ὡσπερ οὖν οἱ ἀναζήτως τὰ ἔσχατα πείσονται.

8. Εἰ γὰρ βασιλεῖα τις οὐκ ἂν ἀπλῶς δέξοιτο· τί λέγω βασιλεῖα; ἱματίου μὲν οὖν βασιλικοῦ οὐκ ἂν τις ἀπλῶς ᾄψαιτο χερσὶν ἀκαθάρτοις, κἂν ἐπ' ἐρημίας ᾗ, κἂν μόνος ᾗ, κἂν μετρεῖς ὁ παρών· καίτοι γε οὐδὲν ἕτερόν ἐστι τὸ ἱμάτιον, ἢ σκωληκῶν νήματα. b. Εἰ δὲ τὴν βαρῆν θαυμάζεις, καὶ αὐτὴν νεκρωθέντος ἰχθύος ἐστὶν αἷμα· ἀλλ' ὁμῶς οὐκ ἂν εἰς ἔλοιτο ρυπαραῖς αὐτοῦ κατατολμησαί χερσίν. Εἰ δὲ ἀνθρωπίνου ἱματίου οὐκ ἂν τις τολμησείεν ἀπλῶς θίγειν, πῶς τὸ σῶμα τοῦ ἐπὶ πάντων Θεοῦ, τὸ δμῶμον, τὸ καθαρὸν, τὸ τῇ θεῷ ἐκείνῃ φύσει ὁμιλήσαν, δι' ὃ ἐσμέν καὶ ζῶμεν, δι' ὃ πύλαι θανάτου κατεκλάσθησαν καὶ οὐρανοῦ ἀψίδες ἀνεψύχθησαν, τοῦτο μετὰ τοσαύτης ὕβρεως ληθόμεθα; Μὴ, παρακαλῶ, μὴ κατασφάζωμεν ἑαυτοὺς διὰ τῆς ἀναισχυντίας, ἀλλὰ μετὰ φρικῆς καὶ καθαρότητος [217] ἀπάτης αὐτῷ προσώμεν· καὶ ὅταν αὐτὸ προκεῖμενον ἴδῃς, λέγε πρὸς σεαυτὸν· Διὰ τοῦτο τὸ σῶμα οὐκέτι γῆ καὶ σποδὸς ἐγώ, οὐκέτι αἰχμάλωτος, ἀλλ' ἐλεύθερος· διὰ τοῦτο τῶν οὐρανῶν ἐλπίζω, καὶ τὰ ἐν αὐτοῖς ἀπολήψεσθαι ἀγαθὰ, τὴν ἀθάνατον ζωὴν, τὴν τῶν ἀγγέλων λῆξιν, τὴν μετὰ Χριστοῦ ὁμιλίαν· τοῦτο τὸ σῶμα προσηλούμενον καὶ μαστιζόμενον οὐκ ἤνεγκεν ὁ θάνατος· τοῦτο τὸ σῶμα καὶ ἥλιος σταυρούμενον ἰδὼν, τὰς ἀκτίνας ἀπέστρεψε· διὰ τοῦτο καὶ καταπέτασμα ἐσχίζετο τότε, καὶ πέτραι ἐρρήγνυντο, καὶ γῆ πᾶσα ἐτινάσαστο· τοῦτο ἐκεῖνο τὸ σῶμα ἐστὶ τὸ ἡμαγμένον, τὸ λόγῃ πληγὴν, καὶ τὰς σωτηρίους πηγὰς ἀναδύσαν, τὴν τοῦ αἵματος, τὴν τοῦ ὕδατος τῇ οἰκουμένῃ πάσῃ. Βούλει καὶ ἐτέρωθεν τὴν ἰσχὺν αὐτοῦ μαθεῖν; Ἐρώτησον τὴν αἰμορροῦσαν, τὴν οὐκ αὐτοῦ, ἀλλὰ τοῦ περικειμένου αὐτῷ ἱματίου, μᾶλλον δὲ οὐδὲ τούτου ὀλοκλήρου, ἀλλὰ τοῦ κρασπέδου ἀψαμένην· ἐρώτησον τὴν θάλασσαν, τὴν ὑπὲρ τῶν νῶτων αὐτὸ βαστάσασαν· ἐρώτησον καὶ αὐτὸν τὸν διάβολον, καὶ εἰπέ· Πόθεν ἔχεις τὴν πληγὴν τὴν ἀνίαντον; πόθεν οὐκέτι ἰσχύεις οὐδέν; πόθεν ἐάλως; τίνοι κατεσχέθης φεύγων; καὶ οὐδὲν ἕτερον, ἢ τὸ σῶμα ἐρεῖ τὸ σταυρωθέν. Διὰ τοῦτου τὰ κέντρα αὐτοῦ κατεκλάσθη· διὰ τοῦτου ἡ κεφαλὴ αὐτοῦ συνετριβή· διὰ τοῦτου αἱ ἀρχαὶ καὶ αἱ ἐξουσίαι ἐδειγματίσθησαν· Ἀπεκδυσάμενος γὰρ, φησὶ, τὰς ἀρχὰς καὶ τὰς ἐξουσίας, ἐδειγμάτισεν, ἐν παρρησίᾳ θριαμβεύσας αὐτὸς ἐν αὐτῷ. Ἐρώτησον καὶ τὸν θάνατον, καὶ εἰπέ· Πόθεν ἀνηρέθη σου τὸ κέντρον; πόθεν κατελύθη σου τὸ νίκος; πόθεν

ἐξεκόπη σου τὰ νεῦρα; καὶ κόραις καὶ παιδίους γέγονας καταγέλαστος, ὁ καὶ τυράννοις καὶ δικαίους ἅπασιν ὧν πρὸ τούτου φοβερὸς; καὶ τὸ σῶμα αἰτιάσεται τοῦτο. Ὅτε γὰρ τοῦτο ἐσταυρούτο, τότε νεκροὶ ἀνέστησαν, τότε τὸ δεσποτικὸν ἐκεῖνο ἐβράβη, καὶ αἱ χαλκαὶ ἐκλάσθησαν πύλαι, καὶ οἱ νεκροὶ ἀφείθησαν c, καὶ πύλωροι ἄδου πάντας ἔπτηξαν. Καίτοι γε εἰ τῶν πολλῶν εἰς ἦν, τὸναντιὸν γενέσθαι ἔδει, τὸν θάνατον δυνατώτερον· ἀλλ' οὐκ ἐγένετο· οὐδὲ γὰρ τῶν πολλῶν εἰς ἦν. Διὰ τοῦτο ἐξελύετο ἐκεῖνος. Καὶ ὡσπερ οἱ τροφὴν λαβόντες, ἦν οὐκ εἰσι δυνατοὶ κατασχεῖν, καὶ τὰ προαποκείμενα δι' ἐκείνην ἐμοῦσιν, οὕτως καὶ ἐπὶ τοῦ θανάτου γέγονε· τὸ σῶμα, ὅπερ οὐκ ἦν ἱκανὸς κατεργάζεσθαι, λαθὼν, κάκεινα ἐξέβαλεν ἄπερ ἐνδον εἶχε· καὶ γὰρ ὠδινεν ἔχων αὐτὸν καὶ ἐθλίβετο, ἕως αὐτὸν ἡμεσε. Διὸ φησὶν ὁ Ἀπόστολος, Ἀύσας τὰς ὠδίνους τοῦ θανάτου. Οὐδεμία γὰρ γυνὴ παιδίον κούσα οὕτως ὠδίνει, ὡς ἐκεῖνος, τὸ σῶμα ἔχων τὸ δεσποτικόν, διεκόπητο διασπώμενος. Καὶ ὅπερ ἐπὶ τοῦ δράκοντος ἔγειρονε τοῦ Βαβυλωνίου, ὅτε λαθὼν τὴν τροφὴν διεβράβη μέσος, τοῦτο καὶ ἐπὶ τούτου. Οὐ γὰρ διὰ τοῦ στόματος πάλιν ἐξῆλθεν ὁ Χριστὸς τοῦ θανάτου, ἀλλ' αὐτὴν μέσῃ διαβράβη; τὴν γαστέρα τοῦ δράκοντος καὶ ἀνατεμών, οὕτως ἀπὸ τῶν ἀδύτων προήει μετὰ πολλῆς τῆς λαμπρότητος, καὶ τὰς ἀκτίνας ἀφείψ, οὐ [218] μέχρι τούτου τοῦ οὐρανοῦ, ἀλλ' εἰς αὐτὸν τὸν ἄνω θρόνον· ἐκεῖ γὰρ αὐτὸ καὶ ἀνήγαγε. Τοῦτο τὸ σῶμα ἔδωκεν ἡμῖν καὶ κατέχειν καὶ ἐσθίειν, ὅπερ ἀγάπης ἐπιτεταμένης ἦν. Οὐς γὰρ ἂν φιλῶμεν σφοδρῶς, καὶ διαβάκωμεν πολλὰκις. Διὸ καὶ ὁ Ἰωὴδ τὸν ἔρωτα τὸν οἰκτετὸν τὸν περὶ αὐτὸν ἐνδεικνύμενος, ἔλεγον· ὅτι πολλάκις ἐκεῖνοι σφόδρα αὐτὸν φιλοῦντες ἔλεγον, Τίς ἂν δόψῃ ἡμῖν τῶν σαρκῶν αὐτοῦ πλησθῆναι; Οὕτω καὶ ὁ Χριστὸς τῶν σαρκῶν αὐτοῦ ἔδωκεν ἡμῖν πλησθῆναι, εἰς φιλίαν πλείονα ἡμᾶς ἐπισπώμενος.

ε'. Προσώμεν τοῖνον μετὰ θερμότητος αὐτοῦ καὶ πετυρωμένης ἀγάπης, καὶ μὴ ὑποκείμενον τιμωρίαν. Ὅσῳ γὰρ ἂν ὦμεν εὐρηγητέμενοι μεγάλα, τοσοῦτω μᾶλλον κολαζόμεθα μειζρόνως, ὅταν ἀνάξιοι τῆς εὐεργεσίας φανώμεν. Τοῦτο τὸ σῶμα καὶ ἐπὶ φάνης κείμενον ἠδέσθησαν μάγοι. Καὶ ἄνδρες ἀσεβεῖς καὶ βάρβαροι τὴν πατρίδα καὶ τὴν οἰκίαν ἀφέντες, καὶ ὀδὸν ἐστελίσαντο μακρὰν, καὶ ἐλθόντες μετὰ φόβου καὶ τρόμου πολλοῦ προσεκύνησαν. Μιμησώμεθα τοῖνον κἂν τοὺς βαρβάρους ἡμεῖς οἱ τῶν οὐρανῶν πολῖται. Ἐκεῖνοι μὲν γὰρ καὶ ἐπὶ φάνης ἰδόντες καὶ ἐν καλύβῃ, καὶ οὐδὲν τοιοῦτον ἰδόντες οἶον σὺ νῦν, μετὰ πολλῆς τῆς φρικῆς προσήσαν· σὺ δὲ οὐκ ἐν φάνῃ ὄρξ, ἀλλ' ἐν θυσιαστῆρίῳ, οὐ γυναῖκα κατέχουσαν, ἀλλ' ἱερέα παρεστῶτα, καὶ Πνεῦμα μετὰ πολλῆς τῆς θαυμάσιας τοῖς προκειμένοις ἐφιπτάμενον. Οὐχ ἀπλῶς αὐτὸ τοῦτο τὸ σῶμα ὄρξ, ὡσπερ ἐκεῖνοι, ἀλλ' ὀσθα αὐτοῦ καὶ τὴν δύναμιν, καὶ τὴν οἰκονομίαν ἅπασαν, καὶ οὐδὲν ἄγνοῖς τῶν δι' αὐτοῦ τελεσθέντων, μετὰ ἀκριβείας μυσταγωγηθεὶς ἅπαντα. Διαναστήσωμεν τοῖνον ἑαυτοὺς καὶ φρίξωμεν, καὶ πολλῶ τῶν βαρβάρων ἐκείνων πλείονα ἐπιδειξώμεθα τὴν εὐλάβειαν, ἵνα μὴ ἀπλῶς, μηδὲ ὡς ἔτυχε προσελθόντες, πῦρ ἐπὶ τὴν ἑαυτῶν σωρεύσωμεν κεφαλῇν. Ταῦτα δὲ λέγω, οὐχ ἵνα μὴ προσώμεν, ἀλλ' ἵνα μὴ ἀπλῶς προσώμεν. Ὅσπερ γὰρ τὸ ὡς ἔτυχε προσεῖναι, κίνδυνος, οὕτω τὸ μὴ κοινωεῖν τῶν μυστικῶν δεῖπνων

a Reg., τὸν οὐρανόν, μᾶλλον δὲ καὶ ὑπὲρ τὸν οὐρανόν.

b Reg., νήματα καὶ σιτῶν.

c Legebatur νεκροὶ ἀνέστησαν.

ἐκείνων, λιμῆς καὶ θάνατος. Αὕτη γὰρ ἡ τράπεζα τῆς ψυχῆς ἡμῶν τὰ νεῦρα, τῆς διανοίας ὁ σύνδεσμος, τῆς παρῆρησίας ἢ ὑπόθεσις, ἢ ἐλπίς, ἢ σωτηρία, τὸ φῶς, ἡ ζωὴ. Μετὰ ταύτης ἀπελθόντες ἐκεῖ τῆς θυσίας, ἐν παρῆρησία πολλῇ τῶν ἱερῶν ἐπιθυσόμεθα προθύρων, ὡσπερ τισὶν ὄπλοις χρυσοῖς περιπεφραγμένοι πάντοθεν. Καὶ τί λέγω τὰ μέλλοντα; Ἐνταῦθα γὰρ σοὶ τὴν γῆν οὐρανὸν ποιεῖ τοῦτο τὸ μυστήριον. Ἀναπέταστον γοῦν τοῦ οὐρανοῦ τὰς πύλας, καὶ διάκυσσον· μάλλον δὲ οὐχὶ τοῦ οὐρανοῦ, ἀλλὰ τοῦ οὐρανοῦ τῶν οὐρανῶν, καὶ τότε ἔβη ἐπὶ τὴν εἰρημένον. Τὸ γὰρ πάντων ἐκεῖ τιμιώτερον, τοῦτο σοὶ ἐπὶ τῆς γῆς δεῖξω κείμενον. Ὡσπερ γὰρ ἐν τοῖς βασιλείοις τὸ πάντων σεμινότερον, οὐ τοῖχοι, οὐκ ὄροφος χρυσοῦς, ἀλλὰ τὸ βασιλικὸν σῶμα τὸ καθήμενον ἐπὶ τοῦ θρόνου· οὕτω καὶ ἐν τοῖς οὐρανοῖς τὸ τοῦ βασιλέως σῶμα. Ἄλλα τοῦτο σοὶ νῦν ἐξεστὶν ἐπὶ γῆς ἰδεῖν. Οὐ γὰρ ἀγγέλους οὐδὲ ἀρχαγγέλους οὐδὲ οὐρανοὺς καὶ οὐρανοὺς οὐρανῶν, ἀλλ' [219] αὐτὸν τὸν τοῦτων σοὶ δείκνυμι Δεσπότην. Εἶδες πῶς τὸ πάντων τιμιώτερον ὄραξ ἐπὶ γῆς; καὶ οὐχ ὄραξ; μόνον, ἀλλὰ καὶ ἄπτη; καὶ οὐχ ἄπτη μόνον, ἀλλὰ καὶ ἐσθίεις, καὶ λαβὼν οἰκαδε ἀναχωρεῖς; Ἀπόσμηχε τοῖνυν τὴν ψυχήν, παρασκευάζε τὴν διάνοιαν πρὸς τὴν τοῦτων τῶν μυστηρίων ὑποδοχὴν. Καὶ γὰρ εἰ παιδίον βασιλικὸν μετὰ τοῦ κόσμου καὶ τῆς αἰουργίδος καὶ τοῦ διαδήματος ἐνεχειρίσθης φέρειν, πάντα ἂν ἔβριψας τὰ ἐν τῇ γῇ· νυνὶ δὲ οὐ παιδίον

ε'. Εἶδες κἀνταῦθα τὴν καουργίαν, πῶς οὐδὲ ἐναυτῇ τῇ συμβουλῇ εὐθὺς εἰσήγαγε τὴν ὀλεθρίαν παράνεσιν, ἀλλὰ διηγησαμένη πρῶτον ἐλεεινῶς τὰς συμφορὰς, καὶ ἐκτείνασα τὴν τραγωδίαν, ἐν βραχεῖ τίθησι τὴν παραίνεσιν, καὶ οὐδὲ ἐμφαίνει σαφῶς αὐτὴν, ἀλλὰ συσκιάσασα ἐκείνην, τὴν ἀπαλλαγὴν αὐτῷ προτείνει τὴν μάλιστα ποθεινὴν, καὶ ἐπαγγέλλεται τελευτὴν, ὃ μάλιστα ἐπεθύμει; Καὶ σκόπει κἀντεῦθεν τοῦ διαδόλου τὴν καουργίαν. Ἐπειδὴ γὰρ ἦδει τὸν πόθον τοῦ Ἰώδ τὸν περὶ τὸν θεόν, οὐκ ἀφίησι τὴν γυναῖκα κατηγοροῦσαν τοῦ θεοῦ, ἵνα μὴ ὡς ἐχθρὰν εὐθὺς ἀποστραφῇ. Διὰ τοῦτο αὐτοῦ μὲν οὐδαμῶς μέμνηται, τὰ δὲ συμβάντα ἄνω καὶ κάτω στρέφει. Σὺ δὲ μετὰ τῶν εἰρημένων, ὅτι καὶ γυνὴ ἦν ἢ ταῦτα συμβουλεύουσα, προστίθει, δεινὸς καταγοητεῦσαι βήτων τοὺς μὴ προσέχοντας. Πολλοὶ γοῦν καὶ χωρὶς συμφορῶν ἀπὸ γυναικῶν συμβουλῆς κατηνέχθησαν μόνως. Τί οὖν ὁ μακάριος οὗτος, καὶ ἀδάμαντος στεβρότερος; Βλέψας εἰς αὐτὴν πικρὸν, ἀπὸ τῆς ὄψεως καὶ πρὸ τῆς φωνῆς διεκρούσατο τὰ μηχανήματα. Ἐκείνη μὲν γὰρ προσεδόκησε δακρύων κινήσειν πηγὰς· οὗτος δὲ λέντος σφοδρότερος γέγονε, θυμοῦ πληρωθεὶς καὶ ἀγανακτήσας, οὐχ ὕπερ ὢν ἔπασχεν, ἀλλ' ὕπερ ὢν ἐκείνη διαβολικῶς συνεβούλευσε, [257] καὶ τῷ βλέμματι τὸν θυμὸν ἐνδειξάμενος, μεμετρημένην ποιεῖται τὴν ἐπιτίμησιν· καὶ γὰρ καὶ ἐν συμφοραῖς ὁσφρων ἦν. Καὶ τί φησιν; Ἰνα τί ὡσπερ μία τῶν ἀφρόνων γυναικῶν ἐλάλησας; Οὐχ οὕτω σε ἐπαίδευσά, φησιν, οὐχ οὕτω σε ἔθρεψα· ὅθεν οὐδὲ ἐπιγινώσκω τὴν σύνοικον τὴν ἐμὴν. Τὰ γὰρ βήματα ταῦτα ἀνοήτου γυναικὸς, καὶ παραπαιούσης ἢ συμβουλῆ. Εἶδας τομὴν σύμμετρον, καὶ πληγὴν ἱκανὴν διορθῶσαι τὴ

^a *Legebatur* σιγᾶν.

pore, et ipsa ei ad tentationem et insidias relicta est. Ideoque illam non cum filiis sustulit diabolus, neque ipsius cædem expetiit, quia sperabat illam magnam sibi opem esse laturam ad insidias sancto huic viro parandas. Ideoque ipsam, tamquam maximum telum sibi opportunum reliquit. Si enim, inquit, hominem per illam ex paradiso eieci, multo magis in sterquilinio potero supplantare.

4. Et vide calliditatem. Neque enim postquam boves perierant, hanc machinam adhibuit, neque post sublato asinos vel camelos, nec post dejectam domum, neque post obrutos filios; sed interim silere et quietem agere sicut athletam videns; ubi autem vermium fons scaturivit, cum putrescens pellis diffleret, et consumptæ carnes saniem emitterent, ac sartaginibus fornacibusque et quavis flamma gravior ipsum diaboli manus consumeret, quavis fera effe-ratio ipsi corpus undique consumens et devorans, cum in hac calamitate multum temporis insumptum fuisset, tunc uxorem ad illum adducit jam exsiccatum et confectum. Si enim initio calamitatis accessisset, neque ita illum enervatum reperisset, neque calamitatem adeo potuisset exaggerare ac verbis extollere: nunc autem ubi vidit illum ob temporis diuturnitatem liberationem sitire et malorum finem desiderare, tunc vehemens accedit. Quia enim valde confectus erat, neque respirare ultra poterat, sed et mori cupiebat, audi quid dicat: [Nam si mihi possem manum inferre, aut alium rogare, etiam hoc licerem (a).] Et vide mihi nequitiam mulieris, unde statim ordiatur: a diuturnitate temporis, dicens: *Quousque tolerabis (Job 2. 9)?* Si namque sæpe, etiam cum gravia non instarent negotia, verba solum emolli-re potuerunt; cogita quid verisimiliter ipse tunc patiebatur, cum et hæc verba et res ipse dolorem ipsi inferrent. Quodque omnium teterrimum erat, quod et uxor ejus hæc loqueretur, et uxor quæ considerat et animum despondebat; ideoque studebat et ipsum in desperationem conjicere. Cæterum ut aperte videamus machinam in hunc murum adamantinum admotam, ipsa verba audiamus. Quænam illa sunt? *Quousque tolerabis dicens, Ecce præstolor adhuc modicum temporis spem salutis habens (Ibid. in Græco)?* Tua, inquit, verba refellit tempus, quod diuturnius factum, nullam exhibet solutionem. Hæc autem dicebat, non modo in desperationem ipsum conjiciens, sed exprobrans ei et traducens illum. Etenim ille molestiam creatam ipsam consolans, et ejus verba depellens, talia loquebatur: *Expecta adhuc paululum, et cito finis horum veniet.* Illi ergo exprobrans dicit ipsa: *An nunc quoque idipsum dicis? multum enim temporis jam præterit, et nullus horum finis visus est.* Et vide nequitiam: non boum meminit, non ovium, non camelorum; sciebat enim illum non admodum hisce morderi; sed statim

(a) Verba unctis clausa, quæ desperantis esse videntur, in hodiernis exemplaribus non habentur. Possunt tamen alio sensu mitiore intelligi, nempe: Nam si liceret, si fas esset, si sine peccato possem mihi manum inferre, etc.

venit ad naturam, et filios in memoriam revocat: viderat enim ipsum amissis filiis vestem discedisse, et comam totondisse. Neque dixit, *Filii tui periere*, sed modo ad commiserationem composito: *Deletum est memoriale tuum de terra*, propter quod filii desiderabiles sunt. Etenim si etiam nunc, cum resurrectione futura creditur, hinc filii desiderabiles sunt, quod eorum qui decesserunt memoriam servent, multo magis tunc. Ideo hinc maledictio acerbior efficitur. Neque enim qui illic execratur dicit: *Exterminentur filii*, sed, *Memoriale ejus e terra (Job 18. 17)*, nempe filii tui et filiarum tuarum. Cum dixisset enim, *Memoriale*, accurate rursus utrumque sexum memorat: *Si autem hæc*, inquit, *non tibi curæ sunt, ne saltem species: Uteri mei dolores laboreque, quos frustra sum perpessa.* Id est, quæ majorem tui dolorem, injuria propter te affecta sum: dolores subii, et fructibus sum privata. Et vide quomodo jacturam pecuniarum neque memoret, neque taceat vel prætercurrat, sed ut licebat illam miserabiliter tangere, ipsam subindicet. Cum enim dicit, *Et ego errabunda et serva, a loco in locum, et a domo in domum circumcursans*, et jacturam subindicat, et magnam exhibet commiserationem: nam ipsa verba possunt calamitatem amplificare: *Ad aliorum*, inquit, *ostia venio.* Neque enim solum mendico, sed etiam erro et servitute subeo non expectatam et novam, undique circumiens et calamitatis signa circumferens, omnesque mala mea docens; quod omnium miserimum est, domum frequenter mutare. Neque hic lamentandi finem fecit, sed subjunxit dicens: *Expectans solem quando occidet, et requiescam a laboribus meis et a doloribus qui me circumdant et detinent.* Quod enim aliis suave est, inquit, radium videre, hoc mihi grave; desiderabiles autem mihi sunt nox et tenebræ; hæc mihi a sudoribus quietem pariunt, hæc mihi sunt in malis consolatio. *Sed dic verbum contra Dominum, et morere.*

5. Vidistin' hic quoque nequitiam? quo pacto in consilio suo non statim induxit perniciosam adhortationem, sed cum prius calamitates miserabiliter enarrasset, et tragædiam extendisset, paucis verbis adhortationem ponit, neque clare illam indicat, sed subindicans illam, maxime desiderabilem ipsi proponit liberationem, et mortem denuntiat, quam summopere optabat? Et hinc quoque observa diaboli vafritiem et malitiam. Quia enim sciebat Jobi amorem erga Deum, non sinit mulierem Deum accusare, ne ille ut inimicam ipsam statim aversaretur. Ideo ejus nusquam meminit, sed quæ acciderant sus deque versat. Tu autem, cum iis quæ dicta sunt, adde mulierem fuisse quæ hoc dabat consilium, vehementem oratorem ad eos pellicendos qui non attendunt. Multi certe etiam absque calamitatibus a solo mulierum consilio dejecti fuerunt. Quid igitur hic vir beatus, et adamante fortior? Acriter illam intuitus, a solo aspectu, antequam vocem emitteret, machinas depulit. Illa enim sperabat se lacrymarum fontes moturam esse: hic vero leono

vehementior fuit, ira et indignatione plenus, non pro iis quæ patiebatur, sed propter consilia quæ diaboli ab illa data sunt; et ipso aspectu indignationem exhibens, moderata utitur increpatione: etenim etiam in calamitatibus moderatus erat. Et quid ait? *Cur sicut una ex insipientibus mulieribus loquuta es (Job 2. 10)?* Non sic te erudivi, inquit, non sic te educavi: unde nec consortem meam agnosco. Hæc quippe dicta sunt insanæ mulieris, et furentis consilium est. Viden' sectionem moderatam, plagam quæ posset morbum curare. Deinde post increpationem consilium rursus affert, quod possit illam consolari, et rationi valde consentaneum, dicens: *Si bona suscepimus de manu Domini, mala non sustinebimus?* Recordare enim, inquit, priorum illorum, et tecum reputa auctorem, et hæc fortiter feres. Vidistin' moderationem viri? Nec enim fortitudini suæ patientiam suam adscribit, sed ex rerum consequentia fuisse illam dicit. Pro quibusnam enim illa

nobis dedit Deus? quam rependens remunerationem? Nullam; sed ex sola benignitate sua: donum enim erat, non retributio; gratia, non remuneratio. Ergo hæc fortiter feramus. Hoc et viri et mulieres inscriptum dictum habemus; hæc verba in mente iusculpamus, et hæc et ea quæ præcedunt: et historiam malorum ejus, velut imaginem in mentem nostram inscribentes, jacturam dico pecuniarum, filios sublato, corporis plagam, opprobria, irrisiones, uxoris machinas, diaboli insidias, omnes uno verbo justi calamitates, nobis in portum maximum apparemus: ut omnia fortiter et cum gratiarum actione ferentes, et in præsentī vita mœrorem omnem depellamus, et de hac benedictione mercedem referamus, gratia et benignitate Domini nostri Jesu Christi, quicum Patri et una Spiritui sancto gloria, imperium, honor, nunc et semper, et in sæcula sæculorum. Amen.

HOMILIA XXIX.

CAP. 12. v. 1. *De spiritualibus autem, fratres, nolo vos ignorare. 2. Scitis autem quod cum gentes essetis, ad simulacra muta prout ducebamini euntes.*

1. Hic totus locus valde obscurus est: obscuritatem vero parit ignoratio eorum quæ tunc contingebant, nunc autem non fiunt. Et cur nunc non fiunt? Ecce namque obscuritatis causa aliam nobis quæstionem peperit. Cur enim tunc flebant, nunc vero secus? Sed hoc postea dicendum mittamus: interim vero quæ tunc flebant recenseamus. Quid ergo tunc contingebat? Si quis baptizaretur, linguis statim loquebatur, et non linguis tantum, sed etiam multi prophetabant, quidam vero alias plures virtutes exhibebant. Quia enim ab idolis accedentes, cum nihil clare scirent, neque in antiquis Bibliis essent educati, baptizati statim Spiritum accipiebant, Spiritum vero non videbant, invisibilis cum sit; dabat gratia sensibile quoddam argumentum illius operationis; aliusque Persica, alius Romana, alius Indica, alius alia lingua statim loquebatur: et hoc externis notum faciebat, Spiritum sanctum in ipso loquente esse. Ideo sic ipsum appellat dicens: *Unicuique autem manifestatio Spiritus datur ad utilitatem*, charismata seu dona vocans manifestationem Spiritus. Quia enim apostoli hoc primum signum acceperunt, fideles quoque acceperunt linguarum donum; neque hoc solum, sed et alia plurima. Nam et mortuos multi suscitabant, et dæmonas pellebant, et alia multa similia mirabiliter operabantur: donaque habebant alii quidem pauciora, alii vero plura. Magis autem quam alia omnia apud illos erat donum linguarum.

Spiritus sancti dona causa schismatis. — Et hæc causa schismatis illis fuit, non ex natura sua, sed ex ingrato accipientium animo. Nam qui majora habebant, efferebantur adversus eos qui minora possidebant: hi vero rursus dolebant, et iis qui majora haberent invidiebant: idque in sequentibus os-

tendit ipse Paulus. Quia igitur hinc letalem accipiebant plagam, dum in eis caritas dissolveretur, multum studium ponit ut id corrigat. Contigit hoc etiam Romæ, sed non hoc modo. Quapropter etiam in Epistola ad Romanos illud movet quidem, sed adumbrate et breviter, sic dicens: *Sicut enim in uno corpore multa membra habemus, membra autem omnia non eandem habent operationem: sic multi unum corpus sumus in Christo, singuli autem invicem membra. Habentes autem dona secundum gratiam quæ data est nobis diversa; sive prophetiam, secundum proportionem fidei, sive ministerium, in ministrando, sive qui docet, in doctrina (Rom. 12. 4. 7).* Quod autem illunde in arrogantiam inciderent, id in principio subindicavit ita dicens: *Dico autem vobis per gratiam quæ data est mihi, omnibus qui sunt in vobis, non plus sapere quam oportet sapere, sed sapere ad sobrietatem, unicuique ut Deus distribuit mensuram fidei (Ibid. v. 3).* Itaque cum illis (neque enim magnus erat morbus dissidii et arrogantiae) sic disseruit: hic vero cum multo studio; nam morbus valde invalescebat. At non hoc tantum illos conturbabat, sed multi erant istic divinantes, quod urbs illa Græcorum moribus addicta esset, et cum aliis hoc quoque illos supplantabat et turbabat. Quapropter orditur statuens quid interesset discriminis divinationem inter et prophetiam. Propterea etiam discretionem spirituum acceperunt, ut discernere et scirent, quis loqueretur per mundum spiritum, quis per immundum. Quia enim ex ipsa re non poterat dictorum demonstratio præberi (prophetia enim non in tempore quo profertur, sed in tempore eventus pronuntiatæ rei, veritatis suæ argumentum præbet); neque facile erat illam internoscere, dicereque quis propheta, quis mendax esset (etenim cum scelestus et immundus sit diabolus, in prophetas sese injiciebat, falsos inducens prophetas, ut qui et ipsi futura

νόσημα; Εἶτα μετὰ τὴν ἐπίπληξιν καὶ συμβουλήν εισάγει πάλιν ἀρκοῦσαν αὐτὴν παραμυθίσασθαι καὶ πολὺ τὸ εὐλογον ἔχουσαν, λέγων· *Εἰ τὰ ἀγαθὰ ἐδεξάμεθα παρὰ Κυρίου, τὰ κακὰ οὐχ ὑποίσομεν*; Ἀναμνήσθητι γάρ, φησὶ, τῶν προτέρων ἐκείνων, καὶ λογίζου τὸν αἴτιον, καὶ οἴσεις καὶ ταῦτα γενναίως. Εἶδες μετριοφροσύνην ἀνδρός; Οὐδὲ γὰρ τῇ ἀνδρείᾳ αὐτοῦ λογίζεται τὴν ὑπομονήν, ἀλλὰ τῆς τῶν πραγμάτων ἀκολουθίας αὐτὴν εἶναι φησιν. Ἀντὶ τίνων γὰρ ἐκεῖνα ἡμῖν ἔδωκεν ὁ Θεός; ποῖαν ἐκτινύς ἀμοιβήν; Οὐδεμίαν· ἀλλ' ἐξ ἀγαθότητος μόνης· δωρὰ γὰρ ἦν, οὐκ ἀμοιβή, καὶ χάρις, οὐκ ἀντίδοσις. Οὐκοῦν καὶ ταῦτα φέρωμεν γενναίως. Τοῦτον καὶ ἄνδρες καὶ γυναῖκες τὸν λόγον ἀνάγραπτον ἔχωμεν, καὶ τὰ ῥήματα ταῦτα ἐγκολάψωμεν τῇ διανοίᾳ, καὶ ταῦτα καὶ τὰ πρὸ τούτων· καὶ τὴν ἱστορίαν αὐτοῦ

τῶν παθημάτων^α καθάπερ εἰκόνα ἐπὶ τῆς διανοίας ὑπογράψαντες, τὴν ζημίαν λέγω τῶν χρημάτων, τὴν ἀφαίρεσιν τῶν παίδων, τὴν πληγὴν τοῦ σώματος, τὰ ὄνειδη, τὰς χλευασίας, τὰς τῆς γυναικὸς μηχανάς, τὴν τοῦ διαβόλου ἐπιβουλήν, πάντα ἀπλῶς μετὰ ἀκριβείας τὰ πάθη τοῦ δικαίου, λιμένα κατασκευάσωμεν μέγιστον ἡμῖν· ἵνα πάντα γενναίως καὶ εὐχαρίστως φέροντες, καὶ ἐν τῷ παρόντι βίῳ πᾶσαν ἀποκρουσώμεθα ἀθυμίαν, καὶ τοὺς περὶ τῆς εὐφημίας ταύτης ἀπολάβωμεν μισθοὺς, χάριτι καὶ φιλανθρωπείᾳ τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, μεθ' οὗ τῷ Πατρὶ ἅμα τῷ ἁγίῳ Πνεύματι δόξα, κράτος, τιμὴ, νῦν καὶ ἀεὶ, καὶ εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰῶνων. Ἀμήν.

^α *Legebatur* μαθητῶν, *ridicule*.

ΟΜΙΛΙΑ ΚΘ'.

Περὶ δὲ τῶν πνευματικῶν, ἀδελφοί, οὐ θέλω ὑμᾶς ἀγροεῖν. Οἴδατε δεῖ ὅτε ἔθνη ἦτε, πρὸς τὰ εἰδῶλα τὰ ἄφρονα, ὡς ἂν ἤγεσθε, ἀπαργόμενοι.

α'. Τοῦτο ἅπαν τὸ χωρίον σφοδρὰ ἐστὶν ἀσάφες· τὴν δὲ ἀσάφειαν ἢ τῶν πραγμάτων ἀγνοία τε καὶ ἑλλειψίς ποιεῖ τῶν τότε μὲν συμβαινόντων, νῦν δὲ οὐ γινωσκόμενων. Καὶ τίνας ἔνεκεν οὐ γίνεσθαι νῦν; Ἰδοὺ γὰρ καὶ ἡ αἰτία πάλιν τῆς ἀσαφείας ἕτερον ἡμῖν ζήτημα ἔτεκε. Τί δήποτε γὰρ τότε μὲν ἐγίνετο, νῦν δὲ οὐκ ἐτί; Ἀλλὰ τοῦτο μὲν εἰς αὐθις ἀναβαλλόμεθα^α, τῶς δὲ τὰ συμβαίνοντα τότε λέγωμεν. Τί οὖν τότε συνέβαινε; Εἰ τις ἐβαπτίσαστο, γλώσσαις εὐθέως ἐλάλει, καὶ οὐ γλώσσαις μόνον, ἀλλὰ πολλοὶ καὶ προεφῆτευσον, [258] τινὲς δὲ καὶ ἑτέρας πλείους δυνάμεις ἐπέδεικνυον. Ἐπειδὴ γὰρ ἀπὸ τῶν εἰδῶλων προσόντες, οὐδὲν εἰδότες σαφῶς, οὐδὲ ταῖς παλαιαῖς ἀντραφέντες βίβλοις, βαπτισθέντες εὐθέως Πνεῦμα ἐλάμβανον, τὸ δὲ Πνεῦμα οὐκ ἔωρων· ἄορατον γὰρ ἐστὶν· αἰσθητὸν τινα ἔλεγχον εἰδίδου τῆς ἐνεργείας ἐκείνης ἢ χάρις· καὶ ὁ μὲν τῇ Περσῶν, ὁ δὲ τῇ Ῥωμαίων, ὁ δὲ τῇ Ἰνδῶν, ὁ δὲ ἑτέρα τινὶ τοιαύτῃ εὐθέως ἐφθέγγετο γλώσσῃ καὶ τοῦτο ἐφανεροῦ τοῖς ἔξωθεν, ὅτι Πνεῦμά ἐστιν ἐν αὐτῷ τῷ φεγγαμένῳ. Διὸ καὶ οὕτως αὐτὸ καλεῖ λέγων· *Ἐκάστῳ δὲ ἢ φανέρωσις τοῦ Πνεύματος δίδεται πρὸς τὸ συμφέρον*^α· τὰ χαρίσματα φανέρωσιν Πνεύματος ὀνομάζων. Ἐπειδὴ γὰρ καὶ οἱ ἀπίστοι τοῦτο πρῶτον σημεῖον ἔλαβον, καὶ οἱ πιστοὶ τοῦτο ἐλάμβανον τὸ τῶν γλωσσῶν, καὶ οὐχὶ τοῦτο μόνον, ἀλλὰ καὶ ἕτερα πλείω. Καὶ γὰρ καὶ νεκροὺς ἤγειρον πολλοὶ, καὶ δαίμονας ἤλαυνον, καὶ ἄλλα πολλὰ τοιαῦτα θαυματουργοῦν· καὶ χαρίσματα δὲ εἶχον, οἱ μὲν ἐλάττονα, οἱ δὲ πλείω. Πλέον δὲ πάντων τὸ τῶν γλωσσῶν ἦν παρ' αὐτοῖς χάρισμα.

Καὶ τοῦτο αἴτιον σχίσματος αὐτοῖς ἐγένετο, οὐ

^α *Alit*, ἀναβαλλόμεθα.

παρὰ τὴν οἰκείαν φύσιν, ἀλλὰ παρὰ τὴν ἀγνωμοσύνην τῶν εἰληφότων. Οἱ τε γὰρ τὰ μείζονα ἔχοντες ἐπήρουν κατὰ τῶν τὰ ἐλάττονα κεκτημένων· οὗτοι δ' αὐτὸ πάλιν ἤλθον, καὶ τοῖς τὰ μείζονα ἔχουσιν ἐφθόβουν. Καὶ τοῦτο προῖων δεῖκνυσιν αὐτοῖς ὁ Παῦλος. Ἐπεὶ οὖν ἐντεῦθεν καιρίαν ἐλάμβανον πληγὴν, διαλυομένης αὐτοῖς τῆς ἀγάπης, πολλὴν σπουδὴν ποιεῖται, ὥστε αὐτὸ διορθῶσαι. Συνέθη μὲν γὰρ τοῦτο καὶ ἐν τῇ Ῥώμῃ, ἀλλ' οὐχ οὕτω· διόπερ καὶ ἐν τῇ πρὸς Ῥωμαίους Ἐπιστολῇ κινεῖ μὲν αὐτὸ, συνεσκιασμένως δὲ καὶ ἐν βραχεῖ, λέγων οὕτω· *Καθάπερ γὰρ ἐν ἐρί σώματι μέλη πολλὰ ἔχομεν, τὰ δὲ μέλη πάντα οὐ τὴν αὐτὴν ἔχει πρᾶξιν· οὕτως οἱ πολλοὶ ἐν σώμα ἔσμεν ἐν Χριστῷ, ὁ δὲ καθ' εἷς, ἀλλήλων μέλη. Ἐχοντες δὲ χαρίσματα κατὰ τὴν χάριν τὴν δοθείσαν ἡμῖν διάφοροι, εἴτε προφητείας, κατὰ τὴν ἀναλογία τῆς πίστεως, εἴτε διακονίας, ἐν τῇ διακονίᾳ, εἴτε ὁ διδάσκων, ἐν τῇ διδασκαλίᾳ.* Ὅτι δὲ καὶ ἐκεῖνοι εἰς ἀπόνοιαν ἐντεῦθεν ἐνέπιπτον, ἀρχόμενος ἠνέξατο τοῦτο, οὕτως εἰπὼν· *Λέγω γὰρ διὰ τῆς χάριτος τῆς δοθείσης μοι παρὰ τῷ θεῷ ἐν ὑμῖν μὴ ὑπερφρονεῖν παρ' ὁ θεὸς φρονεῖν, ἀλλὰ φρονεῖν εἰς τὸ σωφρονεῖν, ἐκάστῳ ὡς ὁ θεὸς ἐμέρισε μέτρον πίστεως.* Ἐκεῖνοι μὲν οὖν (οὐδὲ γὰρ πολὺ τὸ νόσημα ἦν τῆς διαστάσεως καὶ ἀπονοίας) οὕτω διελέκται· ἐνταῦθα δὲ μετὰ πολλῆς τῆς σπουδῆς· καὶ γὰρ σφοδρὰ τοῦ πάθους ἦν ἡ νομή. Καὶ οὐδὲ τοῦτο μόνον αὐτοὺς ἐθορύθει, ἀλλὰ καὶ μάνεις ἦσαν αὐτόθι πολλοί, ὅτε Ἑλληνικώτερον τῆς πόλεως διακειμένης, καὶ μετὰ τῶν ἄλλων καὶ τοῦτο αὐτοὺς ὑπεσκέλιζε καὶ ἐτάραττε. Διὸ καὶ ἀρχόμενος, πρῶτον τὸ μέσον μαντείας καὶ προφητείας τίθησι. Διὰ τοῦτο καὶ διακρίσεις ἔλαβον πνευμάτων, ὥστε διακρίνειν καὶ εἰδέναι, τίς μὲν ὁ [259] πνεύματι φεγγόμενος καθαρῶς, τίς δὲ ὁ ἀκαθάρτος. Ἐπειδὴ γὰρ αὐτόθεν οὐκ ἦν παρασχεῖν τῶν λεγομένων τὴν ἀπόδειξιν (προφητεία γὰρ οὐκ ἐν τῷ καιρῷ, ὅ ἢ λέγεται, ἀλλ' ἐν τῷ καιρῷ τῆς ἐκδόσεως παρέχεται τῆς οἰκείας ἀληθείας τὸν ἔλεγχον)· καὶ οὐκ ἦν εὐκόλον αὐτὴν διαγνώσαι, καὶ τίς μὲν ὁ προ-

φητεύων, τίς δὲ ὁ ψευδόμενος (καὶ γὰρ μιὰρὸς ὢν ὁ διάβολος ἐπίσσει τοῖς προφητεύουσιν, ψευδοπροφήτας εἰσάγων ἕως δῆθεν τὰ μέλλοντα προλέγοντας καὶ αὐτούς)· εἶτα ἐπειδὴ τῶς ἀνεύθυνα ἦν τὰ λεγόμενα, εὐπω τῶν πραγμάτων ἐκδάντων περὶ ὧν προελέγετο, καὶ βῆδιδος παρεκρούετο (τὸν γὰρ ψευδόμενον καὶ τὸν ἀληθεύοντα τὸ τέλος ἤλεγγεν)· ἵνα δὴ μὴδὲ πρὸ τοῦ τέλους ἀπατώνται οἱ ἀκροαταί, δίδωσιν αὐτοῖς σημεῖον, ὃ καὶ πρὸ τῆς ἐκδόσεως εἰδείκνυ τούτων κάκεινον· καὶ ἐντεῦθεν λαβὼν ἀκολουθίαν καὶ ἀρχήν, οὕτω καὶ εἰς τὸν περὶ τῶν χαρισμάτων ἐκθαίνει λόγον, καὶ τὴν φιλονεικίαν διορθοῦται τὴν καὶ ἐντεῦθεν γινομένην. Τῶς μὲντοι τοῦ περὶ τῶν μάντεων ἀρχεται λόγος οὕτω λέγων· *Περὶ δὲ τῶν πνευματικῶν οὐ θέλω ὑμῶς ἀγγοσίβ, ἀδελφοί!* πνευματικὰ τὰ σημεῖα καλῶν, ὅτι ταῦτα ἔργα τοῦ Πνεύματος μόνου, οὐδὲν ἀνθρωπίνης ἐπισηφερούσης σπουδῆς εἰς τὸ τὰ τοιαῦτα θαυματοργεῖν. Καὶ μέλλων περὶ αὐτῶν διαλέγεσθαι, πρότερον, ὅπερ ἔφην, τῆς μαντείας τὴν διαφορὰν καὶ τῆς προφητείας τίθησιν, οὕτω λέγων· *Οἰδατε ὅτι ὅτε ἔθρη ἦτε, πρὸς τὰ εἰδωλα τὰ ἄφωνα, ὡς ἂν ἤγεσθε, ἀπαγόμενοι.* Ὁ δὲ λέγει, τοῦτο ἐστίν· Ἐν τοῖς εἰδώλοις ^α, φησὶν, εἴποτε κατεσγήθη τις ὑπὸ πνεύματος ἀκαθάρτου καὶ ἐμαντεύετο, ὡσπερ ἀπαγόμενος, οὕτως εἴλετο ὑπὸ τοῦ πνεύματος δεδεμένος, οὐδὲν εἰδὼς ὧν λέγει. Τοῦτο γὰρ μάντεως ἴδιον, τὸ ἐξεστηκέναι, τὸ ἀνάγκην ὑπομένειν, τὸ ὠθεῖσθαι, τὸ ἔλκεσθαι, τὸ σύρεσθαι ὡσπερ μαινόμενον. Ὁ δὲ προφήτης οὐχ οὕτως, ἀλλὰ μετὰ διανοίας νηφούσης, καὶ σωφρονούσης καταστάσεως, καὶ εἰδὼς ἃ φθέγγεται, φησὶν ἅπαντα. Ὅσπερ καὶ πρὸ τῆς ἐκδόσεως κἀντεῦθεν γινώριζε τὸν μάντιν καὶ τὸν προφήτην. Καὶ σκόπει πῶς ἀνούποτον ποιεῖ τὸν λόγον· αὐτοῦς μάρτυρας καλεῖ τοὺς ἐν τῇ πείρᾳ τοῦ πράγματος γενομένους. Ὅτι γὰρ οὐ ψεύδομαι, φησὶν, οὐδὲ ἀπλῶς διασῶρω τὰ τῶν ἄθνων, ὡς ἐχθρὸς πλάττων, αὐτοὶ ὑμεῖς μοι μαρτυρήσατε· καὶ γὰρ οἰδατε ὅτε Ἐλλήνες ἦτε, πῶς ἀπήγεσθε ἐλκόμενοι τότε. Εἰ δὲ τις καὶ τούτους ὡς πιστοὺς ὑπόπτους εἶναι φαίη, φέρε καὶ ἐκ τῶν ἐξωθεν τοῦτο ὑμῖν ποιήσω φανερόν. Ἄκουσον γοῦν Πλάτωνος λέγοντος οὕτως· Ὅσπερ οἱ χρησμοδοὶ καὶ οἱ θεομάντις λέγουσι μὲν πολλὰ καὶ καλὰ, ἴσασι δὲ οὐδὲν ὧν λέγουσιν. Ἄκουσον γοῦν καὶ ἑτέρου ποιητοῦ τὰ αὐτὰ ἐνδεικνυμένου. Ἐπειδὴ γὰρ τελεταί· τισὶ καὶ μαγγανείαις κατέδησε δαίμονά τις εἰς ἄνθρωπον, καὶ ἐμαντεύετο ἐκεῖνος, καὶ μαντεύομενος ἐβρίπτετο καὶ ἐσπαράττετο, καὶ ἐνεγκεῖν τοῦ δαίμονος τὴν ὀρμὴν οὐκ ἠδύνατο, ἀλλ' [260] ἐμελλε διασπῶμενος οὕτως ἀπόλλυσθαι, τοῖς τὰ τοιαῦτα μαγγανεύουσι φησὶ·

*Ἀύσατε λοιπόν, ἀνακτα βροτὸς θεὸν οὐκέτι χω-
[ρεῖ·*

καὶ πάλιν,

*Ἀύσατέ μοι στεφάνους, καὶ μεν πόδας ὕδατι
[λευκῶ
ἴναται, καὶ γραμμὰς ἀπαλείψατε, καὶ γε μο-
[λοῖμι.*

Ταῦτα γὰρ καὶ τὰ τοιαῦτα (καὶ γὰρ ἐστὶ πολλῶ

πλεῖονα εἰπεῖν), ἀμφοτέρω ταῦτα ἡμῖν ἐνδείκνυται, καὶ τὴν ἀνάγκην ἢ κατεχόμενοι δουλεύουσιν οἱ δαίμονες, καὶ τὴν βίαν ἦν ὑπομένοντες οἱ καθάπαξ ἐαυτοὺς ἐκδόντες αὐτοῖς, καὶ τῶν κατὰ φύσιν ἐξίστανται φρενῶν. Καὶ ἡ Πυθία δὲ· ἀναγκάζομαι γὰρ καὶ ἐτέραν αὐτῶν ἀσχημοσύνην ἐκπομπέσαι νῦν, ἦν καλὸν μὲν ἦν παρελθεῖν διὰ τὸ ἡμῖν ἀπρεπὲς εἶναι τὰ τοιαῦτα λέγειν· ὥστε δὲ σαφέστερον αὐτῶν μαθεῖν τὴν αἰσχύνην ^β, ἀναγκαῖον εἰπεῖν, ἵνα κἀντεῦθεν μάθηται τὴν παράνοیان, καὶ τὸν πολὺν γέλωτα τῶν τοῖς μάντεσι κεκρημένων· λέγεται τοίνυν αὕτη ἡ Πυθία γυνὴ τις οὕσα ἐπικαθῆσθαι τῷ τριπόδι ποτε τοῦ Ἀπόλλωνος, διαίρουσα τὰ σκέλη· εἴθ' οὕτω πνεῦμα πονηρὸν κἀτωθεν ἀναδιδόμενον, καὶ διὰ τῶν γεννητικῶν αὐτῆς διαδύμενον μορίων πληροῦν τὴν γυναικα τῆς ἀνάγκης, καὶ ταύτην τὰς τρίχας λύουσαν λοιπὸν ἐκβακχεύεσθαι τε, καὶ ἀφρὸν ἐκ τοῦ στόματος ἀφίεσαι, καὶ οὕτως ἐν παροίνοιᾳ γενομένην τὰ τῆς μανίας φθέγγεσθαι βήματα. Οἶδα ὅτι ἠσχύνθητε καὶ ἠρυθρίασατε ταῦτα ἀκούσαντες· ἀλλ' ἐκεῖνοι καὶ μέγα φρονοῦσι καὶ διὰ τὴν ἀσχημοσύνην καὶ διὰ τὴν μανίαν ταύτην.

β'. Ταῦτα οὖν καὶ τὰ τοιαῦτα ὁ Παῦλος ἅπαντα ἀνακινῶν ἔλεγεν· *Οἰδατε, ὅτι ὅτε ἔθρη ἦτε, πρὸς τὰ εἰδωλα τὰ ἄφωνα, ὡς ἂν ἤγεσθε, ἀπαγόμενοι.* Καὶ ἐπειδὴ πρὸς εἰδότας διελέγετο, οὐ τίθησι πάντα μετὰ ἀκριθείας, μὴ βουλόμενος αὐτοῖς ἐνοχλεῖν, ἀλλ' ἀναμνήσας μόνον καὶ εἰς ἐνοίαν ἀπάντων αὐτοὺς ἀγαγῶν, ἀπαλλάττεται ταχέως, πρὸς τὸ προκειμενον ἐπειγόμενος. Τί δὲ ἐστὶ, *Πρὸς τὰ εἰδωλα τὰ ἄφωνα;* Οὗτοι οἱ μάντις πρὸς ἐκεῖνα ἦγοντο ἐλκόμενοι. Εἰ δὲ αὐτὰ ἄφωνα, πῶς ἐκεῖνοις ἐκέχρητο ^ε; τίνος δὲ ἐνεκεν τοῖς ξοάνοις αὐτοῦς προσῆγεν ὁ δαίμων ὡς αἰχμαλώτους καὶ δεσμίους; Ὁμοῦ δὲ καὶ τὴν πλάνην πιθανὴν ἐργαζόμενος. Ἴνα γὰρ μὴ δόξη ὁ λίθος ἄφωνος εἶναι, ἐσποῦδαζεν τοῖς εἰδώλοις προσηλοῦν τοὺς ἀνθρώπους, ἵνα τὰ αὐτῶν ἐκεῖνοις ἐπιγράφηται. Ἄλλ' οὐ τὰ ἡμέτερα τοιαῦτα. Ἄλλ' οὐκ ἔθρη τὰ ἡμέτερα, τὰ τῶν [261] προφητῶν λέγω· καὶ γὰρ δῆλα ἦν αὐτοῖς ἅπαντα, καὶ ἐν αὐτοῖς προεφήτευσον, ὡς αὐτοῖς πρέπον ἦν, μετὰ συνέσεως καὶ ἐλευθερίας ἀπάσης. Διὰ τοι τοῦτο καὶ τοῦ εἰπεῖν καὶ τοῦ μὴ εἰπεῖν ἦσαν κύριοι· οὐ γὰρ ἀνάγκη κατεῖχοντο, ἀλλ' ἐξουσίᾳ ἦσαν ἐτιμῆμενοι. Διὰ τοῦτο καὶ Ἰωνᾶς ἐφυγε, διὰ τοῦτο καὶ Ἰεζεκιὴλ ἀνεβάλλετο, διὰ τοῦτο καὶ Ἰερεμίας παρητηρεῖτο. Ὁ δὲ Θεὸς οὐ μετὰ ἀνάγκης αὐτοῦς ὤθει, ἀλλὰ συμβουλεύων, παραινῶν, ἀπειλῶν, οὐ σκοτῶν τὴν διάνοιαν. Δαίμονος μὲν γὰρ ἴδιον, τὸ θόρυβον καὶ μανίαν ποιεῖν καὶ πολὺν τὸν ζόφον, Θεοῦ δὲ, τὸ φωτίζειν καὶ μετὰ συνέσεως διδάσκειν τὰ δέοντα. Πρῶτη μὲν οὖν διαφορὰ αὕτη μάντεως καὶ προφήτου· δευτέρα δὲ ἑτέρα, ἦν ἐφεξῆς τίθησι, λέγων· *Διὸ γνωρίζω ὑμῖν, ὅτι οὐδεὶς Πνεύματι Θεοῦ λαλῶν, λέγει ἀνάθεμα Ἰησοῦν.* Εἶτα καὶ ἑτέρα· *Καὶ οὐδεὶς δύναται εἰπεῖν Κύριον Ἰησοῦν, εἰ μὴ ἐν Πνεύματι ἀγίῳ.* Ὅταν ἴδης, φησὶν, τινὰ μὴ φεγγόμενον τὸ νομα αὐτοῦ, ἢ καὶ ἀναθεματίζοντα, μάντις ἐστὶ. Πάλιν, ὅταν ἴδης ἕτερον μετὰ τοῦ δνόματος αὐτοῦ πάντα φεγγόμενον, νόησον ὅτι πνευματικὸς ἐστὶ. Τί οὖν, φησὶ, περὶ τῶν κατηγουμένων

^α Savil. ad marginem habet ἀσχημοσύνην, quae lectio mellior videtur. ^ε Ἐκέχρητο. Editi. Savil. cum Dunæo putat legendum ἐκέχρητο.

^β Savil. putat legendum εἰδωλείοις.

prædicent) : deinde quia de iis, quæ dicebantur, non poterat ratio reddi, cum res quæ prædictæ fuerant nondum evenissent, et facile confutabatur (mendacem enim et veracem finis comprobatur) : ne ante finem auditores deciperentur, dat illis signum, quod etiam ante eventum hunc et illum indicaret : et hinc accepta consequentia et principio, sic in sermonem de charismatibus transit, et contentionem inde subortam corrigit. Interim vero de divinatoribus loquens sic orditur : *De spiritualibus autem nolo vos ignorare, fratres; spiritualia vocans signa, quia illa Spiritus solius sunt opera, humano studio nihil afferente ad talia miracula patranda. Et de illis disputaturus, prius, ut dixi, divinationem inter et prophetiam differentiam ponit, sic dicens : Scitis quod cum gentes essetis, ad simulacra muta prout ducebimini euntes. Id est : In idolis, inquit, si quis abreptus esset a spiritu immundo, et vaticinaretur, quasi abductus sic ille trahebatur a spiritu victus, nihil sciens eorum quæ dicebat. Hoc enim divinatori proprium est, ut mente excedat, vim patiat, pellatur, trahatur, quasi furens. Propheta vero non sic, sed cum vigili mente, cum temperanti constitutione, illa sciens quæ dicit, omnia loquitur. Itaque etiam ante eventum hinc internosce vatem et prophetam. Et vide quam non suspectum proferat sermonem : ipsos vocat testes, qui rei experientiam fecerint. Quod enim non mentiar, inquit, neque temere ea quæ gentium sunt traducam, fingens tamquam inimicus, vos ipsi mihi feratis testimonium : etenim ipsi scitis quomodo, cum essetis Græci, tracti abduceremini. Quod si quis hos, utpote fideles, suspectos esse dixerit; age, etiam ab externis hoc vobis manifestum reddam. Audi ergo Platonem sic loquentem : Quemadmodum divinatores et vates multa quidem et pulchra dicunt; eorum vero quæ proferunt nihil sciunt (a). Audi alium quoque poetam eadem ipsa indicantem. Postquam quibusdam initiationibus et præstigiis dæmonem quis homini alligaverat, ille vero vaticinabatur, dumque vaticinaretur ille, raptabatur et discerpebatur, ac dæmonis impetum ferre non poterat, sed sic raptatus periturus erat; iis qui talibus præstigiis dabant operam dicit :*

*Solvite demum : regem deum mortalis non ultra capit ;
et rursum :*

*Solvite sertæ mihi, atque pedes aspergite lympha munda,
Et expungantur mihi lineæ, ut adesse possim (b).*

(a) Hæc Platonis verba habentur in Apologia Socratis editionis Henrici Steph. anno 1578, Tomo 1, p. 22.

(b) In hæc carmina hæc docte disserit Halesius in notis Savilianis, p. 276: *Versus istos apud poetarum aliquem frustra quaesieris. Quamobrem cum Chrysostomum audias tamquam e poeta proferentem, intellige Phæbadem seu Pythiam. Sunt enim Delphicorum oraculorum conclusiones quædam, vocesque dæmonis sibi abeundi gratiam fieri postulantis. Primum horum habes apud Theodoretum cap. de Oraculis, et apud Eusebium libro 5 Evangelicæ præparationis. Apud eundem etiam Eusebium habes postertus distichum, quod quondam est obscurius, visum paucis interpretari. Usurpabant olim superstitiones quasdam ridiculasque ceremonias, quibus credebant dæmonas evocari, et vel ad privata colligina, vel ad oracula edenda pellicis. Ceremoniis istis tantam visesse vim, seu potius, ut mollius loquitur Por-*

Hæc enim et similia (nam longe plura dici possent) utraque nobis ostendunt et necessitatem qua serviunt qui detinentur dæmones, et vim quam sustinentes in qui semel se ipsis dederunt, et a naturali sua mente excedunt. Pythia vero (cogor enim aliam quoque eorum turpitudinem traducere, quam bonum quidem esset prætermittere, quod indecorum nobis sit talia proferre; ut autem illorum dedecus clarius evadat, necessarium est dicere; ut hinc discatis amentiam, et ridicula gesta eorum qui vatibus illis utuntur) : dicitur ergo Pythia mulier insidere tripodi Apollinis (α), divaricatis cruribus : deinde malum inferne enitti spiritum, et per genitales ejus partes subeuntem, furore mulierem replere, et hanc deinceps passis capillis debacchari et spumam ex ore emittere; et sic temulentam illam furoris verba proferre. Scio vos pudore affectos erubescere hæc audientes : verum illi altum sapiunt ob turpitudinem et insaniam tantam.

2. Hæc igitur et similia omnia Paulus exagitant dicebat : *Scitis quod cum gentes essetis, ad simulacra muta inducebamini abducti. Et quia cum iis qui rem probe noverant disserebat, non omnia accurate ponit, ne illis molestiam creet; sed in memoriam tantum revocans omnia, cito recedit, ad propositum festinans. Quid est autem, Ad simulacra muta? Isti vates ad illa tracti ducebantur. Si vero muta sint, quomodo illis utebantur? quia de causa ad statuas illos dæmon adducebat tamquam captivos et victos? Simul errorem reddens probabilem. Ne videretur enim lapis esse mutus, conabatur homines idolis affigere, ut quæ ipsorum erant illis adscriberentur. Sed nostra non sunt hujusmodi. Nostra autem non posuit ille, quæ prophetarum sunt dico : illis enim omnia manifesta erant, et in illis prophetabant ut ipsos decebat, cum intelligentia et libertate omni. Ideo penes illos erat et loqui et non loqui : neque enim necessitate tenebantur, sed potestatis honore donati erant. Ideo Jonas fugit, ideo Ezechiël distulit, ideo Jeremias recusabat. Deus vero non cum necessitate impellit ipsos, sed consiliis, hortationibus et comminationibus utitur, mentem tenebris non offundens. Dæmonis enim proprium est et tumultum et furorem et multam immittere caliginem; Dei vero est illuminare, et quæ opus est cum intelligentia docere. Prima ergo divinatoris et prophetæ differentia hæc est : secunda vero est alia, quam deinceps ponit dicens : 3. *Ideo notum vobis facio, quod nemo in spiritu Dei loquens, dicit anathema Jesum. Deinde etiam alia, Et nemo potest dicere Dominum Jesum, nisi in Spiritu sancto. Cum videris, inquit, quempiam non proferentem nomen ejus, imo**

phyrius, αὐτομάτην opinabantur, ut non evocarent tantum, sed etiam evocata dæmonia detinerent, quamdiu vati magore esset libitum. Sic enim apud Porphyrium Pythagoras Rhodius, οὐκ ἔδραται οἱ ἀνηζήσαντο ἐπὶ ταῖς θυσίαις θεοῦ, ἀνάστη δὲ εἰσι θεολογία, σὺρμανοι παραγίνονται, hoc est : Non deos juvat in sacrificiis evocari, sed necessitate quadam obsequendi tracti veniunt. Apollo ipse apud Theodoretum, etc. quæ lusissime persequitur Dounæus.

(α) De Pythia et de tripode vide Strabonem lib. 9, p. 419. seq. ed. Casaub., qui descriptionem tripodis affert et auri in quo positus erat. Sed quæ turpiora hic referuntur nusquam meminisse me legere.

ipsum anathematizantem, is est divinator. Rursus cum videris alium cum nomine ejus omnia loquentem, cogita illum esse spiritualem. Quid ergo, inquires, de catechumenis dixerimus? si enim nemo potest dicere Dominum Jesum, nisi in Spiritu sancto, quid dicemus de his, qui ejus quidem nomen proferunt, Spiritu autem privantur? Sed de his nunc ille non agit: neque enim tunc catechumeni erant: sed de fidelibus et infidelibus. Quid ergo? nullusne dæmon Deum nominat? annon dicebant dæmoniaci: *Novimus te quis es, Filius Dei (Marc. 1. 24)*? annon Paulo dicebant: *Isti homines servi Dei altissimi sunt (Act. 16. 17)*. Sed flagellati, sed coacti; sponte autem et non coacti, nunquam. Hic jam apposite queratur, cur dæmon hæc loqueretur, et cur Paulus increpaverit. Doctorem nempe suum imitatus. Nam et Christus increpavit: nolebat enim ab illis habere testimonium. Quare? Dæmon hoc agebat, rerum ordinem confundere volens, et apostolorum acriperere auctoritatem, multisque persuadere ut sibi attenderent: quod si factum esset, cum fide digni apparuissent, facile sua introduxissent. Ne hoc ergo fieret, neque fallacia initium duceret, etiam cum vera loquerentur, ora ipsis obstruit, ut in falsis nemo ipsis animum adhiberet, sed ad ea quæ ab ipsis dicerentur aures obstrueret. Postquam ergo vates et prophetas distinxerat et ex priore et ex secundo signo, demum de miraculis disserit; nec sine causa ad hoc argumentum transit, sed ut dissensionem inde subortam tollat, et persuadeat iis qui minus habent, ne doleant, et iis qui majora possident, ne efferantur. Ideo sic inquit: *4. Divisiones vero gratiarum sunt, idem autem Spiritus; primoque curat illum qui minus habet donum, ideoque dolet. Cur enim, inquit, angeris? quia non tantum accepisti quantum alius? sed cogita illud esse donum, non debitum, et consolationem accipies. Ideo statim sic loquitur: Divisiones vero gratiarum sunt. Neque dixit signorum, neque miraculorum, sed, Gratiarum; nomine doni persuadens illi ut non modo non doleat, sed et gratiam habeat. Et cum hoc, inquit, illud quoque tecum reputa, quod etiamsi in mensura doni minus habeas; in eo quod dignatus sis inde accipere, unde is accepit qui plus habet, parem habes honorem. Neque enim dicere possis, illi Spiritum dedisse, tibi vero angelum: nam et tibi et illi Spiritus dedit. Ideo subjunxit, Idem autem Spiritus.*

3. Itaque etiamsi in dono differentia sit, at non in eo qui dedit: ex eodem namque fonte et tu et ille hausistis. 5. *Et divisiones ministracionum sunt, idem autem Dominus.* Nam consolationem adhuc placide augens, et Filium et Patrem adjicit. Alioque rursus nomine hæc dona vocat, majorem etiam inde excogitans consolationem: ideo sic dicit, *Divisiones ministracionum sunt, idem autem Dominus.* Nam qui donum audit, et minus accepit, fortasse doluerit; qui vero ministracionem accepit, non item: res enim laborem indicat et sudorem. Quid ergo doles, inquit, si alium plus laborare jussit, tibi parcens? 6. *Et divisiones operationum sunt, idem vero Deus qui operatur omnia*

in omnibus. 7. Unicuique autem datur manifestatio Spiritus ad utilitatem. Et quid est operatio? quid donum? inquires; quid ministratio? Nominum tantum sunt differentia, quia res eadem sunt. Quod enim est donum, illud ipsum est ministratio; hoc etiam dicit operationem: nam ait: *Ministerium tuum imple (2. Tim. 4. 5)*; et, *Ministerium meum glorifico (Rom. 11. 13)*. Et Timotheo scribens dicit, *Propter quam causam admoneo te, ut suscites gratiam Dei quæ est in te (2. Tim. 1. 6)*; et ad Galatas rursus scribens dicebat: *Qui enim operatus est Petro in apostolatam, operatus est et mihi inter gentes (Gal. 2. 8)*. Viden' quod nullam differentiam ostendat in donis Patris et Filii et Spiritus sancti? non hypostases confundens, absit, sed substantiæ parem honorem ostendens. Nam quod Spiritus largitur, hoc et Deum operari, et Filium ordinare ac præbere dicit. Atqui si hoc esset illo minus, et illud isto, non sic illud posuisset, neque hac ratione dolentem consolatus esset. Post hæc autem alio quoque modo ipsum consolatur; quod nempe data mensura ipsi conferat, etiamsi minor sit. Cum dixisset enim, *Idem Spiritus, idem Dominus, idem Deus*, et hac ratione ipsum recreasset; aliam rursus subjungit consolationem sic dicens: *Unicuique autem manifestatio Spiritus datur ad utilitatem.* Ne quis enim diceret, Quid enim, si idem Dominus et idem Spiritus et idem Deus? at ego minus accepit; ait ipse, quod ita conferret. Manifestationem vero Spiritus signa vocat; et merito. Mihi enim fidei manifestus est is qui habet Spiritum, eo quod sit baptizatus; infideli autem ex nulla re hoc erit conspicuum, nisi a signis. Itaque inde etiam non parva consolatio est. Etiamsi enim dona sint diversa, una tamen est demonstratio: nam sive multum sive parvum habeas, perinde es manifestus. Itaque si illud ostendere satagis, quod Spiritum habeas, sufficientem habes demonstrationem. Cum ergo et unus sit qui dedit, et gratuitum sit donum, et manifestatio hinc fiat, et hoc tibi magis conferat; ne doleas quasi despectus. Neque enim te dedecore afficiens Deus, neque altero minore declarans hoc facit, sed tibi parcens, et id spectans quod tibi utile esset. Nam majus quidpiam accipere eum qui ferre non possit, hoc esset inutile, noxium et moerore dignum. 8. *Nam alii quidem per Spiritum datur sermo sapientiæ, alii autem sermo scientiæ secundum eundem Spiritum; 9. alteri fides in eodem Spiritu, alii autem gratia curationum in eodem Spiritu.* Viden' quomodo ubique hoc additamentum faciat, *In eodem Spiritu* dicens, et, *Secundum eundem Spiritum?* scit enim hinc magnam oriri consolationem. 10. *Alii autem operationes virtutum, alii prophetiæ, alii discretiones spirituum, alii genera linguarum, alii interpretatio sermonum.* Quia enim in hoc altum sapiebant, ideo id postremum posuit, et subjunxit: 11. *Hæc autem omnia operatur unus et idem Spiritus.* Pharmacum ad omnem consolationem aptum: quod ex eadem radice, ex iisdem thesauris, ex iisdem fluentis omnes accipere possint. Ideo frequenter hauriens, hoc verbo eam quæ videbatur esse inæqualitatem exæquat et consolatur.

ἀν εἰποιμεν; εἰ γὰρ οὐδεὶς δύναται εἶπαι Κύριον Ἰησοῦν, εἰ μὴ ἐν Πνεύματι ἀγίῳ, τί ἂν εἰποιμεν περὶ τούτων, ὀνομαζόμενον μὲν αὐτοῦ τὸ ὄνομα, Πνεύματος δὲ ἀπεστερημένον; Ἄλλ' οὐ περὶ τούτων ὁ λόγος αὐτῶ νῦν· οὐ γὰρ ἦσαν κατηχούμενοι τότε· ἀλλὰ περὶ πιστῶν καὶ ἀπίστων. Τί οὖν οὐδεὶς δαίμων ὀνομάζει τὸν Θεόν; οὐχὶ οἱ δαιμονῶντες ἔλεγον, *Οἰδαμέν σε τίς εἶ, ὁ Υἱὸς τοῦ Θεοῦ*; οὐχὶ Παῦλῳ ἔλεγον, *Ὅστω οἱ ἄνθρωποι δοῦλοι τοῦ Θεοῦ τοῦ ὑψίστου εἰσίν*; Ἄλλὰ μαστιζόμενοι, ἀλλ' ἀναγκασόμενοι· ἐκόντες δὲ καὶ μὴ μαστιγούμενοι, οὐδαμοῦ. Ἄξιον δὲ ἐνταῦθα ζητῆσαι, διὰ τί καὶ ὁ δαίμων ταῦτα ἐφθέγγετο, καὶ Παῦλος ἐπέτιμψε. Τὸν διδάσκαλον τὸν ἑαυτοῦ μιμούμενος· καὶ γὰρ καὶ ὁ Χριστὸς ἐπέτιμψεν· οὐδὲ γὰρ ἐβούλετο παρ' ἐκείνων τὴν μαρτυρίαν ἔχειν. Τίνος δὲ ἔνεκεν καὶ ὁ δαίμων ἐποίησε τοῦτο; Βουλόμενος συγγεῖν τῶν πραγμάτων τὴν τάξιν, καὶ ἀρπάσαι τῶν ἀποστόλων τὸ ἀξίωμα, καὶ πείσαι πολλοὺς προσέχειν αὐτῷ· ὅπερ εἰ ἐγεγόνει, βῆδλος ἂν ἐντεῦθεν ἀξίωπιστοι φανέντες, καὶ τὰ παρ' αὐτῶν ἐπιστήγαγον ἂν. Ἴν' οὖν μὴ τοῦτο γένηται μηδὲ ἀρχὴν ἢ ἀπάτη λάβῃ, καὶ τὰ ἀληθῆ λέγοντας ἐπιστομίζει, ὥστε ἐν τοῖς ψεύδεσι μηδ' ὄλιως τινὰ αὐτοῖς προσέχειν, ἀλλὰ καθόλου πρὸς τὰ λεγόμενα παρ' αὐτῶν ἀποφράττει τὰς ἀκοάς. Δήλους τοίνυν ποιήσας τοὺς μάντις καὶ τοὺς προφῆτας ἀπὸ τε τοῦ προτέρου καὶ τοῦ δευτέρου σημείου, λοιπὸν περὶ τῶν θαυμάτων διαλέγεται, οὐχ ἀπλῶς εἰς τοῦτον παρελθὼν τὸν λόγον, ἀλλ' ὥστε τὴν ἐντεῦθεν γενομένην διάστασιν ἀνελεῖν, καὶ πείσαι καὶ τοὺς τὸ ἐλαττον ἔχοντας μὴ ἀλγεῖν, καὶ τοὺς τὰ μείζονα κερτιμένους μὴ ἐπαίρειν. Διὰ καὶ οὕτως ἤρξατο· *Διαιρέσεις δὲ χαρισμάτων εἰσίν, τὸ δὲ αὐτὸ Πνεῦμα*· καὶ θεραπεύει· πρῶτον τὸν τὸ ἐλαττον ἔχοντα χάρισμα, καὶ διὰ [262] τοῦτο ἀλγοῦντα. Τίνος γὰρ ἔνεκεν, φησί, ἀθυμεῖς; ὅτι οὐκ ἔλαβες ὅσον ἕτερος; ἀλλ' ἐνόησον ὅτι χάρισμά ἐστι, καὶ οὐκ ὀφειλῆ, καὶ παραμυθῆσθαι τὴν ὁδόν. Διὰ τοῦτο εὐθέως εἶπεν οὕτω· *Διαιρέσεις δὲ χαρισμάτων εἰσίν*. Καὶ οὐκ εἶπε, σημείων, οὐδὲ θαυμάτων, ἀλλὰ, *χαρισμάτων*, τῷ ὀνόματι τῆς δωρεᾶς πείθων μὴ μόνον μὴ ἀλγεῖν, ἀλλὰ καὶ χάριν εἰδέναι. Καὶ μετὰ τούτου κάκεινο λογιζομαι, φησί, ὅτι εἰ καὶ τῷ μέτρῳ ἠλάττωσαι τοῦ δοθέντος, τῷ καταξιοῦσθαι λαβεῖν ἐκείθεν, ὅθεν καὶ ὁ τὸ πλεον λαθὼν, τὴν ἴσην ἔχεις τιμὴν. Οὐ γὰρ δὴ πού ἔχεις ἂν εἶπειν, ὅτι ἐκείνῳ μὲν ἔχαρισσατο τὸ Πνεῦμα, σοὶ δὲ ἄγγελος· καὶ γὰρ σοὶ κάκεινῳ τὸ Πνεῦμα. Διὰ ἐπήγαγε, *Τὸ δὲ αὐτὸ Πνεῦμα*.

γ'. Ὅστε εἰ καὶ ἐν τῇ ὁδοὶ διαφορά, ἀλλ' οὐκ ἐν τῷ δεδωκότι διαφορά· ἀπὸ γὰρ τῆς αὐτῆς πηγῆς καὶ οὐ κάκεινός ἀρῦεσθε. *Καὶ διαιρέσεις διακονιῶν εἰσιν, ὁ δὲ αὐτὸς Κύριος*. Λιπαίνων γὰρ τὴν παραμυθίαν, καὶ τὸν Υἱὸν καὶ τὸν Πατέρα προστίθησι. Καὶ ἐτέρῳ πάλιν ὀνόματι καλεῖ τὰς δωρεὰς ταύτας, πλείονα κἀντεῦθεν παραμυθίαν ἐπινοῶν· διὸ καὶ οὕτως εἶπε, *Διαιρέσεις διακονιῶν εἰσιν, ὁ δὲ αὐτὸς Κύριος*. Ὁ μὲν γὰρ χάρισμα ἀκούσας, καὶ ἐλαττον λαθὼν, ἴσως ἂν ἀλγήσῃ· ὁ δὲ διακονίαν, οὐχ ὁμοίως· πόνου γὰρ ἐνδεικτικὸν τὸ πρᾶγμα καὶ ἰδρωτός. Τί τοίνυν ἀλγεῖς, φησί, εἰ ἕτερον πλείονα πονῆσαι ἐκέλευσε, σοὺ φεισάμενος; *Καὶ διαιρέσεις ἐνεργημάτων εἰσιν, ὁ δὲ αὐτὸς Θεός* ὁ ἐνεργῶν τὰ πάντα ἐν πᾶσιν. Ἐκάστῳ δὲ δίδοται ἢ φανέρωσις τοῦ Πνεύματος πρὸς τὸ συμφέρον. Καὶ τί ἐστὶν ἐνεργήμα;

τί δὲ χάρισμα; φησί· τί δὲ διακονία; Ὁνομάτων διαφοραὶ μόνον, ἐπεὶ πράγματα τὰ αὐτά. Ὁ γὰρ ἐστὶ χάρισμα, τοῦτο διακονία, τοῦτο καὶ ἐνεργείαν λέγει· *Τὴν γὰρ διακονίαν σου*, φησί, *πληροφόρησον*· καὶ, *Τὴν διακονίαν μου δοξάζω*. Καὶ Τιμοθέῳ γράφων φησί· *Δι' ἣν αἰτίαν ἀναμιμήσκω σε ἀναζωπυρεῖν τὸ χάρισμα τοῦ Θεοῦ, ὃ ἐστὶν ἐν σοὶ*· καὶ Γαλάταις πάλιν ἐπιστέλλων ἔλεγεν· Ὁ γὰρ ἐνεργήσας Πέτρῳ εἰς ἀποστολήν, ἐνεργήσας κἀμοὶ εἰς τὰ ἔθνη. Ὅρᾳς ὅτι οὐδεμίαν διαφορὰν δείκνυσιν ἐν ταῖς δωρεαῖς Πατρὸς καὶ Πνεύματος ἀγίου; οὐ τὰς ὑποστάσεις συναλείφων, μὴ γένοιτο, ἀλλὰ τῆς οὐσίας τὴν ὁμοτιμίαν ἐμφαίνων. Ὅπερ γὰρ τὸ Πνεῦμα χαρίζεται, τοῦτο καὶ τὸν Θεὸν ἐνεργεῖν, τοῦτο καὶ τὸν Υἱὸν διατάττειν καὶ παρέχειν φησί. Καίτοι γε εἰ ἐλαττον ἦν τοῦτο ἐκείνου, ἢ ἐκείνου τούτου, οὐκ ἂν οὕτως αὐτὸ τέθεικεν, οὐδ' ἂν ταύτη παρεμυθίσαστο τὸν ἀλγοῦντα. Μετὰ δὲ ταῦτα καὶ ἐτέρῳ τιλ τρόπῳ αὐτὸν παρακαλεῖ, τῷ καὶ συμφέρειν αὐτῷ τὸ δοθῆν μέτρον, εἰ καὶ ἐλαττον εἴη. Εἰπὼν γὰρ, ὅτι *Τὸ αὐτὸ Πνεῦμα, καὶ ὁ αὐτὸς Κύριος, καὶ ὁ αὐτὸς Θεός*, καὶ ταύτη αὐτὸν ἀνακτιθόμενος, ἐπάγει πάλιν ἐτέραν παράκλησιν, οὕτω λέγων, *Ἐκάστῳ δὲ ἡ φανέρωσις τοῦ Πνεύματος δίδοται πρὸς τὸ συμφέρον*. Ἴνα γὰρ μὴ λέγῃ τις, τί γὰρ, εἰ καὶ ὁ αὐτὸς Κύριος, καὶ τὸ αὐτὸ Πνεῦμα, καὶ ὁ αὐτὸς Θεός; ἀλλ' ἐγὼ ἐλαττον ἔλαβον· φησί, καὶ οὕτω συνέφερε. Φανέρωσιν [263] δὲ Πνεύματος τὰ σημεῖα καλεῖ, ἐκόντως. Ἐμοὶ μὲν γὰρ τῷ πιστῷ δῆλος ὁ Πνεῦμα ἔχων ἀπὸ τοῦ βαπτισθῆναι· τῷ δὲ ἀπίστῳ οὐδαμῶθεν ἔσται τοῦτο καταφανές, ἀλλ' ἢ ἀπὸ τῶν σημείων· ὥστε κἀντεῦθεν πάλιν οὐ μικρὰ παραμυθία. Εἰ γὰρ καὶ τὰ χαρίσματα διάφορα, ἀλλ' ἡ ἐνδοξία μία· κἄν γὰρ πολὺ ἔχῃς, κἄν ὀλίγον, ὁμοίως εἰ δῆλος. Ὅστε εἰ τοῦτο σπουδάζεις ἐπιδειξασθαι, ὅτι Πνεῦμα ἔχεις, ἀρκούσαν ἔχεις τὴν ἀπόδειξιν. Ὅταν οὖν καὶ εἰς ὁ δεδωκὼς ἢ καὶ χάρισμα τὸ δοθῆν, καὶ ἡ φανέρωσις κἀντεῦθεν γίνηται, καὶ τοῦτο μᾶλλον σοὶ συμφέρον, μὴ ἄλγει ὡς καταφρονηθεῖς. Οὐ γὰρ ἀτιμάζων σε ὁ Θεός, οὐδὲ καταδέεστορον ἐτέρου ἀποφαίνων ἐποίησεν, ἀλλὰ φειδόμενός σου, καὶ τὸ λυσιτελεῖ σοὶ σκοπῶν. Τὸ γὰρ μείζον λαβεῖν τὸν οὐ δυνάμενον ἐνεγκεῖν, τοῦτο καὶ ἀσύμφορον καὶ βλάβην ἔχον καὶ ἀθυμίας ἄξιον. Ὁ μὲν γὰρ διὰ τοῦ Πνεύματος δίδοται λόγος σοφίας, ἀλλῶ δὲ λόγος γνώσεως, κατὰ τὸ αὐτὸ Πνεῦμα· ἐτέρῳ δὲ πίστις, ἐν τῷ αὐτῷ Πνεύματι· ἀλλῶ δὲ χαρίσματα λαμπρῶν, ἐν τῷ αὐτῷ Πνεύματι. Ὅρᾳς πῶς πανταχοῦ ταύτην ποιεῖται τὴν προσθήκην, Ἐν τῷ αὐτῷ Πνεύματι, λέγων, καὶ, *Κατὰ τὸ αὐτὸ Πνεῦμα*; οἷδε γὰρ μεγάλην οὐσαν τὴν ἐντεῦθεν παράκλησιν. Ἄλλῳ δὲ ἐνεργήματα δυνάμεων, ἀλλῶ δὲ προφητεῖαι, ἀλλῶ δὲ διακρίσεις πνευμάτων, ἐτέρῳ δὲ γένη γλωσσῶν, ἀλλῶ δὲ ἔρμηνεῖα γλωσσῶν. Ἐπειδὴ γὰρ ἐν τούτῳ μέγα ἐφρόνων, διὰ τοῦτο αὐτὸ ὑστερον τέθεικε, καὶ ἐπήγαγε· *Πάντα δὲ ταῦτα ἐνεργεῖ ἐν καὶ τὸ αὐτὸ Πνεῦμα*. Τὸ φάρμακον τὸ καθολικὸν τῆς παραμυθίας, τὸ ἐκ τῆς αὐτῆς ρίζης, ἐκ τῶν αὐτῶν θησαυρῶν, ἐκ τῶν αὐτῶν ναμάτων πάντας λαμβάνειν. Διὸ καὶ συνεχῶς ἐπαντλῶν τῷ ῥήματι τούτῳ τὴν δοκοῦσαν ἀνωμαλίαν εἶναι, ἐξισοῖ καὶ παραμυθεῖται. Καὶ ἀνωτέρῳ μὲν καὶ τὸ Πνεῦμα καὶ τὸν Υἱὸν καὶ τὸν Πατέρα δει-

* Hæc in Morel. corrupta, ex Regio codice restituta sunt

κνυσι χορηγούντα τὰ χαρίσματα· ἐνταῦθα δὲ τὸ Πνεῦμα εἶπεν ἠρκέσθη, ἵνα μάθησι κάντεῦθεν πάλιν τὴν αὐτὴν ἀξίαν οὖσαν. Τί δὲ ἐστὶ, Λόγος σοφίας; Ὅν εἶχεν ὁ Παῦλος, ὃν εἶχεν Ἰωάννης ὁ υἱὸς τῆς βροντῆς. Τί δὲ, Λόγος γνώσεως; Ὅν εἶχον οἱ πολλοὶ τῶν πιστῶν, γνώσιν μὲν ἔχοντες, διδάσκειν δὲ οὕτως οὐ δυνάμενοι, οὐδὲ εἰς ἕτερον εὐκόλως ἐξενεγκεῖν, ἕτερον ἤδεσαν. Ἐτέρω δὲ πιστί· πιστὶν οὐ ταύτην λεγῶν τὴν τῶν δογμάτων, ἀλλὰ τὴν τῶν σημείων, περὶ ἧς ὁ Χριστὸς φησιν· Ἐὰν ἔχητε πιστὶν ὡς κόκκον σινάπης, ἔρεϊτε ἐφ' ὄρει τούτῳ, Μετάδηθι, καὶ μεταθήσεται. Καὶ οἱ ἀπόστολοι δὲ περὶ αὐτῆς ἤξιον λέγοντες, Πρόσθετε ἡμῖν πίστιν. Αὕτη γὰρ μήτηρ τῶν σημείων ἐστίν. Ἐνεργήματα δὲ δυνάμεων κεκτηθῆσαι, καὶ χαρίσματα λαμάτων, οὐκ ἐστὶ τούτον. Ὁ μὲν γὰρ ἔχων χάρισμα λαμάτων, ἐθεράπευε μόνον· ὁ δὲ ἐνεργήματα δυνάμεων κεκτημένος, καὶ ἐτιμωρεῖτο. Δύναμις γὰρ ἐστὶν οὐ τὸ ἰάσασθαι μόνον, ἀλλὰ καὶ τὸ κολάσαι, ὡς περὶ ὁ Παῦλος ἐπήρτισεν, ὡς περὶ ὁ Πέτρος ἀνείλεν. Ἄλλω δὲ προφητεῖαι, Ἄλλω δὲ διακρίσεις [264] πνευμάτων. Τί ἐστὶ, Διακρίσεις πνευμάτων; Τὸ εἰδέναι τίς ὁ πνευματικὸς, καὶ τίς ὁ μὴ πνευματικὸς· τίς ὁ προφήτης, καὶ τίς ὁ ἀπαταῶν· ὁ καὶ Θεσσαλονικεύσιν ἔλεγε, Προφητείας μὴ ἐξουθενεῖτε· πάντα δὲ δοκιμάζοντες, τὸ καλὸν κατέχευτε. Καὶ γὰρ πολλὴ τότε τῶν ψευδοπροφητιῶν ἦν διαφορὰ*, τοῦ διαδόλου φιλονεικοῦντος παρυσιοποιῆσαι τῇ ἀληθείᾳ τὸ ψεῦδος. Ἄλλω δὲ γένη γλωσσῶν, ἄλλω δὲ ἐρμηνεῖα γλωσσῶν. Ὁ μὲν γὰρ ἤδει τὸ τί ἔλεγεν αὐτὸς, ἐτέρω δὲ ἐρμηνεύσαι οὐκ ἔδύνατο· ὁ δὲ καὶ ἀμφοτέρα ταῦτα ἐκέκτητο, ἢ τούτων θάερον.

δ'. Ἐδοκεῖ δὲ τοῦτο χάρισμα μέγα εἶναι, ἐπειδὴ καὶ πρῶτον αὐτὸ ἔλαβον οἱ ἀπόστολοι, καὶ παρὰ Κορινθίοις οἱ πλείους τοῦτο ἐκέκτηντο· ὁ δὲ τῆς διδασκαλίας λόγος οὐχ οὕτω. Διὸ ἐκεῖνο μὲν πρῶτον τίθησιν, ὕστερον δὲ τοῦτο. Καὶ γὰρ καὶ τοῦτο δι' ἐκεῖνο, καὶ τὰ ἄλλα πάντα, καὶ προφητείας καὶ ἐνεργήματα δυνάμεων καὶ γένη γλωσσῶν καὶ ἐρμηνεῖα γλωσσῶν· οὐδὲν γὰρ τούτου ἴσον· διὸ καὶ ἔλεγεν, Οἱ καλῶς προσετώτες πρεσβύτεροι, διπλῆς τιμῆς ἀξιούσθωσαν, μάλιστα οἱ κοπιῶντες ἐν λόγῳ καὶ διδασκαλίᾳ. Καὶ τῷ Τιμοθεῖ ἐπέστελλε λέγων Πρόσεχε τῇ ἀναγνώσει, τῇ περιουλίῃ, τῇ διδασκαλίᾳ· μὴ ἀμέλει τοῦ ἐν σοὶ χαρίσματος. Ὅρξ· πῶς καὶ χάρισμα αὐτὸ καλεῖ; Εἶτα ἦν ἀνωτέρω τέθεικε παραμυθίαν εἰπὼν, Τὸ αὐτὸ Πνεῦμα, ταύτην καὶ ἐνταῦθα τίθησι λέγων· Πάντα δὲ ταῦτα ἐνεργεῖ ἐν καὶ τὸ αὐτὸ Πνεῦμα, διαφορῶν ἰδίᾳ ἐκάστῳ, καθὼς βούλεται.

Ὁ παραμυθίζεται δὲ μόνον, ἀλλὰ καὶ ἐπιστομίζει τὸν ἀντιλέγοντα ἐνταῦθα λέγων, Διαφορῶν ἰδίᾳ ἐκάστῳ, καθὼς βούλεται. Δεῖ γὰρ καὶ ἐπιστύφειν, οὐχὶ θεραπεύειν μόνον, ὡς περὶ καὶ ἐν τῇ πρὸς Ῥωμαίους ποιεῖ, ὅταν λέγῃ· Σὺ τίς εἶ, ὁ ἀνταποκρινομένος ἐφ' ἑσῶ; Οὕτω καὶ ἐνταῦθα, Διαφορῶν ἰδίᾳ ἐκάστῳ, καθὼς βούλεται. Καὶ δὲ τοῦ Πατρὸς ἦν, τοῦτο καὶ τοῦ Πνεύματος ἐδείξεν ὅν. Ὅσπερ γὰρ περὶ αὐτοῦ φησιν, Ὁ δὲ αὐτὸς Θεὸς ὁ ἐνεργῶν τὰ πάντα ἐν πᾶσιν, οὕτω καὶ περὶ τοῦ Πνεύματος; Πάντα δὲ ταῦτα ἐνεργεῖ ἐν καὶ τὸ αὐτὸ Πνεῦμα. Ἄλλ' ἐνεργούμενον, φησὶν, ὑπὸ τοῦ Θεοῦ. Ἄλλ' οὐ-

δαμοῦ τοῦτο εἶρηκεν, ἀλλὰ σὺ τοῦτο πλάττεις. Ὅταν γὰρ λέγῃ, Ὁ ἐνεργῶν τὰ πάντα ἐν πᾶσι, περὶ ἀνθρώπων τοῦτο λέγει· οὐ δῆπου^β μετὰ τῶν ἀνθρώπων καὶ τὸ Πνεῦμα ἀριθμεῖ, κἂν μυριακίς ἦς παραπαίων, κἂν μυριακίς μαινόμενος. Ἐπειδὴ γὰρ εἶπε, Διὰ τοῦ Πνεύματος, ἵνα τὸ διὰ τοῦτο μὴ νομίσης ἐλαττώσεως εἶναι μηδὲ τοῦ ἐνεργεῖσθαι, ἐπήγαγεν, ὅτι Ἐνεργεῖ τὸ Πνεῦμα, οὐκ ἐνεργεῖται, καὶ ἐνεργεῖ ὡς βούλεται, οὐ καθὼς κελεύεται. Καθάπερ γὰρ περὶ τοῦ Πατρὸς ὁ Ἰῆσους λέγει, ὅτι Ἐγείρει τοὺς νεκροὺς καὶ ζωοποιεῖ, ὁμοίως καὶ περὶ ἑαυτοῦ, ὅτι Θεὸς θέλει ζωοποιεῖ· οὕτω καὶ περὶ τοῦ Πνεύματος, ἀλλαχθῶ μὲν ὅτι μετ' ἐξουσίας πάντα ποιεῖ, καὶ τὸ κωλύον οὐδὲν (τὸ γὰρ, Ὅπου θέλει πνεῖ, εἰ καὶ περὶ τοῦ ἀνέμου εἶρηται, τοῦτο ἐστὶ κατασκευαστικόν)· ἐνταῦθα δὲ, ὅτι Πάντα [265] ἐνεργεῖ καθὼς βούλεται. Καὶ ἐτέρωθεν δὲ ὅτι οὐχὶ τῶν ἐνεργουμένων ἐστὶν, ἀλλὰ τῶν ἐνεργούντων, μάνθανε. Τίς γὰρ οἶδε, φησὶ, τὰ τοῦ ἀνθρώπου, εἰ μὴ τὸ πνεῦμα τοῦ ἀνθρώπου; Οὕτω καὶ τὰ τοῦ Θεοῦ οὐδεὶς οἶδε, εἰ μὴ τὸ Πνεῦμα τοῦ Θεοῦ. Ὅτι δὲ τὸ πνεῦμα τοῦ ἀνθρώπου, τούτεστιν, ἡ ψυχὴ, οὐ δεῖται ἐνεργείας, ἵνα εἰδῇ τὰ ἑαυτῆς, παντὶ που δῆλον· οὐκ οὖν οὐδὲ τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον, ἵνα εἰδῇ τὰ τοῦ Θεοῦ. Οὕτω γὰρ φησὶ· Τὰ τοῦ Θεοῦ οἶδεν ἀπόρρητα τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον, ὡς ἡ ψυχὴ τοῦ ἀνθρώπου τὰ ἀπόρρητα τὰ ἑαυτῆς. Εἰ δὲ εἰς τοῦτο οὐκ ἐνεργεῖται, πόλλω μᾶλλον τὸ ἐπιστάμενον τοῦ Θεοῦ τὰ βῆθη, καὶ οὐκ ἐνεργούμενον εἰς τὸ δοῦναι χαρίσματα τοῖς ἀποστόλοις, ἐνεργείας οὐκ ἂν ἐδεξήθη. Χωρὶς δὲ τούτων χεῖρο, ὅσπερ ἐμπροσθεν εἶπον, ἐρῶ καὶ νῦν. Ποῖον δὲ τοῦτο; Ὅτι εἰ ἐλαττον τὸ Πνεῦμα καὶ ἐτέρας οὐσίας, οὐδὲν ἂν ὤνησεν ἢ παραμυθία, οὐδὲ τὸ ἀκούσαι τὸ αὐτὸ Πνεῦμα. Ὁ μὲν γὰρ παρὰ τοῦ βασιλέως λαθὼν μεγίστην ἂν ταύτην σχολὴν παραμυθίαν, ὅτι αὐτὸς αὐτῷ ἔδωκεν· ὁ δὲ παρὰ τοῦ δούλου, τότε μᾶλλον ἀλγεῖ, ὅταν τοῦτο τις αὐτῷ προσενέγκῃ· ὥστε κάντεῦθεν δῆλον, ὅτι οὐ τῆς δουλικῆς, ἀλλὰ τῆς βασιλικῆς οὐσίας τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον. Διόπερ καθάπερ παρεμυθήσατο αὐτοὺς εἰπὼν, ὅτι Διακρίσεις διακονιῶν εἰσὶν, ὁ δὲ αὐτὸς Κύριος· καὶ διακρίσεις ἐνεργημάτων, ὁ δὲ αὐτὸς Θεός· οὕτω καὶ ἀνωτέρω εἰπὼν, Διακρίσεις χαρισμάτων εἰσὶν, τὸ δὲ αὐτὸ Πνεῦμα· καὶ μετὰ ταῦτα πάλιν εἰπὼν, Πάντα δὲ ταῦτα ἐνεργεῖ ἐν καὶ τὸ αὐτὸ Πνεῦμα, διαφορῶν ἰδίᾳ ἐκάστῳ καθὼς βούλεται. Μὴ τοίνυν ἀλύωμεν, φησὶ, μηδὲ ἀλγῶμεν λέγοντες, Διὰ τί τὸ ἔλαβον καὶ τὸ οὐκ ἔλαβον; μηδὲ εὐθύνας ἀπαιτῶμεν τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον. Εἰ γὰρ οἶδας ὅτι ἀπὸ κηδεμονίας ἔχαρίσατο, ἐνοήσας ὅτι ἀπὸ τῆς αὐτῆς κηδεμονίας καὶ τὸ μέτρον ἔδωκε, στέργε καὶ χαίρε ὑπὲρ ὧν ἔλαβες· καὶ μὴ δυσχεραίνε ὑπὲρ ὧν οὐκ ἐληφας, ἀλλὰ καὶ ὁμολογεῖ χάριν, ὅτι μὴ μείζονα ἔλαβες τῆς δυνάμεως τῆς σῆς.

ε'. Εἰδὲν ἐν τοῖς πνευματικῶσι οὐχρῆ περιεργάζεσθαι, πόλλω μᾶλλον ἐν τοῖς σαρκικοῖς, ἀλλ' ἡσυχάζειν, καὶ μὴ πολυπραγματεῖν, διὰ τί ὁ δεῖνα πλούσιος, ὁ δεῖνα δὲ πένης. Μάλιστα μὲν γὰρ οὐχ ἕκαστος ἀπὸ Θεοῦ πλουτεῖ, ἀλλὰ πολλοὶ καὶ ἐξ ἀδικίας καὶ ἀρπαγῆς καὶ πλεονεξίας. Ὁ γὰρ κελεύσας μὴ πλουτεῖν, πῶς ἂν ἔδωκεν ὅπερ ἐκώλυσε μὴ λαβεῖν; Ἴνα δὲ ἐκ πλεονοῦς ἐπιστομίσω τῆς περιουσίας τοὺς ὑπὲρ τούτων ἀντι-

^β Legebatur, οὐδέπου. ^γ Reg., καὶ μὴ πολυπραγματεῖν, Editt, καὶ μὴ ἀλύειν.

* Ita Reg. Editi vero, διαφορῶν.

Et superius quidem Spiritum, Filium et Patrem dona elargiri ostendit : hic vero Spiritum dixisse satis habuit, ut hinc etiam discas eandem esse dignitatem. Quid est autem *Sermo sapientiæ*? Quem habebat Paulus, quem habebat Joannes filius tonitruum. Quid *Sermo scientiæ*? Quem fideles multi habebant, scientiam quidem habentes, docere autem non valentes, neque facile ea quæ sciebant aliis enuntiare. *Alii vero fidem*; fidem non hanc dicens, quæ dogmata spectat, sed fidem signorum, de qua Christus dicit : *Si habueritis fidem ut granum sinapis, dicetis huic monti, Transi hinc, et transibit (Matth. 17. 19)*. Et hanc petebant apostoli dicentes : *Adde nobis fidem (Luc. 17. 5)*. Hæc enim mater signorum est. Operationes autem virtutum habere, et gratiam curationum, non idem ipsum est. Nam qui gratiam curationum habebat, medelatur tantum; qui vero operationes virtutum possidebat, etiam castigabat. Potestas enim est non sanandi modo, sed etiam puniendi; ut Paulus excæcavit, Petrusque interfecit. *Alii vero prophetiæ, alii discretiones spirituum*. Quid sibi vult illud, *Discretiones spirituum*? Scire quis sit spiritualis, quis non spiritualis; quis propheta, quis deceptor: id quod Thessalonicensibus dicebat : *Prophetias nolite negligere: omnia autem probantes, quod bonum est, tenete (1. Thess. 5. 20. 21)*. Nam multa tunc erat pseudo-prophetarum corruptio, diabolo contendente pro veritate substituere mendacium. *Alii autem genera linguarum, alii interpretatio sermonum*. Nam ille quidem sciebat quod ipse diceret, alteri vero id interpretari non poterat: alius vero hæc ambo possidebat, vel alterutrum.

4. Si autem id ipsum in operatione videre velis, tolle digitum unum et reliquos otiosiores videbis, neque suo ultra similiter munere fungentes. Quoniam igitur unius membri jactura communis est turpitudine, ejusque conservatio communis pulchritudo, ne extolamur neque insultemus proximis. Nam propter illud exiguum membrum, illud quod magnum est, pulchrum est et formosum, et per palpebras ornatur oculus. Se impugnat ergo, qui fratrem impugnat: non enim ad illum solum pertingit damnum, sed et ipse non parvum detrimenti subibit. Ne hoc itaque fiat, ut nosmetipsos sic proximos curemus, et hanc corporis imaginem nunc et in Ecclesiam transferamus, et omnium providentiam geramus ut propriorum membrorum. Nam et in Ecclesia membra sunt multa et diversa, alia quidem honorabilia, alia inferiora; ut sunt virginum chori, viduarum cætus: sunt etiam eorum qui in casto connubio fulgeant sodalitia, multique sunt virtutis gradus. Similiterque rursus in eleemosyna: alius enim omnia effudit et erogavit, alii autem solo tantum victu contenti sunt, et non plus quærunt quam necessaria, alii ex superfluo erogant. Attamen hi omnes sese mutuo exornant; et si minorem major despiciat, seipsum maxime lædit. Virgo quoque si connubio junctam contumelia afficiat, non parum ex mercede sua decidit. Si is qui omnia elargitus est, exprobet ei qui id ipsum non fecit, ex laboribus suis multum evacuavit.

Viduarum in Ecclesia. — Et quid virgines dico, viduas, et viros qui nihil possident? quid enim vilis iis qui emendicant? attamen illi usum maximum in Ecclesia implent, ostiis templi hærentes et ornatum maximum afferentes: absque illis enim perfecta non esset plenitudo Ecclesiæ. Quod cum initio viderent apostoli, legem statuerunt, ut circa alia omnia, sic et ut viduæ essent; et in ea re tantum studii posuerunt, ut ipsis diaconos septem præficerent. Quemadmodum enim episcopos, presbyteros, diaconos, virgines et continentes enumero, cum Ecclesiæ membra recenseo: sic et viduas. Neque enim illæ levi funguntur munere. Nam tu quidem quando vis, ades; illæ vero die nocteque psallunt et adsunt, non

eleemosynæ tantum causa hæc agentes; si enim hoc vellent, liceret per forum incedere, et in angiportis mendicare; sed non modica moventur pietate. Vide ergo in quanta paupertatis fornace versentur. Blasphemantes apud illas numquam audieris, neque indigne ferentes, quod tamen ex divitibus multæ faciunt. Et illarum quædam esurientes sæpe dormierunt; aliæ autem a frigore assidue vexantur, et tamen in gratiarum actione et glorificatione degunt. Si obolum dederis, gratias agunt, et mille bona danti apprecantur; si nihil dederis, non ægre ferunt, sed sic quoque benedicunt et diligunt, diurno fruente victu. Nempe etiamsi nolint, inquis, id ferre illas necesse est. Cur? queso; qua de causa hoc acerbum protulisti verbum? annon sunt turpes artes, quæ etiam senibus et viris et mulieribus lucrum afferre possint? si vitam honestam curare nolent, annon poterant inde cum magna ali rerum copia? non vides quot quantique sint istius ætatis lenones et libidinis ministri, et alia quædam hujusmodi munia exercentes, qui aluntur et in deliciis vivunt? At hi minime, sed malunt fame perire potius, quam vitam suam deturpare, et salutem suam prodere; sedentque toto die pharmacum tibi salutis apparantes. Non enim medicus manum extendens et ferrum immittens vulnerum putredinem æque excindit ut pauper dexteram extendens et eleemosynam accipiens, aufert vulnerum tumores: quodque mirabile est, sine ullo dolore hanc optimam illi exercent medicinam. Ac non minus quam nos qui populo præsumus et vos ad uilia hortamur, ille qui ante fores ecclesiæ sedet per silentium et aspectum vos alloquitur. Nos enim hæc vobis quotidie insonantes dicimus: Ne altum sapias, o homo: repente transit et fluxa est hominum natura; juvenus ad senium festinat, forma ad deformitatem, robur ad infirmitatem, honor ad contemptum, sanitas in infirmitatem incidit, gloria in vilitatem, divitiæ in paupertatem: fluente vellementi res nostræ similes sunt, quod numquam vult consistere, sed ad declive festinat.

5. Hæc quoque, imo plura per aspectum illi consulunt, et per experientiam ipsam, quæ est manifestior admonitio. Quam multi ex iis, qui foris sedent, in juventute floruerunt, magna patrarunt? quam multi ex his deformibus et corporis fortitudine et forma multos superarunt? Sed ne fidem negetis, neu rideatis: nam innumeris hujusmodi exemplis plena est vita. Nam si multi viles et abjecti homines sæpe reges sunt effecti, quid mirum si ex magnis et gloriosis viles et inglorii sunt effecti? nam illud certe longe mirabilius est; hoc vero postremum sæpissime contingit. Quapropter non oportet fidem non adhibere, si in artibus, in militia et in pecuniarum copia quidam eorum floruerint; imo miserari convenit illos eum affectu multo, et quique debemus timere ne similia patiamur. Etenim nos quoque homines sumus, et huic celeri subjecti mutationi. Sed fortassis ex improbis quispiam, qui irridere solent, ea quæ dicta sunt carpet, nosque omnino traducet dicens: Quous-

que non cessabis pauperes et egenos semper in orationem inducere, et calamitates nobis prædicere, paupertatem prænuntiare, id curans ut nos mendicos efficias? Non curans ut vos mendicos efficiam, o homo, hæc dico, sed vobis cæli divitias aperire studens. Nam qui apud bene valentem ægrotos memorat, illorumque dolores enarrat, non ut illum ægrotum reddat hoc dicit, sed ut in sanitate conservet, et eorum quæ aliis acciderunt timore hujus incuriam excindat. Terribilis vobis paupertas videtur esse, ac vel ipso nomine horrenda. Ideo namque pauperes sumus, quia paupertatem timemus, etiamsi mille talenta habeamus. Non enim is qui nihil habet pauper est, sed is qui paupertatem exhorrescit: quoniam et in calamitatibus non eos, qui innumera patiuntur mala, deploramus et miseros existimamus, sed eos qui illa ferre nesciant, etiamsi modica sint. Contra vero is, qui illa scit patienter ferre, et coronis et laudibus dignus est. Et quod hoc ita se habeat, in certaminibus quosnam laudamus? eosne qui multum verberantur, nec dolent, sed erecto collo perstant; an eos qui post primas plagas fugiunt? annon illos quidem coronamus, tamquam fortes magnique animi, hos autem irridemus, ut ignavos et timidos? Sic ergo et in hujus viæ rebus faciamus: eum qui facile omnia sustinet coronemus, ut et illam fortem in omni certamine virum; hunc vero timidum et ad asperamentem defleamus, qui antequam plagam accipiat, præformidine extinguitur. Etenim in certaminibus si quis antequam manus extollat, adversarium videns dexteram extendentem, fugiat antequam plagam accipiat, ridiculus erit, ut enervatus et mollis et in his laboribus imperitus. Ut etiam accidit iis qui paupertatem timent, et ne ejus quidem expectationem ferre possunt. Non ergo nos vos miseros reddimus, sed vos ipsi id facitis. Quomodo enim non tibi deinceps illudet diabolus; quem ante plagam minas tantum conspicientem, videt formidantem atque trementem? Imo vero cum tu hoc putes esse minas, non erit illi opus ut te percutiat; sed sinens te possidere divitias, ex timore ne auferantur te cera molliorem reddet. Ea enim sumus natura, ut ita dicam, ut ea quæ pertimescimus, postquam ea perpersi sumus, non ita terribilia existimemus, ut ante quam experimentum faceremus. Ut ne ergo hanc virtutem obtineas, in summo te detinet timore, atque ante experimentum ex paupertatis metu te quasi ceram liquefacit. Nam talis homo cera quavis mollior est, et miseriorem quam Cainus vitam ducit, pro iis quæ possidet timens, et de iis quæ non habet dolens: et pro iis quæ habet rursus tremens, utpote fugitivas et ingratas intus retinens divitias, atque variis absurdisque obsessus affectibus. Etenim cupiditas absurdâ, timor varius, angor animi, et tremor undique avaros exagitant: similesque sunt naviculæ undique a contrariis ventis agitatae, et fluctus multos sustinenti. Et quanto melius esset hujusmodi hominem decedere, quam perpetuam ferre tempestatem? Nam et Caino tolerabilius erat mori, quam perpetuo tremere.

κατὰ τὴν ἀγορὰν βαδίζειν, καὶ ἐν τοῖς στενωποῖς
προσαίτειν· ἀλλ' ἔχουσι τι καὶ εὐλαβείας οὐ μικρὸν.
"Ὅρα γοῦν ἐν ὄσῃ καμίνῳ πενίας εἰσὶ. Καὶ βλασφη-
μουσῶν οὐκ ἂν ποτε αὐτῶν ἀκούσης, οὐδὲ ἀποδυσσε-
τουσῶν, ἅπερ πολλὰ τῶν πλουτουμένων^α ποιοῦσιν.
Καὶ αἱ μὲν αὐτῶν πενιώσαι ἐκοιμήθησαν πολλάκις,
αἱ δὲ καὶ διηνεκῶς ὑπὸ τοῦ κρυμοῦ πηγνύμεναι δια-
τελοῦσι, καὶ ὁμως ἐν εὐχαριστίᾳ καὶ δοξολογίᾳ δι-
ἄγουσι. Κἂν ὀβολὸν δῶς, εὐχαριστοῦσι καὶ ἐπεύχον-
ται μυρία τῶν δεδωκότι· κἂν μηδὲν δῶς, οὐ δυσχεραί-
νουσιν, ἀλλὰ καὶ οὕτως εὐλογοῦσι καὶ ἀγαπῶσι, τῆς
ἐφημέρου τροφῆς ἀπολαύουσαι. Κἂν γὰρ [275] μὴ
βοῦλωται, φησὶν, ἀνάγκη φέρειν αὐτάς. Διὰ τί; εἰπέ
μοι· τίνας ἔνεκεν τὸ πικρὸν τοῦτο ἐφθέγγω ῥῆμα;
οὐκ εἰσὶ τέχνηαι αἰσχραὶ, καὶ τοῖς γεγηρακόσι κέρδος
ἔχουσαι καὶ ταῖς γεγηρακυαῖς; οὐκ ἠδύναντο, εἴπερ
βούλοιο τοῦ ζῆν ἐπεικῶς ἀμελείην, κἀκείθεν μετὰ
πολλῆς ἀποτρέφεσθαι τῆς περιουσίας; οὐχ ὄρας πό-
σοι τῶν ἐν ταύτῃ τῇ ἡλικίᾳ μαστροποὶ καὶ προαγωγοὶ
γινόμενοι, καὶ ἕτερα τοιαῦτα ἄττα διακονοῦμενοι,
καὶ τρέφονται καὶ τρωφῶσιν; 'Ἄλλ' οὐχ οὗτοι, ἀλλ'
αἰροῦνται λιμῶ διαφθεῖρεσθαι μᾶλλον, ἢ κατασιχῶναι
τὴν ἑαυτῶν ζωὴν καὶ προδύναμι τὴν σωτηρίαν· καὶ
κάθηται δὲ ἡμέρας ὅλης φάρμακοι σοι κατασκευά-
ζοντες σωτηρίας. Οὐ γὰρ οὕτως λατρὸς, χεῖρα ἐκτεί-
νων καὶ σιδήριον ἐπάγων, ἐκτέμνει τὰ σεσηπότα τῶν
τραυμάτων, ὡς πένης, δεξιᾶν ἐκτείλων καὶ ἐλεημο-
σύνην λαμβάνων, περιαιρεῖ τῶν τραυμάτων τοὺς
μῶλωπας. Καὶ τὸ δὴ θαυμαστὸν, ὅτι χωρὶς ἀληθόνως
καὶ ἰδύνης τὴν καλὴν ταύτην ἐργάζονται λατρίαν.
Καὶ ἡμῶν τῶν τοῦ λαοῦ προκαθημένων καὶ παραι-
νούτων ὑμῖν τὰ συμφέροντα οὐκ ἕλαττον ἐκείνος δια-
λέγεται ὁ πρὸ τῶν θυρῶν τῆς ἐκκλησίας καθήμενος
διὰ τῆς σιγῆς καὶ τῆς ὄψεως. Καὶ γὰρ ἡμεῖς ταῦτα
καθ' ἑκάστην ὑμῖν ἐνηχοῦμεν τὴν ἡμέραν, λέγοντες·
Μὴ μέγα φρόνει, ὡ ἀνθρώπε, δεξιότροπον καὶ εὐμετά-
πτωτον τῶν ἀνθρώπων ἡ φύσις, ἢ νεότης πρὸς γῆρας
ἐπιέγεται, τὸ κάλλος πρὸς ἀμορφίαν, ἢ ἰσχύς πρὸς
ἀσθένειαν, ἢ τιμὴ πρὸς καταφρόνησιν, ἢ ὑγίεια πρὸς
ἄβρωστίαν μεταπίπτει, ἢ ὄσα πρὸς εὐτέλειαν, ὁ
πλοῦτος πρὸς πενίαν· βρέυματι σφοδρῶ τὰ ἡμέτερα
ἔοικεν οὐδαμοῦ ἴσασθαι βουλομένῳ, ἀλλ' ἐπειγομένῳ
πρὸς τὸ κάταντες.

ε'. Τὰ αὐτὰ καὶ ἐκείνοι, καὶ πλείονα τούτων διὰ τῆς
ὄψεως συμβουλευούσι, καὶ διὰ τῆς πείρας αὐτῆς, ἥτις
καὶ σαφέστερα ἐστὶ παραίνεσις. Πόσοι γοῦν τῶν ἔξω
καθημένων νῦν ἠκμασαν ἐν νεότητι, καὶ μεγάλα εἰρ-
γάσαντο; πόσοι τῶν εἰδεχθῶν τούτων καὶ ἐπὶ τῇ τοῦ
σώματος ἰσχύϊ καὶ τῇ τῆς ὄψεως ὥρᾳ πολλοὺς παρ-
ήλασαν; 'Ἀλλὰ μὴ ἀπιστεῖτε, μηδὲ χλευάζετε· καὶ
γὰρ μυρίων γέμει τοιούτων ὑποδειγμάτων ὁ βίος. Εἰ
γὰρ βασιλεῖς ἐξ εὐτελῶν καὶ ταπεινῶν πολλοὶ πόλλα-
κις ἐγένοντο, τί θαυμαστὸν, καὶ ἐκ μεγάλων καὶ ἐν-
δοξων ταπεινοὶ καὶ εὐτελεῖς κατέστησαν; καὶ γὰρ τὸ
πολλῶ παραδοξώτερον ἐκείνῳ ἐστὶ· τοῦτο δὲ τῶν αἰεὶ
συμβαίνοντων. Ὡστε οὐ χρὴ διαπιστεῖν, εἰ τινες τού-
των καὶ ἐν τέχναις καὶ ἐν στρατείαις ἠνθῆσαν καὶ ἐν
χρημάτων περιουσίαις, ἀλλὰ καὶ ἔλεειν αὐτοὺς μετὰ
πολλῆς τῆς συμπαθείας, καὶ ὑπὲρ ἑαυτῶν δεδοικέναι,
μὴ ποτε καὶ αὐτοὶ τὰ αὐτὰ πάθωμεν. Καὶ γὰρ καὶ
ἡμεῖς ἀνθρώποι, καὶ ὑπὸ τὴν ὀξύρροπον ταύτην κεί-
μεθα μεταβολῆν. 'Ἄλλ' ἴσως τῶν ἀγνωμόνων τις καὶ

σκώπτειν εἰωθῶτων καὶ ἐπισκῆφει τοῖς εἰρημίνοις,
καὶ κωμωδῆσαι πάντως ἡμᾶς λέγων· Μέχρι τίνος οὐ
παύση πένητας αἱ καὶ πτωχοὺς ἐν τοῖς λόγοις εἰσ-
άγων, καὶ συμφορὰς ἡμῖν προφητεύων, καὶ πενίαν
προσαφινῶν, καὶ πτωχοὺς ποιῆσαι σπουδάζων; Οὐ
[276] πτωχοὺς ὑμᾶς σπουδάξων ποιῆσαι, ἀνθρώπε,
ταῦτα λέγω, ἀλλὰ τοῦ οὐρανοῦ τὸν πλοῦτον ὑμῖν ἀν-
οἰξαι σπεύδων. Ἐπεὶ καὶ πρὸς τὸν ὑγιαίνοντα ὁ τῶν
ἀβρωστούντων μεμνημένος καὶ τὰς ἐκείνων διηγοῦ-
μενος ὀδύνας, οὐχ ἵνα ἐπίνοσον ποιῆση, λέγει, ἀλλ' ἵνα
ἐπὶ τῆς ὑγείας διατηρήσῃ, τῷ φόβῳ τῶν ἐκείνοις
συμβαίνοντων τὴν τοῦτο βραθυμίαν ἐκκόπτων. Φοβε-
ρὸν ὑμῖν ἢ πενία εἶναι δοκεῖ, καὶ φρικτὸν καὶ μέχρι
προσηγορίας αὐτῆς. Διὰ γὰρ τοῦτο πένητές ἐσμεν,
ὅτι πενίαν δεδοίκαμεν, κἂν μύρια ἔχωμεν τάλαντα.
Οὐ γὰρ ὁ μηδὲν ἔχων, πένης, ἀλλ' ὁ πενίαν φριττων
ἐπεὶ καὶ ἐν ταῖς συμφοραῖς οὐ τοὺς τὰ μεγάλα πά-
σχοντας κακὰ δακρύουσαν καὶ ἀθλίους ἠγούμεθα, ἀλλὰ
τοὺς οὐκ εἰδότας αὐτὰ φέρειν, κἂν μικρὰ τύχη ὄντα·
ὡς ὁ γε φέρειν εἰδὼς καὶ ἐπαίνων ἀξίος καὶ στεφά-
νων. Καὶ ὅτι τοῦτο τοῦτον ἔχει τὸν τρόπον, ἐν τοῖς
ἀγῶσι τίνας ἐπαίνουμέν; τοὺς πολλὰ τυπτομένους
καὶ μὴ ἀλγούντας, ἀλλ' ὑψηλὸν τὸν αὐχένα ἔχοντας,
ἢ τοὺς ἀπὸ τῶν πρώτων φεγγόντας πληγῶν; οὐχὶ
ἐκείνους μὲν καὶ στεφανοῦμεν, ὡς ἀνδρείους καὶ γεν-
ναίους, τούτους δὲ καὶ γελῶμεν, ὡς ἀνάνδρους καὶ
δειλοὺς; Οὕτω τοῖνον καὶ ἐπὶ τῶν τοῦ βίου πραγμά-
των ποιῶμεν· τὸν μὲν εὐκόλως ἅπαντα φέροντα στε-
φανώσωμεν, καθάπερ ἐκείνον τὸν γενναῖον παγκρα-
τιστὴν· τοῦτον δὲ δακρύουσαν τὸν δεδοικότα καὶ τρέ-
μοντα τὰ δεινὰ, καὶ πρὶν ἢ δέξασθαι πληγὴν ἀποτε-
θνηκότα τῷ δέει. Καὶ γὰρ ἐπὶ τῶν ἀγῶνων εἰ τις,
πρὶν ἢ χεῖρας ἀντάραι, τὸν ἀντίπαλον ἰδὼν τὴν δεξιάν
τείνοντα μόνον ἀποφύγει, κἂν μὴ δέξεται πληγὴν,
καταγέλαστος ἔσται, ὡς ἄτονος^β καὶ μαλακὸς καὶ
πόνων ἄπειρος τοιούτων· ὅλον καὶ ἐπὶ τοῦτων συμβαί-
νει τῶν πενίαν δεδοικότων, καὶ οὐδὲ τὴν προσδοκίαν
αὐτῆς ἐνεγκεῖν δυναμένων. Οὐκ ἄρα ἡμεῖς ποιοῦμεν
ὑμᾶς ἀθλίους, ἀλλ' ὑμεῖς ἑαυτοὺς. Πῶς γὰρ οὐ κατα-
παίξεται σου λοιπὸν ὁ διάβολος, καὶ πρὸ τῆς πληγῆς
τὴν ἀπειλὴν ὀρῶν δεδοικότα καὶ τρέμοντα; Μᾶλλον δὲ,
ὅταν ἀπειλὴν τοῦτο νομίσῃς, οὐ δεῖσεται λοιπὸν οὐδὲ
πληξαι, ἀλλ' ἀφείς ἔχειν τὸν πλοῦτον, τῇ προσδοκίᾳ
τῆς ἀφαιρέσεως κηροῦ παντὸς μαλακώτερόν σε ἐργά-
σεται. Καὶ γὰρ πεφύκαμεν, ὡς εἶπειν, ἅπερ δεδοίκα-
μεν, μετὰ τὸ παθεῖν οὐχ οὕτω νομίζειν εἶναι φοβερά,
ὡσπερ ἐμπροσθεν καὶ πρὸ τῆς πείρας. 'Ἰν' οὐκ μηδὲ
ταύτην κτήσῃ τὴν ἀρετὴν, ἐν ἀκμάζοντι^γ σε κατέχει
φόβῳ, πρὸ τῆς πείρας τῷ φόβῳ τῆς πενίας ὡσπερ
κηρὸν πυρὶ κατατήκων. Καὶ γὰρ κηροῦ παντὸς μα-
λακώτερος ὁ τοιοῦτος, καὶ αὐτοῦ τοῦ Κρίν ἀθλιώτε-
ρον βίον ζῶν, ὑπὲρ μὲν ὧν πλεονεκτεῖ δεδοικῶς, ὑπὲρ
δὲ ὧν οὐκ ἔχει ἀλγῶν· καὶ ὑπὲρ ὧν ἔχει τρέμων πάλ-
λον, ἅτε δραπέτην ἀγνώμονα κατέχων ἔνδον τὸν πλοῦ-
τον, καὶ ποικίλους τίσι καὶ ἀτόποις πολιορκουμένους
πάθεισι. Καὶ γὰρ ἐπιθυμία ἄτοπος καὶ φόβος πολυ-
ειδῆς καὶ ἀγωνία καὶ τρόμος πανταχόθεν αὐτοὺς
χειμάζουσι· καὶ εἰσίκσι πλοῖψ πάντοθεν ἐναντιοῖς
ἀνέμοις ἐλαυνομένῳ, [277] καὶ πολλὰς ὑπομένοντι
τὰς τρικυμίας. Καὶ πόσῳ βέλτιον τὸν τοιοῦτον ἀπ-
ελθεῖν, ἢ διηνεκῆ φέρειν χειμῶνα; ἐπεὶ καὶ τὸν
Κρίν ἀνεκτότερον ἦν ἀποθανεῖν, ἢ διαπαντὸς τρέ-
μειν.

^α Legendum videtur, τῶν πλουτουσῶν, nisi subintelligatur τῶν πλουτουμένων γενναίως.

^β Alii, ὡς ἄτολος, non male.

Ἴν' οὖν μὴ καὶ ἡμεῖς ταῦτα πάσχωμεν, καταγελάσωμεν τῆς τοῦ διαβόλου μηχανῆς, διαβρῆξωμεν αὐτοῦ τὰ σχοινία, διακώψωμεν τοῦ χαλεποῦ δόρατος τὴν αἰχμήν, καὶ πᾶσαν ἐφοδὸν ἀποτειχίσωμεν. Ἄν γὰρ χρημάτων καταγελάσης, οὐκ ἔχει ποῦ πλήξαι, οὐκ ἔχει πόθεν ἐπιλάβηται· τὴν γὰρ ρίζαν ἀνέσπασας τῶν κακῶν· ρίζης δὲ οὐκ οὐσης, οὐδὲ καρπὸς βλαστήσει πονηρός. Ταῦτα λέγωμεν μὲν αἰεὶ, καὶ λέγοντες οὐ παυώμεθα· εἰ δὲ τι λέγοντες ἀνούμεν, ἡ ἡμέρα δέξει ἐκεῖνη ἢ ἐν πυρὶ ἀποκαλυπτομένη, ἢ τὸ ἐκάστου ἔργον δοκιμάζουσα, ἢ τὰς λαμπάδας δεικνύουσα τὰς λαμπράς καὶ τὰς οὐ τοιαύτας. Τότε καὶ ὁ ἔχων τὸ ἔλαιον, καὶ ὁ μὴ ἔχων, δηλὸς ἔσται. Ἄλλὰ μηδένα γένοιτο τότε εὐρεθῆναι ταύτης ἔρημον τῆς παραμυθίας,

ἀλλὰ πάντας δαψιλῆ τὴν φιланθρωπίαν ἐπιφερομένους, καὶ φαειρὰς ἔχοντας τὰς λαμπάδας, συνεισελθεῖν τῷ νυμφίῳ· ὡς οὐδὲν τῆς φωνῆς ἐκεῖνης φοβερώτερον καὶ ὀδυνηρότερον, ἢν οἱ χωρὶς ἐλεημοσύνης δαψιλοῦς ἀπίοντες τότε ἀκούσονται τοῦ νυμφίου λέγοντος, *Οὐκ οἶδα ὑμᾶς*. Ἄλλὰ μήποτε ταύτης ἀκούσαιμεν τῆς φωνῆς, ἀλλὰ τῆς ἠδίστης ἐκεῖνης καὶ ποθεινοτάτης, *Δεῦτε, οἱ εὐλογημένοι τοῦ Πατρὸς μου, κληρονομήσατε τὴν ἡτοιμασμένην ὑμῖν βασιλείαν ἀπὸ καταβολῆς κόσμου*. Οὕτω γὰρ καὶ τὸν μακάριον ζησόμεθα βίον, καὶ τῶν ἀγαθῶν ἀπολαυσόμεθα πάντων τῶν καὶ νοῦν ὑπερβαίνοντων ἀνθρώπινον· ὧν γένοιτο πάντας ἡμᾶς ἐπιτυχεῖν, χάριτι καὶ φιλανθρωπίᾳ, καὶ τὰ ἔξῃς.

ΟΜΙΛΙΑ ΛΑ'.

Οὐ δύναται δὲ ὁ ὀφθαλμὸς εἰπεῖν τῇ χειρὶ, Χρειαὶ σου οὐκ ἔχω· ἢ πάλιν ἡ κεφαλὴ τοῖς ποσὶ, Χρειαὶ ὑμῶν οὐκ ἔχω.

α. Καταστείλας τῶν ἐλαττόνων τὸν φθόνον, καὶ τὴν ἀθυμίαν αὐτῶν ἐξελεῖν, ἦν εἰκόσ ἔχειν αὐτοὺς ἐκ τοῦ μεζόνων ἐτέρουσ κατηξιώσθαι· χαρισμάτων, ταπεινοῦ καὶ τούτων τὸν τύφον τῶν τὰ μεζόνια εἰληφότων χαρίσματα· ποιήσας μὲν αὐτὸ καὶ ἐν οἷς πρὸς ἐκεῖνους διελέγετο (τὸ γὰρ λέγειν, ὅτι χάρισμά ἐστι, καὶ οὐ κατέρθωμα, τοῦτο ἐμφαινόντος ἦν)· νυνὶ δὲ αὐτὸ καὶ σφοδρότερον πάλιν ποιεῖ, ἐπὶ τῆς αὐτῆς μένων εἰκόσος. Ἀπὸ γὰρ τοῦ σώματος λοιπὸν καὶ τῆς ἐκεῖθεν ἐνότητος ἐπ' αὐτὴν τῶν μελῶν χωρεῖ τὴν σύγκρισιν· ὁ μάλιστα ἐζητοῦν ἐκεῖνοι μαθεῖν· ἐπειδὴ οὐχ οὕτως ἱκανὸν ἦν αὐτοὺς παραμυθῆσθαι τὸ πάντας ἐν σῶμα εἶναι, ὡς τὸ μαθεῖν ὅτι καὶ ἐν αὐτοῖς, οἷς εἶχον, οὐδὲν μέγα ἡλαττοῦντο. Καὶ φησιν· *Οὐ δύναται δὲ ὁ ὀφθαλμὸς εἰπεῖν τῇ χειρὶ, Χρειαὶ σου οὐκ ἔχω· ἢ πάλιν ἡ [278] κεφαλὴ τοῖς ποσὶ, Χρειαὶ ὑμῶν οὐκ ἔχω*. Εἰ γὰρ καὶ ἐλαττον τὸ χάρισμα, ἀλλ' ἀναγκαῖον· καὶ ὡσπερ οὐκ ὄντος ἐκεῖνου πολλὰ ἐμποδίζεται, οὕτω καὶ τούτου χωρὶς χωλεῖται τὸ πλήρωμα τῆς Ἐκκλησίας. Καὶ οὐκ εἶπεν, Οὐκ εἶρεῖ, ἀλλ' ὅτι, *Οὐ δύναται μὲν εἰπεῖν*. Ὅστε κἂν θέλῃ, κἂν λέγῃ, οὐκ ἐνδέχεται, οὐδὲ ἔχει τὸ πρᾶγμα τὴν φύσιν. Διὰ τοῦτο λαθῶν ἐκάτερα τὰ ἄκρα, ἐν αὐτοῖς γυμνάζει τὸν λόγον, πρῶτον μὲν ἐπὶ χειρὸς καὶ ὀφθαλμοῦ, δευτέρον δὲ ἐπὶ κεφαλῆς καὶ ποδῶν, αὖξων τὸ παράδειγμα. Τί γὰρ ποδὸς εὐτελέστερον, ἢ τί κεφαλῆς τιμιώτερον καὶ ἀναγκαῖότερον; τοῦτο γὰρ μάλιστα ἐστὶν ἀνθρώπος, ἢ κεφαλὴ. Ἄλλ' ὅμως οὐκ ἔστιν αὐτάρκης, οὐδὲ τὰ πάντα αὐτῇ δύναται· ἂν ἀνύειν· ἐπεὶ εἰ τοῦτο ἦν, περιττῶς ἡμῖν οἱ πόδες προσέκειντο. Καὶ οὐδὲ ἐστὶ μὲχρι τούτου, ἀλλὰ καὶ ἐτέραν ὑπερβολὴν ζητεῖ· ὅπερ αἰ ποιεῖ, οὐ μὲχρι τοῦ Ἰσοφιλωνικῶν, ἀλλὰ καὶ περαιτέρω προβαίνων. Διὸ καὶ ἐπάγει λέγων· Ἄλλὰ πολλῶ μᾶλλον τὰ δοκοῦντα μέλη τοῦ σώματος ἀσθενέστερα ὑπάρχειν, ἀναγκαῖά ἐστι· καὶ ὁ δοκοῦμεν ἀτιμότερα εἶναι τοῦ σώματος, τούτους τιμῆν περισσοτέραν περιτίθεμεν· καὶ τὰσχημόνα ἡμῶν εὐσημοσύνην περισσοτέραν ἔχει· πανταχοῦ τὴν τοῦ σώματος προσθήκην τιθεῖς, καὶ ταύτη κάκεινον παραμυθούμενος καὶ τοῦτον καταστέλλων. Οὐ γὰρ τοῦτο λέγω, φησίν,

ὅτι οὐ μόνον χρεῖαν ἔχει τὰ μεζόνια τῶν ἐλαττόνων, ἀλλ' ὅτι καὶ πολλὴν χρεῖαν ἔχει. Εἰ τι γὰρ ἀσθενὲς ἐν ἡμῖν, εἰ τι ἄτιμον, τοῦτο καὶ ἀναγκαῖον καὶ τιμῆς ἀπολαύει μεζόνιος. Καὶ καλῶς εἶπε, *Τὰ δοκοῦντα*, καὶ, *Ἄ δοκοῦμεν*, δεικνύς ὅτι οὐ τῆς φύσεως τῶν πραγμάτων, ἀλλὰ τῆς τῶν πολλῶν ὑπονομίας ἡ ψῆφος. Οὐδὲν γὰρ ἐν ἡμῖν ἄτιμον· Θεοῦ γὰρ ἔργον ἐστὶ. Τί γὰρ τῶν μορίων τῶν γεννητικῶν ἀτιμότερον ἐν ἡμῖν εἶναι δοκεῖ; Ἄλλ' ὅμως πλείονος ἀπολαύει τιμῆς· καὶ οἱ σφόδρα πένητες κἂν τὸ λοιπὸν γυμνὸν ἔχωσι σῶμα, οὐκ ἂν ἀνάσχοιντο ἐκεῖνα τὰ μέλη δέξαι γυμνά. Καίτοι γε οὐχ αὕτη τῶν ἀτίμων ἡ τάξις, ἀλλὰ μᾶλλον τῶν ἄλλων καταφρονεῖσθαι ἔδει. Καὶ γὰρ ἐν οἰκείᾳ ὁ ἡτιμωμένος οἰκέτης οὐ μόνον οὐκ ἀπολαύει πλείονος θεραπείας, ἀλλ' οὐδὲ τῶν αὐτῶν ἀξιοῦται. Ὅστε εἰ καὶ τοῦτο ἄτιμον ἦν, οὐ μόνον μεζόνιος ἀπολαύειν οὐκ ἔδει, ἀλλ' οὐδὲ τῶν αὐτῶν· νυνὶ δὲ πλείονος ἀπολαύει τιμῆς, καὶ τοῦτο τῆς τοῦ Θεοῦ σοφίας ἐργασαμένης. Τοῖς μὲν γὰρ ἐν τῇ φύσει τὸ μὴ δεῖσθαι ἔδωκε· τοῖς δὲ, ἐπειδὴ ἐν τῇ φύσει οὐκ ἔδωκεν, ἡμᾶς παρέχειν ἠνάγκασεν. Ἄλλ' οὐ διὰ τοῦτο ἄτιμα· ἐπεὶ καὶ τὰ ζῶα ἐν τῇ φύσει τὸ ἀνευδεῆς ἔχει, καὶ οὐτε ἱματιῶν δέεται, οὐτε ὑποδημάτων, οὐτε ὀρόφου, τὰ πλείονα αὐτῶν· ἀλλ' οὐ διὰ τοῦτο ἀτιμότερον αὐτῶν τὸ σῶμα τὸ ἡμέτερον, ἐπειδὴ πάντων δέεται τούτων. Καὶ γὰρ εἰ τις ἀκριβῶς ἐξετάσει, καὶ αὐτῇ τῇ φύσει τίμιά τε καὶ ἀναγκαῖά ἐστὶν· ὁ δὲ καὶ αὐτὸς ἠνέξατο, οὐκ ἀπὸ τῆς ἡμέτερας [279] ἐπιμελείας καὶ τοῦ πλείονος ἀπολαύειν τιμῆς, ἀλλὰ καὶ ἀπὸ τῆς τῶν πραγμάτων φύσεως αὐτοῖς ψηφισάμενος. Διὸ, ὅταν μὲν ἀσθενῆ λέγῃ καὶ ἄτιμα, *Τὰ δοκοῦντα* λέγει· ὅταν δὲ ἀναγκαῖα, οὐκέτι προστίθῃσι, *Τὰ δοκοῦντα*, ἀλλ' αὐτὸς ἀποφαίνεται λέγων, ὅτι ἀναγκαῖά ἐστι· καὶ μάλα εἰκότως. Καὶ γὰρ πρὸς παιδοποιῖαν καὶ τὴν τοῦ γένους ἡμῶν διαδοχὴν χρῆσιμα. Διὰ τοῦτο καὶ οἱ νομοθέται Ῥωμαίων τοὺς ταῦτα ἀκρωτηριάζοντας τὰ μέλη καὶ ποιοῦντας εὐνοῦχος κολάζουσιν, ἅτε τῷ κοινῷ γένει λυμαινομένους, καὶ αὐτῇ ἐπηρεάζοντας τῇ φύσει. Ἄλλ' ἀπόλιντο οἱ ἀκόλαστοι, οἱ τοῦ Θεοῦ τὰ δημιουργήματα διαβάλλοντες. Ὅσπερ γὰρ τῷ οἴκῳ πολλοὶ διὰ τοὺς μεθύοντας κατηράσαντο, καὶ τῇ φύσει τῶν γυναικῶν διὰ τὰς μοιχευομένας· οὕτω καὶ τὰ μέλη ταῦτα αἰσχρὰ εἶναι ἐνόμισαν διὰ τοὺς οὐκ εἰς θεὸν αὐτοῖς χρισμένους. Ἄλλ' οὐκ ἔχρηξ· οὐ γὰρ τῇ φύσει τοῦ πράγματος ἡ ἀμαρτία συγκεκλήρωται, ἀλλ' ἀπὸ τῆς προαιρέσεως τίχεται· τοῦ τολμώντος τὸ πλῆρμὸν μέλημα.

* Marg. Savil., ἐντίθεμεν.

Pecunias spernendæ. — Ne ergo nos quoque talia patiamur, diaboli machinas irrideamus, ejus funes frangamus, dirumpamus gravis lanceæ cuspidem, et omnem ei aditum intercludamus. Si enim pecunias irriseris, non habet quo te percutiat, non habet unde apprehendat : nam radicem evulsisti malorum ; radice vero sublata, neque malus germinabit fructus. Hæc semper dicamus, et finem dicendi non faciamus : an vero dicentes aliquid proficiamus, dies ille ostendet, qui in igne revelabitur, qui uniuscujusque opus explorabit, qui lampadas ostendet lucentes et eas quæ tales non sunt. Tunc manifestus erit is qui oleum habet, et is qui non habet. Sed faxit Deus ut nullus

tunc reperiat talis vacuus consolatione ; sed ut omnes largam benignitatem efferant, et claras habentes lampadas, una cum sponso intrent. Illa certe voce nihil terribilius, nihil asperius est, quam tunc audituri sunt ii, qui sine larga eleemosyna hinc demigraverunt, dicente sponso, *Nescio vos (Matth. 25. 12)*. Absit autem ut hanc audiamus vocem, sed suavissimam illam et summe expetendam : *Venite, benedicti Patris mei, possidete paratum vobis regnum a constitutione mundi (Ibid. v. 34)*. Sic enim beatam ducemus vitam, et omnibus fruemur bonis, quæ mentem humanam exsuperant : quæ nos omnes assequi contingat, gratia et benignitate, etc.

HOMILIA XXXI.

CAP. 12. v. 21. *Non potest autem oculus dicere manui, Opera tua non indigeo ; aut iterum caput pedibus, Non estis mihi necessarii.*

1. Postquam minorum invidiam represserat, illorumque mœrorem abstulerat, quem concepisse illos verisimile erat ex eo, quod alii majoribus donis dignati fuissent, horum fastum deprimit, qui majora dona acceperant. Cumque hoc fecisset, quando cum illis disserebat (dicere enim, illud esse donum gratuitum, et non bonum opus, hoc aperte significabat) : nunc autem idipsum vehementius facit, in eadem manens imagine : a corpore enim et ab ejusdem unitate, ad ipsam membrorum comparisonem procedit : quod ipsi maxime discere optabant ; quia ad illos consolandos non aptum erat illud, quod omnes unum corpus essent ; quam cum discerent, se in iis quæ habebant non admodum inferiores esse. Et ait : *Non potest autem oculus dicere manui, Opera tua non indigeo ; aut iterum caput pedibus, Non estis mihi necessarii.* Nam etsi donum sit minus, at necessarium est : et sicut absque illo multa sunt impedimenta, ita etiam sine hoc plenitudo Ecclesiæ claudicat. Neque dixit, *Non dicet, sed, Non potest dicere ;* ita ut, etiamsi voluerit, etiamsi dixerit, non valeat, neque res eam habeat naturam. Ideo duo extrema assumens, in iis sermonem exercet : primo quidem de manu et oculo, secundo autem de capite et pede, exemplum amplificans. Quid enim pede vilius ? aut quid capite præstantius et magis necessarium ? hoc enim maxime homo est, nempe caput. Attamen non est sibi sufficiens, neque omnia perficere possit. Nam si hoc esset, supervacaneæ nobis pedes adjecti essent. Neque tamen hic substitit, sed et aliam quærit hyperbolen, id quod semper facit, non usque ad æqualitatem contendens, sed etiam ulterius progrediens. Ideoque subjungit dicens : 22. *Sed multo magis quæ videntur membra corporis inferiora esse, necessariora sunt : 23. et quæ putamus ignobiliora esse membra corporis, iis honorem abundantiorum circumdamus : et quæ inhonestiora sunt nostra, abundantiorum honestatem habent ;* ubique accessionem corporis ponens, et hac ratione illum quoque consolans et hunc comprimens. Non

enim hoc dico, inquit, quod majora minoribus opus habeant, sed etiam quod multum opus habeant. Si quid enim infirmum in nobis est, si quid inhonestum, hoc et necessarium est, et majori fruitur honore. Ac recte dixit, *Quæ videntur, et, Quæ putamus ;* ostendens non ex natura rerum, sed ex multorum calculo sententiam ferri. Nihil in nobis ignobile : Dei namque opus est. Quid enim partibus genitalibus in nobis videtur inhonestius esse ? Attamen majorem assequuntur honorem : et qui admodum pauperes sunt, etiamsi reliquum corpus nudum habeant, numquam patiantur hæc partes nudas ostendere. Atqui non est hic ordo inhonestorum, sed magis oporteret despici, quam alia. Etenim domi servus qui est ignominia affectus, non modo non fruitur majori cura, sed nec iisdem, quæ alii, dignus censetur. Itaque si hoc inhonestum esset, non modo majoribus frui non oporteret, sed neque iisdem : nunc autem majori fruuntur honore, et hoc Dei sapientiæ opus est. Nam illis quidem in natura dedit ut non egerent ; his autem, quoniam in natura non dedit, ut nos præberemus coegit. Sed non propterea inhonestas sunt : quandoquidem et animalia ex natura sua nulla re egent, non vestibus, non calceis, nec tecto, plurima saltem ; sed non ideo corpus nostrum est illorum corpore ignobilius, quia his omnibus indiget. Nam si quis accurate examina-verit, ipsa etiam natura sunt honesta et necessaria : quod etiam ipse subindicavit, non a cura nostra, nec quod majori fruuntur honore ; sed ex natura rerum ipsis calculum ferens. Idcirco, cum infirma dicit et inhonestas, *Quæ videntur*, adjicit ; cum autem necessaria dicit, non ultra adjicit, *Quæ videntur ;* sed ipse sententiam fert dicens esse necessaria ; et jure quidem. Nam ad liberorum procreationem et ad successionem generis nostri utilia sunt. Quamobrem et legislatores Romanorum eos, qui hæc membra excidunt et eunuchos faciunt, puniunt, ut qui commune genus perimant, ipsique naturæ damnum inferant. Sed pereant impudici, qui Dei opera in culpam vocant. Sicut enim vino multi ob temulentos maledixerunt, sic et sexui mulierum ob adulteria : sic hæc membra turpia esse putarunt, ob malum quorundam usum.

Sed non oportuit : non enim naturæ rei attributum est peccatum , sed voluntati ejus qui hoc scelus agredi audet. Quidam autem ea quæ sunt infirma , inhonesta , et necessaria , et majori fruuntur honore , a Paulo de oculis existimant dicta fuisse , qui vi minores , usu autem cæteris præstant ; inhonestiora autem pedes : nam eorum quoque multa geritur providentia.

2. Deinde , ne aliam rursus hyperbolem faceret , ait :
24. Honesta autem nostra nullius egent. Ne quis enim diceret : Ecqua hæc ratio ? honesta despiciere et inhonestioribus advigilare ? Non despicientes hoc facimus , inquit , sed quia hæc cura non egent. Et vide quantum encomium paucis efferens transcurrerit , hoc opportune et utiliter faciens. Neque hoc contentus , causam etiam adjicit dicens : *Sed Deus temperavit corpus , ei cui deerat abundantiorē tribuendo honorem ,*
25. ut non sit schisma in corpore. Si autem temperavit , non sivit apparere id quod erat inhonestius. Etenim quod contemperatur sive miscetur , fit unum , nec apparet quid antea esset : nam ne quidem contemperatum fuisse dixerimus. Et vide quam frequenter defectus prætercurrat dicens , *Ei cui deerat.* Non dixit , *Inhonesto vel turpi* , sed , *Ei cui deerat.* Cui deerat ; quomodo ? Secundum naturam. *Ei majorem dans honorem.* Et quare ? Ut non esset schisma in corpore. Quia enim immensa consolatione fruentes , dolebant tamen , ut qui minora accepissent , ostendit eos magis fuisse honoratos : *Ei cui deerat* , inquit , *abundantiorē tribuendo honorem.* Deinde autem rationem subjungit , ostendens quod opportune effecisset , ut et illi deesset , et magis eum honoraret. Quæ illa ratio ? *Ne sit* , inquit , *schisma in corpore.* Nec dixit , *In membris* , sed , *In corpore.* Etenim multa futura erat exuberantia , si alia quidem et ex natura et nostra providentia curarentur , alia autem neutrum haberent ; sed ab invicem excissa fuissent , ut quæ ferre non possent conjunctionem : abscissis autem his , cætera quoque damnum accepissent. Vidistin' quomodo ostendit necessario majorem ei qui deficit dari honorem ? Si enim hoc factum non fuisset , communis omnium perniciēs fuisset , inquit . Nam si nos illorum non magnam gessissemus curam , nocumenta accepissent cum a natura auxilium non haberent , et ex hoc nocumento periissent ; si perissent , corpus discidissent ; scisso corpore , cætera etiam quæ sunt his longe majora periissent. Viden' horum curæ illorum quoque providentiam esse conjunctam ? Non enim ita in propria natura habent quod sint , ut in corpore habent quod sint unum. Ideo si corpus quidem pereat , nullum ipsis lucrum ex singulorum sanitate ; sed sive oculus maneat , sive nasus , quod suum est servans , ligamine soluto , nulla postea hinc erit utilitas. Quod si hoc manente , illa nocumentum accipiant , et gestantur et ad sanitatem cito redeunt. Sed dixerit fortasse quispiam : Hoc quidem in corpore rationem habet , quod id cui desunt quædam majorem accipiat honorem ; apud homines vero quomodo hoc cernatur ? In hominibus certe maxime id accidere

videas. Etenim ille qui circa undecimam horam venerunt , primi mercedem accepere ; et ovis errans pastoris suasit ut nonaginta novem alias relinqueret , et ad ipsam accederet et ut reperta gestaretur , non abigeretur ; et filius prodigus plus honoris accepit , quam is qui se recte gesserat ; et latro ante apostolos coronatus et celebratus est. In talentis quoque idipsum factum videas. Nam qui talenta quinque acceperat , et qui duo acceperat , eadem mercede dignati sunt ; et ipse quod duo accepisset ex magna factum est providentia. Nam si quinque ipsi concedita fuissent , cum non posset illa augere , ex toto excidisset ; cum autem duo accepisset , cum ea quæ penes se erant implesset , eodem dignatus est præmio quo is , qui cum quinque operatus fuerat , et eo illum superavit , quod a minoribus laboribus eisdem consequutus sit coronas. Atqui ipse quoque homo erat , ut et ille qui accepit quinque : attamen non tam accurate cum illo rationes exigit Dominus , neque cogit illum ut tanta faciat , quanta conservus ejus ; neque dicit , Cur non potes quinque conficere ? quod merito dixisset ; sed et ipsum coronavit. Hæc ergo cum sciatis , ne insultetis majores , minoribus , ne vos ipsos ante illos lædatis ; illis enim abscissis , totum perit corpus. Quid enim aliud est corpus , quam multa membra ? sicut et ipse ait , *Corpus non est unum membrum , sed multa.* Si igitur hoc est corpus , sollicite curemus ut plura maneant plura ; ita ut , si hoc non servetur , letale accipiat vulnus. Quapropter ille non hoc solum exigit , ut ne ab aliis abscindamur , sed etiam ut admodum conjuncti maneamus. Cum dixisset enim , *Ut non sit schisma in corpore ;* non hoc contentus fuit , sed subjunxit : *Ut in ipsum pro invicem sollicita sint membra ;* alteram hanc quoque causam afferens , cur minora majorem assequantur honorem. Non tantum enim , ut non ab invicem separentur , sic dispensavit Deus , sed etiam ut multa esset caritas et concordia. Nam si singulis opus est proximi salutem advigilare , ne mihi minus et magis dixeris : hic enim non est plus et minus. Manente namque corpore , potest differentia videri ; pereunte autem , non item : peribit vero , nisi minora maneant.

3. Si ergo magna peribunt parvis abscissis , similiter debent hæc magna parvorum perinde atque sui curam gerere : cum horum enim salute manent etiam majora. Itaque etiamsi millies dixeris , membrum esse inglorium et minus ; sed nisi æque provideas , ut pro te ipso , sed ut minus illud negligas , damnum in te transibit. Idecirco non dixit . Ut pro invicem tantum sollicita sint membra , sed adjecit , *Ut de eodem pro se invicem sollicita sint membra ;* id est , simili et eadem , qua magnus , parvus quoque fruatur providentia. Ne itaque dixeris , Ille plebeius est , sed cogita illum esse membrum corporis , quod totum continet : ac quemadmodum oculus , ita et hic facit ut corpus sit corpus. Ubi enim corpus ædificatur , nullus quidpiam habet amplius , quam proximus. Neque enim hoc corpus facit , ut sit illud quidem majus , hoc vero minus , sed quod multa sive et diversa. Sicut

Τινές δὲ τὰ ἀσθενέστερα καὶ ἄτιμα καὶ ἀναγκαῖα καὶ τιμῆς ἀπολαύοντα πλείονος περὶ ὀφθαλμῶν καὶ ποδῶν εἰρῆσθαι τῷ Παύλῳ νομίζουσι, καὶ ἀσθενέστερα καὶ ἀναγκαῖα τοὺς ὀφθαλμοὺς λέγειν, ὅτι ἐλαττούμενοι τῇ δυνάμει, πλεονεκτοῦσι τῇ χρεῖζ, τὰ δὲ ἀτιμότερα τοὺς πόδας· καὶ γὰρ καὶ οὗτοι πολλῆς ἀπολαύουσι προνοίας.

β. Ἔτα ἵνα μὴ πάλιν ἄλλην ὑπερβολὴν ἐργάσθαι, φησί· *Τὰ δὲ εὐσχήμονα ἡμῶν οὐ χρεῖαν ἔχει.* Ἴνα γὰρ μὴ τις λέγῃ, Καὶ ποῖος οὗτος λόγος; τῶν μὲν τιμῶν καταφρονεῖν, τοῖς δὲ ἀτιμότεροις προσεδρεύειν; οὐχὶ καταφρονοῦντες· τοῦτο ποιούμεν, φησὶν, ἀλλ' ἐπειδὴ αὐτὰ οὐ δεῖται. Καὶ ὅρα ἡλίκων ἐγκώμιον ἐν βραχεῖ θεὸς παρέδραμε, συμφερόντως τοῦτο καὶ χρησίμως ποιῶν. Καὶ οὐδὲ ἀρκεῖται τούτῳ, ἀλλὰ καὶ αἰτίαν προστίθεισι λέγων· *Ἄλλ' ὁ Θεὸς συνεκέρασε τὸ σῶμα, τῷ ὑστεροῦντι περισσοτέραν δούς τιμῆν, ἵνα μὴ σχίσμα ἦ ἐν τῷ σώματι.* Εἰ δὲ συνεκέρασεν, οὐκ ἀφήκει τὸ ἀτιμότερον φαίνεσθαι· τὸ γὰρ κινώμενον ἐν γίνεται, καὶ οὐ φαίνεται τί πρὸ τούτου ἦν· ἐπεὶ οὐδὲ ἂν κεκράσθαι αὐτὸ φαίμεν ἂν. Καὶ ὅρα πῶς συνεχῶς τὰ ἐλαττώματα παρατρέχει λέγων, *τῷ ὑστεροῦντι.* Οὐκ εἶπε, *τῷ ἀτίμῳ*, τῷ ἀσχήμονι, ἀλλὰ, *τῷ ὑστεροῦντι.* Ὑστεροῦντι, πῶς; Κατὰ φύσιν. *Περισσοτέραν δούς τιμῆν.* Καὶ διὰ τί; Ἴνα μὴ ἦ σχίσμα ἐν τῷ σώματι. Ἐπειδὴ γὰρ μυρίας παραμυθίας ἀπολαύοντες ἤλθον ὁμοῦ, ἅτε ἐλάττονα λαθόντες, δεικνύουσιν ὅτι μᾶλλον ἐτιμήθησαν· τῷ γὰρ ὑστεροῦντι, φησί, *περισσοτέραν δούς τιμῆν.* Ἔτα καὶ τὸν λόγον ἐπάγει, δεικνύς ὅτι συμφερόντως καὶ ὑστερεῖν ἐποίησε, καὶ μειζόνως ἐτίμησε. Τίς δὲ ὁ λόγος; *Ἴνα μὴ ἦ σχίσμα,* φησὶν, *ἔν τῷ σώματι.* Καὶ οὐκ εἶπεν, Ἐν τοῖς μέλεσι, ἀλλ', *Ἐν τῷ σώματι.* Καὶ γὰρ [280] πολλὴ ἐμελλεν ἡ πλεονεξία εἶναι, εἰ τὰ μὲν καὶ ἀπὸ τῆς φύσεως καὶ ἀπὸ τῆς ἡμετέρας θεραπείας προνοίας, τὰ δὲ οὐδὲ ἐτέρωθεν· καὶ ἀπεσχίσθη ἂν ἀλλήλων, οὐ δυνάμενα φέρειν τὸν σὺνδεσμον· ἀποσχθέντων δὲ τούτων, καὶ τοῖς λοιποῖς ἐγίνετο βλάβη. Εἶδες πῶς ἔδειξεν ἀναγκαιῶς μειζόνα τῷ ὑστεροῦντι δεδομένην τιμῆν; Εἰ γὰρ μὴ τοῦτο γέγονε, κοινὴ πάντων ἂν ἡ λύμη ἐγεγονέη, φησί. Καὶ γὰρ εἰ μὴ πολλῆς ταῦτα παρ' ὑμῶν ἀπέλαυσε προνοίας, ἐπηρέασθη ἂν μὴ ἔχοντα τὴν ἀπὸ τῆς φύσεως βοήθειαν· ἐπηρεασθέντα δὲ, ἀπόλυτα ἂν· ἀπολόμενα δὲ, ἐσχισεν ἂν τὸ σῶμα· σχισθέντος δὲ τοῦ σώματος, καὶ τὰ λοιπὰ ἂν ἀπόλυτο τὰ πολλῶν μειζόνα τούτων. Ὅρθῶς ὅτι καὶ τῆς ἐκείνων προνοίας ἔχεται ἡ τούτων ἐπιμέλεια; Οὐ γὰρ οὕτως ἐν τῇ οἰκείᾳ φύσει τὸ εἶναι ἔχουσιν, ὡς ἐν τῷ σώματι εἶναι ἐν. Διὰ δὲ τοῦτο, ἂν μὲν τὸ σῶμα ἀπόληται, οὐδὲν αὐτοῖς κέρδος τῆς καθ' ἑκάστον ὑγείας· ἀλλ' ἂν τε ὀφθαλμοὺς μένη, ἂν τε ῥίς διατηροῦσα τὸ οἰκεῖον, τοῦ συνδέσμου λυθέντος, βραχὺς οὐδὲν ἔσται λοιπόν· ἂν δὲ, τούτου μένοντος, ἐκείνα βλαβῆ, καὶ διαβαστάζεται καὶ πρὸς ὑγείαν ἐπάνεισι ταχέως. Ἄλλ' ἰσως εἶποι τις ἂν· Τοῦτο μὲν ἐν τῷ σώματι λόγον ἔχει, ὅτι τὸ ὑστερόντι περισσοτέραν ἔλαβε τιμῆν, ἐπὶ δὲ τῶν ἀνθρώπων πῶς ἂν τοῦτο φανεῖ; Ἐπὶ τῶν ἀνθρώπων μὲν οὐκ μάλιστα ἴδοις ἂν τοῦτο συμβαίνειν. Καὶ γὰρ οἱ περὶ τὴν ἐνδεκάτην ὥραν, πρῶτοι τὸν μισθὸν ἔλαβον· καὶ τὸ πλανηθὲν πρόβατον ἐπεισε τὸν ποιμένα τὰ ἐνενηκονταεπένεα καταλιπεῖν, καὶ ἐπ' αὐτὸν δραμεῖν, καὶ εὐρηθὲν ἐβαστάζετο, οὐκ ἠλαύνετο· καὶ ὁ ἄσωτος υἱὸς πλείονος τοῦ εὐδοκίμηκτος τῆς τιμῆς ἀπέλαυσε· καὶ ὁ ληστής περὶ τῶν ἀποστόλων ἐστεφανοῦτο καὶ ἀνεκηρύ-

τετο. Καὶ ἐπὶ τῶν ταλάντων δὲ τοῦτο ἴδοις ἂν γινόμενον. Καὶ γὰρ ὁ τὰ πέντε τάλαντα λαθὼν καὶ ὁ τὰ δύο, τῶν αὐτῶν ἡξιώθησαν, καὶ αὐτῷ τῷ τὰ δύο λαθεῖν πολλῆς ἀπέλαυσε μᾶλλον τῆς προνοίας. Εἰ γὰρ τὰ πέντε ἐνεχειρίσθη, μὴ δυνάμενος, τοῦ παντὸς ἂν ἐξέπεσε· δεξάμενος δὲ τὰ δύο, καὶ τὰ παρ' ἑαυτοῦ πληρώσας, τῶν αὐτῶν ἡξιώθη τῷ τὰ πέντε ἐργασαμένῳ, τοσοῦτῳ πλεονεκτήσας, ὅσῳ ἀπ' ἐλαττόνων πόνων τῶν αὐτῶν ἐπέτυχε στεφάνων. Καίτοι καὶ αὐτὸς ἄνθρωπος ἦν, ὡσπερ ὁ τὰ πέντε· ἀλλ' ὁμοῦ οὐδὲν πρὸς αὐτὸν ὁ Δεσπότης ἀκριβολογεῖται, οὐδὲ ἀναγκάζει τὰ αἰτὰ ποιεῖν ἢ τῷ συνδούλῳ, οὐδὲ λέγει, Διὰ τί μὴ δύνασαι τὰ πέντε ἐργάσασθαι; δικαίως ἂν εἰπῶν· ἀλλὰ καὶ αὐτὸν ἐστεφανώσας. Ταῦτ' οὐκ εἰδότες, μὴ ἐπεμβαίνετε τοῖς ἐλάττοσι οἱ μείζους, ἵνα μὴ πρὸ ἐκείνων ἑαυτοὺς βλάβητε· ἀποσχίζομένων γὰρ αὐτῶν, τὸ πᾶν διαφθείρεται σῶμα. Τί γὰρ ἄλλο ἐστὶ σῶμα, ἢ τὸ πολλά εἶναι μέλη; καθὼς καὶ αὐτός φησιν, ὅτι [281] *τὸ σῶμα οὐκ ἔστιν ἐν μέλος, ἀλλὰ πᾶσι μέλη.* Εἰ τοίνυν τοῦτο ἐστὶ σῶμα, φροντίζομεν τοῦ τὰ πολλά μένειν πολλά· ὡς ἐάν μὴ τοῦτο διασώζηται, περὶ τὰ καιρία ἢ πληγὴ γίνεται. Διὸ καὶ αὐτὸς οὐ τοῦτο μόνον ἀπαιτεῖ, τὸ μὴ ἀποσχίζεσθαι ἀλλήλων, ἀλλὰ καὶ τὸ σφόδρα συνήφθαι. Εἰπὼν γοῦν, *Ἴνα μὴ ἦ σχίσμα ἐν τῷ σώματι,* οὐκ ἠρκέσθη τούτῳ, ἀλλ' ἐπήγαγεν· *Ἴνα τὸ αὐτὸ ὑπὲρ ἀλλήλων μεριμνῶσι τὰ μέλη.* Ἐτέραν καὶ ταύτην αἰτίαν προστιθεὶς τοῦ τὰ ἐλάττονα πλείονος ἀπολαύειν τιμῆς. Οὐ γὰρ ἵνα μὴ ἀποσχίζηται μόνον ἀλλήλων, οὕτως ὑκονόμησεν ὁ Θεός, ἀλλ' ἵνα καὶ ἀγάπη ἢ πολλὴ καὶ ὁμόνοια. Εἰ γὰρ ἐν τῇ τοῦ πλησίου σωτηρίᾳ τὸ εἶναι ἐκάστῳ, μὴ μοι τὸ ἐλαττόν καὶ τὸ πλεόν εἴη; ἐνταῦθα γὰρ οὐκ ἔστι πλεόν καὶ ἐλαττόν. Μένοντος γὰρ τοῦ σώματος, δυνατὸν καὶ τὴν διαφορὰν ἴδειν· ἀπολλυμένου δὲ, οὐκέτι· ἀπολείται δὲ, ἂν μὴ καὶ τὰ ἐλάττονα μένη.

γ. Εἰ τοίνυν καὶ τὰ μεγάλα ἀπολείται τῶν μικρῶν ἀπορραγέντων, ὁμοίως ὀφείλει ταῦτα τῶν μικρῶν φροντίζειν, καὶ οὕτως ὡς ἑαυτῶν, ἅτε ἐν τῇ τούτων σωτηρίᾳ καὶ τῶν μειζόνων μενόντων. Ὅστε καὶ μυριάκις λέγεις, ὅτι ἀτιμον τὸ μέλος καὶ ἐλαττόν, ἀλλ' ἐάν μὴ ὁμοίως προνοῆς, ὡς καὶ σαυτοῦ, ἀλλ' ὡς ἐλάττονος ἀμελήεις, ἢ βλάβη εἰς σὲ διαθήσεται. Διὰ τοῦτο οὐκ εἶπεν, Ἴνα ὑπὲρ ἀλλήλων μόνον μεριμνῶσι τὰ μέλη, ἀλλὰ προσέθηκεν, *Ἴνα τὸ αὐτὸ ὑπὲρ ἀλλήλων μεριμνῶσι,* τουτέστιν, ὁμοίως καὶ τῆς αὐτῆς τῷ μεγάλῳ καὶ ὁ μικρὸς ἀπολαύη προνοίας. Μὴ τοίνυν εἴη, ὅτι Ὁ δεῖνα ὁ τυχὼν ἐστίν, ἀλλ' ἐνόησον ὅτι μέλος ἐστὶν ἐκείνου τοῦ σώματος τοῦ τὸ πᾶν συγκρατοῦντος· καὶ ὡσπερ ὁ ὀφθαλμὸς, οὕτω καὶ οὗτος ποιεῖ σῶμα εἶναι τὸ σῶμα. Ἐνθα γὰρ ἂν τὸ σῶμα οἰκοδομηται, οὐδεὶς οὐδὲν τοῦ πλησίου ἔχει πλεόν. Οὐδὲ γὰρ τοῦτο ποιεῖ σῶμα, τὸ εἶναι τὸ μὲν μείζον, τὸ δὲ ἐλαττόν, ἀλλὰ τὸ πολλά εἶναι καὶ διάφορα. Ὅσπερ γὰρ σὺ, ἐπειδὴ μέλιον εἶ, τὸ σῶμα συνέστησας, οὕτω καὶ οὗτος, ἐπειδὴ ἐλάττων. Ὅστε ἡ ἐλάττωσις αὐτοῦ, ὅταν δέη τὸ σῶμα οἰκοδομεῖν, ἰσότημός σοι γίνεται εἰς τὸν καλὸν τοῦτον ἔρανον· τὸ γὰρ αὐτὸ σοι δύναται· καὶ δῆλον ἐκεῖθεν. Μὴ ἔστω ἐλαττόν τι καὶ μείζον μέλος, μηδὲ τίμιον καὶ ἀτιμότερον, ἀλλ' ἔστω πάντα ὀφθαλμὸς, ἢ πάντοσε κεφαλὴ· οὐκ ἀπολείται τὸ σῶμα; Παντί που δῆλον.

* Sic legit interpretes vetus, et sic habet Savil. in margine, mellus quam Editi, τὰ αὐτὰ ποιεῖν.

Πάλιν ἄν πάντα ἐλάττωνα ἦ, τὸ αὐτὸ συμβῆσεται· ὥστε καὶ ταύτῃ ἴσοῦται τὰ ἐλάττω. Εἰ δὲ δεῖ τι καὶ πλέον εἰπεῖν, ἵνα μὲν σῶμα, ἐλάττων ἐστὶν ὁ ἐλάττων· ὥστε διὰ σέ ἐστιν ἐλάττων, ἵνα σὺ μὲνης μέγας ὢν. Διὰ τοῦτο καὶ τὴν αὐτὴν ἀπαιτεῖ παρὰ πάντων πρόνοιαν· καὶ εἰπὼν, *"Ἴνα τὸ αὐτὸ ὑπὲρ ἀλλήλων μεριμῶσι τὰ μέλη*, ἐρμηνεύει τὸ αὐτὸ τοῦτο πάλιν, λέγων· *Καὶ εἰτε πάσχει ἐν μέλος, συμπάσχει πάντα τὰ μέλη*. Διὰ γὰρ τοῦτο, φησὶ, καὶ τὴν πρόνοιαν κοινὴν ἐποίησεν, ἐν τοσαύτῃ [282] διαφορᾷ κατασκευάσας ἔνωσιν, ἵνα καὶ τῶν ἀποβαινόντων πολλὴ ἡ κοινωρία ἦ. Εἰ γὰρ ἡ τοῦ πλησίον πρόνοια σωτηρία κοινὴ ἐστίν, ἀνάγκη καὶ τὴν δόξαν καὶ τὴν ἀθυμίαν εἶναι κοινὴν. Τρία τοίνυν ἐνταῦθα ἀπαιτεῖ· τὸ μὴ σχιζέσθαι, ἀλλ' ἠνώσθαι μετὰ ἀκριβείας, τὸ προνοεῖν ὁμοίως ἀλλήλων, τὸ κοινὰ τὰ συμβαινόντα ἠγεῖσθαι. Καὶ ἀνωτέρω μὲν φησιν, ὅτι περισσοτέραν ἔδωκε τιμὴν τῷ ὑστεροῦντι διὰ τὸ δεῖσθαι, δεικνύς ὅτι αὐτὸ τὸ ἡλαττώσθαι μείζονος τιμῆς πρόξενον γέγονεν· ἐνταῦθα δὲ καὶ κατὰ τὴν τῆς προνοίας ἐξισοῖ λόγον αὐτὰ τῆς ὑπ' ἀλλήλων γινομένης. Διὰ γὰρ τοῦτο καὶ μείζονος ἐποίησεν ἀπολαῦσαι τιμῆς, φησίν, ἵνα μὴ ἐλάττωτος ἀπολαύῃ πρόνοιας. Οὐκ ἐντεῦθεν δὲ μόνον, ἀλλὰ καὶ ἐκ τῶν συμβαινόντων χρηστών καὶ λυπηρῶν ἀλλήλοις συνδέεται τὰ μέλη. Καὶ γὰρ τῇ πτέρην πολλὰκις προσπαγίστης ἀκάνθης, ὅλον τὸ σῶμα αἰσθάνεται, καὶ μεριμνᾷ, καὶ νῶτος κάμπτεται, καὶ γαστήρ καὶ μηροὶ συντέλλονται, καὶ χεῖρες, καθάπερ δορυφόροι καὶ ὑπηρέται προδόντες, ἀνέλκουσι τὸ παγὲν, καὶ κεφαλὴ ἐπικύπτει, καὶ ὀφθαλμοὶ μετὰ πολλῆς ὀρώσι τῆς φροντίδος. Ὅστε εἰ καὶ ἔλαττον ἔχει τῷ μὴ δύνασθαι ἀνελεθεῖν ὁ πῶς, ἀλλὰ τῷ τὴν κεφαλὴν καταγαγεῖν τὸ ἴσον ἔσχε, καὶ τῆς αὐτῆς ἀπέλαυσε τιμῆς, καὶ μάλιστα ὅταν μὴ χάριτι καταφέρωσιν αὐτὴν οἱ πόδες, ἀλλ' ὀφειλῆ. Ὅστε εἰ τῷ τιμιωτέρα εἶναι πλεονεκτεῖ, τῷ καὶ τοιαύτη οὖσα τῷ ἐλάττωι τὴν τιμὴν ὀφείλει καὶ τὴν κηδεμονίαν, καὶ τῷ ὁμοίως ὡσαύτως συναλγεῖν ἰσότητά δεικνύσι πολλήν. Τί γὰρ πτέρηνς εὐτελέστερον; τί δὲ κεφαλῆς τιμιώτερον; Ἀλλὰ τοῦτο πρὸς ἐκεῖνο βαδίζει τὸ μέλος, καὶ πάντα μεθ' ἑαυτῆς συγκινεῖ. Πάλιν ἄν ὀφθαλμοὶ τι πάθωσι, πάντα ἀλγεῖ, καὶ πάντα ἐν ἄργίᾳ, καὶ οὐτε πόδες βαδίζουσιν, οὐτε χεῖρες ἐργάζονται, οὐτε γαστήρ ἀπολαύει τῶν εἰωθόντων· καίτοι τὸ πάθος τῶν ὀφθαλμῶν ἐστὶ. Τί τήκει τὴν γαστέρα; τί κατέχει τὸς πόδας; τί δεσμεῖ τὰς χεῖρας; Ὅτι ἐκεῖνοις συνδέεται, καὶ ἀρρήτως τὸ πᾶν πάσχει σῶμα. Εἰ γὰρ μὴ συνέπασχεν, οὐδ' ἂν ἠνέσχετο κοινωνεῖν τῆς προνοίας. Διόπερ εἰπὼν, *"Ἴνα τὸ αὐτὸ ὑπὲρ ἀλλήλων μεριμῶσι τὰ μέλη*, ἐπήγαγεν· *Εἰτε πάσχει ἐν μέλος, συμπάσχει πάντα τὰ μέλη*. Καὶ πῶς συχαίρει, φησὶ; Στεφανοῦται ἡ κεφαλὴ, καὶ ἄπας ὁ ἀνθρώπος δοξάζεται· λέγει τὸ στόμα, καὶ γελῶσιν ὀφθαλμοὶ καὶ εὐφραίνονται· καίτοι οὐ τοῦ κάλλους τῶν ὀφθαλμῶν, ἀλλὰ τῆς γλώττης ἡ εὐδοκίμησις. Πάλιν ὀφθαλμῶν καλῶν φαεινομέ-

νων, ἡ πᾶσα γυνὴ καλλωπίζεται· ὥσπερ οὖν καὶ οὗτοι, καὶ ῥινὸς εὐθείας καὶ αὐχένος ὀρθοῦ καὶ ἐτέρων μελῶν ἐγκωμιαζομένων, γεγηθασὶ καὶ φαιδροὶ γίνονται, καὶ δακρύουσι πάλιν μετὰ πολλῆς τῆς θαυφίλειας ἐν ταῖς ὀδύναϊς αὐτῶν καὶ ταῖς συμφοραῖς, κἄν ἀσινεῖς αὐτοὶ διαμένωσι.

[283] δ'. Ταῦτ' οὖν ἅπαντες ἐνόησαντες, μιμησώμεθα τὴν ἀγάπην τῶν μελῶν τούτων, μὴδὲ τάναντία ποιῶμεν, ἐπεμβαίνοντες τοῖς τοῦ πλησίον κακοῖς, καὶ φθονοῦντες τοῖς τοῦ πλησίον ἀγαθοῖς· μαινομένων γὰρ τοῦτο καὶ ἐξεστηκότων. Καὶ γὰρ ὁ τὸν ὀφθαλμὸν ἐξορύττων, παραφροσύνης μέγιστον δεῖγμα ἐξήνεγκε· καὶ ὁ τὴν χεῖρα κατεσθίων, λαμπρᾶς μανίας παρέχεται ἔλεγχον. Εἰ δὲ ἐπὶ τῶν μελῶν τοῦτο, καὶ ἐπὶ τῶν ἀδελφῶν ὁμοίως γινόμενον παραφροσύνης περιτίθησι δόξαν, καὶ βλάβην οὐ τὴν τυχοῦσαν ἐπάγει. Ἔως μὲν γὰρ ἂν ἐκεῖνος λάμπη, καὶ ἡ σὴ εὐμορφία φαίνεται καὶ ὅλον καλλωπίζεται τὸ σῶμα· οὐδὲ γὰρ εἰς ἑαυτὸν μόνον τὸ κάλλος περιτίθησιν, ἀλλὰ καὶ σοὶ δίδωσι σεμνύεσθαι· ἂν δὲ κατασθέσῃς αὐτόν, ὅλη τῷ σώματι κοινὸν τὸ σκότος εἰργάσασθαι, καὶ πᾶσι τοῖς μέλεσι τὴν συμφορὰν ἐπήγαγεν· ὥσπερ οὖν ἐὰν διατηρῆς λάμποντα, ὀλοκλήρῳ τῷ σώματι τὴν ὥραν διατηρεῖς. Οὐδεὶς γὰρ φησιν, ὅτι Καλὸς ὁ ὀφθαλμὸς, ἀλλὰ τί; Καλὴ ἡ δεῖνα· ἂν δὲ καὶ αὐτὸς ἐπαινῆται, μετὰ τὸ κοινὸν ἐγκώμιον ἐπαινεῖται. Οὕτω καὶ ἐν τῇ Ἐκκλησίᾳ συμβαίνει· ἂν γὰρ ὡς οἱ εὐδοκίμουτες, τὸ κοινὸν καρποῦται τὴν εὐφημίαν. Οἱ γὰρ ἐχθροὶ οὐ δαιρουσὶ τὰ ἐγκώμια, ἀλλὰ συνάπτουσι. Κἄν ἢ τις ἐν τῷ λέγειν λάμπων, οὐκ αὐτὸν ἐγκωμιάζουσι μόνον, ἀλλὰ καὶ τὴν Ἐκκλησίαν ἅπασαν. Οὐδὲ γὰρ φασιν ὅτι θαυμαστός ὁ δεῖνα μόνον, ἀλλὰ τί; θαυμαστὸν ἔχουσι διδάσκαλον οἱ Χριστιανοί· καὶ κοινὸν τὸ κτῆμα ποιοῦσιν. Εἶτα Ἕλληνας μὲν συνάπτουσι, σὺ δὲ διαιρεῖς, καὶ πολεμεῖς τῷ σαυτοῦ σώματι καὶ κατὰ τῶν οικείων ἴστασαι μελῶν; Οὐκ οἶσθα, ὅτι τοῦτο πάντα ἀνατρέπει; καὶ γὰρ καὶ Βασιλεῖα, φησὶν, ἐφ' ἑαυτὴν μερισθεῖσα οὐ σταθῆσεται.

Οὐδὲν δὲ οὕτω μερίζει καὶ διίστησιν, ὡς φθόνος καὶ βασκανία, τὸ χαλεπὸν τοῦτο νόσημα, καὶ πάσης ἀπεστερημένον συγγνώμης, καὶ τῆς τῶν κακῶν βίζης κατὰ τι χαλεπώτερον. Ὁ μὲν γὰρ φιλάργυρος τότε ἡδεται, ὅταν αὐτὸς λάβῃ· ὁ δὲ βάσκανος τότε ἡδεται, ὅταν ἕτερος μὴ λάβῃ, οὐχ ὅταν αὐτὸς λάβῃ· εὐεργεσίαν γὰρ οικεῖαν νομίζει τὴν ἐτέρων κακοπραγίαν, οὐ τὴν οικεῖαν εὐημερίαν, κοινὸς τις ἐχθρὸς τῆς τῶν ἀνθρώπων περιερχόμενος φύσεως, καὶ τὰ τοῦ Χριστοῦ μέλη τύπτων, οὐ τί γένοιτ' ἂν μανικώτερον; Ὁ δαίμων φθονεῖ μὲν, ἀλλ' ἀνθρώποις, δαίμονι δὲ οὐδενί· σὺ δὲ ἀνθρώπος ὢν, ἀνθρώποις φθονεῖς, καὶ πρὸς τὸ δόμφουλον ἴστασαι καὶ ὁμογενές, ὅπερ οὐδὲ ὁ δαίμων ποιεῖ. Καὶ ποίας τεύξῃ συγγνώμης, ποίας δὲ ἀπολογίας, ὅταν ἰδῇς ἀδελφὸν ἐνημεροῦντα τρέμων καὶ ὠχρίων, στεφανοῦσθαι δέον καὶ χαίρειν καὶ ἀγάλλεσθαι; Εἰ δὲ καὶ ζηλοῦν ἐθέλεις, οὐ κωλύω· ζήλωσον, ἀλλ' ἵνα κατ' ἐκεῖνον γένη τὸν εὐδοκίμουτα· μὴ ἵνα αὐτὸν καταθιβάσῃς, ἀλλ' ἵνα πρὸς

^a *Legebatur* καὶ τὸ.

enim tu, quia major es, corpus constituis : ita et hic, quia minor. Itaque pusillitas ejus, cum corpus edificare oportet, par tibi honore fit ad hanc pulchram collectionem; id ipsum enim potest quod tu : id quod inde palam est. Non sit vel minus vel majus membrum, nec honestum et minus honestum, sed sint omnia oculus, aut omnia caput : annon peribit corpus illud ? Id cuius manifestum est. Rursus si omnia sint minora, id ipsum eveniet. Itaque in hoc etiam minora sunt aequalia. Si vero oporteat quid amplius dicere, ut maneat corpus, minor est is qui minor : itaque propter te minor est, ut tu magnus maneas. Ideo eandem exigit ab omnibus providentiam; et cum dixisset, *Ut de eodem pro se invicem sollicita sint membra*, hoc rursus interpretatur dicens : 26. *Et sive quid patitur unum membrum, compatiuntur omnia membra : sive gloriatur unum membrum, congaudent omnia membra.* Ideo enim, inquit, providentiam communem fecit, in tanta differentia unitatem constituens, ut eorum etiam quae contingant magna esset communio. Nam si quae geritur erga proximum providentia, communis est salus, necesse est et gloriam et mœrorem communem esse. Tria igitur hic requirit, non disciadi, sed accurate junctos esse; providentiam mutam similiter gerenda quae accidunt communia reputari. Et superius quidem dicit, quod abundantioram dederit honorem ei cui deest, eo quod eget; ostendens, quod defectus ipse majorem conciliat honorem : hic autem illos exaequat secundum quod alii aliorum mutam providentiam gerere debent. Ideo tamque curavit ut majori fruere honore, inquit, ut ne minori cura et providentia fruatur. Non hinc autem solum, sed etiam ex bonis et tristibus quae accidunt, membra colligantur. Et enim plantae pedis saepe infixi spina, totum corpus sensu et sollicitudine afficitur, et dorsum flectitur, et venter et femora comprimuntur, et manus tamquam satellites et ministri procedentes, quod infixum est extrahunt, et caput inclinatur, oculique cum cura et sollicitudine magna respiciunt. Ita ut etiamsi pes minus habeat, quod non possit ascendere; attamen quod caput deduxerit, par ipsi est, et eodem fruatur honore; maxime vero quod pedes deducant ipsum non per gratiam, sed per debitum. Itaque, si quod honoratius sit superet, ex eo quod tale cum sit, inferiori debeat honorem et sollicitudinem, et quod cum ipso doleat, hinc aequalitatem multam probat. Quid enim est planta pedis vilis? quid capite pretiosius? Sed hoc vadit ad illud membrum, et omnia secum commovet. Rursus si oculi quid patiantur, omnia dolent, et omnia in otio sunt; et neque pedes gradiuntur, neque manus operantur, neque venter solitis rebus fruatur : atqui infirmitas est oculorum. Cur ventrem liquefacis? cur pedes retines? cur manus ligas? Quoniam illis es alligatus, et ineffabili modo corpus totum patitur. Nisi enim compateretur, non sustinisset esse socium curae et providentiae. Ideo cum dixisset, *Ut in id ipsum pro se invicem sollicita sint membra*, subiunxit: *Sive patitur unum membrum,*

compatiuntur omnia membra : sive glorificatur unum membrum, congaudent omnia membra. Et quomodo congaudent, inquires? Coronatur caput, et totus homo glorificatur : quamquam os dicit, et ridet oculi et letantur : non est oculorum pulchritudo, sed linguae facundia. Rursus, si pulchri appareant oculi, tota mulier ornatur : sicut etiam oculi, si rectus nasus, collum rectum, et alia membra laudentur, letantur et praegaudio gaudent; ac rursus lacrymantur in doloribus et calamitatibus eorum, etiamsi ipsi illasi maneant.

4. Haec ergo omnes cogitantes, imitemur. Lorum membrorum dilectionem, neque contraria faciamus, malis proximi insultantes, et ejus bonis invidentes : furentium enim hoc est et eorum qui in excessu mentis sunt. Etenim qui effodit oculum, maximum profert amentiae signum : et qui manum exedit, aperte insaniae argumentum praebet. Si autem hoc in membris, in fratribus similiter admissum insipientiae famam afferat, et non leve detrimentum inducit. Nam quamdiu ille repletur, tua quoque forma apparet, et corpus totum ornatur; neque enim ad se solum pulchritudinem adducit, sed et tibi gloriandi locum praebet : si autem illum exstinguas, toti corpori communes tenebras effecisti, et omnibus membris induxisti calamitatem; ut ex contrario, si splendentem conserves, totius corporis formam conservas. Nemo enim dicit, Pulcher est oculus, sed quid? Formosa est illa; si autem et ipse laudetur, post commune encomium laudatur. Sic et in Ecclesia contingit. Si enim quidam sint, qui bona fama gaudeant, totum corpus laudis fructum percipit. Inimici namque encomia non distinguunt, sed conjungunt. Et si quis dicendi facundia valeat, non illum solum encomiis celebrant, sed et totam Ecclesiam. Neque enim dicunt tantum, Ille mirabilis est, sed quid? Mirabilem doctorem Christiani habent : et communem faciunt possessionem. Atqui Graeci quidem conjungunt, tu vero dividis; et cum tuo corpore pugnas tuisque membris adversaris? Nescis, hoc omnia subvertit? nam *Regnum*, inquit, *in seipsum divisum non stabit* (*Marc. 12. 25*).

Nihil ita dissidia parit ut invidia. — Nihil autem ita dividit et separat, ut invidia et livor, hic gravis morbus, qui omni venia privatur, et malorum radices secundum quid gravior est. Avarus enim tunc letatur, cum acceperit; invidus vero tunc gaudet, cum alius non acceperit, non cum ipse acceperit : beneficium namque suum putat aliorum adversitatem, non propriam felicitatem, communis quispiam hostis humanae naturae circumiens, et Christi membra percutiens : quo quid furiosius fuerit? Daemon invidet quidem, sed hominibus, daemone vero nulli : tu vero homo cum sis, hominibus invidet, et adversus contribulem et congenerem insurgis, quod neque daemon facit. Equam excusationem et defensionem habebis? cum videris fratrem prospere agentem, contremiscis et palles, cum oporteret te coronare, letari et exsultare. Si autem velis eum amulari, non impedio : amulare, sed ut illi, laudem sibi concilianti, similis

gant conjunctus et conglutinatos esse accipientibus, nec simpliciter dare sine ulla commiseratione, sed miserentes, inflexos, fractos, et cum egenis dolentes. Ideo namque elemosyna a Deo lege constituta est. Nam poterat Deus sine ullo alio pauperes alere; sed ut nos in caritate conjungeret, et ut erga alios invicem incenderemur, ipsos jussit a nobis alii. Ideo alibi quoque dicit: *Sermo bonus melior, quam donum*: et, *Ecce sermo supra donum bonus* (Eccli. 18, 16, 17). Ipseque ait, *Misericordiam volo, et non sacrificium* (Matth. 9, 18). Quia enim mos est, illos amare qui beneficio afficiuntur, et eos qui bono afficiuntur erga beneficos bene affectos esse, vinculum amicitiae faciens, hoc lege præcepit. Sed quod quaeritur esse, quomodo, Christo hæc ambo perfecta esse declarante, hic illa sine caritate imperfecta esse dicat. Non ipsi contradicens, absit; sed admodum cum illo consonans. Nam diviti non modo dixit, *Vende omnia quæ habes et da pauperibus*; sed subjunxit, *Et veni sequere me*. Ex iis vero qui sequuntur illum, nihil ita discipulum Christi comprobatur, ut amor proximi. *In hoc enim cognoscent omnes*, inquit, *quod discipuli mei estis, si diligatis invicem* (Joan. 13, 35). Et cum dicit, *Qui perdidit animam suam propter me, inveniet eam*; et, *Qui me confessus fuerit coram hominibus, confitebor et ego eum coram patre meo, qui in cælis est* (Matth. 10, 39 et 42); non hoc dicit, quod hæc non flant propter caritatem, sed mercedem his laboribus repositam indicat. Nam quod cum martyrio hoc quoque requirat, alibi hoc valde subindicavit, sic dicens: *Calicem quidem meum bibetis, et baptismo, quo ego baptizor, baptizabimini* (Matth. 20, 23); id est, martyrium sustinebitis, pro me occidemini; *sed et ad dexteram vel sinistram meam*; non quod quidam sedeant ad dexteram vel ad sinistram ejus, sed supremam sedem et honorem dicens; *non est meum dare, inquit, sed quibus paratum est*. Deinde ostendens quibus paratum sit, ipsi advocatis, dicit: *Qui voluerit in vobis esse primus, sit omnium vestrum minister* (Ibid. v. 26), humilitatem significans et caritatem. Caritatem vero summam requirit. Ideo neque ibi substitit, sed subjunxit: *Sicut Filius hominis non venit ministrari, sed ministrare, et dare animam suam redemptionem pro multis* (Ibid. v. 28); ostendens sic amare oportere, ut etiam mors ferenda sit pro dilectis: hoc enim maxime est ipsum diligere. Ideo etiam Petro dicit: *Si quis me, pasce oves meas* (Joan. 13, 19). Et ut discatis quantum sit illud et quam præclare gestum, ipsam caritatem verbo describamus, quandoquidem ipsa re nusquam illam conspicimus; et cogitemus, quod si illa ubique abundanter esset, quanta hinc bona orirentur. Neque enim legibus neque judiciis opus esset, neque suppliciis, neque ullo alio hujusmodi. Nam si omnes diligerent et diligerentur, nemo cuiquam fecisset injuriam; sed cædes, pugnae, bella, seditiones, rapinae, avaritia, omniaque mala, procul abscississent, et ad nomen usque ignoratum vitium fuisset. Signa autem hoc non effecerint, sed

ad vanam gloriam et arrogantiam extollunt eos qui non attendunt.

6. *Caritas ab omni pernicie libera*. — Quodque mirum in caritate, cætera quidem bona habent adjuncta mala; verbi gratia, qui facultates non habet, ea de causa sæpe inflatur; qui dicendi peritus est, gloriae cupiditate laborat; humilis propter hoc in conscientia sua altum sapit: caritas autem ab hujusmodi omni pernicie libera est: nam contra dilectum numquam quis extollatur. Nec mihi posueris unum qui diligit, sed omnes similiter, et tunc ejus virtutem videbis: imo potius, si placet, primo unum dilectum et unum amantem pone; amantem scilicet ut par est diligere. Nam terram tamquam cælum incolet, ubique tranquillitate fruens, et innumeras sibi nectens coronas. Qui enim talis est, et invidia et ira et livore arrogantiaque, vana gloria et mala concupiscentia, omnique absurdo amore atque morbo puram servabit animam suam. Quemadmodum enim sibi ipsi nemo quidpiam mali intulerit, ita neque hic proximis. Talis vero cum sit, cum ipso stabit Gabriele, in terra gradiens. Et qui caritatem quidem habet, talis est: qui vero signa facit, et perfectam habet scientiam sine caritate; etiamsi mille mortuos suscitaverit, nihil magnum lucrabitur, ab omnibus abruptus et cum nemine conservorum se commiseri patiens. Ideo Christus perfectæ in ipsum caritatis signum dixit esse proximum diligere. Nam ait: *Si diligis me, Petre, plus his, pasce oves meas*. Vidistin' quo pacto hinc rursum subindicaverit, quod hoc sit majus martyrio? Etenim si filium quis haberet dilectum, et pro quo etiam animam dare paratus esset; deinde qui-piam patrem amaret, filio autem nullo modo animam adhiberet, patrem admodum irritaret, neque sensum caperet illius in se amoris, eo quod filium contemneret. Quod si in patre et filio hoc contingit, multo magis in Deo et hominibus: amantior enim Deus est, quam patres omnes. Propterea cum dixisset: *Primum et magnum mandatum: Diliges Dominum Deum tuum*, subjunxit: *Secundum autem, nec siluit, sed adjecit, Simile est huic: Diliges proximum tuum sicut teipsum* (Matth. 22, 38, 39). Et vide quomodo cum eadem fere hyperbole hoc exigit. De Deo namque dicit, *Ex toto corde tuo*; de proximo autem tuo, *Sicut teipsum*; quod perinde est atque illud, *Ex toto corde tuo*. Etenim si accurate hoc servaretur, non servus, non liber esset; non princeps, non subditus; non dives, non pauper; non parvus, non magnus; non diabolus umquam cognitus fuisset: non dico, hic, sed etiamsi alius talis, etiamsi centum, etiamsi innumeri tales essent, nihil potuissent, illa existente. Ignis enim injectionem potius fenum tulisset, quam flammam caritatis diabolus. Hæc muro fortior est, hæc adamante firmior; et si quam aliam dixeris fortiore materiam, omnia superat caritatis firmitas. Hanc nec divitiæ, nec paupertas vincit; imo potius non esset paupertas, non nimia divitiarum copia, si caritas esset, sed ea solum quæ ex utrisque sunt bona. Etenim ex illis copiam decerperemus, ex hac

ση, καὶ ἵνα διαθερμαινώμεθα πρὸς ἀλλήλους, παρ' ἡμῶν αὐτοὺς ἐκέλευσε τρέφεσθαι. Διὰ τοῦτο καὶ ἀλλαχοῦ φησι· *Κρείσσω λόγος ἀγαθός, ἢ δύοσι· καὶ, Ἴδού λόγος ὑπὲρ δόμα ἀγαθός.* Καὶ αὐτὸς φησιν, *Ἐλεον [295] θέλω, καὶ οὐ θυσίαν.* Ἐπειδὴ γὰρ ἔθος τοὺς τε εὐεργετούμενους φιλεῖν, τοὺς τε εὐπάσχοντας πρὸς τοὺς εὐεργετούντας οικειότερον διακείσθαι, σύνδεσμον φιλίας ποιῶν, τοῦτο ἐνομοθέτησεν. Ἀλλὰ τὸ ζητούμενον ἐκεῖνό ἐστι, πῶς, τοῦ Χριστοῦ ἀμφοτέρα ταῦτα τελειότητος εἶναι φήσαντος, οὗτος χωρὶς ἀγάπης ἀτελεῖ ταῦτα εἶναι φησιν. Οὐκ ἀντιφθεγγόμενος αὐτῷ, μὴ γένοιτο, ἀλλὰ καὶ σφόδρα αὐτῷ συνάδων. Καὶ γὰρ ἐπὶ τοῦ πλουσίου οὐχ ἀπλῶς εἶπε. *Πάλησόν σου τὰ ὑπάρχοντα, καὶ δὸς πτωχοῖς, ἀλλ' ἐπήγαγε, Καὶ δεῦρο ἀκολουθεῖ μοι.* Ἡ δὲ ἀκολουθησὶς αὐτοῦ οὐδένα οὕτω μαθητὴν ἀποδείκνυσι τοῦ Χριστοῦ, ὡς τὸ ἀλλήλους ἀγαπᾶν. Ἐν γὰρ τούτῳ γινώσκονται πάντες, φησὶν, *ὅτι μαθηταὶ μοῦ ἐστέ, ἐὰν ἀγαπᾶτε ἀλλήλους.* Καὶ δταν δὲ λέγῃ, *Ὅς ἂν ἀκολουθῆσιν τῇ ψυχῇ αὐτοῦ ἐνεκεν ἐμοῦ, εὐρήσεται αὐτήν· καὶ, Ὅς ἂν ὁμολογήσῃ με ἔμπροσθεν τῶν ἀνθρώπων, ὁμολογήσω καὶ γὰρ αὐτὸν ἔμπροσθεν τοῦ Πατρὸς μου τοῦ ἐν τοῖς οὐρανοῖς·* οὐ τοῦτό φησιν, ὅτι οὐ δι' ἀγάπην, ἀλλὰ τὸν μισθὸν τὸν ἀποκείμενον τοῖς πόνοις τούτοις δηλοῖ· ἐπεὶ δὲ μετὰ τοῦ μαρτυρίου καὶ τοῦτο ζητεῖ, ἀλλὰ τοῦ σφόδρα αὐτὸ ἠνίκατο, οὕτως εἰπὼν· *Τὸ μὲν ποτήριόν μου πίσητε, καὶ τὸ βάπτισμα, ὃ ἐγὼ βαπτίζομαι, βυπτισθήσεσθε·* τουτέστι, *Μαρτυρήσατε, σφαιρήσεσθε ὑπὲρ ἐμοῦ· τὸ δὲ καθίσαι ἐκ δεξιῶν καὶ ἐξ ἐναντίων, οὐχ ὡς τινων καθημένων ἐκ δεξιῶν καὶ ἐξ ἐναντιῶν, ἀλλὰ τὴν ἀνωτάτω λέγων προεδρίαν τε καὶ τιμὴν, οὐκ ἔστιν ἐμὸν δοῦναι, φησιν, ἀλλ' οἷς ἡτοίμασται.* Εἶτα δεικνὺς τίσιν ἡτοίμασται, καλέσας αὐτοὺς, φησὶν· *Ὅς ἐὰν θέλη ἐν ὑμῖν εἶναι πρῶτος, ἔστω πάντων ὑμῶν διάκονος·* ταπεινοφροσύνην δηλῶν καὶ ἀγάπην. Ἀγάπην δὲ ἐπιτεταμένην ἀπαιτεῖ. Διὰ δὴ τοῦτο οὐδὲ μέχρι τούτου ἔσθη, ἀλλ' ἐπήγαγεν· *Ὅσπερ ὁ Υἱὸς τοῦ ἀνθρώπου οὐκ ἤλθε διακορηθῆναι, ἀλλὰ διακορῆσαι καὶ δοῖναι τὴν ψυχὴν αὐτοῦ λύτρον ἀπὸ πολλῶν·* δεικνὺς ὅτι οὕτω δεῖ φιλεῖν, ὡς καὶ σφάττεσθαι ὑπὲρ τῶν ἀγαπωμένων· τούτου γὰρ μάλιστα αὐτόν ἐστι φιλεῖν. Διὰ καὶ τῶν Πέτρω φησιν, *Εἰ φιλεῖς με, ποίμαινε τὰ πρόβατά μου.* Καὶ ἵνα μάθητε ὅσον ἐστὶ τὸ κατόρθωμα, ὑπογράφωμεν αὐτὴν τῷ λόγῳ, ἐπειδὴ τοῖς πράγμασιν αὐτὴν οὐχ ὀρωμέν που φαινομένην, καὶ ἐνοήσωμεν, ὡς εἰ πανταχοῦ μετὰ δαφιλείας ἦν αὕτη, πόσα ἂν ἐγένετο ἀγαθά. Οὕτε γὰρ νόμον οὔτε δικαστηρίων ἔδει, οὐ κολάσεων, οὐ τιμωριῶν, οὐκ ἄλλου τῶν τοιούτων οὐδεὶός. Εἰ γὰρ ἅπαντες ἠγάπων καὶ ἠγαπῶντο, οὐδὲν ἂν ἠδίκησεν οὐδεὶς, ἀλλὰ καὶ φόνοι καὶ μάχαι καὶ πόλεμοι καὶ στάσεις καὶ ἀρπαγαὶ καὶ πλεονεξία καὶ πάντα ἂν ἐκποδῶν ἐγεγόνει τὰ πονηρὰ, καὶ μέχρις ὀνήματος ἂν ἠγνοήθη ἡ κακία. Τὰ μέντοι σημεῖα οὐκ ἂν τοῦτο εἰργάζατο, ἀλλὰ καὶ εἰς κενοδοξίαν ἐπαίρει· τοὺς μὴ προσέχοντας καὶ ἀπόνοιαν,

ζ'. Καὶ τὸ δὴ θαυμαστόν τῆς ἀγάπης, ὅτι τὰ μὲν ἄλλα ἀγαθὰ ἔχει παρεξευγμένα τὰ κακὰ· οἷον ὁ ἀκτιμῶν φουσᾶται πολλάκις διὰ τοῦτο, ὁ λέγειν εἰδώς καὶ [294] δοξομανίαν νοσεῖ, ὁ ταπεινόρων δι' αὐτὸ τοῦτο πολλάκις κατὰ τὸ συνειδὸς μέγα φρονεῖ· ἢ δὲ ἀγάπη πάσης τῆς τοιαύτης ἀπῆλλακται λύμης· κατὰ

γὰρ τοῦ ἀγαπωμένου οὐκ ἂν τις ἐπαρθεῖ ποτέ. Καὶ μὴ μοι θῆς ἕνα ἀγαπῶντα, ἀλλὰ πάντα ὁμοίως, καὶ τότε αὐτῆς ἔφει τὴν ἀρετὴν· μᾶλλον δὲ, εἰ βούλει, πρῶτον ἕνα ἀγαπῶμενον καὶ ἕνα φιλοῦντα τίθει, φιλοῦντα μέντοι, ὡς φιλεῖν ἄξιον. Τὴν γὰρ γῆν οὕτως ὡς τὸν οὐρανὸν οἰκᾷσει, πανταχοῦ γαλήνης ἀπολαύων, καὶ μυρίους ἑαυτῷ πλέκων στεφανούς. Ὁ γὰρ τοιοῦτος καὶ φθόνου καὶ ὀργῆς καὶ βασκανίας καὶ ἀπονοίας καὶ κενοδοξίας καὶ πονηρᾶς ἐπιθυμίας καὶ παντὸς ἔρωτος ἀτόπου καὶ παντὸς νοσήματος καθαρεύουσαν διατηρήσει τὴν ἑαυτοῦ ψυχὴν. Ὅσπερ γὰρ ἑαυτὸν οὐκ ἂν τις ἐργάσαιτό τι κακόν, οὕτως οὐδὲ τοὺς πλησίον οὗτος. Τοιοῦτος δὲ ὢν, μετ' αὐτοῦ στήσεται τοῦ Γαβριὴλ ἐπὶ τῆς γῆς βαδίζων. Καὶ ὁ μὲν ἀγάπην ἔχων τοιοῦτος· ὁ δὲ σημεῖα ποιῶν, καὶ γινώσκων ἔχων ἀπρητισμένην, ταύτης ἄνευ, κἂν μυρίους ἐγεῖρη νεκρούς, οὐδὲν μέγα ὀνήσει, πάντων ἀπερβήγγεμος καὶ οὐδενὶ τῶν συνδούλων ἀναμιγνύναι ἑαυτὸν ἀνεχόμενος. Διὰ δὴ τοῦτο καὶ ὁ Χριστὸς τῆς εἰς αὐτὸν ἀκριβοῦς ἀγάπης σημεῖον φησὶν εἶναι, τὸ τὸν πλησίον φιλεῖν. *Εἰ γὰρ φιλεῖς με,* φησὶν, *ὦ Πέτρε, τούτῳ πλέον, ποίμαινε τὰ πρόβατά μου.* Εἶδες πῶς καὶ ἐντεῦθεν πάλιν ἠνίκατο, ὅτι μαρτυρίου μείζον τοῦτο, καὶ γὰρ εἰ παιδὰ τις εἶχεν ἀγαπητὸν, καὶ ὑπὲρ οὗ καὶ τὴν ψυχὴν ἂν ἐπέδωκεν, εἰτά τις τὸν μὲν πᾶτερα ἐφιλεῖ, τῷ δὲ παιδί μὴδ' ὄλωσ προσεῖχε, σφόδρα ἂν παρώξυνε τὸν πᾶτέρα, καὶ οὐκ ἂν ἤσθετο τῆς οικείας ἀγάπης διὰ τὴν τοῦ παιδὸς ὑπεροφίαν. Εἰ δὲ ἐπὶ πατρὸς καὶ παιδὸς τοῦτο συμβαίνει, πολλῷ μᾶλλον ἐπὶ Θεοῦ καὶ ἀνθρώπων· καὶ γὰρ πατέρων ἀπάντων ἐστὶ φιλοστοργότερος ὁ Θεός. Διὰ δὴ τοῦτο εἰπὼν, *Πρῶτη καὶ μεγάλη ἐντολή, Ἀγαπήσεις Κύριον τὸν Θεόν σου,* ἐπήγαγε, *Δευτέρα δὲ, καὶ οὐκ ἐσίγησεν, ἀλλὰ προσέθηκεν, Ὁμοίᾳ αὐτῆς, Ἀγαπήσεις τὸν πλησίον σου ὡς ἑαυτόν.* Καὶ ὅρα πῶς μετὰ τῆς αὐτῆς σχεδὸν ὑπερβολῆς ἀπαιτεῖ καὶ ταύτην. Περὶ μὲν γὰρ τοῦ Θεοῦ φησιν, *Ἐξ ὅλης καρδίας σου·* περὶ δὲ τοῦ πλησίον σου, *Ὡς ἑαυτόν,* ὅπερ ἴσον ἐστὶ τῷ, *Ἐξ ὅλης τῆς καρδίας σου.* Καὶ γὰρ εἰ μετὰ ἀκριθείας τοῦτο ἐφυλάττετο, οὐ δούλος, οὐκ ἐλευθερός ἦν, οὐκ ἄρχων, οὐκ ἀρχόμενος, οὐ πλούσιος, οὐ πένις, οὐ μικρὸς, οὐ μέγας, οὐ διάβολος ἂν ἐγκώσθη ποτέ· οὐ λέγω, οὗτος, ἀλλ' εἰ καὶ ἔστω τοιοῦτος, μᾶλλον δὲ εἰ καὶ ἑκατὸν, καὶ μυρίοι τοιοῦτοι ἦσαν, οὐδὲν ἂν ἰσχυσαν ἐκείνης οὐσης. Μᾶλλον γὰρ χόρτος ἤνεγκε πυρὸς ἐπαγωγὴν, ἢ φλόγα ἀγάπης ὁ διάβολος. Αὕτη τείχους ἰσχυροτέρα, αὕτη ἀδάμαντος στερβότερα· κἂν ἔτεραν ταύτης ἰσχυροτέραν εἴπῃς ὕλην, πάντα ὑπερβάλλει τῆς ἀγάπης ἡ στερβότερη. Ταύτην οὐ πλοῦτος, οὐ πενία νικᾷ· μᾶλλον δὲ οὐδ' ἂν ἦν πενία, οὐκ [295] ἀμετρία πλοῦτος, εἰ ἀγάπη ἦν, ἀλλὰ τὰ ἐξ ἑκατέρων ἀγαθὰ μόνον. Καὶ γὰρ τὴν ἐξ ἐκείνου ἀφθονίαν ἐκαρπώσαμεθα ἂν, καὶ τὴν ἐκ ταύτης ἀμεριμνίαν· καὶ οὔτε τοῦ πλοῦτος τὰς φροντίδας, οὔτε τῆς πενίας τὰ δέος ὑπεμείναμεν ἂν. Καὶ τί λέγω τὰ ἐξ αὐτῆς κέρδη; Αὐτὸ γὰρ καθ' ἑαυτὸ τὸ φιλεῖν ἐνόησον ἡλίκον ἐστὶ. Πόσην φέρει τὴν εὐφροσύνην, ἐν πόσῃ καθίσταται χάριτι τὴν ψυχὴν, ὃ μάλιστα αὐτῆς ἐστὶν ἐξαίρετον. Τὰ μὲν γὰρ ἄλλα τῆς ἀρετῆς μέρη συνευγεγμένον ἔχει τὸν πόνον, οἷον νηστεία, σωφροσύνη, ἀγρυπνία, βασκανία, ἐπιθυμία, ὑπεροφίαν· ἢ δὲ ἀγάπη μετὰ τοῦ κέρδους πολλὴν ἔχει καὶ τὴν ἡδονὴν, καὶ πόνον. οὐδένα· καὶ καθάπερ μελίττα ἀγαθὴ, τὰ πανταχόθεν συνάγουσα ἀγαθὰ, εἰς τὴν τοῦ φιλοῦντος κατατίθεται ψυχὴν. Κἂν δουλεύει τις, ἡδίω τῆς ἐλευθερίας ἀποφαίνει τὴν δουλείαν. Ὁ γὰρ φιλῶν οὐχ οὕτως ἐπιτάττων.

• Vetus interpres legit οὐδένα ἂν, editti οὐδὲν ἂν

ὡς ἐπιταττόμενος χάρει, καίτοι γε τὸ ἐπιτάττειν ἡδύ· ἀλλὰ μετατίθην αὐτῆ τῶν πραγμάτων τὴν φύσιν, καὶ πάντα ἐν χερσίν ἔχουσα παραγίνεται τὰ αγαθὰ, πάσης μητρὸς ἡπιωτέρα, πάσης βασιλίδος εὐπορωτέρα, καὶ τὰ ἐπίποινα κούφα ποιεῖ καὶ ῥᾶστα, τὴν μὲν ἀρετὴν εὐκολον, τὴν δὲ κακίαν πικροτάτην ἡμῖν ἀποφαίνουσα. Σκόπει δέ· Τὸ δαπανᾶν λυπηρὸν εἶναι δοκεῖ καὶ ποιεῖ αὐτὴ αὐτῆ ἡδύ· τὸ λαμβάνειν τὰ ἐτέρων ἡδύ, καὶ οὐκ ἀφίρσιν αὐτὸ φαίνεται ἡδύ, ἀλλὰ φεύγειν ὡς μογηρὸν παρασκευάζει. Πάλιν τὸ κακῶς λέγειν, γλυκὺ πᾶν εἶναι δοκεῖ· αὐτῆ τοῦτο μὲν μικρὸν ἀποφαίνει, τὸ δὲ καλῶς λέγειν, ἡδύ· οὐδὲν γὰρ οὕτως, ὡς τὸν φιλούμενον ἐγκωμιάζειν, ἡμῖν ἡδύ. Πάλιν ὁ θυμὸς ἔχει τινὰ ἡδονὴν, ἀλλ' ἐνταῦθα οὐκέτι, ἀλλὰ πάντα αὐτοῦ τὰ νεῦρα ἀνήρηται· κἄν λυπήσῃ τὸν φιλοῦντα ὁ ἀγαπώμενος, θυμὸς μὲν οὐδαμῶς φαίνεται, δάκρυα δὲ καὶ παρακλήσεις, καὶ ἰκετηρία· τοσοῦτον ἀπέχει τοῦ παροξυνθῆναι. Κἄν ἴδῃ ἀμαρτάνοντα, πονοῖ καὶ ὀδυᾶται· ἀλλὰ καὶ ἡ ὀδύνη αὐτῆ ἡδονὴν φέρει. Τῆς γὰρ ἀγάπης καὶ τὰ δάκρυα καὶ ἡ λύπη γέλωτος παντὸς ἡδίον καὶ χαρᾶς. Οὐχ οὕτω γοῦν ἀναπαύονται οἱ γελῶντες, ὡς οἱ ὑπὲρ φίλων κλαίοντες· κἄν ἀπιστῆς, ἐπίσχος αὐτῶν τὰ δάκρυα, καὶ ὡς τὰ ἀνήκεστα παθόντες, οὕτω δυσχεραίνουσιν. Ἄλλ' ἡδονὴν ἔχει, φησὶν, ἄποπον τὸ φιλεῖν. Ἄπαγε, καὶ εὐφῆμαι, ἀνθρώπε· οὐδὲν γὰρ οὕτως ἡδονῆς καθαρεύει τοιαύτης, ὡς ἀγάπη γησια.

ζ'. Μὴ γάρ μοι ταύτην εἴπησ' τὴν δημῶδη καὶ ἀγοραῖον, καὶ νόσον μᾶλλον ἢ ἀγάπην οὖσαν, ἀλλὰ ταύτην ἦν ὁ Παῦλος ἐπιζητεῖ, τὴν τὸ συμφέρον τῶν ἀγαπωμένων σκοποῦσαν, καὶ ὅψι' ὅτι πατέρων οὗτοι φιλοστοργότεροι. Καὶ ὡσπερ οἱ χρήματα φιλοῦντες οὐκ ἂν ἔλοιτο δαπανῆσαι χρήματα, ἀλλ' ἦδιον ἂν ἐν στενοχωρίᾳ γενέσθαι, ἢ ἐκεῖνα ἰδεῖν ἐλαττούμενα· οὕτω καὶ ὁ πρὸς τινὰ ἡδέως ἔχων, μυρία ἂν ἔλοιτο παθεῖν, ἢ τὸν ἀγαπώμενον καταδραπτόμενον ἰδεῖν. Πῶς οὖν, φησὶ, τὸν Ἰωσήφ ἢ Αἰγύπτου φιλοῦσα, καθύβρισαι ἠθέλησεν; Ὅτι ταύτην ἐφιλεῖ τὴν ἀγάπην τὴν [296] διαβολικὴν. Ὁ μόνον Ἰωσήφ οὐ ταύτην, ἀλλ' ἦν ὁ Παῦλος ζητεῖ. Ἐνόησον οὖν ὅσης ἀγάπης αὐτοῦ τὰ ῥήματα ἦν, καὶ τὰ πράγματα ἃ ἐκείνη ἔλεγε· Καθύβρισόν με καὶ ποίησον μοιχαλίδα, καὶ τὸν ἀνδρα ἀδίκησον, καὶ τὴν οἰκίαν ἀνάτρεψον ἅπασαν, καὶ σαυτὸν τῆς πρὸς τὸν Θεὸν ἐκθάλε παβήσας· ἄπερ οὐ μόνον ἐκεῖνον, ἀλλ' οὐδὲ ἑαυτὴν φιλοῦστος ἦν. Οὗτος δὲ ἐπειδὴ γνησίως ἐφιλεῖ, τούτων πάντων ἀπῆγε. Καὶ ἵνα μάθῃς ὅτι αὐτῆς ἐκθήδετο, ἐκ τῆς παραινίσεως αὐτὸ κατάμαθε. Οὐ γὰρ ἀπόστατο μόνον αὐτὴν, ἀλλὰ καὶ παραινέων εἰσῆγαγε πᾶσαν διναμένην σέβασαι πυρᾶν. *Εἰ γάρ ὁ κύριός μου, φησὶν, οὐ γινώσκει δι' ἐμὲ οὐδὲν τῶν ἐν τῷ οἴκῳ αὐτοῦ.* Εὐθέως αὐτὴν ἀνέμνησε τοῦ ἀνδρός, ἵνα ἐντρέψῃ. Καὶ οὐκ εἶπεν, Ὁ ἀνὴρ σου, ἀλλ' Ὁ κύριός μου, ὁ μᾶλλον ἱκανὸν ἦν αὐτὴν κατασχεῖν, καὶ παῖσαι ἐνοῆσαι τίς οὕσα τίνος ἐρᾷ, ὅτι δέσποινα οὕσα, δούλου. Εἰ γὰρ ἐκεῖνος κύριος, καὶ σὺ κυρία. Αἰσχύνθητι τοίνυν τὴν πρὸς τὸν δούλον ὁμιλίαν, καὶ

ἐνόησον τίνος οὕσα γυνὴ, τίνοι βούλει συμπλακῆναι, καὶ περὶ τίνα ἀχάριστος γῆνη καὶ ἀγνώμων, καὶ ὅτι ἐγὼ πλείονα αὐτῷ ἀπονέμου εὐνοίαν. Καὶ ὅρα πῶς ἐπαίρει αὐτοῦ τὰς εὐεργεσίας. Ἐπειδὴ γὰρ οὐδὲν τῶν ὑψηλῶν ἐνοῆσαι ἡδύνατο ἢ βάρβαρος ἐκεῖνη καὶ ἀκόλαστος, ἀπὸ τῶν ἀνθρωπίνων αὐτὴν ἐντρέπει λέγων· *Οὐ γινώσκει δι' ἐμὲ οὐδὲν*· τουτέστιν, Εὐεργετῆ με μεγάλα, καὶ οὐ δύναμαι τὸν προστάτην ἐν τοῖς κυρίοις πλῆξαι. Ἐμὲ δεύτερον ἐποίησε δεσπότην τῆς οἰκίας, καὶ, *Οὐδεὶς ὑπεξήρηται μου, πλὴν σοῦ.* Ἐνταῦθα ἐπαίρει αὐτῆς τὸ φρόνημα, ἵνα κἄν οὕτως αἰσχυνθῆναι παρασκευάσῃ, καὶ δεῖξῃ μεγάλην οὖσαν τὴν τιμὴν. Καὶ οὐδὲ μέχρι τούτου ἔστη, ἀλλὰ καὶ ἐπήγαγεν βνομα ἱκανὸν αὐτὴν κατασχέει, λέγων· *Διὰ τὸ σε γυναικα αὐτοῦ εἶναι, καὶ πῶς ποιήσω τὸ ῥῆμα τὸ ποτηρὸν τοῦτο;* Ἄλλὰ τί λέγεις; ὅτι οὐ πάρεστιν ὁ ἀνὴρ, οὐδὲ οἶδεν ὅτι ἀδικεῖται; Ἄλλ' ὁ Θεὸς ἐπόψεται. Ἄλλ' οὐκ ἐκέρδανεν οὐδὲν ἀπὸ τῆς συμβουλῆς ἐκείνη, ἀλλ' ἐπεσπάσατο αὐτόν. Τὴν γὰρ οἰκειὰν μανίαν πληρῶσαι βουλομένη, οὐ φιλοῦσα τὸν Ἰωσήφ, ταῦτα ἐπραττε· καὶ ὄηλον ἐξ ὧν μετὰ ταῦτα ἐποίησε. Καὶ γὰρ δικαστήριον καθίζει, καὶ κατηγορίαν εἰσάγει, καὶ τὰ ψευδῆ καταμαρτυρεῖ, καὶ ἐκδίδωσι Ὀηρίῳ τὸν οὐδὲν ἡδικηκότα, καὶ εἰς δεσμοτήριον ἐμβάλλει· μᾶλλον δὲ, τὸ γε αὐτῆς μέρος, καὶ ἀνείλεν· οὕτω τὸν δικαστὴν καθύπλισε. Τί οὖν; ἄρα καὶ Ἰωσήφ τοιοῦτος; Τούναντιον μὲν οὖν ἄπαν· οὕτε γὰρ ἀντεῖπεν, οὕτε κατηγοροῦσε τῆς γυναικός. Ἠπιστήθη γὰρ ἂν, φησὶ. Καὶ μὴν σφόδρα ἐφιλεῖτο, καὶ ὄηλον οὐκ ἀπὸ τῆς ἀρχῆς μόνον, ἀλλὰ καὶ ἀπὸ τοῦ τέλους. Εἰ γὰρ μὴ σφόδρα αὐτὸν βάρβαρος ἐκεῖνος ἐφίλει, κἄν ἀπέκτεινε σιγῶντα καὶ οὐδὲν ἀντιλέγοντα. Καὶ γὰρ Αἰγύπτιος ἦν, καὶ ἄρχων, καὶ περὶ εὐνήν ἡδικημένος, [297] ὡς ἐνόμισε, καὶ παρὰ οἰκέτου, καὶ οἰκέτου τοιαῦτα εὐεργετηθέντος. Ἄλλ' ἐνίκησε ταῦτα πάντα ὁ πόθος καὶ ἡ χάρις, ἦν ὁ Θεὸς αὐτοῦ κατέχευε. Μετὰ δὲ τῆς χάριτος καὶ τῆς ἀγάπης ταύτης καὶ τεκμήρια εἶχεν οὐ μικρὰ, εἰ δικαιολογεῖσθαι ἐβούλετο, αὐτὰ τὰ ἱμάτια. Εἰ γὰρ αὐτῆ ἦν ἡ βίασθεῖσα, τὴν χιτῶνα αὐτῆς περιεβρήχθαι ἔδει, τὴν ὄβιν κατεσπαράχθαι, οὐ τὰ ἐκεῖνον κατέχειν ἱμάτια. Ἄλλ' ἤκουσε, φησὶν, ὅτι ὑψώσα τὴν φωνήν, καὶ καταλιπὼν τὰ ἱμάτια αὐτοῦ, ἀπῆλθε. Τίνος οὖν ἕνεκεν καὶ ἀπέδυσας; τί γὰρ παθοῦσα βίαν ἀγαπητὸν ἦν; Τὸ ἀπαλλαγῆναι τοῦ ἐνοχοῦστος. Ἐγὼ δὲ οὐκ ἐντεῦθεν μόνον, ἀλλὰ καὶ ἐκ τῶν μετὰ ταῦτα δεῖξαι δυνήσομαι αὐτοῦ τὴν εὐνοίαν καὶ τὴν ἀγάπην. Καὶ γὰρ ὅτε εἰς ἀνάγκην ἐνέπεσε τοῦ τὴν αἰτίαν εἰπεῖν τοῦ δεσμοτηρίου καὶ τῆς ἐκεῖ διατριβῆς, οὐδὲ τότε ἐξείπε τὸ δρᾶμα, ἀλλὰ τί φησι; *Καὶ ἐγὼ οὐκ ἐποίησα οὐδὲν, ἀλλὰ κλοπῇ ἐκλάπην ἐκ γῆς Ἑβραίων*· καὶ οὐδαμῶς μὲνεται τῆς μοιχαλίδος, οὐδὲ καλλωπίζεται ἐπὶ τῷ πράγματι, ὁ πᾶς τις οὖν ἂν ἐπαθεν, εἰ καὶ μὴ φιλοτιμίας ἕνεκεν, ἀλλ' ὥστε μὴ ὀξείαι πονηρᾶς ἕνεκεν αἰτίας εἰς τὸ οἰκῆμα ἐμβεβλήσθαι ἐκεῖνον. Εἰ γὰρ καὶ ἀμαρτάνοντες ἄνθρωποι, οὐδὲ οὕτως ἀπέγονται τοῦ ταῦτα ἐγκαλεῖν, καίτοι γε αἰσχύνῃν τοῦ πράγματος φέροντος, πῶς οὐκ ἄξιον θαυμάσαι ἐκεῖνον, ὅτι καὶ καθαρὸς ὢν οὐκ εἶπε τὸν ἔρωτα τῆς γυ-

vero libertatem a curis, ac neque divitiarum sollicitudines, neque paupertatis metum sustineremus. Ecquid dico de lucris ex illa partis? Ipsa quoque in se dilectio, quanta sit considera, quantam ferat lætitiā, in quanta gratia constituat animam: quod quidem in illa eximium est. Aliæ namque virtutis partes conjunctum habent laborem; verbi gratia, jejunium, temperantia, vigiliæ, invidiam, concupiscentiam, contemptum: caritas autem cum lucro multam habet etiam voluptatem, et laborem nullum: et sicut bona apis, undique bona colligens, illa deponit in anima ejus qui diligit. Etiam si quis serviat, libertate suaviorem exhibet servitutem. Qui enim amat non ita gaudet cum imperat, ut cum imperatur, etiam si imperare sit jucundum; sed ipsa rerum naturam transmutat, advenitque in manu bona omnia habens, quavis matre blandior, quavis regina locupletior: quæque laboriosa sunt, levia et facilia reddit, virtutem facitem, nequitiam acerbissimam nobis exhibens. Animadvertite autem: impendere videtur molestum esse, et hoc illa dulce reddit; aliena accipere jucundum, et non sinit illud jucundum apparere, sed ut pravum fugere suadet. Rursus maledicere suave omnibus videtur esse; ipsa autem illud amarum esse declarat, et benedicere dulce: nihil enim nobis ita suave est, ut laudare eum quem amamus. Rursus ira aliquam habet voluptatem; at hic nequaquam, sed omnes ejus nervi sublati sunt: etiam si is qui diligitur diligenti se molestiam creavit, ira nusquam apparet, sed lacrymæ, adhortationes et supplicationes: tantum abest ut exasperetur. Etiam si videat precantem, luget et dolet; sed dolor ille voluptatem affert. Caritatis enim lacrymæ et dolor risu sunt omni et gaudio suaviores. Non adeo igitur quiescunt ii qui rident, ut ii qui pro amicis plorant: et si id non credis, reprime illorum lacrymas, et ac si gravissima paterentur, ita ægre ferunt. At amare, inquires, absurdam habet voluptatem. Absit, bona verba, o homo: nihil enim ita purum est ut caritas genuina.

7. Ne mihi enim dicas illam popularem et forensē, qui est potius morbus, quam caritas et amor, sed hanc quam Paulus querit, quæ quod utile dilectis est spectat, et videbis illos esse patribus amantiores. Ac quemadmodum ii qui pecunias amant, pecunias impendere non elegerint, sed suavius putant in angustia esse, quam illas imminutas videre: sic et ille qui erga aliquem bene et suaviter affectus est, innumera pati maluerit, quam dilectum videre læsum. Quomodo igitur, inquires, Ægyptia illa, quæ Josephum amabat, illum contumelia afficere voluit? Quia illum amabat dilectione diabolica. Joseph vero non hanc habuit, sed eam quam Paulus dilectionem quærebat. Cogita igitur quantæ caritatis ejus verba essent, et quas res illa dicebat: Me contumelia affice et adulteram redde: injuriam infer viro, et totam subverte domum, teque ipsum abjice a fiducia quam in Deum habes: quæ verba illius erant, quæ nec illum, nec seipsam amaret. Hic autem, quoniam sincere amabat, hæc omnia abjecit. Atque ut ediscas quod

ejus curam gereret, ex ejus adhortatione id percipere. Non modo enim illam repulit, sed et adhortationem induxit, quæ poterat omnem flammam exstinguere: *Si enim dominus meus*, inquit, *propter me nihil novit in domo sua* (Gen. 39, 8). Statim illi virum suum in mentem revocavit, ut illam pudore afficeret. Nec dixit, Vir tuus, sed *Dominus meus*, quod magis posset illam retinere et suadere cogitare, quænam cum esset, quem amaret, nempe domina servum. Nam si ille est dominus, et tu domina. Pudeat te igitur colloqui talis cum servo, et cogita ejus cum sis uxor, cum quo velis coire, et in quem sis ingrata, et quod ego majorem exhibeam benevolentiam. Vide autem quomodo ejus extollat beneficia. Quia enim nihil sublime poterat barbara illa et impudica cogitare, ab humanis illam pudore suffundit, dicens: *Propter me nihil cognoscit*; id est, Magna mihi beneficia confert, nec possum patronum in rebus præcipuis lædere. Me secundum dominum fecit domus sur, et *Nullus eximitur, nisi tu*. Hic ejus sensum et animum extollit, ut sic illam ad pudorem inducat, et ostendat magnum esse honorem. Neque hic substitit, sed etiam induxit nomen quod posset illam retinere dicens: *Eo quod tu sis uxor ejus; et quomodo faciam verbum hoc malum?* Sed quid dicis? Non adest vir, neque scit se injuria affici? Sed Deus aspiciet. At nihil ex tali consilio illa lucrata est, sed illum attraxit. Furem namque suum complere volens, non amans Josephum hæc fecit, ut palam est ex iis quæ postea designavit. Judicium enim constituit, et accusationem inferit, atque falsa testificatur, ac feræ tradit eum, qui se nihil læserat, in carceremque conjicit; imo potius, quantum in se erat, occidit: ita nempe judicem armavit. Quid igitur? eratne Joseph etiam talis? Imo contra; neque enim contradixit, neque mulierem accusavit. At, inquires, non creditum illi fuisset. Atqui valde amabatur, ut palam est, non ex principio solum, sed etiam ex fine. Nisi enim illum barbarus ille multum dilexisset, etiam occidisset silentem et nihil contradicentem. Etenim Ægyptius erat et princeps, et in conjugali lecto affectus injuria, ut putabat; et a famulo, a famulo inquam, qui tot beneficia acceperat. Sed hæc omnia vicit dilectio et gratia, quam Deus in illum infudit. Cum gratia autem et dilectione hæc indicia habuit non parva, si jure contendere voluisset, ipsa vestimenta. Si enim illa vim passa fuisset, oportebat ruptam ejus fuisse tunicam, laceratum vultum, non illius vestimenta tenere. *Sed audivit*, inquit, *quod vocem extuli, et relictis vestibus abiit* (Gen. 39, 13). Cur ergo eum exuisti? quid vim patienti optandum erat? Ut liberaretur ab eo qui sibi violentiam inferret. Ego vero non hinc tantum, sed etiam ex sequentibus ostendere possim ejus benevolentiam et amorem. Etenim cum in necessitatem incidit, ut causam diceret carceris et diurnæ in illo moræ; neque tunc drama illud et rem gestam aperuit; sed quid ait? *Et ego nihil feci, sed fusto sublatus sum ex terra Hebræorum* (Gen. 40, 15). Et nusquam memorat adulteram; neque de ea rogloriatur, quod quislibet alius fecisset, etiam si non

gloriæ causa, sed ne videretur mala de causa in tale conjectus fuisse domicilium. Si enim peccantes homines neque sic abstinent a tali accusatione, etiamsi res dedecus afferat: quomodo non dignus admiratione ille est, quod cum esset purus, non dixerit amorem mulieris, neque peccatum evulgaverit, neque etiam quando in solium ascendit et Ægypti totius rex factus est, injuriæ sibi a muliere illatæ recordatus sit, neque ab illa pœnas expetierit?

8. Vidistin' quomodo ipse ejus curam habebat; illa vero non amabat, sed furebat? Neque enim Josephum diligebat, sed volebat libidinem explere: nam si quis ipsa verba accurate examinaverit, ea furorem omnino spirant et cædem. Quid enim ait? *Induxisti puerum Hebræum, ut nobis illuderet (Gen. 39, 17)*: beneficium marito exprobrans: et vestimenta ostendebat, omni fera sævior. Sed non ita ille. Ecquid dico ejus erga ipsam benevolentiam, quando erga fratres, qui ipsum pene occiderant, talis erat, et numquam de ipsis vel intus vel foris aliquid grave vel molestum dixit? Ideo Paulus caritatem dixit esse matrem omnium honorum, eamque præfert signis aliisque charismatibus. Quemadmodum enim si vestes et calcei aurei sint, alio etiam indicio opus habemus, ut noscamus regem; si vero purpuram videamus et diadema, nullum aliud regni signum videre quærimus: ita hic quoque. Cum caritatis est impositum diadema, sufficit ut Christi verum discipulum ostendat, non nobis tantum, sed etiam infidelibus. *In hoc enim, inquit, cognoscent omnes quod discipuli mei estis, si dilexeritis invicem (Joan. 13, 35)*. Itaque hoc signum omnibus signis est majus, siquidem in ipso cognoscitur discipulus. Etiamsi enim quidam innumera edant signa, si invicem dissideant, ridiculi infidelibus erunt: quemadmodum si nullum faciant signum, et sese valde mutuo diligant, et venerandi et invicti apud omnes manebunt. Nam et Paulum ideo miramur, non propter mortuos quos suscitavit, non propter leprosos quos mundavit, sed quia dicebat, *Quis infirmatur, et ego non infirmor? quis scandalizatur, et ego non uror (2. Cor. 11, 29)*? Etiamsi enim millia ad hæc signa adjeceris, par nihil dices. Nam et ipse dicebat, magnam sibi mercedem repositam esse, non quod signa fecisset, sed quia infirmis factus est infirmus. *Quænam est enim, inquit, mea merces? Ut evangelizans sine sumptu ponam Evangelium (1. Cor. 9, 18)*.

Et cum se apostolis præponit, non dicit, Plura quam ipsi feci signa, sed, *Plus illis laboravi (1. Cor. 15, 10)*. Quin etiam fame ideo mori volebat, pro salute discipulorum: *Bonum est enim, inquit, mihi magis mori, quam ut gloriationem meam quis evacuet (1. Cor. 9, 15)*; non quod ipse gloriaretur, sed ne videretur ipsis exprobrare. Nusquam enim solet gloriari in bonis operibus suis, si tempus ad id non vocet; sed etiamsi coactus sit, insipientem se vocat.

Paulus aliquando coactus gloriatur. — Si quando autem gloriatur, in infirmitatibus, in contumeliis, in eo quod valde misereatur eorum quibus molestia creatur, id facit; ut etiam hoc loco dicit: *Quis infirmatur, et ego non infirmor?* Hæc verba sunt periculis ipsis majora: ideoque illa posteriora ponit, sermonem amplificans. Quanam ergo re nos digni fuerimus, si cum illo comparemur, qui neque pecunias despiciamus propter nos ipsos, neque superflua ex facultatibus erogamus? At non ille sic, sed et animam et corpus tradebat, ut qui illum lapidabant et colaphis cædebant, regnum consequerentur. Sic enim me, inquit, docuit Christus diligere, qui novum mandatum reliquit de dilectione, et quod ipso operibus implevit. Etenim cum Rex universorum esset, et beatæ illius naturæ; homines, quos ex nihilo produxit, et quibus millia contulit beneficia, se contumelia afficientes et respicientes non aversatus est, sed et homo factus est propter illos, cum meretricibus et publicanis conversatus est, dæmoniacos curavit, et cælum promisit. Post hæc autem omnia comprehensum ipsum colaphis ceciderunt, ligaverunt, flagellarunt, irriserunt, demum crucifixerunt. Sed ne sic quidem illos aversatus est, sed cum sursum esset in cruce, dixit, *Pater, dimitte illis peccatum (Luc. 23, 34)*. Latronem vero, qui eum ante accusaverat, etiam in paradysum introduxit, et persecutorem Paulum apostolum fecit; sibi autem proprios et addictos discipulos ad mortem tradidit propter Judæos, qui ipsum crucifixerant. Hæc igitur omnia, quæ Dei sunt, quæ hominum, apud nos colligentes, hæc præclara gesta æmulemur, et caritatem charismatibus omnibus superiorem acquiramus, ut et præsentia et futura bona assequamur: quorum utinam nos participes fieri contingat, gratia et benignitate Domini nostri Jesu Christi, quicum Patri unaque Spiritui sancto gloria, imperium, honor, nunc et semper, et in sæcula sæculorum. Amen.

HOMILIA XXXIII.

CAP. 15, v. 4. *Caritas patiens est, benigna est: non æmularur, non agit perperam, non inflatur.*

1. Postquam enim pronuntiavit, nec fidei, nec scientiæ, nec prophetiæ neque linguarum, neque charismatum, nec perfectæ vitæ, nec martyrii, si caritas absit, magnam esse utilitatem, necessario deinceps describit immensam ejus pulchritudinem, quasi quibusdam coloribus virtutis partibus ejus imaginem exornans, et ejus membra omnia accurate compo-

nens. At ne prætercurras, dilccte, ea quæ dicuntur, sed eorum singula examina diligentissime, ut rei thesaurum videas, et pictoris artem. Perpende igitur unde statim inceperit, et quam primam posuerit omnium bonorum causam. Quid autem hoc est? Patientia; hæc philosophiæ omnis est radix. Ideo sapiens quispiam dicebat: *Vir patiens est multæ prudentiæ: qui autem impatiens est valde insipiens est (Prov. 14, 29)*. Et cum urbe munita ipsam compa-

ναϊκός, οὐδὲ ἐξεπόμευσε τὴν ἀμαρτίαν, οὐδὲ ἤνικα ἐπὶ τὸν θρόνον ἀνέβη καὶ τῆς Αἰγύπτου πάσης ἐγένετο βασιλεὺς, ἐμνησιχάκησε τῆ γυναικί, οὐδὲ ἀπήτησε δίκην;

ἦ. Εἶδες πῶς αὐτὸς μὲν ἐκῆθετο, ἐκείνη δὲ οὐκ ἐφίλει, ἀλλ' ἐμαίνετο; Οὐ γὰρ τὸν Ἰωσήφ ἐφίλει, ἀλλὰ τὴν ἀκολασίαν πληρῶσαι ἐβούλετο· καὶ αὐτὰ δὲ τὰ ῥήματα εἰ τις ἐξετάσειεν ἀκριβῶς, μετὰ θυμοῦ καὶ πολλοῦ φθону. Τί γάρ φησιν; *Εισήγαγε καὶ αἰδὰ Ἐβραίων ἐμπαίλειν ἡμῖν*, ονειδίζουσα τὴν εὐεργεσίαν τῷ ἀνδρί· καὶ τὰ ἱμάτια ἐπεδείκνυ, θηρίου παντὸς ἀγριωτέρα γενομένη. Ἄλλ' οὐκ ἐκείνος οὕτω. Καὶ τί λέγω τὴν πρὸς ταύτην εὐνοίαν, ὅπου γε καὶ πρὸς τοὺς ἀνελόνας ἀδελφούς τοιοῦτος ἦν, καὶ οὐδὲ περὶ ἐκείνων οὐδὲν ποτε εἶπε δυσχερὲς, οὐκ ἔνδον, οὐκ ἔξω; Διὰ τοῦτο ὁ Παῦλος τὴν μητέρα τῶν ἀγαθῶν ἀπάντων ταύτην εἶναι φησι, καὶ σημειῶν καὶ τῶν ἄλλων χαρισμάτων προτιθῆσιν. Ὡσπερ γὰρ χρυσῶν μὲν ἱματίων ὄντων καὶ ὑποδημάτων, δεόμεθα καὶ ἐτέρου τιδὸς ἐνδείγματος, ὥστε τὸν βασιλέα μαθεῖν· ἂν δὲ τὴν ἀλουργία ἴδωμεν καὶ τὸ διάδημα, οὐδὲν ἕτερον ἐπιζητούμεν τῆς βασιλείας ἰδεῖν σημειῶν οὕτω δὴ καὶ ἐνταῦθα. Ὅταν τὸ τῆς ἀγάπης ἐπικρατῆται διάδημά, ἀρκεῖ δεῖξαι τοῦ Χριστοῦ τὸν ἀκριθῆ μαθητὴν, οὐκ ἡμῖν μόνον, ἀλλὰ καὶ τοῖς ἀπίστοις. *Ἐρ τούτῳ γάρ*, φησί, *γινώσκονται πάντες, ὅτι μαθητὰ μου ἔστε, ἐὰν ἀγαπᾶτε ἀλλήλους*. Ὡστε τὸ σημεῖον τοῦτο σημειῶν ἀπάντων μεῖζον, εἴ γε ἐν αὐτῷ γυωρίζεται ὁ μαθητής. Κἂν γὰρ μυρία ποιῶσι τινες σημεῖα, στασιάζουσι δὲ πρὸς ἀλλήλους, καταγέλαστοι τοῖς ἀπίστοις ἔσονται· ὥσπερ κἂν μηδὲν ποιῶσι σημεῖον, [298] ἀγαπῶσι δὲ ἀλλήλους ἀκριβῶς, καὶ αἰδέσθονται καὶ ἀχειρωτοὶ πᾶσιν ὄντες διαμένουσιν. Ἐπεὶ καὶ Παῦλον διὰ τοῦτο θαυμάζομεν, οὐ διὰ τοὺς νεκρούς οὐς ἤγειρεν, οὐδὲ διὰ τοὺς λεπρούς οὐς ἐκαθάρισεν, ἀλλ' ἐπειδὴ εἶπε, *Τίς ἀσθενεῖ, καὶ οὐκ ἀσθενῶ; τίς σκανδαλίζεται, καὶ οὐκ ἐγὼ πυροῦμαι*; Κἂν γὰρ μυρία πρὸς ταῦτα θῆς σημεῖα, οὐδὲν ἴσον ἔρεις· ἐπεὶ καὶ αὐτὸς μισθὸν ἀποκαίσθαι μέγαν ἐφησεν αὐτῷ, οὐκ ἐπειδὴ σημεῖα ἐποίησε, ἀλλ' ἐπειδὴ τοῖς ἀσθενοῦσι γέγονεν ὡς ἀσθενής. *Τίς γάρ μου ἔστι*, φησιν, *ὁ μισθός*; *Ἴνα εὐαγγελίζομαι, ἀδάπανον θήσω τὸ εὐαγγέλιον*. Καὶ ὅταν τῶν ἀποστόλων ἑαυτὸν προτιθῆ, οὐ λέγει,

• *Legebatur ἐνδύματος*.

Περὶσσότερα αὐτῶν σημεῖα ἐποίησα· ἀλλὰ, *Περὶσσότερον αὐτῶν ἐκομίσα*. Καὶ λιμῷ δὲ διὰ τοῦτο ἐβούλετο ἀποθανεῖν διὰ τὴν σωτηρίαν τῶν μαθητῶν· *Καλὸν γάρ μοι μᾶλλον*, φησιν, *ἀποθανεῖν, ἢ τὸ καύχημά μου ἴνα τις κενώσῃ*· οὐκ ἐπειδὴ ἐκαυχᾶτο αὐτός, ἀλλ' ἵνα μὴ δόξῃ ονειδίζεσθαι αὐτοῖς. Οὐδαμοῦ γὰρ οἶδε καυχᾶσθαι ἐπὶ τοῖς αὐτοῦ κατορθώμασι, μὴ καλοῦντος καιροῦ, ἀλλὰ κἂν ἀναγκασθῆ, ἀφρονα ἑαυτὸν καλεῖ.

Εἰ δὲ ποτε καὶ καυχᾶται, ἐν ἀσθενείαις, ἐν ὑβρεσιν, ἐν τῷ σφοδρῶς συναλεγεῖν τοῖς ἐπιηρεαζόμενοις· ὥσπερ οὖν καὶ ἐνταῦθ' αἴ φησι, *Τίς ἀσθενεῖ, καὶ οὐκ ἀσθενῶ*; Ταῦτα καὶ κινδύων μεῖζον τὰ ῥήματα· διὰ καὶ ὕστερον αὐτὰ τίθησιν, αὐξων τὸν λόγον. Τίνος οὖν ἂν εἴημεν ἀξιοί; ἡμεῖς πρὸς ἐκείνον ἐξεταζόμενοι. εἰ μῆτε χρημάτων καταφρονούντες δι' ἡμᾶς αὐτούς, μῆτε τὰ περιττὰ προϊέμενοι τῶν ὄντων; Ἄλλ' οὐκ ἐκείνος οὕτως, ἀλλὰ καὶ τὴν ψυχὴν καὶ τὸ σῶμα ἐπεδίδου, ἵνα οἱ λιθάσαντες αὐτὸν καὶ ράπισαντες, βασιλείας ἐπιτύχωσιν. Οὕτω γὰρ με, φησιν, ἀγαπᾶν ἐδίδαξεν ὁ Χριστός, ὁ τὴν καλὴν ἐντολήν καταλιπὼν τὴν περὶ τῆς ἀγάπης, καὶ ἦν αὐτός διὰ τῶν ἔργων ἐπλήρωσε. Καὶ γὰρ βασιλεὺς τῶν ὄλων τυγχάνων, καὶ τῆς μακαρίας ἐκείνης φύσεως ὢν, ἀνθρώπους, οὐς ἐξ οὐκ ὄντων ἐποίησε, καὶ οὐς μυρία εὐεργέτησε, τοιούτους ὑβρίζοντας καὶ διαπτύοντες οὐκ ἀπεστράφη, ἀλλὰ καὶ ἀνθρωπος ἐγένετο δι' αὐτούς, καὶ συνανεστράφη πόρνοις καὶ τελώναις, καὶ τοῖς δαιμονῶντας ἰάσατο, καὶ τὸν οὐρανὸν ἐπηγγείλατο. Καὶ μετὰ ταῦτα πάντα λαβόντες αὐτὸν ἐβράβησαν, ἔδησαν, ἐμαστίζωσαν, κατεγέλασαν, τέλος ἐσταύρωσαν. Καὶ οὐδὲ οὕτως ἀπεστρέφετο, ἀλλὰ καὶ ὄνομα ὢν ἐν τῷ σταυρῷ, φησὶ· *Πάτερ, ἄφες αὐτοῖς τὴν ἀμαρτίαν*. Τὸν δὲ πρὸς τοῦτου κατηγοροῦντα ληστήν καὶ εἰς παράδεισον ἐσήγαγε, καὶ τὸν διώκτην Παῦλον ἀπόστολον ἐποίησε, καὶ τοὺς οἰκείους τοὺς αὐτοῦ καὶ ἀνακειμένους αὐτῷ μαθητὰς εἰς θάνατον ἐξεδίδου διὰ τοὺς σταυρώσαντας αὐτὸν Ἰουδαίους. Ταῦτ' οὖν ἅπαντα παρ' ἑαυτοῦ συλλέγοντες τὰ τοῦ Θεοῦ, τὰ τῶν ἀνθρώπων, ζηλώσωμεν ταῦτα τὰ κατορθώματα, καὶ τὴν χαρισμάτων ἀπάντων ἀνωτέραν κτησώμεθα ἀγάπην, ἵνα καὶ τῶν παρόντων καὶ τῶν μελλόντων ἐπιτύχωμεν ἀγαθῶν ὧν γένοιτο πάντας ἡμᾶς ἐπιτυχεῖν, χάριτι καὶ φιλοκρηθωπία [299] τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, μεθ' οὗ τῷ Πατρὶ, ἅμα τῷ ἁγίῳ Πνεύματι, δόξα, κράτος, τιμὴ, νῦν καὶ ἀεὶ, καὶ εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰῶνων. Ἀμήν.

ΟΜΙΛΙΑ ΑΓ'.

Ἡ ἀγάπη μακροθυμεῖ, χρηστεύεται, οὐ ζηλοῖ, οὐ περπερεύεται, οὐ φουσιούται.

α'. Ἐπειδὴ γὰρ ἀπεφῆναιτο, ὅτι καὶ πίστεως καὶ γνώσεως καὶ προφητείας καὶ γλωσσῶν καὶ χαρισμάτων καὶ ἰαμάτων καὶ βίου ἄκρου καὶ μαρτυρίας ταύτης ἀποῦσης οὐδὲν ὕψους μέγα, ἀναγκαίως λοιπὸν ὑπογράφει τὸ κάλλος αὐτῆς τὸ ἀμήχανον, καθάπερ τίθει χρώμασι τοῖς μέρεσι τῆς ἀρετῆς τὴν εἰκόνα αὐτῆς κατακοσμῶν, καὶ τὰ μέλη αὐτῆς συντιθεῖς μετὰ ἀκριβείας ἅπαντα. Ἄλλὰ μὴ παραδράμῃς, ἀγαπητὲ, τὰ λεγόμενα, ἀλλ' ἕκαστον αὐτῶν μετὰ

πολλῆς ἐξέταξε τῆς ἐπιμελείας, ἵνα καὶ τοῦ πράγματος εἰδῆς τὸν θησαυρὸν, καὶ τοῦ ζωγράφου τὴν τέχνην. Σκόπει γοῦν πόθεν εὐθέως ἤρξατο, καὶ τί θέθεικε πρῶτον τὸ πάντων αἴτιον τῶν ἀγαθῶν. Τί δὲ τοῦτό ἐστι; Μακροθυμία· αὕτη τῆς φιλοσοφίας ἢ βίβλα πάσης. Διὰ καὶ τις σοφὸς εἶπε· *Μακροθυμὸς ἀνὴρ πολὺς ἐν φρονήσει, ὁ δὲ ὀλιγοψύχος ἰσχυρῶς ἄφρων*. Καὶ πάλαι δὲ παραβαλὼν καὶ αὐτῇ ἰσχυρῶς, ἀσφαλεστέραν αὐτὴν ἐφησεν ἐκείνης εἶναι. Καὶ γὰρ ὄπιον ἐστὶν ἀμαχον, καὶ πύργος εἰς ἀβραγῆς, πάντα διακρουομένη βλάβως τὰ λυπηρά. Καὶ καθάπερ εἰς ἄβυσσον σπινθηρ ἔμπεσῶν ἐκείνην μὲν

ὡδὲν παρέβλαψεν, αὐτὸς δὲ ἐσθέσθη βράδιος· οὕτως εἰς μακρόθυμον ψυχὴν ὅπερ ἐν ἐμπέσει τῶν ἀδοκῆτων, τοῦτο μὲν ἀφανίζεται βράδιος, ἐκείνην δὲ οὐ ταράττει. Καὶ γὰρ πάντων τετράβροτον μακροθυμία· κἂν στρατόπεδα εἴπης, κἂν χρήματα, κἂν ἵππους, κἂν τέλη, κἂν ὄπλα, κἂν ὄτιον, οὐδὲν ἔσται μακροθυμίας ἔρεϊς. Ὁ μὲν γὰρ ἐκεῖνα περιβεβλημένος, ὑπὸ θυμοῦ κρατηθεὶς πολλάκις, καθάπερ μειράκιον εὐτελές, περιτρέπεται, καὶ πάντα θορύβου πληροὶ καὶ ζῆλός· οὗτος δὲ ὡςπερ ἐν λιμένι καθήμενος, βουσίας ἀπολαύει γαλήνης· κἂν ζημίᾳ περιβάλλῃ, οὐκ ἐκίνησας τὴν πέτραν, κἂν ὕβριν ἐπαγάγῃς, οὐκ ἔσεισας τὴν πύργον, κἂν πληγὰς προστρέψῃς, οὐκ ἐπληξας τὸν ἀδάμαντα· καὶ γὰρ μακρόθυμος διὰ τοῦτο λέγεται, ἐπειδὴ μακρὰν τινα καὶ μεγάλην ἔχει ψυχὴν· τὸ γὰρ μακρὸν, καὶ μέγα λέγεται. Ἄλλὰ τοῦτο τὸ καλὸν ἀπὸ τῆς ἀγάπης φύεται, καὶ τοῖς κεκτημένοις καὶ τοῖς ἀπολαύουσιν πολλὴν παρέχον τὴν ὠφέλειαν. Μὴ γάρ μοι τοὺς ἀπεγνωσμένους εἴπης, οἱ ποιοῦντες κακῶς καὶ μὴ πάσχοντες κακῶς, χεῖρους γίνονται. Ἐνταῦθα γὰρ οὐ παρὰ τὴν μακροθυμίαν τοῦτο, ἀλλὰ πρὸ ἐκείνου· τοὺς οὐκ εἰς θεὸν αὐτῆ ἠρωμένους τοῦτο συμβαίνει. Μὴ τοίνυν μοι τοὺτους εἴπης, ἀλλὰ τοὺς ἐπιεικεστέρους, οἱ μεγάλα ἐντεῦθεν κερδαίνουσιν. Ὅταν γὰρ κακῶς ποιήσαντες μὴ πάθωσι κακῶς, τὴν πραγματικὰ τοῦ [300] παθόντος θαυμάσαντες, μεγίστην ἐντεῦθεν καρποῦνται φιλοσοφίας διδασκαλίαν. Αὐτὸς δὲ οὐδὲ μέχρι τοῦτο ἴσταται, ἀλλὰ καὶ τὰ ἄλλα αὐτῆς ἐπάγει κατορθώματα, λέγων· Χρηστεύεται. Ἐπειδὴ γὰρ τινές εἰσιν, οἱ τῆ μακροθυμίας οὐκ εἰς τὴν οἰκείαν κέχρηται· φιλοσοφίαν, ἀλλ' εἰς τὴν ἄμυναν τῶν παροξυνάντων, διαβήγγυντες ἑαυτοὺς, φησὶν ὅτι οὐδὲ τοῦτο ἔχει τὸ ἐλάττωμα. Διὰ καὶ ἐπήγαγε, Χρηστεύεται. Οὐ γὰρ ἐπὶ τῆ τῆ φλόγα ἀνάψαι τῶν ὑπὸ τῆς ὀργῆς ἐκκαυμένων ἰθικώτερον αὐτοῖς κέχρηται, ἀλλ' ἐπὶ τῷ καταπραῦναι καὶ κατασβέσαι· καὶ οὐ μόνον τῷ φέρειν γενναίως, ἀλλὰ καὶ τῷ θεραπεύειν καὶ παρακαλεῖν τὸ ἔλκος ἰώνται καὶ τὸ τραῦμα θεραπεύουσι τοῦ θυμοῦ. Οὐ ζηλοῖ· Ἔστι γὰρ καὶ μακρόθυμόν τινα εἶναι καὶ βλάπτον, καὶ τοῦτω ἐκαίνο διαφθείρεται τὸ κατόρθωμα. Ἄλλ' αὕτη καὶ τοῦτο διέφυγεν. Οὐ περιπερεύεται. Τουτέστιν, οὐ προπετεύεται· καὶ γὰρ συντεὸν ἐργάζεται τὸν ἀγαπῶντα καὶ βαρύνει καὶ βεβηκότα. Τῶν μὲν γὰρ αἰσχυρῶς φιλοῦντων ἴδιον τὸ ἐλάττωμα τοῦτο· ὃ δὲ ταύτην εἰδὼς τὴν ἀγάπην, τοῦτον μάλιστα πάντων ἀπήλλακται. Ὅταν γὰρ θυμὸς ἔνδον μὴ ἦ, καὶ προπέτεια πᾶσα ἀνήρηται καὶ ὕβρις. Καὶ γὰρ καθάπερ τις ἀριστος γεωργὸς ἔνδον ἐγκαθημένη τῇ ψυχῇ ἢ ἀγάπῃ, οὐκ ἀφίσηται οὐδὲν τοῦτων βλαστήζας· τῶν ἀκανθῶν. Οὐ φυσιοῦται. Καὶ γὰρ ὁρῶμεν πολλοὺς ἐπ' αὐτοῖς τοῦτοις τοῖς κατορθώμασι μέγα φρονούντας, ὅσον ὅτι μὴ ἔστι βᾶσκανος μηδὲ πονηρὸς μηδὲ ὀλιγόψυχος· μηδὲ προπετής. Οὐδὲ γὰρ πλούτῳ καὶ πένιᾳ παρυφέστηκε τὰ κακὰ ταῦτα μόνον, ἀλλὰ καὶ αὐτοῖς· τῶς φύσει καλοῖς. Ἄλλ' ἢ ἀγάπη μετὰ ἀκριβείας ἐκκαθαίρει πάντα. Σκόπει δὲ· Ὁ μακρόθυμος οὐ πάντως καὶ χρηστός· ἂν δὲ μὴ ἦ χρηστός, πονηρία τὸ πρᾶγμα γίνεται, καὶ κινδυνεύει· εἰς μνησικακίαν ἐμπσεῖν. Διὰ τοῦτο αὕτη τὸ φάρμακον δοῦσα, τὴν χρηστότητα λέγω, καθαρὰν διατηρεῖ τὴν ἀρετὴν. Πάλιν ὁ χρηστός πολλάκις εὐκόλος γίνεται, ἀλλὰ καὶ τοῦτο αὕτη διορθοῦται· Ἢ ἀγάπη γὰρ, φησὶν, οὐ περιπερεύεται, οὐ φυσιοῦται. Ὁ χρηστός καὶ

μακρόθυμος ἀλαζονεύεται πολλάκις· ἀλλὰ καὶ ταύτην ἀναιρεῖ τὴν κακίαν.

β'. Καὶ θεὰ πῶς αὐτὴν οὐκ ἀφ' ὧν ἔχει μόνον, ἀλλὰ καὶ ἀφ' ὧν οὐκ ἔχει, κοσμεῖ. Καὶ γὰρ ἀρετὴν ἐπεισάγει, καὶ κακίαν ἐκκόπτει, φησὶ, μᾶλλον δὲ οὐδὲ ἀφίσηται φύσαι τὴν ἀρχὴν. Οὐδὲ γὰρ εἶπε, Ζηλοῖ μὲν, περιγίνεται δὲ τοῦ φθόνου, οὐδὲ ὅτι Ἀπονοεῖται μὲν, κολάζει δὲ τὸ πάθος, ἀλλ' ὅτι Οὐ ζηλοῖ, οὐ περιπερεύεται, οὐ φυσιοῦται· ὃ δὲ μάλιστα ἔστι θαυμαστόν, ὅτι καὶ χωρὶς πόνων κατορθοῖ τὰ ἀγαθὰ, καὶ χωρὶς πολέμου καὶ παρατάξεως τὸ τροπαιὸν ἵστασιν. Οὐ γὰρ ἀφίσηται ἰδρῶσαι τὸν ἔχοντα, καὶ οὕτω τὸν στέφανον λαβεῖν, ἀλλ' ἀπονητὶ κομίζει τὸ βραβεῖον αὐτοῦ. Ἐνθα γὰρ οὐκ ἔστιν ἀντιπαλόν πάθος τῷ σώφρονι λογισμῷ, [301] τίς ἂν γένοιτο πόνος; Οὐκ ἀσχημονεῖ. Τί γὰρ λέγω, φησὶν, ὅτι οὐ φυσιοῦται, ὅπου γε τοσοῦτον ἀπέχει τοῦ πάθους, ὅτι καὶ τὰ ἔσχατα παθῶσα διὰ τὸ ἀγαπῶμενον, οὐδὲ ἀσχημονῶν τὸ πρᾶγμα νομίζει; Οὐκ εἶπε πάλιν, ὅτι ἀσχημονεῖ μὲν, φέρει δὲ τὴν αἰσχύνην γενναίως, ἀλλ' ὅτι οὐδὲ αἰσθησὶν τινα λαμβάνει τῆς αἰσχύνης. Εἰ γὰρ οἱ φιλοκρήματοι πάντα ὑπομένοντες τὰ ἐπινοεῖσθαι τῆς καπηλείας ἐνεκεν ἐκείνης, οὐ μόνον οὐκ ἐγκαλύπτονται, ἀλλὰ καὶ ἀγάλλονται, πολλῶ μᾶλλον ὁ τὴν ἐπαινετὴν ταύτην ἔχων ἀγάπην, ὑπὲρ τῆς τῶν φιλομένων ἀσφαλείας οὐδὲν ὀτιοῦν παραιτήσεται, καὶ οὐ μόνον οὐ παραιτήσεται, ἀλλ' οὐδὲ πάσχων αἰσχύνεται· ἀλλ' ἵνα μὴ ἀπὸ τοῦ πονηροῦ πράγματος τὸ παράδειγμα φέρωμεν, ἐξετάσωμεν ἐπὶ τοῦ Χριστοῦ τοῦτο αὐτὸ, καὶ τότε ὀφόμεθα τοῦ λεχθέντος τὴν δύναμιν. Ὁ γὰρ Κύριος ἡμῶν Ἰησοῦς ὁ Χριστὸς καὶ ἐνεπτύετο καὶ ἐβραβίετο παρὰ ἀνδραπέδων οἰκτρῶν καὶ οὐ μόνον οὐκ ἐνόμιζεν ἀσχημονεῖν, ἀλλὰ καὶ ἠγάλλετο, καὶ δόξαν τὸ πρᾶγμα ἐκάλε· καὶ ληστήν καὶ ἀνδροφόνον μετ' ἑαυτοῦ πρὸ τῶν ἄλλων εἰς τὸν παράδεισον εἰσάγων, καὶ πύργῳ διαλεγόμενος, καὶ ταῦτα τῶν περιεστώτων ἀπάντων ἐγκαλούντων, οὐκ ἐνόμιζε τὸ πρᾶγμα εἶναι αἰσχρὸν, ἀλλὰ καὶ φιλεῖν αὐτῇ τοὺς πόδας παρείχε τοὺς ἑαυτοῦ, καὶ βρέχεν τὸ σῶμα τοῖς δάκρυσι, καὶ ἀπομάσσεν ταῖς θριξί· καὶ ταῦτα ἐν μέσῳ θεάτρῳ τῶν ἐχθρῶν καὶ πολεμίων. Ἢ γὰρ ἀγάπη οὐκ ἀσχημονεῖ. Διὰ τοῦτο καὶ πατέρες, κἂν ἀπάντων ὡς φιλοσοφώτεροι καὶ βητορικώτεροι, οὐκ αἰσχύνονται τοῖς παισὶ συμφελλίζοντες· καὶ οὐδὲς ἐγκαλεῖ τῶν ὀρώντων, ἀλλ' οὕτω καλὸν εἶναι τὸ πρᾶγμα δοκεῖ, ὡς καὶ εὐχῆ; ἄξιον εἶναι. Κἂν πονηροὶ γένωνται πάλιν, οὕτοι μόνον διορθοῦντες, ἐπιμελόμενοι, συστέλλοντες αὐτῶν τὰ ὀνειδή, καὶ οὐκ αἰσχύνονται. Ἢ γὰρ ἀγάπη οὐκ ἀσχημονεῖ, ἀλλὰ καθάπερ χρυσαῖς τις πτέρυξι συγκαλύπτει πάντα τὰ ἀμαρτήματα τῶν ἀγαπῶμενων. Οὕτω καὶ τὸν Δαυὶδ ὁ Ἰωνάθαν ἐφίλει, καὶ ἀκούων τοῦ πατρὸς λέγοντος, *Υἱὲ κορασίῳν αὐτομολούτων*^c γυναικογραφές, οὐκ ἠσχύνετο, καίτοι γε πολλῆς αἰσχυρότητος τὰ ῥήματα γέμει. Ὁ γὰρ λέγει, τοῦτο ἔστιν· *Υἱὲ πορνιδίων ἐπιμαιομένων ἀνδράσιν, ἐπιτρεχόντων τοῖς παροῦσιν, ἐκνευρισμένε καὶ μαλακῆ καὶ μηδὲν ἔχων ἀνδρὸς, ἀλλ' ἐπ' αἰσχύνῃ σου*

^a Alia lectio est, οὐ φιλοτιμῆ, quam secutus est vetus interpres qui verit, non est ambitiosa. Lectionem autem istam ἀσχημονεῖ, quae in Graecis exemplaribus vulgo fertur, ita veritimus, ut ipse Chrysostomus interpretatur, non decet sibi inferri putat, quando scilicet pro Christo extrema patitur. ^b Deerat comma, καὶ οὐ... παραιτήσεται. ^c Sic exemplaria Biblica et unus cod. Reg. Legebatur αὐτομολούτων.

rans, tutiorem eam illa esse dixit: nam armatura quædam est inexpugnabilis, et inconcussa turris, quæ molesta omnia facile propulsat. Et sicut scintilla in abyssum incidens, illam quidem nihil lædit, ipsa vero facile exstinguitur: sic et in patientem animam quidquid inexpectatum incidit, id quidem facile deletur, illam vero minime turbat. Etenim patientia omnium firmissima est: etiamsi exercitus dicas, etiamsi opes, etiamsi equos, muros, arma et quidvis aliud, nihil patientiæ par dices. Nam qui illis instructus et circumdatus est, a furore sæpe correptus, instar pueri debilis evertitur, et omnia tumultu ac tempestate replet: hic autem tamquam in portu sedens, profunda fruitur tranquillitate: etiamsi in damnum conjeceris, petram non movisti; etiamsi contumeliam intuleris, turrim non concussisti; etiamsi plagas inflixeris, adamantem non percussisti. Etenim *longanimis* ideo dicitur, quia longum quemdam et magnum habet animum: quod autem longum est, etiam magnum dicitur. Sed hoc bonum ex caritate oritur, et iis, qui eam possident illaque fruuntur, magnam parit utilitatem. Ne mihi enim desperatos dixeris, qui mala facientes, neque patientes fiunt deteriores. Hic non ex patientia hujus, sed ab iis, qui illa non ut par esset utuntur, hoc accidit. Ne itaque mihi hos dixeris, sed mansuetiores, qui magna hinc lucrantur. Quando enim male facientes non male patiuntur, patientis mansuetudinem admirantes, magnam inde lucrantur philosophiæ doctrinam. Ipse vero non hic gradum sistit, sed et alia ejus præclara gesta subjungit dicens: *Benigna est*. Quia enim quidam sunt, qui patientia non ad propriam philosophiam utuntur, sed ad ultionem eorum, qui ipsos irritavere, seipsos disrumpentes, dicit illam hoc vitio non laborare. Et ideo subjungit, *Benigna est*. Neque enim ad accendendam flammam eorum qui ira incenduntur, cum illis benignius agunt, sed ad sedandam et exstinguendam; neque tantum generose ferendo, sed etiam curando et hortando ulceri medentur et vulnus iræ curant. *Non æmulatur*. Potest enim aliquis patiens esse et invidus, et hoc vitio bonum opus illud corrumpitur. Sed ipsa hoc quoque effugit. *Non agit perperam*. Id est, non præceps est: nam prudentem reddit eum qui diligit et gravem et placide incedentem. Iis enim qui turpiter amant hoc primum vitium est: qui vero hanc novit dilectionem, ab his omnibus maxime liber est. Nam cum intus ira non fuerit, petulantia omnis et contumelia sublata est. Etenim ut quidam optimus agricola intus animæ insidens caritas et dilectio, non sinit ullas hujusmodi spinas germinare. *Non inflatur*. Etenim multos videmus de his præclaris operibus altum sapientes; nempe quod non sint invidi neque mali neque pusilli animi neque petulantes. Neque enim solum cum divitiis et paupertate hæc mala habeantur, sed etiam cum illis quæ natura sunt bona. Sed caritas accurate omnia expurgat. Animum autem adhibe: qui patiens est, non est omnino benignus: quod si benignus non sit, hæc res est vitium, et periculum est ne in

recordationem injuriarum incidat. Ideo ipsa pharmacum dans, benignitatem dico, puram conservat virtutem. Rursum benignus sæpe facilis est, sed et hoc illa corrigit: *Caritas* enim, inquit, *non agit perperam, non inflatur*. Qui benignus et patiens est, sæpe arrogans est: sed et hanc tollit nequitiam.

2. Et perpende quomodo eam, non modo ab iis quæ habet, sed etiam ab iis quæ non habet exornet. Dicit enim eam et virtutem inducere et malitiam excindere; imo vero ne ab initio nasci quidem sinit. Neque enim dixit, *Æmulatur* quidem, invidiam vero superat; neque, *Arrogans* quidem est, sed hoc vitium castigat; sed, *Non æmulatur, non agit perperam, non inflatur*: quod autem maxime mirabile est, sine laboribus bona facit, et sine bello vel acie tropæum erigit. Neque enim sudare sinit eum qui se possidet, et ita coronam accipere, sed sine labore bravium illi defert. Ubi enim non est adversarium vitium temperanti cogitationi, quis labor fuerit? 5. *Non dedecus sibi inferri putat*. Quid enim dico, inquit, quod non inflatur, quando tantum distat ab hoc vitio, ut, cum pro dilecto extrema passa sit, non dedecus esse rem existimet? Neque dixit rursum, non indecore quidem patitur, sed dedecus fert generose; sed quod ne sensum quidem dedecoris habeat. Nam si pecuniæ amantes, probrosa omnia pro illa cauponatione ferentes, non modo non erubescunt, sed etiam exsultant; multo magis is, qui laudabilem hanc caritatem habet, pro dilectorum securitate nihil omnino recusabit; imo neque patiens erubescet. Sed ne a re mala exemplum afferamus, hoc ipsum in Christo examinemus, et tunc dicti vim conspiciemus. Dominus enim Jesus Christus et conspuebatur et colaphis cadebatur a miserabilibus servis; et non modo se indecore non agere putabat, sed etiam exsultabat, camque rem gloriam vocabat; et dum latronem et homicidam ante alios secum in paradysum introduceret, et meretricem alloqueretur, idque circumstantibus omnibus accusatoribus suis, non putabat rem esse turpem, sed et ipsi pedes suos præbuit osculandos, et corpus lacrymis irrigandum capillisque tergendum; et hoc in medio hostium et inimicorum theatro. Caritas enim non indecore secum agi putat. Ideoque patres, etiamsi philosophis rhetoribusque omnibus præstent, non erubescunt simul balbutire cum filiis; et nemo videntium id reprehendit, sed adeo pulchra res esse videtur, ut si etiam in votis. Et si rursus mali fuerint, hi manent corrigentes, curantes, probra eorum coercentes, nec pudet illos. Caritas enim non indecore agit; sed quasi aureis quibusdam alis, omnia delictorum peccata contegit. Sic et Davidem Jonathan amabat, audiensque patrem dicentem, *Fili puellarum ultro venientium, effeminate* (1. Reg. 20. 30), non erubescibat, etsi turpitudine plena verba erant. Nam hoc vult significare, *Fili meretricularum in viros insanientium, ad prætereuntes accurrentium, enervate, mollis, qui nihil virile habes, sed ad dedecus tuum, et ejus qui te peperit matris, vivis*. Quid igitur, hæcne agre tulit, et præ pudore se

abscondit, atque a dilecto recessit? Totum certe contrarium fecit, de amore gloriabatur: etsi ille tunc rex erat, filius vero regis Jonathas, David autem fugitivus. Sed neque sic de amicitia erubuit: caritas enim non indecore agit. Nam hoc in illa mirabile est, quod contumelia affectum, non modo non sinat dolere et morderi, sed etiam ut gaudeat efficiat. Ideoque illo post hæc omnia, quasi corona redimitus, sic abiens Davidem complexus est. Neque enim caritas scit quid sit probrum: ideo etiam sibi placet in eo, de quo alius erubescit. Pudor enim est nescire amare, et amantem non omne periculum adire omniaque perpeti pro dilectis. Cum omnia dico, ne putes me ea quæ sunt noxia dicere; ut si quis dixerit, se juveni open ferre ut potiatur amica; aut si quis aliud quidpiam damnosum facere postulet. Nam qui talis est non diligit; et hoc nuper vobis ostendi ex Ægyptia muliere. Nam ille solus diligit, qui ea quæ dilecto utilia sunt quærit: ita ut si quis hoc bonum non venetur, etiamsi sexcenties dicat se diligere, inimicorum omnium sit inimicissimus. Sic et olim Rebecca, quia valde a filio pendebat, et furtum fecit et non erubuit ne deprehenderetur, neque timuit; neque enim leve periculum erat; sed etiam filio repugante et verbis cum illa contendente, dixit: *In me sit maledictio tua, fili (Gen. 27. 13).*

3. Vidistin' etiam in muliere animum apostolicum? Nam sicut optavit Paulus (si quis parvum cum magno conferat) pro Judæis anathema esse: sic et illa ut filius benediceretur, etiam maledicti consentiebat. Et illi quidem bonis eccebat; non enim cum illo benedictionem acceptura erat; mala autem ipsa sola sustinere parata erat: attamen gaudebat et urgebat, et hoc cum tantum immineret periculum, et moram ægre ferebat. Timebat enim, ne si prævenisset Esau, vanam ejus redderet sapientiam. Ideo etiam verba in compendium redigit et urget adolescentem, et postquam prioribus contradicere sivit, rationem offert quæ sufficit ad persuadendum. Neque enim dixit, Frustra hæc dicis, et sine causa metuis, cum pater tuus consenuerit et claro sensu sit privatus; sed quid? *In me sit maledictio tua, fili:* tantum rem et drama ne perdas, neque venatum amittas, nec thesaurum prodas. Ipse vero Jacob annon fuit mercenarius apud cognatum his septem annos? annon cum servitute, etiam pro illa fallacia risui erat? Quid ergo? num sensu affectus est obrisum? num se indecore agere putavit, quod liber cum esset et ex liberis natus ac liberaliter educatus, quæ servorum erant passus sit a cognatis? quod maxime morderi solet cum quis a notis suis contumeliose agitur. Nequaquam: causa autem erat dilectio, quæ tempus, diuturnum cum esset, modicum illud exhibebat. *Erant enim, inquit, in conspectu ejus quasi dies pauci (Gen. 29. 20).* Tantum aberat ut morderetur et erubesceret de hac servitute. Jure ergo dicebat beatus Paulus: *Caritas non indecore agit: non quærit quæ sua sunt, non irritatur.* Cum dixisset enim, *non indecore agit,* modum etiam ostendit, quo non indecore agit. Quis autem modus ille est?

Quia *non quærit quæ sua sunt.* Dilectum enim omnia sibi esse putat, et tunc indecore se agere putat, cum non potest illum indecore agentem liberare; ita ut si liceret per dedecus suum dilectum suum juvare, non illud dedecus esse putaret: ille namque hic ipse est. Hoc est enim amicitia, cum is qui diligit, et is qui diligitur, non duo divisi sunt, sed unus homo: quod non aliunde, sed a caritate sola efficitur. Ne ergo quæras quod tuum est, ut invenias quod tuum est. Qui enim quod suum est quærit, quod suum est non invenit. Ideo Paulus dicebat, *Nemo quærat quod suum est, sed unusquisque quod proximi est (1. Cor. 10. 24).* Propria enim utilitas in utilitate proximi sita est, et illius utilitas in illa. Quemadmodum ergo si quis aurum proprium in domo proximi defossus habens, si illo veniens id quærare et defodere recusaverit, numquam ipsum videbit: sic qui non vult in proximi utilitate suam utilitatem quærare, coronas huic rei debitas non consequetur. Etenim Deus ideo illud ita disposuit, ut sinus mutuo colligati. Ac sicut si quis puerum somniculosum excitans, ut fratrem sequatur; si ex se nolit, quod ipsi desiderabile et expetendum est tradit fratri, ut accipiendi cupiditate eum qui tenet sequatur, quod etiam efficitur: ita et hic quod unicuique utile est, proximo tradidit, ut hinc alter ad alterum accurramus, et ne sinus divulsi. Et si velis, hoc et in nobis vide qui loquimur: quod enim mihi utile est, in te situm est, et quod tibi utile, in me. Tibi enim utile est ut docearis ea quæ Deo placent; sed hæc cura mihi credita fuit, ut tu a me id accipias, ideoque coactus sis ad me accurrere: et mihi utile est ut tu melior efficiaris; magnam enim inde mercedem accipiam; sed hoc rursus in te situm est, et ideo te consequi cogor, ut et tu melior sis, et ego quod mihi utile est a te accipiam. Ideo dicebat Paulus, *Quæ enim mea spes est? annon vos? et rursus, Spes mea, gaudium meum, et corona gloriationis meæ (1. Thess. 2. 19. 20).* Itaque Pauli gaudium discipuli erant, et ipsius gaudium illi habebant. Ideo etiam lacrymabatur, si quando percuntes videret. Rursum quod illis utile, in Paulo erat: propterea dicebat: *Pro spe Israelis cinctus sum hac catena (Act. 23. 20); et rursum, Hæc patior propter electos, ut vitam æternam consequantur (2. Tim. 2. 10).* Hoc etiam videre est in iis quæ ad vitam pertinent: nam ait, *Mulier proprii corporis potestatem non habet, neque vir; sed mulier viri, et vir mulieris (1. Cor. 7. 4).* Ita et nos cum aliquos colligare volumus, hoc facimus: neminem sui dominum relinquimus, sed mediam extendentes catenam, id effecimus, ut hic ab illo et ille ab hoc teneatur. Vis hoc etiam videre in magistratibus? Qui judicat, non sedet sibi judicans, sed quærens quod proximo conferat. Rursus qui illis subditi sunt, quod principi conferat quærunt, per cultum, per ministerium perque alia omnia. Milites pro nobis arma sumunt; propter nos enim pericula adeunt: nos pro illis labores suscipimus; a nobis enim aluntur.

4. *Caritas a Paulo commendatur.* — Si autem dixeris, unumquemque sua quærentem hoc facere, hoc

καὶ τῆς τεκούσης σε μητρὸς ξῶν. Τί οὖν; ἤλγησεν ἐπὶ τοῦτοις καὶ ἐνεκαλύψατο, καὶ ἀπέστη τοῦ φιλομένου; Τούναντιον μὲν οὖν ἅπαν, καὶ ἐκαλωπίζετο τῷ φίλτρῳ· καίτοι γὰρ ὁ μὲν βασιλεὺς ἦν τότε, καὶ βασιλεύς υἱὸς ὁ Ἰουάθαν, ὁ δὲ φυγὰς καὶ ἀλήτης ὁ Δαυὶδ. Ἄλλ' οὐδὲ οὕτως ἤρχοντο αὐτοῦ τῇ φιλίᾳ· ἡ γὰρ ἀγάπη οὐκ ἀσχημονεῖ. Καὶ γὰρ τὸ θαυμαστόν αὐτῆς τοῦτο ἐστίν, ὅτι τὸν ὑβρίζοντα οὐ μόνον οὐκ ἀφίησιν ἀλαγεῖν οὐδὲ δάκνεσθαι, ἀλλὰ καὶ χαίρειν παρασκευάζει. Διὰ δὴ τοῦτο καὶ ἐκείνος μετὰ ταῦτα ἅπαντα, ὡς περ στέφανον περιεικόμενος, οὕτως ἀπειθῶν περιεχύθη τῷ Δαυὶδ. Οὐ γὰρ οἶδε τί ποτὲ ἐστίν [302] αἰσχύνῃ ἡ ἀγάπη· διὰ τοῦτο καὶ φιλοτιμεῖται, ἐφ' οἷς ἕτερος ἐγκαλύπτεται. Αἰσχύνῃ γὰρ τὸ μὴ εἰδέναι φιλεῖν, οὐ τὸ φιλοῦντα κινδυνεύειν καὶ πάντα ὑπομένειν ὑπὲρ τῶν φιλομένων. Πάντα δὲ ὅταν εἴπω, μὴ νομίσης, καὶ τὰ ἐπιπλαθῆ λέγειν, ὅσον εἰ τις λέγοι, νέφ συμπράττειν εἰς ἑρωμένην, ἢ εἰ τις ἕτερόν τι ἐπιπλαθῆς ἀξιοὶ διανύειν. Ὁ γὰρ τοιοῦτος οὐ φιλεῖ· καὶ τοῦτο πρῶν ὑμῖν ἔδειξα ἀπὸ τῆς Αἰγυπτίας γυναικός. Καὶ γὰρ ἐκεῖνος μόνος ἐστίν ὁ φιλῶν, ὁ τὰ συμφέροντα ζητῶν τῷ φιλομένῳ· ὡς εἰ τις τοῦτο μὴ θηρεύει· τὸ καλὸν, κἂν μυριάκις λέγῃ φιλεῖν, ἐλθρῶν ἐστὶ πολεμώτερος πάντων. Οὕτω καὶ ἡ Ρεβέκκα ποτὲ, ἐπειδὴ σφόδρα ἐξήρητο τοῦ παιδός, καὶ κλοπῆν εἰργάζετο, καὶ οὐκ ἤσχοντο μὴ ἀλῆ, οὐδὲ ἐδεδοίκε· καὶ γὰρ καὶ κίνδυνος ἦν οὐχ ὁ τυχῶν· ἀλλὰ καὶ τοῦ παιδός ἀκριβολογουμένου πρὸς αὐτῆν, Ἐπ' ἐμὲ ἡ κατάρρα σου, τέκνον, ἔλεγεν.

γ'. Εἶδες καὶ ἐν γυναικὶ ψυχῇ ἀποστολικῇ; Καθάπερ γὰρ ὁ Παῦλος εἶλετο (ὡς ἂν εἰ μεγάλῳ τῆς μικρῶν παραβάλοι) ὑπὲρ Ἰουδαίων ἀνάθεμα γενέσθαι, οὕτω καὶ αὕτη, ἵνα ὁ παῖς εὐλογηθῆ, καὶ καταραθῆναι εἶλετο. Καὶ τῶν μὲν ἀγαθῶν ἐκείνῳ παρεχώρει· οὐ γὰρ δὴ μετ' ἐκείνου εὐλογεῖσθαι ἔμελλε· τὰ δὲ κακὰ αὐτῇ μόνῃ παρεσκευάζετο ὑπομένειν· ἀλλ' ὅμως ἔλαχε καὶ ἠπειγέτο, καὶ ταῦτα τοσοῦτου κινδύνου προκειμένου, καὶ τῇ μελλήσει τῶν πραγμάτων ἐδυσχεραίνε. Καὶ γὰρ ἐδεδοίκε μὴ προλαθῶν ὁ Ἡσαΐα ματαίαν αὐτῆς ποιήσῃ τὴν σοφίαν. Διὸ καὶ συντέμνει τὰ ῥήματα, καὶ ἐπειγείναι τὸν νοητικόν, καὶ ἀφείσα ἀντεπιπνὴ πρὸς τὰ εἰρημένα, λαγισμὸν ἱκανὸν πείσαι αὐτὸν λέγει. Οὐδὲ γὰρ εἶπεν, Εἰκὴ ταῦτα λέγεις καὶ μάτην δέδοικας, τοῦ πατρός σου γεγηρακότος καὶ τὸ τρανὸν τῆς αἰσθήσεως ἀφηρημένου, ἀλλὰ τί; Ἐπ' ἐμὲ ἡ κατάρρα σου, τέκνον· μόνον σὺ μὴ διαφθέρῃς τὸ δρᾶμα, μηδὲ ἀπολέσης τὸ θήραμα, μηδὲ τὸν θησαυρὸν προδώς. Αὐτοὺς δὲ οὕτως ὁ Ἰακώβ οὐχὶ ἐθήτευε παρὰ τῷ συγγενεῖ δις ἔτη ἐπτά; οὐχὶ μετὰ τῆς δουλείας καὶ γέλωτα ὤφλην ὑπὲρ τῆς ἀπάτης ἐκείνης; Τί οὖν; ἄρα ἤθετο τοῦ γέλωτος; ἄρα ἀσχημονεῖν ἐνόμιζεν ὅτι ἐλευθερὸς ὢν καὶ ἐξ ἐλευθέρων καὶ τραφεῖ; εὐγενῶς, τὰ τῶν δούλων ὑπέμεινε παρὰ τοῖς παροφθαλμοῖς; ὁ μάλιστα δάκνειν εἰσθεν, ὅταν παρὰ τοῖς γυναικίμοις τις τὰ ἐπονειδίστα πάσχη. Οὐδαμῶς· τὸ δὲ αἴτιον ἡ ἀγάπη, ἢ καὶ τὸν χρόνον πολὺν ὄντα ὀλίγον ἀπέφηνεν. Ἦσαν γὰρ, φησὶ, ἐνώπιον αὐτοῦ ὡσεὶ ἡμέραι ὀλίγαι. Τοσοῦτον ἀπέχετο τοῦ δάκνεσθαι καὶ ἐρουθριᾶν ἐπὶ τῇ δουλείᾳ ταύτῃ. Εἰκότως οὖν ἔλεγεν ὁ μακάριος Παῦλος, Ἡ ἀγάπη οὐκ ἀσχημονεῖ· οὐ ζητεῖ τὰ ἑαυτοῦ, οὐ παροξύνεται. Εἰπὼν γὰρ, ὅτι οὐκ ἀσχημονεῖ, δείκνυσσι καὶ τὸν τρόπον, δι' ὃν οὐκ ἀσχημονεῖ. Τίς δὲ ὁ τρόπος; Ὅτι οὐ ζητεῖ τὰ ἑαυτοῦ. Τὸν γὰρ ἀγαπώμε-

νον πάντα εἶναι νομίζει, καὶ τότε ἀσχημονεῖ, ὅταν μὴ δυνήθῃ ἀπαλλάξαι ἐκεῖνον ἀσχημονοῦντα· ὡς ἐὰν ἐξῆ [303] διὰ τῆς ἀσχημοσύνης τῆς ἑαυτοῦ τὸν ἀγαπώμενον ὠφελῆσαι, οὐδὲ ἀσχημοσύνην τὸ πρᾶγμα εἶναι νομίζει· ἐκεῖνος γὰρ αὐτός ἐστι λοιπόν. Τοῦτο γὰρ ἐστὶ φιλία, μηκέτι εἶναι τὸν φιλοῦντα καὶ τὸν φιλούμενον δύο διηρημένους, ἀλλ' ἕνα τινὰ ἄνθρωπον· ὅπερ οὐδαμῶθεν, ἀλλ' ἢ ἀπὸ τῆς ἀγάπης γίνεται. Μὴ τοῖνον ζητεῖ τὸ σὸν, ἵνα εὕρῃς τὸ σὸν. Ὁ γὰρ ζητῶν τὸ ἑαυτοῦ, οὐχ εὕρῃσκει τὸ ἑαυτοῦ. Διὸ καὶ ὁ Παῦλος ἔλεγεν, Μηδεὶς τὸ ἑαυτοῦ ζητεῖτω, ἀλλὰ τὸ τοῦ πλησίον ἕκαστος. Τὸ γὰρ οἰκεῖον συμφέρον ἐν τῷ τοῦ πλησίον συμφέροντι κεῖται, καὶ τὸ ἐκείνου ἐν τούτῳ. Ὅπερ οὖν εἰ τις χρυσοῖον ἴδῃ ἐν τῇ οἰκίᾳ τῆ τοῦ πλησίον καταρρυγμένον εἰ παραιτοῖτο ἐλθῶν ἐκεῖ ζητεῖν καὶ ἀνορύττειν, οὐδέποτε αὐτὸ θύεται· οὕτω καὶ ἐνταῦθα ὁ μὴ βουλόμενος καὶ ἐν τῇ τοῦ πλησίον ὠφελείᾳ τὸ οἰκεῖον συμφέρον ζητεῖν, οὐκ ἐπιτεύξεται τῶν ὑπὲρ τοῦτο στεφάνων. Καὶ γὰρ ὁ θεὸς διὰ τοῦτο οὕτως αὐτὸ κατέθηκεν, ἵνα ὦμεν ἀλλήλοις συνδεδεμένοι. Καὶ ὡς περ τις παιδίον ὑπνηλὸν διεγείρων τῷ ἀδελφῷ κατακολουθεῖν, ὅταν οἴκοθεν μὴ βουλοῖτο, τὸ ἐπιθυμητὸν αὐτῷ καὶ ἐπέραστον ἐγγχειρίζει τῷ ἀδελφῷ, ἵνα ἐπιθυμία τοῦ λαθεῖν καταδιώκῃ τὸν χαίροντα, ὃ δὴ καὶ γίνεται· εὖτω καὶ ἐνταῦθα τὸ ἐκάστῳ συμφέρον τῷ πλησίον ἐδωκεν, ἵνα ἀλλήλων ἐντεῦθεν κατατρέχωμεν, καὶ μὴ ὦμεν διεσπασμένοι. Καὶ εἰ βούλει, τοῦτο καὶ ἐφ' ἡμῶν ἰδὲ τῶν λεγόντων· τὸ γὰρ ἐμοὶ συμφέρον ἐν σοὶ κεῖται, καὶ τὸ σοὶ λυσιτελοῦν, ἐν ἐμοί. Καὶ γὰρ σοὶ συμφέρεται τὸ διδάσκεισθαι τὰ τῷ θεῷ δοκούντα, ἀλλὰ τοῦτο ἐπιστεῖθην ἐγὼ, ἵνα παρ' ἑμοῦ σὺ αὐτὸ λάβῃς, καὶ διὰ τοῦτο ἀναγκασθῆς δραμεῖν ἐπ' ἐμὲ· καὶ ἐμοὶ συμφέρεται, τὸ σὲ βελτίω γενέσθαι· μισθὸν γὰρ τούτου λήψομαι πολὺν· ἀλλὰ τοῦτο πάλιν κεῖται ἐν σοὶ, καὶ διὰ τοῦτο ἀναγκάζομαι σε καταδιώκειν, ἵνα σὺ ἢς βελτίων, καὶ τὸ ἐμοὶ συμφέρον παρὰ σοῦ λαμβάνω. Διὸ καὶ Παῦλος ἔλεγεν, Τίς γὰρ μοὶ ἐστὶν ἡ ἐλπίς; ἢ οὐχὶ καὶ ὑμεῖς; καὶ πάλιν, Ἡ ἐλπίς μου, καὶ ἡ χαρὰ μου, καὶ ὁ στέφανος τῆς καυχῆσεώς μου. Ὡς τε ἡ Παύλου χαρὰ οἱ μαθηταὶ ἦσαν, καὶ τὴν ἐκείνου χαρὰν ἐκεῖνοι εἶχον. Διὰ τοῦτο καὶ ἐδάκρυνεν, εἰ ποτε εἶδαν ἀπολλυμένους. Πάλιν τὸ ἐκείνων συμφέρον ἐν τῷ Παύλῳ ἦν· διὸ καὶ ἔλεγεν· Ὑπὲρ τῆς ἐλπίδος τοῦ Ἰσραὴλ τὴν ἄλυσιν ταύτην περιίκεται· καὶ πάλιν, Ταῦτα πάσχω διὰ τοὺς ἐκλεκετούς, ἵνα ζωῆς αἰωνίου τύχωσι. Τοῦτο καὶ ἐπὶ τῶν βιωτικῶν ἴδοι τις ἂν· Ἡ γὰρ γυνὴ, φησὶ, τοῦ ἰδίου σώματος οὐκ ἐξουσιάζει, οὐδὲ ὁ ἀνὴρ, ἀλλ' ἡ γυνὴ τοῦ ἀνδρός, καὶ ὁ ἀνὴρ τοῦ τῆς γυναικός. Οὕτω καὶ ἡμεῖς ὅταν τινὰς συνδῆσαι θελήσωμεν, τοῦτο ποιῶμεν· οὐδένα ἑαυτοῦ κύριον ἀφίμεν, ἀλλὰ μέσσην ἄλυσιν ἐκτείνοντες, τοῦτον ὑπ' ἐκείνου καὶ ἐκεῖνον ὑπὸ τοῦτον κρατεῖσθαι παρασκευάζομεν. Βούλει καὶ ἐπὶ τῶν ἀρχόντων τοῦτο ἰδεῖν; Ὁ δικάζων οὐχ ἑαυτῷ κἀθηται κρίνων, ἀλλὰ τὸ τῶν πλησίον συμφέρον ζητῶν. Οἱ ἀρχόμενοι πάλιν τὸ τῷ ἀρχοντι συμφέρον ζητοῦσι διὰ τῆς θεραπείας, διὰ τῆς διακονίας, διὰ τῶν ἄλλων ἀπάντων. Οἱ στρατιῶται ὑπὲρ ἡμῶν ὅπλα τίθενται· δι' ἡμᾶς γὰρ κινδυνεύουσιν· ἡμεῖς ὑπὲρ ἐκείνων ταλαιπωρούμεθα· παρ' ἡμῶν γὰρ αὐτοῖς αἱ τροφαί.

δ'. [304] Εἰ δὲ λέγεις, ὅτι τὸ οἰκεῖον ζητῶν ἕκαστος τοῦτο ποιεῖ, τοῦτο καὶ ἐγὼ λέγω, ἀλλ' ὅτι διὰ τὸ ἄλλοτριον τὸ οἰκεῖον εὕρῃσκειται. Ὁ τε γὰρ στρατιῶ-

της, ἐν μὴ πολυμήτῃ ὑπὲρ τῶν τρεφόντων, οὐκ ἔχει τὸν εἶς τοῦτο διακονούμενον· αὐτὸς τε οὗτος πάλιν, ἐὰν μὴ θρέψῃ τὴν στρατιωτὴν, οὐκ ἔχει τὸν ὑπερασπίζοντα. Εἶδες τὴν ἀγάπην πανταχοῦ διατεταμένην καὶ πάντα οἰκονομοῦσαν; Ἄλλὰ μὴ ἀποκάμῃς. Ἔως ἂν δόλοκλιρον τὴν χρυσὴν ταύτην σειρὰν καταμάθῃς. Εἰπὼν γάρ, *Ὁὐ ζητεῖ τὰ ἑαυτῆς*, λέγει πάλιν τὰ ἐκ τούτου τικτόμενα ἀγαθὰ. *Τίνα δὲ ταῦτα ἔστιν; Ὁὐ παροξύνεται, οὐ λογιζεται τὸ κακόν.* Ὅρα πάλιν οὐ κρατοῦσαν τῆς κακίας μόνον, ἀλλ' οὐδὲ ἀφείσαν αὐτὴν στήναι τὴν ἀρχήν. Οὐ γὰρ εἶπε, *Παροξύνεται μὲν, περιγιγνεται δὲ, ἀλλ' οὐδὲ παροξύνεται* καὶ οὐκ εἶπεν, *Ὁὐκ ἐργάζεται τὸ κακόν, ἀλλ' οὐδὲ λογίζεται*. Οὐδὲν γὰρ πονηρὸν οὐ μόνον οὐ κατασκευάζει, ἀλλ' οὐδὲ ὑποπτέει κατὰ τὸ φίλονμένου. Πῶς οὖν ἂν ἐργάσαιο, ἢ πῶς ἂν παροξυνεῖται ἢ μηδὲ ὑπόνοιαν πονηρὰν καταδέξασθαι ἀνεχομένη; ὅθεν ἡ πηγὴ τῆς στοργῆς. *Ὁὐ χαίρει ἐπὶ τῇ ἀδικίᾳ.* Τουτέστιν, οὐκ ἐφθδεταί καὶ τοῦ κακῶς μέγιστος καὶ οὐ τοῦτο μόνον, ἀλλὰ καὶ ὁ πολλῶν μείζων ἔστι, *Συγχαίρει δὲ τῇ ἀληθείᾳ.* Συνήδεταί, φησί, τοῖς εὐδοκίμοις· ὁ λέγει Παῦλος· *Χαίρει μετὰ χαίρόντων, καὶ κλαίει μετὰ κλαιόντων.* Ἐνεῦθεν οὐ ζηλοῖ, ἐνεῦθεν οὐ φισοῦται· καὶ γὰρ οἰκεία τὰ ἀλλότρια νομίζει καλὰ· εἶδες πῶς κατὰ μικρὸν ἄγγελον ποιεῖ τὸν αὐτῆς πρόφιμον ἢ ἀγάπῃ; Ὅταν γὰρ ἀόργητος ἦ, καὶ βασκανίας καθαρὸς, καὶ παντὸς τυραννικοῦ πάθους ἐλεύθερος, ἐνόησον ὅτι καὶ τῆς ἀνθρωπίνης φύσεως ἀπηλλάγη λοιπὸν, καὶ πρὸς αὐτὴν τῶν ἀγγέλων τὴν ἀπάθειαν μεθωρμισατο. Ἄλλ' ὅμως οὐκ ἀρκεῖται οὕτως, ἀλλ' ἔχει τι· καὶ πλείον τούτων εἰπεῖν· τὰ γὰρ ἰσχυρότερα ὑστερον τίθησι. Διὸ φησι, *Πάντα στέγει.* Ἀπὸ τῆς μακαριότητος, ἀπὸ τῆς χρηστότητος, κἠν φορτικὰ ἦ, κἠν ἐπαχθῆ, κἠν ὕβρεις, κἠν πληγαί, κἠν θάνατος, κἠν ὀτιοῦν. Καὶ τοῦτο πάλιν ἀπὸ τοῦ μακαρίου Δαυὶδ συνιδεῖν δυνατὸν. Τί γὰρ φορτικώτερον τοῦ υἱὸν ἰδεῖν ἐπανιστάμενον καὶ τυραννίδος ἐφείμενον καὶ αἵματος διψῶντα πατρός; Ἄλλὰ καὶ τοῦτο ἔστειν ὁ μακάριος ἐκεῖνος, καὶ οὐδὲ οὕτως ἠλείχτο μικρὸν ῥῆμα ἐκβαλεῖν κατὰ τοῦ πατραιολοῦ, ἀλλὰ καὶ τοῖς στρατηγοῖς πάντα τὰ ἄλλα ἀφείς, ὑπὲρ τῆς ἐκεῖνον σωτηρίας ἐπέσκηπτεν· ἰσχυρὰ γὰρ ἦν ἡ τῆς ἀγάπης κρηπίς. Διὸ καὶ πάντα στέγει· καὶ τὴν μὲν δύναμιν αὐτῆς ἐνεῦθεν αἰνίττεται, τὴν δὲ ἀγαθότητα διὰ τῶν ἐξῆς· *Πάντα γὰρ ἐλπίζει*, φησί, *πάντα πιστεύει, πάντα ὑπομένει.* Τί ἔστι, *Πάντα ἐλπίζει*; Πάντα τὰ χρηστὰ, φησὶν, οὐκ ἀπογινώσκει τοῦ ἀγαπωμένου, ἀλλὰ κἠν φαῦλος ἦ, παραμένει διορθουμένη, προνοοῦσα, ἐπιμελομένη. *Πάντα πιστεύει.* Οὐ γὰρ ἀπλῶς ἐλπίζει, φησὶν, ἀλλὰ καὶ πιστεύει ἐκ τοῦ σφόδρα φιλεῖν κἠν μὴ ἐκβαίνει κατὰ τὴν ἐλπίδα τὰ χρηστὰ ταῦτα, ἀλλ' ἔτι φορτικώτερος ἐκεῖνος ἦ, καὶ ταῦτα φέρει. *Πάντα γὰρ, φησὶν, [305] ὑπομένει.* Ἡ ἀγάπη οὐδέποτε ἐκπίπτει. Εἶδες τὴν κορωνίδα πότε ἔθηκε, καὶ ὁ μάλιστα ἔστιν ἐξάιρετον τοῦτο τὸ δώρου; Τί γὰρ ἔστιν, *Ὁὐκ ἐκπίπτει*; Οὐ διακόπτεται, οὐ διαλύεται τῷ φέρειν· στέργει γὰρ πάντα. Ὁ γὰρ φιλῶν οὐδέποτε μισῆσαι δύναται, κἠν ὀτιοῦν γένηται· τοῦτο γὰρ αὐτῆς τὸ μέγιστον ἀγαθόν. Τοιοῦτος ἦν ὁ Παῦλος· διὸ καὶ ἔλεγεν, *Εἰ πως παραζηλώσω μου τὴν σάρκα*, καὶ ἔμενε ἐλπίζων. Καὶ Τιμοθέω παρήγει λέγων· *Δοῦλον δὲ Κυρίου οὐ δεῖ μάχεσθαι, ἀλλ'*

ἥπιον εἶναι πρὸς πάντας, ἐν πραύτητι παιδεύοντα τοὺς ἀντιδιατιθεμένους, μήποτε ὀφθαλμοὶ αὐτοῦ ὁ Θεὸς ἐπίγνωσιν ἀληθείας. Τί οὖν, φησὶν, ἂν ἐχθροὶ ὡς καὶ Ἕλληνες, οὐ δεῖ μισεῖν; Μισεῖν μὲν, οὐκ ἐκείνους δὲ, ἀλλὰ τὸ δόγμα, οὐ τὸν ἄνθρωπον, ἀλλὰ τὴν πονηρὰν πράξιν, τὴν διεφθαρμένην γνώμην. Ὁ μὲν γὰρ ἄνθρωπος ἔργον Θεοῦ, ἡ δὲ πλάνη ἔργον τοῦ διαβόλου. Μὴ τοίνυν ἀναμίξῃς τὰ τοῦ Θεοῦ, καὶ τὰ τοῦ διαβόλου· ἐπεὶ καὶ Ἰουδαῖοι καὶ βλάσφημοι ἦσαν καὶ διώκται· καὶ ὕβρισται, καὶ μωρία τὸν Χριστὸν ἔλεγον κακὰ· Ἄρ' οὖν ἐμίσει αὐτοῦς Παῦλος, ὁ μάλιστα πάντων τὸν Χριστὸν φιλῶν; Οὐδαμῶς, ἀλλὰ καὶ ἐφίλει, καὶ πάντα ὑπὲρ αὐτῶν ἔπραττε· καὶ νῦν μὲν φησιν, *Ἡ μὲν εὐδοκία καὶ ἡ δέησις μου πρὸς τὸν Θεὸν ὑπὲρ αὐτῶν ἔστιν εἰς σωτηρίαν*· νῦν δὲ, *Ἡὐχόμην ἀνάθεμα εἶναι ἀπὸ τοῦ Χριστοῦ ὑπὲρ αὐτῶν.* Οὕτω καὶ ὁ Ἰεζεκιήλ, ὁρῶν αὐτοὺς σφαζομένους ἔλεγεν· *Ὀἰμοί, Κύριε, ἐξαλείφεις σὺ τοὺς καταλοιπούς τοῦ Ἰσραήλ*; καὶ ὁ Μωυσῆς, *Εἰ μὲν ἀφῆς αὐτοὺς τὴν ἀμαρτίαν, ἄφεσις.* Τί οὖν φησιν ὁ Δαυὶδ; *Τοῖς μισοῦντάς σε, Κύριε, ἐμίσησα, καὶ ἐπὶ τοῖς ἐχθροῖς σου ἐξετηκόμην· τέλειον μίσος ἐμίσησα αὐτούς.* Μάλιστα μὲν οὐ πάντα τὰ ἐν τοῖς Ψαλμοῖς ὑπὲρ τοῦ Δαυὶδ εἰρημένα, ἐκ προσώπου τοῦ Δαυὶδ εἰρηται· καὶ γὰρ αὐτὸς οὕτως φησι, *Κατεσχίγησα μετὰ τῶν σκηνωμάτων Κηδάρ*· καὶ, *Ἐπὶ τῶν ποταμῶν Βαβυλῶνος ἐκεῖ ἐκαθίσασαμεν, καὶ ἐκλαύσαμεν*· οὕτε δὲ Βαβυλῶνα εἶδεν, οὕτε τὰ σκηνώματα Κηδάρ· ἄλλως δὲ, καὶ πλείονα νῦν ἀπαιτούμεθα φιλοσοφίαν. Διὸ καὶ τῶν μαθητῶν ἀξιούντων κατενεχθῆναι πῦρ, ὡς ἐπὶ Ἠλίου, *Ὁὐκ οἴδατε*, φησὶν ὁ Χριστὸς, *ποιοῦν πνεύματός ἐστε.*

ε'. Τότε μὲν γὰρ οὐχὶ τὴν ἀσεβειαν μόνον, ἀλλὰ καὶ τοὺς ἀσεβοῦντας· αὐτοὺς μισεῖν ἐκελεύοντο, ἵνα μὴ ἡ φιλα ἀφορμὴ γένηται· παρανομίας αὐτοῖς· διὰ τοῦτο καὶ τὰς συγγενεῖας διέκοψε, καὶ τὰς ἐπιμιξίας, καὶ πάντοθεν αὐτοὺς ἀπετείχετο· νῦν δὲ ἐπειδὴ πρὸς μείζονα ἡμᾶς ἤγαγε φιλοσοφίαν, καὶ ὑψηλοτέρους τῆς βλάβης ἐκεῖνης ἐποίησε, καὶ προσίσταται καὶ παρακαλεῖν κελύει. Οὐ γὰρ ἡμῖν ἐξ ἐκεῖνων βλάβη, ἀλλ' ἐκεῖνοίς ἐξ ἡμῶν ὠφέλεια γίνεται. Τί οὖν φησιν; Οὐ δεῖ μισεῖν, ἀλλ' ἔλειν. Ἄν γὰρ μισῆσης, πῶς ἐπιστρέψεις βραδίως τὸν πλανώμενον; πῶς εἰς τὴν ὑπὲρ τοῦ ἀπίστου; Ὅτι γὰρ εὐχεσθαι δεῖ, ἀκουσον τί φησὶν ὁ Παῦλος· *Παρακαλῶ οὖν πρότερον πάντων ποιεῖσθαι [306] δεήσεις, προσευχὰς, ἑντεύξεις, εὐχαριστίας ὑπὲρ πάντων ἀνθρώπων.* Ὅτι δὲ πάντες τότε οὐκ ἦσαν πιστοί, παντὶ ποτὸν ἔδωκεν. Καὶ πάλιν, *Ἰπὲρ βασιλέων, καὶ τῶν ἐν ὑπεροχῇ ὄντων.* Ὅτι δὲ οὗτοι ἀσεβεῖς ἦσαν καὶ παράνομοι, καὶ τοῦτο δῆλον ὁμοίως. Εἶτα καὶ τὴν αἰτίαν λέγων τῆς εὐχῆς, ἐπάγει· *Τοῦτο γὰρ καλὸν καὶ ἀποδεκτὸν ἐνώπιον τοῦ Σωτῆρος ἡμῶν Θεοῦ, ὅς πάντας ἀνθρώπους θέλει σωθῆναι, καὶ εἰς ἐπίγνωσιν ἀληθείας ἐλθεῖν.* Διὰ τοῦτο κἠν ὁ Ἕλληνίδα γυναῖκα εὐρῆ συνοικοῦσαν πιστῷ, οὐ διαζεύγνυσι τὸν γάμον· καίτοι γε τί οἰκειότερον ἀνδρὸς γυναίκα; *Ἔσονται γὰρ οἱ δύο εἰς σάρκα*, φησὶ, *μία*· καὶ πολὺ τὸ φίλτρον ἐκεῖ καὶ θερμὸς ὁ πόθος. Εἰ δὲ μέλλοις ἀσεβεῖς μισεῖν καὶ πρανομοῦντας, προϊόντες καὶ ἀμαρτωλοὺς μισήσομεν, καὶ οὕτως ὀφθ' προβαίνων καὶ τῶν ἀδελφῶν

^a *Deerant verba*, κἠν φ.... ἐπαχθῆ.

^b *Legebatur* ἦν.

etiam ego dico; sed quia per alienum suum invenitur. Miles enim, nisi bellum gerat pro iis qui ipsum nutriunt, non habet qui hoc ipsi ministret: hic vero rursus, nisi militem alat, non habet qui se defendat. Vidistin' caritatem ubique extensam et omnia administrantem? Sed ne defatigeris donec hanc auream catenam didiceris. Cum dixisset enim, *Non querit quæ sua sunt*, dicit rursus bona quæ inde nascuntur. Quænam illa? *Non irritatur, non cogitat malum*. Vide rursum eam non solum in vitium imperare, sed etiam non sinere ut ejus imperium consistat. Nos enim dixit, Irritatur quidem, sed superat; sed, Non irritatur; neque dixit, Non operatur malum, sed, Ne cogitat quidem. Nihil enim mali non modo non apparat, sed ne suspicatur quidem adversus eum qui diligitur. Quomodo ergo operata fuerit, aut quomodo irritetur, quæ ne suspicionem quidem malam suspicere velit, unde fons est amoris? 6. *Non gaudet super iniquitate*. Hoc est, non ipsi placet quod alii male patiantur: neque hoc tantum, sed quod longe majus est, *Congaudet autem veritati* (Rom. 12. 15). Gratulatur, inquit, iis, qui bene rem gerunt; id quod dicit Paulus: *Gaudere cum gaudentibus, et flere cum flentibus*. Hinc non æmulatur, hinc non inflatur: etenim aliena bona sua esse existimat. Viden' quomodo caritas alumnus suum paulatim angelum faciat? Cum enim iræ expertus sit, ab invidia purus, et ab omni tyrannico vitio liber, cogita illum ab humana natura abductum, ad ipsam angelorum impassibilitatem apulisse. Attamen non his contentus est, sed quid etiam his majus dicendum habet: nam quæ fortiora sunt postremo ponit. Quapropter dicit: *Omnia suffert*. A patientia, a mansuetudine; sive contumeliæ sint, sive plagæ, sive mors, sive quidvis aliud. Et hoc rursus ex beato Davide perspicere potest. Quid enim molestius est, quam videre filium insurgentem et tyrannidem affectantem paternumque sanguinem sitientem? Sed et hoc tulit beatus ille; neque ita sustinuit acerbum verbum emittere contra parricidam, sed cum alia omnia belli ducibus commisisset, pro illius salute mandata dabat; firmum enim erat caritatis fundamentum. Ideoque omnia suffert; et hinc quidem ejus virtutem subindicat, bonitatem autem per ea quæ sequuntur: nam ait, *Omnia sperat, omnia credit, omnia sustinet*. Quid est, *Omnia sperat*? De bonis quibuscumque, inquit, dilecti sui non desperat; sed etiamsi ille malus sit, permanet illum corrigens, providens, curam gerens. *Omnia credit*. Non solum enim sperat, inquit, sed etiam credit, ex eo quod valde amet: etiamsi hæc bona non secundum spem succedant, sed etiamsi ille molestior sit, ea etiam fert. *Omnia enim sustinet*, inquit. 8. *Caritas namquam excidit*. Vidistin' quando coronidem imposuerit, et quod in hoc dono magis eximium sit? Quid enim sibi vult, *Non excidit*? Non discinditur, non dissolvitur ferendo: amat enim omnia. Nam qui amat, numquam odisse possit, quidquid factum fuerit: hoc quippe est maximum ipsius bonum. Talis erat Paulus: ideoque dicebat, *Si quo modo provocem ad æmulandum carnem meam* (Rom. 11. 14), et

sperans mansit. Et Timotheum hortabatur dicens: *Servus autem Domini non oportet pugnare, sed mansuetum esse ad omnes, in modestia erudientem eos qui resistunt veritati, an forte det illis Deus cognitionem veritatis* (2. Tim. 2. 24. 25). Quid ergo, inquires, si inimici sint et gentiles, annon odisse oportuit? Odisse quidem, non illos, sed dogma; non hominem, sed malum opus, corruptum animum. Homo namque est opus Dei, error autem opus diaboli. Ne ergo misceas ea quæ Dei sunt, et quæ diaboli. Nam Judæi erant et blasphemii et persecutores et contumeliosi, innumeraque de Christo dicebant mala: ergone illos oderat Paulus, qui maxime omnium Christum amabat? Nequaquam, imo et amabat, et omnia pro ipsis agebat: et nunc quidem dicit, *Voluntas quidem et deprecatio mea ad Deum fit pro illis ad salutem* (Rom. 10. 1); nunc autem, *Optabam anathema esse a Christo pro ipsis* (Rom. 9. 5). Sic et Ezechiel videns eos occidi dicebat: *Hei mihi, Domine, deles tu eos qui sunt reliqui ex Israel* (Ezech. 9. 8)? et Moyses: *Si quidem dimittis illis peccatum, dimitte* (Exod. 32. 31). Quid ergo dicit David? *Eos qui oderunt te, Domine, oderam, et super inimicos tuos tabescebam: perfecto odio oderam illos* (Psal. 138. 21. 22). Atqui non omnia, quæ a Davide in Psalmis dicta sunt, ex persona Davidis sunt dicta: etenim hic ipse dicit, *Tabernaculum fixi cum tabernaculis Cedar; et, Super flumina Babylonis illic sedimus et flevimus* (Psal. 119. 5. et 136. 4); neque vero vidit Babylonem, neque tabernacula Cedar: alioquin etiam nunc major a nobis exigitur philosophia. Quamobrem, rogantibus discipulis ut demitteretur ignis, ut tempore Eliæ, *Nescitis*, inquit Christus, *cujus spiritus estis* (Luc. 9. 55).

5. Tunc enim non impietatem modo, sed etiam impios ipsos odisse jubebantur, ut amicitia occasio ipsis esset iniquitatis; ideoque cognationes abscedit et commixtiones, et undique illos muniebat. Nunc autem, quia ad majorem nos duxit philosophiam et excelsiores posuit, quam ut damno hinc affici possemus, et admittere eos et consolari jubet. Neque enim nobis ab illis damnum, sed illis a nobis utilitas provenit. Quid ergo dicit? Non oportet odisse, sed misereri. Si enim oderis, quomodo errantem facile convertes? quomodo orabis pro infideli? Nam quod orare oporteat, audi quid dicat Paulus: *Obsecro igitur primum omnium fieri obsecrationes, orationes, postulaciones, gratiarum actiones pro omnibus hominibus* (1. Tim. 2. 1. 2). Quod autem tunc non omnes fideles essent, cuivis manifestum est. Et rursum, *Pro regibus, et iis qui in dignitate constituti sunt*. Quod porro hi impii essent et iniqui, hoc item perspicuum est. Deinde causam quoque orationis dicens, subjungit: *Hoc enim bonum est et acceptum in conspectu Salvatoris nostri Dei, qui omnes homines vult salvos fieri, et ad agnitionem veritatis venire* (Ibid. v. 3. 4). Ideo si gentilem mulierem invenerit cum fidei habitantem, non solvit conjugium: quamquam quid est mulieri viro conjunctius? *Erunt enim duo in carne una* (Gen. 2. 24): magnaque est illic animorum conjunctio et fervens

amor. Si autem impios et iniquos odio habituri simus, ultra progressi etiam peccatores odio habebimus, et sic ulterius procedens, a multis fratribus discinderis, imo ab omnibus: nemo enim, nemo certe sine peccato est. Nam si oporteat Dei inimicos odisse, non solum impios, sed etiam peccatores odio habere oportet: et sic erinius feris deteriores, omnes aversantes, arrogantia inflati, sicut ille Pharisæus. At non ita jussit Paulus, sed quomodo? *Monete incompósitos, consolamini pusillanimes, suscipite infirmos, patientes estote ad omnes* (1. *Thess.* 5. 14). Quid ergo, inquires, cum dicit: *Si quis non obedit verbo nostro per epistolam, hunc notate, et non commisceamini cum illo* (2. *Thess.* 3. 14)? Vere quidem hoc de fratribus dictum est; at non absolute, sed cum mansuetudine. Ne enim resces ea quæ sequuntur, sed et ea quæ sunt postea adjicias. Nam cum dixisset, *Ne commisceamini*, subjunxit: *Et nolite quasi inimicum existimare, sed admonete ut fratrem* (Ibid. v. 15).

Opus diaboli est alterum ab altero divellere. Caritas omnia superat. — Viden' quomodo in alium opus jubet odisse, non hominem? Nam opus diaboli est nos alterum ab altero divellere: et valde curabat ille caritatem de medio tollere, ut correctionis viam secaret, detineretque illum quidem in errore, te autem in inimicitia, deindeque arceret eum a via salutis. Quando enim medicus odit ægrotum et ab illo fugit, et ægrotus medicum aversatur, quandonam hic convalescet, cum neque hic illum advocet, neque ille ipsum adeat? Cur ergo, quæso, aversaris et fugis illum? an quia est impius? At ideo oportet illum adire et curare, ut ægrotum ad valetudinem revoces. Quod si incurabili morbo laborat, sed tu jussus es quod in te est facere: nam et Judas incurabili morbo laborabat, nec tamen destitit Deus illum curare. Ne itaque tu quoque defatigeris. Nam etiamsi, magno adhibito studio, ipsum ab impietate non liberēs, ac si liberasses mercedem accipies, et efficies ut ipse mansuetudinem tuam admiretur; sicque ad Deum tota hæc gloria transibit. Etiamsi enim miracula patres, etiamsi quidvis aliud facias, numquam te ita admirabuntur gentiles, ut cum te viderint mitem, mansuetum, suavesque mores exhibentem. Non est autem hoc modicum virtutis opus: multi enim tandem a malo liberabuntur. Nihil enim ita potest attrahere, ut caritas. Nam propter illa quidem te æmulantur, propter signa dico et miracula; propter hoc autem et admirabuntur et amabunt: te autem amantes, veritatem ultra progressi amplectentur. Si vero non statim fiat fidelis, ne mireris, neque urgeas, neque omnia simul quæras; sed sine illum interim laudare, amare, et sic ulterius procedens veniet. Et ut clare discas quantum hoc sit, audi quomodo etiam Paulus infidelem judicem adiens sese purget: nam ait, *Beatum me existinio, cum apud te sim me in iudicio defensurus* (Act. 26. 2). Hæc autem dicebat, non assentans ei, absit, sed ut eum mansuetudine lucraretur. Et ex parte lucratus est, et iudicem cepit, qui hactenus crimini obnoxius putabatur, et victoriam

ejus is ipse qui captus est splendida voce presentibus omnibus confitebatur dicens: *Parum abest quin mihi persuadeas ut fiam Christianus* (Act. 26. 28).

6. Quid ergo Paulus? Magis expandit sagenam et ait: *Optarem ego, non solum te, sed etiam omnes qui adsunt, hoc esse quod ego sum, exceptis his vinculis* (Ib. v. 29). Quid dicis, o Paule, *Exceptis vinculis?* et quænam tibi de cætero fiducia, si eorum te pudeat et ea fugias, et hoc tanto presente populo? annon in epistolis tuis hac de re ubique gloriaris, et te vincunt appellas, hancque catenam ubique nobis quasi diadema circumfers? quid ergo nunc factum est, ut vincula depreceris? Non ipse deprecor, inquit, neque me pudet, sed illorum infirmitati me attempero; nondum enim possunt suscipere meam gloriationem. Didici autem a Domino meo, non immittendam esse partem panni rudis in pannum veterem (Math. 9. 16): ideo sic loquutus sum. Nam male apud illos audit dogma nostrum, et crux illis invisa est. Si ergo vincula quoque adjiciam, majus odium erit. Ideo hæc sustuli, ut illud esset acceptum. Etenim contumeliosum illis videtur esse vinculis constringi, quia eam, quæ apud nos est, gloriam nondum degustarunt. Oportet igitur sese attemperare. Nam cum didicerint philosophari, tunc scient etiam hujus ferri pulchritudinem et splendorem qui ex vinculis oritur. Cum aliis namque disserens, hanc rem gratiam vocat dicens, *Datum est nobis a Deo non modo ut in ipsum credamus, sed etiam ut pro illo patiamur* (Philipp. 1. 29): tunc autem hoc unum optandum erat, ut crucem audientes non pudore afficerentur. Propterea ultra progreditur. Non enim si quis in regiam aliquem introducat, antequam vestibula quæ foris sunt aspexerit, cogit illum ut ea quæ intus sunt observet: sic enim nec mirabilia illa apparerent, nisi quis intra positus, omnia didicerit. Sic itaque et nos cum ethnicis disseramus cum attemperatione, cum caritate. Hæc quippe magna est magistra, quæ possit et ab errore abducere, et mores componere, atque ad philosophiam viam sternere, exque lapidibus homines facere. Et si vis ejus virtutem ediscere, adduc mihi virum timidum et qui vel strepitum formidet et umbras timeat; sitque iracundus, asper, et fera magis quam homo, salax et libidinosus, nullo non vitio affectus; et trade illum in manus caritatis, et in hoc gymnasium induc; et cito videbis timidum illum ac meticulosum, fortem effectum et magni animi, omniaque facile audentem. Quod autem mirabile est, hæc non mutata ejus natura fiunt, sed in ipsa timida anima suam caritas ostendit virtutem; et perinde fit atque si quis ensem plumbeum, non ferreum effectum, sed manentem in plumbi natura, efficiat ut eadem quæ ferrum operetur. Animum autem adhibe: Jacob sine fuco erat, domi habitans et laborum periculorumque expertus, vitam quamdam agens remissam et liberam, et sicut virgo in thalamo, sic intus sedens, ut plurimum domum servare cogebatur, a fori tumultu et ab omnibus hujusmodi liber, semper autem in quiete et in tranquillitate manens. Quid igitur? Postquam illi

ἀπορραγήσῃ τῶν πλειόνων, μᾶλλον δὲ πάντων· οὐ γὰρ ἔστιν, οὐκ ἔστιν οὐδεις ἀμαρτίας χωρὶς. Εἰ γὰρ δεῖ τοὺς ἔχθρους τοῦ Θεοῦ μισεῖν, οὐχὶ ἀσεβεῖς δεῖ μισεῖν μόνον, ἀλλὰ καὶ ἀμαρτωλοῦς· καὶ οὕτως ἐσόμεθα θηρίων χείρους, πᾶντας ἀποστρεφόμενοι, καὶ ἀπονοήφ φουσώμενοι, καθάπερ ὁ Φαρισαῖος ἐκείνος· Ἄλλ' οὐχ ὁ Παῦλος· οὕτως ἐκέλευσεν, ἀλλὰ πῶς; *Νουθετεῖτε τοὺς ἀτάκτους, παραμυθεῖσθε τοὺς διλιγνύχους, ἀντέχεσθε τῶν ἀσθενῶν, μακροθυμεῖτε πρὸς πάντας.* Τί οὖν φησιν, ὅταν λέγῃ, *Εἰ τις οὐχ ὑποκούει τῷ λόγῳ ἡμῶν διὰ τῆς ἐπιστολῆς, τοῦτες σημεῖουσθε, καὶ μὴ συναναμιγνυσθε αὐτῷ;* Μάλιστα μὲν περὶ ἀδελφῶν τοῦτο εἴρηται, πλὴν οὐδὲ τοῦτο ἀπλῶς, ἀλλὰ καὶ τοῦτο μετὰ ἡμερότητος. Μὴ γὰρ δὴ περικόφης τὰ ἐξῆς, ἀλλὰ καὶ τὰ μετὰ ταῦτα προστίθει. Καὶ γὰρ εἰπὼν, *Μὴ συναναμιγνυσθε, ἐπήγαγε, Καὶ μὴ ὡς ἔχθρον ἠγείσθε, ἀλλὰ νουθετεῖτε ὡς ἀδελφόν.*

Ὁρᾷς πῶς τὸ ἔργον μισεῖν τὸ φαῦλον, οὐχὶ τὴν ἀνθρώπων ἐκέλευσε; Καὶ γὰρ ἔργον τοῦ διαβόλου τὸ διαστῆν ἡμᾶς ἀπ' ἀλλήλων, καὶ σφόδρα ἐσπούδακεν ἀνελεῖν τὴν ἀγάπην. Ἰνα ἐκκόψῃ τῆς διορθώσεως τὴν ὁδὸν, καὶ κατὰσχη ἐκείνον μὲν ἐν πλάνῃ, σὲ δὲ ἐν ἀπεχθείᾳ, εἶθ' οὕτως ἀποτείχισῃ τῆς ἐκείνου σωτηρίας τὴν ὁδόν. Ὅταν γὰρ καὶ ὁ ἰατρὸς μισῇ τὸν κάμνοντα καὶ φεύγῃ, καὶ ὁ κάμνον τὸν ἰατρὸν ἀποστρέφεται, τότε ἀναστήσεται ὁ νοσῶν, ὅταν μῆτε ἐκείνος πρὸς αὐτὸν καλῇ, μῆτε οὗτος πρὸς αὐτὸν ἀπῆ; Τίνος δὲ ἔνεκεν, ἐπεὶ μοι, καὶ ἀποστρέφῃ καὶ φεύγῃς αὐτόν; ὅτι ἀσεβῆς ἔστιν; Οὐκοῦν διὰ τοῦτο δεῖ προσεῖσθαι καὶ θεραπεύειν, ἵνα ἀναστήσῃ νοσῶντα. Εἰ δὲ ἀνίατα νοσεῖ, ἀλλὰ σὺ τὸ σαυτοῦ ποιεῖν ἐκελεύσθης· ἐπεὶ καὶ ὁ Ἰούδας ἀνίατα ἐνόσει, καὶ οὐ διέλειπεν ὁ Θεὸς αὐτὸν θεραπεύων. Μὴ τοῖνον μῆδὲ σὺ ἀποκάμῃς. Κἂν γὰρ πολλὰ σπουδάσας μὴ ἀπαλλάξῃς τῆς ἀσεβείας αὐτόν, ὅμως καὶ τοῦ ἀπαλλάξαντος λήψῃ τὸν μισθόν, καὶ παρασκευάσεις αὐτόν θαυμάζειν σου τὴν ἡμερότητα, καὶ οὕτως εἰς τὸν Θεὸν ἢ δόξα ἅπανα αὕτη διαθήσεται. Κἂν γὰρ θαύματα ποιῆς, κἂν νεκροὺς γείρῃς, κἂν οἰοῖται ἐργάσῃ, οὐδέποτε σε οὕτω θαυμάσονται· Ἐλλήνες, ὡς ὅταν ἴδωσι πρᾶον καὶ [307] ἡμερον καὶ γλυκύν παρεχόμενον τρόπον. Οὐ μικρὸν δὲ καὶ τοῦτο κατόρθωμα· πολλοὶ γὰρ καὶ τέλεον ἀπαλλαγῆσονται τοῦ κακοῦ. Οὐδὲν γὰρ οὕτως ἐπισπάσασθαι δύναται, ὡς ἀγάπη. Ἐπ' ἐκείνοις μὲν γὰρ σε καὶ ζηλοτυπήσουσι, τοῖς σημεῖοις, λόγοις, καὶ θαύματι, ἐπὶ τοῦτω δὲ καὶ θαυμάσονται καὶ φιλήσουσι· φιλοῦντες δὲ καὶ τῆς ἀληθείας ἐπιλήψονται ὁδῷ προβαίνοντες. Εἰ δὲ οὐκ εὐθέως γίνεται πιστός, μὴ θαύμαζε μῆδὲ ἐπιείγῃ μῆδὲ ἅπαντα ὁμοῦ ζῆται, ἀλλ' ἔασον αὐτὸν τέως ἐπαινεῖν, φιλεῖν, καὶ εἰς τοῦτο ὁδῷ προῦν ἦξει. Καὶ ἵνα μάθῃς σαφῶς ἡλίον τοῦτο ἔστιν, ἀκουσον πῶς καὶ Παῦλος πρὸς δικαστὴν εἰσὼν ἀπιστον ἀπελογεῖτο. *Μακάριον γὰρ, φησίν, ἡγῆμαι ἔμμευτόν, μέλλων ἐπὶ σοῦ κρῖνεσθαι.* Ταῦτα δὲ ἔλεγεν, οὐ κολακεύων αὐτόν, ἀπαγε, ἀλλὰ διὰ τῆς ἡμερότητος κερδᾶναι βουλόμενος. Καὶ ἐκ μέρους ἐκέρανε, καὶ τὸν δικαστὴν εἶλεν ὅ τέως κατὰδικος εἶναι νομίζόμενος, καὶ τὴν νίκην αὐτὸς ὁ χειρωθεὶς ὁμολογεῖ λαμπρᾶ τῇ φωνῇ παρόντων ἀπάντων λέγων, *Ἐν ὀλίγῳ με πείθεις Χριστιανὸν γενέσθαι.*

ς'. Τί οὖν ὁ Παῦλος; Ἐπὶ πλέον ἀποστῆν σαγήνην, καὶ φησιν· *Εὐξαιμην ἂν ἐγώ γε μὴ μόνον σε, ἀλλὰ*

καὶ τοὺς παρόντας ἅπαντας τοῦτο γενέσθαι δεῖ· ἐγώ, ἀνευ τῶν δεσμῶν τούτων. Τί λέγεις, ὦ Παῦλε, Ἄνευ τῶν δεσμῶν; καὶ ποῖα σοι λοιπὸν παρήρησι, εἰ ταῦτα αἰσχύνῃ καὶ φεύγεις, καὶ ταῦτα ἐπὶ δήμου τοσοῦτου; οὐ πανταχοῦ τῶν ἐπιστολῶν ἐπὶ τῷ πράγματι τοῦτω καυχᾶσαι, καὶ δέσμιον ὁσαυτὸν καλεῖς, καὶ τὴν ἄλυσιν ταύτην ἡμῖν ἀντὶ διαθήματος; πανταχοῦ περιφέρεις; τί τοῖνον γέγονε νῦν, ὅτι ἀπέυχη τὰ δεσμά; Οὐκ αὐτὸς ἀπέυχομαι, φησίν, οὐδὲ αἰσχύνομαι, ἀλλ' ἐκείνων τῇ ἀσθενείᾳ συγκαταβαίνω. Ὅπως γὰρ χωροῦσιν δέξασθαι τὸ καύχημα τὸ ἐμόν. Ἐμαθὸν δὲ παρὰ τοῦ δεσπότη μου μὴ ἐπιβάλλειν ἐπιβλημὰ ῥάκου; ἀγάφου ἐπὶ ἱματίῳ παλαιῷ· διὰ τοῦτο οὕτως εἶπον. Καὶ γὰρ διαβέβληνται τέως πρὸς τὸ δόγμα τὸ ἡμέτερον, καὶ πρὸς τὸν σταυρὸν ἀπεχθῶς ἔχουσιν. Ἄν τοῖνον καὶ τὰ δεσμά προσθῶ, μείζον τὸ μίτος γίνεται. Διὰ τοῦτο ἀνεῖλον ταῦτα, ἵνα ἐκείνω εὐπαράδεκτον γένηται. Καὶ γὰρ ἵκονεῖσιν αὐτοῖς εἶναι δοκεῖ τὸ δεδέσθαι, ἐπεὶ μῆδέπω τῆς παρ' ἡμῖν ἐγεύσαντο δόξης. Δεῖ τοῖνον συγκαταβαίνειν. Ὅταν γὰρ μάθωσι φιλοσοφεῖν, τότε εἰσονται καὶ τοῦ σιδήρου τοῦτου τὸ κάλλος, καὶ τὴν ἀπὸ τῶν δεσμῶν περιφάνειαν. Ἄλλοις γοῦν διαλεγόμενος, καὶ χάριν τὸν πράγματι καλεῖ λέγων, ὅτι Ἐδόθη ἡμῖν ἀπὸ Θεοῦ οὐ μόνον τὸ εἰς αὐτὸν πιστεύειν, ἀλλὰ καὶ τὸ ὑπὲρ αὐτοῦ πάσχειν· τὸ δὲ τέως ἀγαπήτων ἦν τὸ τὸν σταυρὸν τοὺς ἀκούοντας μὴ ἐπαισχυνθῆναι. Διὰ τοῦτο ὁδῷ πρόειπεν. Οὐδὲ γὰρ εἰς βασιλείᾳ τις εἰσάγων τινὰ, πρῶν ἢ τὰ προπύλαια θεάσασθαι ἔξω ἐστῶτα, ἀναγκάζει κατοπετεύειν τὰ ἔνδον· οὕτω γὰρ οὐδὲ θαυμαστὰ φανεῖται, ἂν μὴ τις ἔνδον γενόμενος, ἅπαντα καταμάθοι. Οὕτω τοῖνον καὶ ἡμεῖς τοῖς Ἑλλήνων παισὶ προσβάλλωμεν, μετὰ [508] συγκαταβάσεως, μετὰ ἀγάπης. Μεγάλῃ γὰρ αὕτη διδάσκαλος, καὶ ἱκανὴ καὶ πλάνης ἀπαγαγίει, καὶ τρόπον μεταρρυθμίσει, καὶ πρὸς φιλοσοφίαν χειραγωγῆσαι, καὶ ἀπὸ λίθων ἀνθρώπους ἐργάσασθαι. Καὶ εἰ βούλει· μαθεῖν αὐτῆς τὴν δύναμιν, ἄγε μοι ἄνδρα δεῖλδν καὶ φοφοδεῖ καὶ τὰς σκιὰς τρέμοντα, καὶ ὄργιλον καὶ τραχύν καὶ θηρίον μᾶλλον ἢ ἀνθρώπων, καὶ λάγον καὶ ἀσελγῆ, καὶ πᾶσαν ἔχοντα κακίαν, καὶ παράδοξον αὐτὸν ταῖς τῆς ἀγάπης χερσὶ, καὶ εἰς τὴν γυμνάσιον εἰσάγαγε τοῦτο, καὶ ὄψε· ταχέως τὸν δεῖλδν ἐκείνον καὶ ἀτολμον, ἀνδρείον καὶ μεγαλόψυχον γινόμενον καὶ πάντα τολμῶντα βράδιος. Καὶ τὸ ἦ θαυμαστὸν, ὅτι οὐ τῆς φύσεως αὐτῷ μεταβληθείσης ταῦτα γίνεται, ἀλλ' ἐν αὐτῇ τῇ δειλῇ ψυχῇ τὴν ἐαυτῆς ἐνδείκνυσιν δύναμιν ἢ ἀγάπῃ· καὶ ταυτὸν γίνεται, οἷον ἂν εἰ τις μάχαιραν μολιθδίνην, οὐ σιδηρᾶν ποιήσας, ἀλλὰ μένωσαν ἐπὶ τῆς τοῦ μολιθδίου φύσεως, τὰ σιδήρου ἐργάζεσθαι παρασκευάσῃ. Σκόπει δέ· Ὁ Ἰακώβ ἀπλαστός ἦν, οἰκῶν οἰκίαν, καὶ πόνον ἀμελέτητος καὶ κινδύων, ἀνεμῆνον τινὰ βίον ζῶν καὶ λευθέρον, καὶ καθάπερ παρθένος ἐν θαλάμῳ, οὕτω καὶ οὗτος ἔνδον καθήμενος τὰ πλείονα οἰκουρεῖν ἠναγκάζετο, ἀγορᾶς μὲν καὶ τῶν ἐκ τῆς ἀγορᾶς θορύβων καὶ πάντων τῶν τοιοῦτων ἀπηλλαγμένος, διαπαντός δὲ ἐν ἀδείᾳ καὶ ἡσυχίᾳ μένων. Τί οὖν; Ἐπειδὴ αὐτὸν ὁ πυρὸς τῆς θγάπης ἀνήψε, πᾶν ἀπλαστον τοῦτον καὶ οἰκοῦντα οἰκίαν ὄρα πῶς ἐποίησε καρτερικὸν καὶ φιλόπονον. Καὶ ταῦτα μὴ παρ' ἐμοῦ, ἀλλὰ παρ' αὐτοῦ ἀκουε τοῦ πατριάρχου. Ἐγκαλῶν γὰρ τῷ κηδεστῇ, φησὶ, *Ταῦτά μοι εἰκοσιν ἔτη ἐγώ εἰμι μετὰ σοῦ.* Καὶ πῶς τὰ εἰκοσιν ἔτη ἐγένου; καὶ γὰρ καὶ ταῦτα προστίθει, *Συγκαίόμενος τῷ κούματι τῆς ἡμέρας, καὶ τῷ παγετῷ τῆς νυκτός, καὶ ἀριστάτο ὁ ὕπνος ἀπὸ*

τῶν *ὀφθαλμῶν μου*. Ταῦτα ὁ ἀπλαστὸς καὶ οἰκῶν οἰκίαν καὶ τὸν ἀνειμένον βίον ζῶν. Ὅτι δὲ καὶ δειλὸς ἦν, δῆλον ἐξ ὧν τὸν Ἡσαῦ προσδοκῶν ὕβρισθαι, ἐτεθίγηκε τῷ δέει. Ἄλλ' ὅρα πῶς πάλιν οὗτος ὁ δειλὸς λέοντος θρασύτερος ὑπὸ τῆς ἀγάπης γέγονε. Καθάπερ γάρ τινα πρόβουλον ἑαυτὸν πρὸ τῶν ἄλλων τάξας ἀπάντων, ἕτοιμος ἦν τὸν ἀγριον ἐκείνον καὶ φόνου πνέοντα, καθὼς ᾤετο, δέξασθαι πρῶτος, καὶ ἐν τῷ οἰκεῖν σώματι ταῖς γυναιξὶ τὴν ἀσφάλειαν κατασκευάσαι· καὶ ὃν ἐδοδοίκει καὶ ἐφοριττε, πρῶτος ἰδεῖν ἐπὶ τῆς παρατάξεως ἐπεθύμει. Τοῦ γὰρ φόβου τούτου δυνατώτερος ἦν ὁ τῶν γυναικῶν πόθος. Εἶδες πῶς δειλὸς ὦν, τολμητῶς γέγονεν ἀθρόον, οὐ τὴν ἕξιν μεταβαλὼν, ἀλλ' ὑπὸ τῆς ἀγάπης κρατυνθείς; Ὅτι γὰρ καὶ μετὰ ταῦτα δειλὸς ἦν, δῆλον ἐξ ὧν τόπους ἐκ τόπων ἀμείβει. Ἀλλὰ μηδεὶς νομιζέτω κατηγορίαν εἶναι τοῦ δικαίου τὰ εἰρημένα. Οὐ γὰρ τὸ δειλὸν εἶναι, ἔγκλημα· τοῦτο γὰρ φύσεως· ἀλλὰ τὸ διὰ δειλίαν τι ποιεῖν τῶν μὴ προσηκόντων. Ἔστι γὰρ καὶ δειλὸν ὄντα τῆ φύσει, ἀνδρῶν γενέσθαι ὑπὸ τῆς εὐλαβείας. Τί δὲ ὁ Μωυσῆς; οὐχὶ ἕνα Αἰγύπτιον φοβηθείς ἐφυγε, καὶ πρὸς τὴν ὑπερολίαν μετέστη; Ἄλλ' ὅμως ὁ φυγῆς οὗτος, καὶ ἐνδὸς ἀνδρὸς ἀπειλὴν οὐκ ἐνεγκῶν, ἐπειδὴ ἐγεύσατο τοῦ μέλιτος [309] τῆς ἀγάπης, καλῶς καὶ μηδεὶς καταναγκάζοντος συναπολαῖσθαι τοῖς ἀγαπωμένοις ἠπέγειτο. *Εἰ μὲν γὰρ ἀφῆς αὐτοῖς τὴν ἀμαρτίαν*, φησὶν, *ἄφες· εἰ δὲ μὴ, καμὲ ἐξάλειψον ἐκ τῆς βίβλου σου ἧς ἐγγράφας*. Ὅτι δὲ καὶ τὸν θρασὺν ἐπεικῆ, καὶ τὸν ἀσελ-

γῆ σώφρονα ποιεῖ τὸ φιλεῖν, οὐδὲ παραδειγμάτων ἡμῖν ἐνταῦθα χρεῖα λοιπὸν· πᾶσι γὰρ τοῦτο δῆλον· κἂν θηρίου παντός τις ἀγριώτερος ἦ, προβάτου παντὸς ἡμερώτερος ἀπὸ τοῦ φιλεῖν γίνεται. Τί γὰρ τοῦ Σαοὺλ ἀγριώτερον ἦν καὶ μανικώτερον; Ἄλλ' ἦνίκα τὸν ἐχθρὸν ἀπέλυσε ἡ θυγάτηρ, οὐδὲ ῥῆμα πρὸς αὐτὴν ἐξέβαλε πικρὸν· καὶ ὁ τοὺς ἱερέας ἄρδην ἀπαντας κατασφάξας διὰ τὸν Δαυὶδ, τὴν θυγατέρα ὀρών ἐκ τῆς οἰκίας αὐτὸν ἀφείσαν, οὐδὲ μέχρι λόγου πρὸς αὐτὴν ἠγανάκτησε, καὶ ταῦτα ἀπάτης τοσαύτης ἐπ' αὐτὸν συντεθείσης· δυνατωτέρω γὰρ χαλινῷ τῷ τῆς ἀγάπης κατεῖχεται. Ὅσπερ δὲ ἐπεικῆς, οὕτω καὶ σώφρονας οἶδεν αὕτη ποιεῖν· κἂν τὴν ἑαυτοῦ τις ἀγαπᾷ γυναῖκα οὕτως, ὡς ἀγαπᾷν δεῖ, κἂν μυριάκις ἀσελγῆς ἦ, οὐκ ἀνέξεται ἐτέραν ἰδεῖν διὰ τὸν πρὸς ἐκείνην πόθον. *Κραταιὰ γὰρ, φησὶν, ὡς θάνατος ἡ ἀγάπη*. Ὅστε οὐδαμῶθεν ἄλλοθεν τὸ ἀσελγαίνειν γίνεται, ἢ ἐκ τοῦ μὴ φιλεῖν. Ἐπεὶ οὖν δημιουργὸς ἀρετῆς ἀπάσης ἡ ἀγάπη, μετὰ ἀκριβείας ἀπάσης ἐν ταῖς ἑαυτῶν καταφτεύουσαι αὐτὴν ψυχαίς, ἵν' ἡμῖν πολλὰ κομίσῃ τὰ ἀγαθὰ, καὶ βρῶντα αὐτῆς διηνεκῶς τὸν καρπὸν ἐχωμεν, τὸν ἀεὶ τεθηλότα καὶ οὐδέποτε μαραινόμενον. Οὕτω γὰρ καὶ τῶν αἰωνίων ἐπιτευξόμεθα ἀγαθῶν· ὧν γένοιτο πάντας ἡμᾶς ἐπιτυχεῖν, χάριτι καὶ φιλανθρωπίᾳ τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, μεθ' οὗ τῷ Πατρὶ, ἅμα τῷ ἁγίῳ Πνεύματι, δόξα, κράτος, τιμὴ, ὦν καὶ ἀεὶ, καὶ εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰῶνων. Ἀμήν.

ΟΜΙΛΙΑ ΑΔ'.

Εἶτε δὲ προσητεῖαι καταργηθήσονται, εἶτε γλῶσσαι παύσονται, εἶτε γνῶσις καταργηθήσεται.

α'. Δεῖξας τῆς ἀγάπης τὴν ὑπεροχὴν ἐκ τοῦ καὶ τὰ χαρίσματα καὶ τὰ τοῦ βίου κατερθύματα αὐτῆς δεῖσθαι, ἐκ τοῦ τὰς ἀρετὰς αὐτῆς ἀριθμῆσαι πάσας, καὶ φιλοσοφίας ἀκριβοῦς ὑπόθεσιν ἀποφῆναι, ἐξ ἐτέρου πάλιν τρίτου κεφαλαίου δείκνυσιν αὐτῆς τὴν ἀξίαν. Καὶ ταῦτα ποιεῖ τοὺς τε ἠλαττώσθαι δοκοῦντας πείσαι θέλων, ὅτι ἐξεστὶν αὐτοῖς τὸ κεφάλαιον τῶν σημείων ἔχειν, καὶ οὐδὲν ἕλαττον ἔξουσι τῶν λόγοντων τὰ χαρίσματα, εἰ ταύτην ἔχοιεν, ἀλλὰ καὶ πολλῷ πλέον· καὶ τοὺς ἔχοντας τὰ μεγάλα χαρίσματα πάλιν καὶ ἐντεῦθεν ἐπαυρομένους, ταπεινώσαι σπουδαίω, καὶ δεῖξαι μηδὲν ἔχοντας, ἐὰν μὴ ταύτην ἔχωσιν. Οὕτω γὰρ ἐμελλόν τε ἀλλήλους ἀγαπᾶν, βσκανιάς τε καὶ ἀπονοίας ἐντεῦθεν ἀναιρουμένης, ἀγαπῶντες τε πάλιν πορρωτέρω ταῦτα ἐξῴριζον τὰ πάθη· Ἡ γὰρ ἀγάπη οὗ ζῆλοῖ, οὐ φυσιοῦται. Ὅστε πανταχόθεν τείχος αὐτοῖς ἀρῆαγῆς περιέβαλε, [310] καὶ πολυπόκον ὁμόνοιαν ἀναιροῦσάν τε τὰ νοσήματα ἅπαντα, καὶ ἐντεῦθεν πάλιν ἰσχυροτέραν γινομένην. Διὰ τοῦτο καὶ μυρίαὺς ἐκίνησε λογισμοὺς τοὺς δυναμένους αὐτὸν παραμυθήσασθαι τὴν ἀθυμίαν. Καὶ γὰρ τὸ αὐτὸ Πνεῦμα δίδωσι, φησὶ, καὶ πρὸς τὸ συμφέρον δίδωσι, καὶ ὡς βούλεται διαιρεῖ, καὶ χαριζόμενον, οὐκ ὀφείλον διαιρεῖ. Κἂν μικρὸν λάβῃς, ὁμοίως εἰς τὸ σῶμα τελείς, καὶ πολλῆς καὶ οὕτως ἀπολαύεις τιμῆς· καὶ ὁ τὸ μείζον ἔχων, σοῦ τοῦ ἐλαττον ἔχοντος δεῖται· καὶ ὅτι τὸ μέγιστον χάρισμα καὶ ἡ καθ' ὑπερβολὴν ὁδὸς ἐστὶν ἡ ἀγάπη.

* Legendum putat Savilius οὐ θέλοντας, et sic legit veteris interpres.

fax amoris accendit, vide quomodo simplicem illum et domum incolentem, fortem et laboriosum reddiderit : et hoc non a me, sed ab ipso patriarcha audi. Socerum enim incusans, ait : *Hos viginti annos tecum ego sum* (Gen. 31. 38. 40). Et quomodo fuisti hos viginti annos? nam et hoc quoque adjecit : *Adustus aestu diei et frigore noctis, et abscessit somnus ab oculis meis*. Hæc ille sine fuco, qui domi habitabat ac remissam ducebat vitam. Quod autem timidus esset, palam est ex eo quod, cum se Esaû visurum expectaret, metu moreretur. Sed vide rursus quomodo ille timidus leone audacior ex amore factus sit. Nam velut quidam propugnator ante alios omnes positus, paratus erat ferocem illum et cædem spirantem, ut existimabat, primus excipere, et in corpore suo mulieribus securitatem apparare, et eum quem timuerat et formidaverat, primus instructa acie videre cupiebat. Hoc quippe timore fortior erat uxorum amor. Viden' quomodo, timidus cum esset, audax subito factus sit, non mutato habitu, sed ab amore roboratus? Nam quod etiam postea timidus esset, palam est ex eo, quod locum ex loco mutaret. Sed nemo putet ea, quæ dicta sunt, justi esse accusationem. Non enim timidum esse culpa est : nam hoc est naturæ ; sed ex timore aliquid contra officium patrare. Potest enim quis natura timidus, a pietate fortis et magni animi effici. Quid autem Moyses? annon Ægyptium unum timens fugit, et in exilium ivit? Attamen ille fugitivus, qui viri unius minas non tulerat, postquam gustavit mel caritatis, pulchre ac nemine cogente, ut

una cum dilectis periret festinabat. Si enim, inquit, *dimittis illis peccatum, dimitte ; sin minus, et me dele de libro tuo, quem scripsisti* (Exod. 32. 31). Quod autem amor et trucem mansuetum, et libidinosum castum efficiat, non hic ultra exemplis nobis opus ; id enim omnibus palam est : etiamsi fera quavis immanior quis fuerit, ove mansuetior ex amore efficitur. Nam quid Saûle immanius et furiosius erat? Sed quando filia ejus inimicum solvit, ne verbum quidem amarum contra illam emisit : et qui sacerdotes omnes penitus interfecerat propter Davidem, filiam quæ ex domo illum emiserat, ne verbo quidem tenus adversus illam indignatus est, etiamsi fraus illa adversum se adornata fuisset : potentiore namque amoris freno detinebatur. Ut autem mansuetos, ita et temperantes solet caritas facere : si quis enim uxorem suam amat, ut amare oportet, quantumvis natura sit libidinosus, nunquam aliam videbit, suæ amore ductus : nam ait, *Fortis est ut mors dilectio* (Cant. 8. 6). Itaque non aliunde quis libidinosus est, quam quod non amet. Quoniam igitur omnis virtutis opifex est caritas, cum accuracione omni illam in animis nostris inseramus, ut nobis multa conferat bona, et uberem ejus fructum perpetuo decerpamus, semper virentem, qui nunquam marcescat. Sic enim æterna consequemur bona : quæ utinam nos omnes adipisci contingat, gratia et benignitate Domini nostri Jesu Christi, qui cum Patri unaque Spiritui sancto gloria, imperium, honor, nunc et semper, et in sæcula sæculorum. Amen.

HOMILIA XXXIV.

CAP. 13. v. 8. *Sive prophetiæ evacuabuntur, sive linguæ cessabunt, sive scientia destruetur.*

1. Cum caritatis excellentiam ostendisset, ex eo quod et charismata et ea quæ in vita præclare geruntur ea indigeant ; ex eo quod ejus omnes virtutes enumeraverit, et perfectæ philosophiæ fundamentum esse præbarit ; ex alio rursus tertioque capite ejus ostendit dignitatem. Et hoc facit, tum ut illis qui imminuti esse videbantur persuadeat licere ipsis signorum etiam caput seu facultatem habere, nihilque minus obtinere quam ii qui charismata habent, si illam habeant, imo multo majus ; tum etiam ut eos qui majora charismata haberent indeque extollerentur, hinc deprimat, et ostendat eos nihil habere, nisi hanc obtineant. Ita enim sese et mutuo dilecturi erant, invidia et arrogantia sic de medio sublatis, et rursus sese mutuo diligentes, hæc vitia procul amandabant : nam *Caritas non æmularur, non inflatur*. Itaque muro illos undique firmissimo cinxit, et multiplici concordia, quæ morbos omnes tolleret et hinc rursus fortior evaderet. Ideoque innumerabiles agitavit rationes, quæ possent ipsorum dolorem consolari. Nam idem dat Spiritus, inquit, et ad utilitatem dat, et ut vult dividit, et gratis dans, non debens, dividit. Etiamsi vero parum acceperis, similiter ex corpore es, et multo sic etiam frueris honore :

ac qui majus habet, te qui minus habes indiget : et maximum charisma, excellentiorque via est caritas.

Caritas omnia tollit mala. — Hæc porro dicebat, duplici vinculo stringens illos invicem ; et quod putarent se non minus habere illa præsentem, et quod ad illam accurrentes illamque obtinentes, nihil ultra humanum paterentur, tum quia radicem charismatum haberent, tum quia non ultra possent, etiamsi nihil haberent, contendere. Nam qui semel a caritate captus est, a contentione liber est. Quamobrem ostendens, quanta inde bona decerpuri sint, fructus ejus descripsit, per illius encomia morbos illorum reprimens. Etenim quæ dicta sunt singula, pharmacum erant quod sufficeret ad illorum curanda vulnera. Ideoque dicebat, *Patiens est*, adversus eos qui inter se contendunt ; *Benigna est*, adversus eos qui dissident et occulto feruntur odio ; *Non æmularur*, contra eos qui invident plus habentibus ; *Non agit perperam*, adversus eos qui disjuncti sunt ; *Non inflatur*, contra eos qui in alios extolluntur ; *Non incore agit*, contra eos qui nolunt se attemperare ; *Non quaerit quæ sua sunt*, adversus eos qui cæteros despiciunt ; *Non irritatur, non cogitat malum*, adversus eos qui contumeliam inferunt ; *Non gaudet super iniquitate, congaudet autem veritati*, rursus adversus invidos ; *Omnia suffert*, adversus eos qui insidias parant ; *Omnia sperat*, adversus eos qui desperant ; *Omnia*

sustinet, numquam excidit, contra eos qui facile dissident. Quia igitur illam undique magnam exhibuit cum hyperbole omni, rursus ex alio capite hoc facit, per comparationem aliam ejus dignitatem extollens, et sic dicens: *Sive prophetiæ evacuabuntur, sive linguæ cessabunt*. Si enim hæc utraque propter fidem inducta sunt, hæc ubique terrarum dispersa, jam superfluis illorum usus fuerit. Sed mutua illa dilectio non cessabit, imo magis crescet, et hic et in futuro, tuncque magis quam nunc. Illic enim multa sunt quæ caritatem emolliant et minuunt, pecuniæ, negotia, morbi corporum, ægritudines animæ; illic vero nihil horum aderit. Sed quod prophetiæ et linguæ cessent, mirum non est; quod autem scientia destruiatur, hoc certe quæstionem movet: nam et hoc adjecit dicens, *Sive scientia destruetur*. Quid ergo? in ignorantia tunc victuri sumus? Absit: nam tunc maxime augenda scientia est; ideoque dicebat: *Tunc cognoscem sicut et cognitus sum* (1. Cor. 13. 12). Propterea, ne perinde atque prophetiam et linguas hæc cessaturam esse putares, cum dixisset, *Sive scientia destruetur*, non tacuit, sed modum destructionis subjunxit, cito addens illud: 9. *Ex parte cognoscimus, et ex parte prophetamus*. 10. *Cum autem venerit quod perfectum est, tunc evacuabitur quod ex parte est*. Non ergo scientia destruitur, sed illa ex parte tantum scientia: non enim solum tot tantaque sciemus, sed etiam multo plura. Ut autem illud exemplo palam faciam: nunc scimus Deum ubique esse, sed quomodo, nescimus: quod ex nihilo omnia fecerit scimus, modum autem ignoramus: quod ex Virgine natus sit, quomodo autem, non item. Tunc autem quid amplius et clarius de his cognoscemus. Deinde ostendit quantum intersit, et quod hic deficit non esse parvum, dicens: 11. *Cum essem parvulus, loquebar ut parvulus, sapiebam ut parvulus: cum autem factus sum vir, evacuavi quæ erant parvuli*. Per illud autem exemplum hoc ipsum rursus declarat, dicens: 12. *Videmus enim nunc per speculum*.

2. Deinde quia speculum id quod videtur utcumque monstrat, subjunxit, *In ænigmate*, ex hyperbole monstrans per modicas partes esse præsentem scientiam. *Tunc autem facie ad faciem*; non quod faciem habeat Deus, sed ut rem clarius et magis perspicue dicat. Vides omnia discentes per incrementum? *Nunc cognosco ex parte, tunc autem cognoscam sicut et cognitus sum*. Viden' quomodo fastum eorum dupliciter deprimat? quod et per partes sit scientia, et quod non illam ex se habeant. Non enim ego illum novi, sed se ipse mihi notum fecit, inquit. Quemadmodum ergo ipse me novit prior nunc, et ipse ad me accurrit: sic ego tunc ad illum accurrain multo magis, quam nunc. Etenim qui in tenebris sedet, donec viderit solem, non ipse accurrit ad pulchritudinem radii, sed illa seipsam ostendit, quando illuxerit: cum autem ejus splendorem susceperit, tunc et ipse demum lucem persequitur. Hoc ergo sibi vult illud, *Sicut et cognitus sum*: non quia ita illum cognituri sumus, sicut ipse nos cognoscit; sed

quia sicut ille ad nos nunc accurrit, ita et nos sic tunc ipsum insequemur, et multa, quæ nunc arcana sunt, sciemus, et beatissima illa fruemur consuetudine et sapientia. Si enim qui tam multa sciebat Paulus parvulus erat, cogita quanta illa sint: si hæc sunt speculum et ænigma, hic mihi consideres quanta sit facies. Ut autem tibi parvum quidpiam aperiam circa differentiam hæc, et radium quempiam obscurum hujus cognitionis in animam tuam immittam, recordare eorum quæ in lege sunt, nunc cum gratia effulsit. Etenim illa ante gratiam magna quædam et mirabilia videbantur esse; attamen audi quid dicat de illis post gratiam Paulus: *Non glorificatum fuit quod claruit in hac parte, propter supereminentem gloriam* (2. Cor. 3. 10). Ut autem quod dico clarius evadat, in unam aliquam rem, quæ tunc mystice peragebatur, sermonem transferamus, et tunc videbis quantum sit intervallum: et si vis, Pascha in medium afferamus et vetus et novum, et tunc scies excellentiam. Illud enim celebrabant etiam Judæi, hoc autem pacto celebrabant, ut in speculo et in ænigmate: arcana autem hæc mysteria ne in mentem quidem illis unquam venerant, neque sciebant quænam essent ea, quæ illa prænuntiabant; sed ovem videbant mactari, et sanguinem bruti, et portas illo unctas; quod autem Filius Dei incarnatus mactandus esset et orbem liberaturus totum, daturusque et Græcis et barbaris sanguinem hunc degustandum, cælum aperturus omnibus, et quæ illic sunt humano generi oblaturus; et carnem illam sanguine cruentatam deducturus supra cælum et cælum cæli, et omnes omnino supernos angelorum, archangelorum aliarumque virtutum exercitus, et in ipso throno regio ad dexteram Patris sessuram collocaturus, gloria ineffabili fulgentem: hæc certe neque illorum, neque aliorum hominum quispiam vel præscivit, vel in mentem vocare potuit. Sed quid dicunt ii qui omnia audent? Illud, *Nunc cognosco ex parte*, de dispensationibus dictum esse; ipsum enim perfectam de Deo cognitionem habuisse. Et quomodo se infantem vocat? quomodo per speculum videt? quomodo in ænigmate, si totam habet scientiam? cur illud quasi eximium tribuit Spiritui, et nulli alii creatæ potestati, dicens: *Quis enim novit quæ sunt hominis, nisi spiritus hominis, qui est in ipso? Sic et quæ Dei sunt nemo novit, nisi Spiritus Dei* (1. Cor. 2. 11). Et Christus rursus sui solius hoc esse dicit ita loquens: *Non quod Patrem vidit quisquam, nisi qui est a Deo, hic vidit Patrem* (Joan. 6. 46); visionem dicens clarissimam et perfectissimam cognitionem. Quomodo autem is qui substantiam novit, œconomias et dispensationes ignorabit? Illa enim cognitio hæc major est. Ignoramus ergo, inquit, Deum? Absit: sed quod quidem sit novimus; quid autem substantia sit, non item. Et ut scias quod non de dispensationibus dixerit illud, *Nunc cognosco ex parte*, audi sequentia: subjunxit ergo, *Tunc autem cognoscam sicut et cognitus sum*. Non autem a dispensationibus et œconomis cognitus est, sed a Deo. Nemo igitur vel parvam vel simpli-

κατὰ σύγκρισιν ἐτέραν ἐπαίρων αὐτῆς τὸ ἀξίωμα, καὶ λέγων οὕτως· *Εἶτε δὲ προφητεῖαι καταργηθήσονται, εἶτε γλώσσαι παύσονται*. Εἰ γὰρ ἀμφότερα ταῦτα τῆς πίστεως ἔνεκεν εἰσηνήκεται, ταύτης πανταχοῦ διασπαρείσῃ, περιττὴ τούτων ἡ χρεια λοιπὴν. Ἄλλ' οὐ τὸ ἀγαπᾶν ἀλλήλους παυθήσεται, ἀλλὰ καὶ ἐπιδόως μεϊζόνως, καὶ ἐνταῦθα καὶ κατὰ τὸ μέλλον, καὶ τότε μᾶλλον ἢ νῦν. Ἐνταῦθα μὲν γὰρ πολλὰ τὰ χανουόντα τὴν ἀγάπην, χρήματα, πράγματα, πάθη σωμάτων, νοσήματα ψυχῆς· ἐκεῖ δὲ οὐδὲν τούτων. Ἄλλὰ τὸ μὲν προφητείας καταργεῖσθαι καὶ γλώσσας, θαυμαστὸν οὐδέν· τὸ δὲ γλώσσι καταργεῖσθαι, τοῦτο ἐστὶ τὴν ἀπορίαν ποιοῦν· καὶ γὰρ καὶ τοῦτο προσέθηκεν εἰπὼν, *Εἶτε γνώσις καταργηθήσεται*. Τί οὖν; ἐν ἀγνωσίᾳ μέλλομεν ζῆν τότε; Ἄπαγε· καὶ γὰρ τότε μάλιστα [311] ἐπιταθῆναι εἰκὸς τὴν γνώσιν. Διὸ καὶ ἔλεγε, *Τότε ἐπιγνώσομαι, καθὼς καὶ ἐπεγνώσθη*. Διὰ τοι τοῦτο, ἵνα μὴ ὁμοίως τῇ προφητεῖᾳ καὶ ταῖς γλώσσαις καὶ ταύτην καταργεῖσθαι νομίσης. Εἰπὼν, *εἶτε γνώσις καταργηθήσεται, οὐκ εἰσῆγγεν, ἀλλ' ἐπήγαγε* καὶ τὸν τρόπον τῆς καταργήσεως, ταχέως προσθεὶς τὸ, *Ἐκ μέρους γινώσκωμεν, καὶ ἐκ μέρους προφητεῦομεν*. Ὅταν δὲ ἔλθῃ τὸ τέλειον, τότε τὸ ἐκ μέρους καταργηθήσεται. Οὐκ ἄρα ἡ γνώσις καταργεῖται, ἀλλὰ τὸ μερικὴ εἶναι γνώσις· οὐκέτι γὰρ τοσαῦτα εἰσόμεθα μόνον, ἀλλὰ καὶ πολλῶν πλείονα. Ἴνα δὲ καὶ ἐπὶ ὑποδείγματος αὐτὸ ποιήσω φανερόν, νῦν ἴσμεν ὅτι πανταχοῦ ἐστὶν ὁ Θεός, ἀλλὰ πῶς, οὐκ ἴσμεν. Ὅτι ἐξ οὐκ ὄντων τὰ ὄντα ἐποίησεν, ἴσμεν· τὸν δὲ τρόπον ἀγνωσοῦμεν· ὅτι ἐκ Παρθένου ἐτέχθη, πῶς δὲ, οὐκέτι. Τότε δὲ εἰσόμεθά τι πλεόν καὶ σαφέστερον περὶ τούτων. Εἶτα δεικνύσι καὶ τὸ μέσον ὅσον, καὶ ὅτι οὐ μικρὸν τὸ λειπόμενον, λέγων· *Ὅτε ἤμην νηπίος, ὡς νηπίος ἐλάλουρ, ὡς νηπίος ἐφρόνουν, ὡς νηπίος ἐλογίζομην· ὅτε δὲ γέγονα ἀνήρ, τὰ τοῦ νηπίου κατήργηκα*. Καὶ δι' ἑτέρου δὲ παραδείγματος τὸ αὐτὸ πάλιν δηλοῖ λέγων· *Βλέπομεν γὰρ ἄρτι δι' ἐσόπτρου*.

β'. Εἶτα ἐπειδὴ τὸ ἔσοπτρον παρίστησι τὸ ὁρώμενον ὀπωσθήποτε, ἐπήγαγεν, *Ἐν αἰνίγματι*, μεθ' ὑπερβολῆς δαικνύς μερικωτάτην τὴν παρούσαν γνώσιν. Τότε δὲ πρόσωπον πρὸς πρόσωπον· οὐχ ὡς πρόσωπον ἔχοντος τοῦ Θεοῦ, ἀλλ' ἵνα εἴπῃ σαφέστερον καὶ τρανότερον. Ὅρθε κατ' ἐπίδοσιν πάντα μανθάνοντας; Ἄρτι γινώσκω ἐκ μέρους, τότε δὲ ἐπιγνώσομαι καθὼς καὶ ἐπεγνώσθη. Εἶδες πῶς διπλῆ τὸ φύσημα αὐτῶν κατέσπασεν; ὅτι καὶ μερικὴ ἡ γνώσις, καὶ οὐδὲ ταύτην οἰκοθεν ἔχουσιν. Οὐ γὰρ ἐγὼ αὐτὸν ἔγνων, ἀλλ' αὐτὸς με ἐγνώρισε, φησὶν. Ὅσπερ οὖν αὐτὸς με ἔγνω πρότερος νῦν, καὶ αὐτὸς μοι ἐπέδραμεν, οὕτως ἐγὼ αὐτῷ ἐπιδραμοῦμαι τότε πολλῶν μεϊζόνως, ἢ νῦν. Καὶ γὰρ ὁ ἐν σκότῳ καθήμενος, ἕως μὲν ἂν μὴ βλέπῃ τὸν ἥλιον, οὐκ αὐτὸς ἐπιτρέχει τῷ κάλλει τῆς ἀκτίνας, ἀλλ' ἐκεῖνη δεικνύσιν αὐτήν, ἐπειδὴν λάμψῃ· ὅταν δὲ αὐτῆς δεξῆται τὴν αὐγὴν, τότε καὶ αὐτὸς λοιπὸν διώκει τὸ φῶς. Τοῦτο οὖν ἐστὶ τὸ, *Καθὼς καὶ ἐπεγνώσθη*· οὐχ ὅτι οὕτως αὐτὸν εἰσόμεθα, καθὼς αὐτὸς ἡμᾶς, ἀλλ' ὅτι ὡσπερ αὐτὸς ἡμῖν ἐπέδραμε νῦν, οὕτω καὶ ἡμεῖς ἀνεξεξόμεθα αὐτῷ τότε, καὶ πολλὰ τῶν νῦν ἀποβήσων εἰσόμεθα, καὶ τῆς μακαριωτάτης ἐκείνης ἀπολαύσομεν ὁμιλίας καὶ σοφίας. Εἰ γὰρ ὁ τοσαῦτα εἰδὼς Παῦλος νηπίος, ἐνόησον ἡλίκα ἐκεῖνα· εἰ ταῦτα ἔσοπτρον καὶ αἰνίγμα, λογίζου μοι πάλιν ἐντεῦθεν τὸ πρόσωπον

ἡλίκον ἐστίν. Ἴνα δὲ σοι μικρὸν τι παρανοίξω τῆς διαφορᾶς ταύτης, καὶ ἀκτινά τινα ἀμυδρὰν τοῦ νοήματος ἐναφῶ σου τῇ ψυχῇ τούτου, ἀναμνήσθητι μοι τῶν ἐν τῷ νόμῳ νῦν, ἡνίκα ἡ χάρις ἔλαμψε. Καὶ γὰρ ἐκεῖνα πρὸ τῆς χάριτος μεγάλα τινὰ καὶ θαυμαστά ἐφαίνετο· ἀλλ' ὁμοῦ ἀκουσον [312] τί φησι περὶ αὐτῶν μετὰ τὴν χάριν ὁ Παῦλος, ὅτι *Οὐ δεδόξασται τὸ δεδοξασμένον ἐν τούτῳ τῷ μέρει, ἔνεκεν τῆς ὑπερβαλλούσης δόξης*. Ἴνα δὲ καὶ σαφέστερον ὁ λέγω γένηται, ἐφ' ἑνὸς τινος τῶν τότε τελουμένων τὸν λόγον μεταχειρίσωμεν, καὶ τότε ὅψιι τὸ μέσον ὅσον· καὶ, εἰ βούλει, τὸ Πάσχα εἰς μέσον ἀγάγωμεν ἐκεῖνο καὶ τοῦτο, καὶ τότε εἰπῇ τὴν ὑπεροχὴν. Ἐπετέλουν μὲν γὰρ καὶ Ἰουδαῖοι, ἐπετέλουν δὲ οὕτως, ὡς ἐν ἐσόπτρῳ καὶ ἐν αἰνίγματι· τὰ δὲ ἀπόβρητα ταῦτα μυστήρια οὐδὲ εἰς νοῦν ποτε ἔλαβον, οὐδὲ ἤδεσαν· τίνα ἦν, ἃ ἐκεῖνα προανεφώνει· ἀλλὰ πρόβατον ἐώρων σφαττόμενον, καὶ αἶμα ἀλόγων, καὶ θύρας χρισίμων τούτῳ· ὅτι δὲ ὁ Υἱὸς τοῦ Θεοῦ σαρκωθεὶς σφαγῆσεται, καὶ τὴν οἰκουμένην ἐλευθερώσει πᾶσαν, καὶ δώσει καὶ Ἑλλῆσι καὶ βαρβάρους τοῦ αἵματος ἀπογεύσασθαι τοῦτου, καὶ τὸν οὐρανὸν ἀνοίξει πᾶσι, καὶ τὰ ἐκεῖ προσθήσει τῷ τῶν ἀνθρώπων γένει, καὶ τὴν αἵμα χυθεῖσαν σάρκα λαβὼν ὑπὲρ τὸν οὐρανὸν, καὶ τὸν οὐρανὸν τοῦ οὐρανοῦ, καὶ πάσα· ἀπλῶς τὰς ἀνω τῶν ἀγγέλων καὶ ἀρχαγγέλων καὶ τῶν ἄλλων δυνάμεων στρατιᾶς ἀναβιβάσει, καὶ ἐπ' αὐτοῦ τοῦ θρόνου τοῦ βασιλικῷ ἐν δεξιᾷ τοῦ Πατρὸς αὐτὴν καθιεῖ δόξῃ λάμπουσαν ἀρρήτην· ταῦτα δὴ οὕτε ἐκείνων τις, οὕτε τῶν ἄλλων οὐδεὶς ἀνθρώπων, οὕτε προγγνω οὕτε εἰς νοῦν ἠδυνήθη βαλέσθαι ποτέ. Ἄλλὰ τί φασιν οἱ πάντα τολμηροί; Τὸ, Ἄρτι γινώσκω ἐκ μέρους, περὶ οἰκονομιῶν εἰρησθαι· τὴν γὰρ περὶ τοῦ Θεοῦ γνώσιν ἀπρητισμένην αὐτὸν ἔχειν. Καὶ πῶς νηπίον αὐτὸν καλεῖ; πῶς δι' ἐσόπτρου βλέπει; πῶς ἐν αἰνίγματι, εἰ τὸ πᾶν ἔχει τῆς γνώσεως; τί δὲ ὡσπερ ἐξαίρετον ἀνατίθησιν αὐτὸ τῷ Πνεύματι, καὶ οὐδεμιᾷ ἄλλῃ δυνάμει τῆς κτίσεως, λέγων· *Τίς γὰρ οἶδεν τὰ τοῦ ἀνθρώπου, εἰ μὴ τὸ πνεῦμα τοῦ ἀνθρώπου τὸ ἐν αὐτῷ; Ὅτω καὶ τὰ τοῦ Θεοῦ οὐδεὶς οἶδεν, εἰ μὴ τὸ πνεῦμα τοῦ Θεοῦ*. Καὶ ὁ Χριστὸς πάλιν αὐτοῦ μόνου τοῦτο εἶναι ἔφησιν, οὕτως λέγων· *Οὐχ ὅτι τὸν Πατέρα τις ἔώρακεν, εἰ μὴ ὁ ὢν παρὰ τοῦ Θεοῦ, οὗτος ἔώρακε τὸν Πατέρα*· ὅρασιν τὴν γνώσιν λέγων τὴν σαφειστάτην καὶ ἀπρητισμένην. Ἠὼς δὲ ὁ τὴν οὐσίαν εἰδὼς, τὰς οἰκονομίας ἀγνοῆσει; ἐκεῖνη γὰρ μέλυν ταύτης ἡ γνώσις. Ἄγνωστομεν οὖν, φησὶ, τὸν Θεόν; Ἄπαγε· ἀλλ' ὅτι μὲν ἐστίν, ἴσμεν· τί ποτε δὲ ἐστὶ τὴν οὐσίαν, οὐκέτι. Καὶ ἵνα γινῶς ὅτι οὐ περὶ τῶν οἰκονομιῶν εἴρηκε τὸ, Ἄρτι γινώσκω ἐκ μέρους, ἀκουσον τῶν ἐξῆς· ἐπήγαγεν οὖν· *Τότε δὲ ἐπιγνώσομαι, καθὼς καὶ ἐπεγνώσθη*. Οὐ δὴ ὅπου δὲ ὑπὸ τῶν οἰκονομιῶν ἐπεγνώσθη, ἀλλ' ὑπὸ τοῦ Θεοῦ. Μηθεὶς τοίνυν μικρὰν, μηδὲ ἀπλὴν νομιζέτω εἶναι ταύτην τὴν παρανομίαν, ἀλλὰ καὶ διπλῆν καὶ τριπλῆν καὶ πολλαπλασίονα. Οὐ γὰρ δὴ τοῦτο μόνον ἐστὶ τὸ ἄτοπον, ὅτι ταῦτα ἀλαζονεύονται εἰδέναί, ἃ τὸ Πνεύματός ἐστι μόνου, καὶ τοῦ μονογενοῦς Υἱοῦ τοῦ Θεοῦ, ἀλλ' ὅτι καὶ Παύλου οὐδὲ τὸ μερικὸν τοῦτο τῆς γνώσεως ἀνευ τῆς ἀνωθεν ἀποκαλύψεως δυνηθέντος μαθεῖν, αὐτοὶ τὸ πᾶν ἐκ τῶν οἰκείων [313] λογισμῶν κατεληφέναι φασίν. Οὐδὲ γὰρ ἔχου-

* *Deerat ἤδεσαν.*

σιν οὐδαμῶς τὴν Γραφήν περὶ τούτων ἡμῖν διειλεγμένον δεῖξαι. Ἀλλὰ γὰρ τὴν μανίαν αὐτῶν ἀφέντες, τῶν ἐξῆς ἐχώμεθα περὶ τῆς ἀγάπης λόγων. Οὐδὲ γὰρ τούτοις ἠρκέσθη, ἀλλ' ἐπάγει πάλιν λέγων· *Nunī dē mēnei pīstis, ἔλπις, ἀγάπη, τὰ τρία ταῦτα· μείζων δὲ τούτων ἡ ἀγάπη.*

γ'. Ἡ μὲν γὰρ πίστις καὶ ἡ ἐλπὶς τῶν πιστευθέντων καὶ τῶν ἐπισθεντῶν παραγενομένων ἀγαθῶν, παύεται. Καὶ τοῦτο δηλῶν ὁ Παῦλος ἔλεγε· *Ἐλπὶς γὰρ βλεπομένη, οὐκ ἔστιν ἐλπὶς· ὁ γὰρ βλέπει τις, τί καὶ ἐλπίζει;* καὶ πάλιν, *Ἔστι δὲ πίστις ἐπιζομένην ὑπόστασις, πραγμάτων ἔλεγχος οὐ βλεπομένων.* Ὡστε αὐταὶ μὲν παύονται· φανέντων ἐκείνων· ἡ δὲ ἀγάπη τότε μάλιστα αἴρεται, καὶ γίνεται σφοδρότερα. Ἔτερον πάλιν ἐγκώμιον τῆς ἀγάπης· οὐδὲ γὰρ ἀρκεῖται τοῖς ἔμπροσθεν, ἀλλὰ καὶ ἄλλο φιλονεικεῖ πάλιν εὐρεῖν. Σκόπει δέ· Ἐἶπεν αὐτὴν χάρισμα εἶναι μέγα καὶ ὁδὸν τούτων καὶ ὑπερβολὴν· εἶπε χωρὶς αὐτῆς μηδὲν μέγα ὠφελεῖν τὰ χαρίσματα, ὑπέγραψεν αὐτῆς διὰ πολλῶν τὴν εἰκόνα· βούλεται πάλιν καὶ ἐτέρως αὐτὴν ἐπάραι, καὶ δεῖξαι μεγάλην οὐσαν ἐκ τοῦ διαμένειν διὰ καὶ ἔλεγε, *Nunī dē mēnei pīstis, ἔλπις, ἀγάπη, τὰ τρία ταῦτα· μείζων δὲ τούτων ἡ ἀγάπη.* Πῶς οὖν μείζων ἡ ἀγάπη; Τῷ ἐκεῖνα διαβαίνειν. Εἰ τοίνυν τοσαύτη ἡ ἰσχύς τῆς ἀγάπης, εὐκότως ἐπάγει λέγων, *Διώκετε τὴν ἀγάπην.* Καὶ γὰρ διώσεως χρεῖα καὶ δρόμου τινὸς σφοδρῶς ἐπ' αὐτὴν· οὕτως ἡμῶν ἀπέπτῃ, καὶ τοσαῦτα τὰ ὑποσκελίζοντα τὴν ἐκείσε δρόμον. Διὰ καὶ πολλῆς ἡμῖν δεῖ τῆς σφοδρότητος, ὥστε αὐτὴν καταλαβεῖν. Ὑπερ ἐνδεικνύμενος ὁ Παῦλος οὐκ εἶπεν, Ἀκολουθεῖτε τῇ ἀγάπῃ, ἀλλὰ, *Διώκετε αὐτήν, διεγείρων ἡμᾶς καὶ ἀνάπτων πρὸς τὴν ἐκείνης ἀντιλήψιν.* Καὶ γὰρ ὁ Θεὸς ἐξαρχῆς μυρία ὑπὲρ τοῦ ταύτην ἡμῖν ἐμφυτεύσει ἐμηχανήσατο· καὶ γὰρ μίαν ἅπασιν ἔδωκε κεφαλὴν, τὸν Ἀδάμ. Διὰ τί γὰρ μὴ ἐκ γῆς γινόμεθα πάντες; διὰ τί μὴ τέλειοι, ὡς ἐκεῖνος; Ἴνα καὶ οἱ τόκοι καὶ αἱ παιδοτροφίαι, καὶ τὸ ἐξ ἀλλήλων φύεσθαι, συνδύσασαι πρὸς ἀλλήλους ἡμᾶς. Διὰ τοῦτο οὐδὲ τὴν γυναῖκα ἐποίησεν ἀπὸ γῆς. Ἐπειδὴ γὰρ οὐκ ἤρκει ὑποτάσσει πρὸς ὁμόνοιαν ἡμᾶς ὁμοίως, τὸ τῆς αὐτῆς οὐσίας εἶναι, εἰ μὴ καὶ τὸν αὐτὸν ἔχοιμεν πρόγονον, καὶ τοῦτο κατεσκεύασεν. Εἰ γὰρ νῦν τόποις διεστηχότες μόνοις, ἀλλοτρίους εἶναι νομιζόμεν αὐτοῦς ἀλλήλων· εἰ δύο τὸ γένος ἡμῶν ἔσχεν ἀρχῆς, πολλῶν μάλλον ἂν τοῦτο ἐγένετο. Διὰ δὴ τοῦτο, ὡς περ ἀπὸ τινος μίᾳς κεφαλῆς, τὸ πᾶν ἔδρασε σῶμα τοῦ τῶν ἀνθρώπων γένους. Καὶ ἐπειδὴ περ ἐξαρχῆς δύο τινὲς ἐδόκουν εἶναι, ὅρα πῶς αὐτοὺς συγχολᾷ πάλιν καὶ εἰς ἓν συνάγει διὰ τοῦ γάμου. Ἀρτι τοῦτου γὰρ *καταλείψει, φησὶν, ἄνθρωπος τὸν πατέρα αὐτοῦ καὶ τὴν μητέρα, καὶ προσκολληθήσεται πρὸς τὴν γυναῖκα* [314] *αὐτοῦ, καὶ ἔσονται οἱ δύο εἰς σάρκα μίαν.* Καὶ οὐκ εἶπεν, Ἡ γυνή, ἀλλ' Ὁ ἄνθρωπος, ἐπειδὴ καὶ μείζων ἡ ἐπιθυμία ἐν ἐκείνῳ. Καὶ γὰρ καὶ μείζονα αὐτὴν διὰ τοῦτο ἐποίησεν. Ἴνα τὸ ὑπερέχον κατακάμψῃ τῇ τυραννίδι τοῦτου τοῦ ἔρωτος, καὶ ὑποτάξῃ τῷ ἄσθενεστέρω. Ἐπειδὴ δὲ καὶ γάμον ἔδει εἰσαχθῆναι, τὸν ἐξ οὗ γέγονε, τοῦτον ἄνδρα ἐποίησε τῇ γυναίκῃ. Πάντα γὰρ ἀγάπης τῷ Θεῷ δεύτερα. Εἰ γὰρ οὕτω γενομένων ὁ πρῶτος εὐθέως οὕτως ἐμάνη, καὶ τοσαύτην μάχην ὁ διάβολος καὶ βασκανίαν ἐνέπειρε, τί οὐκ ἂν εἰργάσατο, εἰ μὴ ἀπὸ μίᾳς βίβης; ἐβλάστησαν; Εἶτα ἴνα τὸ μὲν ὑποτάττεται, τὸ δὲ ἀρχὴ τὸ γὰρ ὁμοίτιμον οἶδε πολλάκις μάχην εἰς-

ἀγειν οὐκ ἀφῆκε δημοκρατίαν εἶναι, ἀλλὰ βασιλείαν, καὶ καθάπερ ἐν στρατοπέδῳ, ταύτην ἂν τις ἴδοι τὴν διατάξιν καθ' ἐκάστην οἰκίαν. Ἔστι γοῦν ἐν τάξει μὲν βασιλέως ὁ ἄνθρωπος, ἐν τάξει δὲ ὑπάρχου ἡ γυνὴ καὶ στρατηγού· καὶ οἱ παῖδες δὲ ἀρχὴν κεκλήρονται τρίτην· εἶτα μετὰ ταῦτα ἀρχὴ τετάρτη ἡ τῶν οἰκετιῶν· καὶ γὰρ καὶ οὗτοι κρατοῦσι τῶν ἐλαττόνων, καὶ εἰς τις πολλάκις τοῖς πᾶσιν ἐφέστηκε, τὴν τοῦ δεσπότητος τάξιν διατηρῶν, πλὴν ὡς οἰκέτης. Καὶ μετὰ ταύτης ἕτερα πάλιν ἀρχὴ καὶ ἐν αὐτοῖς ἡ τῶν γυναικῶν, ἡ τῶν παίδων, καὶ ἐν αὐτοῖς τοῖς παισὶ πάλιν ἕτερα κατὰ τὴν ἡλικίαν· καὶ κατὰ τὴν φύσιν· οὐδὲ γὰρ ἐν τοῖς παιδίοις ὁμοίως τὸ θῆλυ κρατεῖ. Καὶ πανταχοῦ δι' ὀλίγου καὶ πυκνὰς ἐποίησε τὰς ἀρχὰς ὁ Θεός, ἵνα πάντα ἐν ὁμοιοῖς μένῃ καὶ εὐταξίᾳ πολλῇ. Διὰ τοῦτο καὶ πρὶν εἰς πλῆθος ἐξενεχθῆναι τὸ γένος, δύο μόνων ὄντων τῶν πρῶτων, τῷ μὲν ἀρχεῖν, τῇ δὲ ἀρχεσθαι ἐκέλευσε. Καὶ ἵνα μὴ ὡς ἐλάττωτος καταφρονῆ πάλιν καὶ ἀποσχίζηται, ὅρα πῶς αὐτὴν ἐτίμησέ τε καὶ ἤνυσε καὶ πρὸς τῆς δημιουργίας. *Ποιήσωμεν γὰρ αὐτῷ, φησὶ, βοηθόν·* δεικνύς ὅτι εἰς χρεῖαν αὐτοῦ γέγονε, καὶ ταύτη συνάγων αὐτὸν πρὸς τὴν δι' αὐτὸν γεγεννημένην. Καὶ γὰρ πρὸς ταῦτα οἰκειότερον διακειμέθα τὰ δι' ἡμᾶς· πραχθέντα. Ἴνα δὲ μὴ ἐπαίρηται πάλιν ἐκεῖνη, ὡς εἰς βοήθειαν αὐτῷ δοθεῖσα, καὶ τὸν δεσμὸν ἀποβρίξῃ τοῦτον, ἀπὸ τῆς πλευρᾶς αὐτὴν ποιῆι, δεικνύς ὅτι μέρος τοῦ παντός ἐστὶν αὕτη τοῦ σώματος. Ἴνα δὲ μηδὲ ὁ ἄνθρωπος ἐντεῦθεν ἐπαίρηται, οὐκέτι ἀφίρσιν εἶναι μόνου, ὁ μόνου τὸ πρῶτερον ἐγένετο, ἀλλὰ τούναντιον ἐποίησε τοῦτω, τὴν παιδοποιίαν εἰσαγαγὼν, κἂν τοῦτω προτιμήσας μὲν τὸν ἄνδρα, οὐ μὴν τὸ πᾶν ἀφείκει εἶναι αὐτοῦ.

δ'. Εἶδες πόσους συνδέσμους ἀγάπης ὁ Θεὸς εἰργάσατο; Ἀλλὰ ταῦτα μὲν ἀπὸ τῆς φύσεως κατέθηκε τῇ ὁμοιοῖα τὰ ἐνέχυρα. Καὶ γὰρ τὸ τῆς αὐτῆς οὐσίας εἶναι, εἰς τοῦτο ἄγει· πᾶν γὰρ ζῶον ἀγαπᾷ τὸ ὅμοιον αὐτῷ· καὶ τὸ ἐξ ἀνδρός τὴν γυναῖκα εἶναι, καὶ τὸ ἐξ ἀμφοτέρων πάλιν τῶν παίδας. Ὅθεν καὶ πολλοὶ φρονταὶ διαθέσεως τρόποι. Τὸν μὲν γὰρ ὡς πατέρα ἀγαπῶμεν, τὸν δὲ ὡς πάππον· καὶ τὴν μὲν ὡς μητέρα, τὴν δὲ ὡς τιθηνόν· καὶ τὸν μὲν ὡς υἱὸν καὶ ἔγγονον καὶ ἐξ ἐγγῶν πάλιν, τὴν δὲ ὡς θυγατέρα καὶ θυγατριδὴν· καὶ τὸν μὲν ὡς ἀδελφόν, τὸν δὲ ὡς [315] ἀδελφιδού· καὶ τὴν μὲν ὡς ἀδελφὴν, τὴν δὲ ὡς ἀδελφιδὴν. Καὶ τί γὰρ δεῖ πάντα καταλέγειν τὰ τῆς συγγενείας ὀνόματα; Ἐπενόησε δὲ καὶ ἕτεραν διαθέσειν ὑπόθεσιν· ἀπαγορεύσας γὰρ τοὺς τῶν συγγενῶν γάμους, ἐπ' ἀλλοτρίους ἡμᾶς ἐξήγαγε, κἀκείνους πάλιν πρὸς ἡμᾶς· εἰκυσεν. Ἐπειδὴ γὰρ ἀπὸ τῆς φυσικῆς ταύτης συγγενείας οὐκ ἦν ἐκείνους ἡμῖν συναφθῆναι, ἀπὸ τοῦ γάμου πάλιν συνήψεν, ὀλοκλήρους οἰκίας διὰ τῆς μίᾳς νόμφης συνάγων, καὶ γένῃ γένεσιν δια ἀναμιγνύς. *Μὴ γάμει γὰρ, φησὶ, τὴν ἀδελφὴν τὴν σὴν, μηδὲ τὴν ἀδελφὴν τοῦ πατρὸς, μηδὲ ἀλλὴν κόρην τὴν τοιαύτην συγγένειαν πρὸς σὲ κεκτημένην,* ἣ διακωλύει τὸν γάμον, ὀνόματι θεῶς τῶν τοιοῦτων συγγενῶν τὰ εἶδη. Ἀρκεῖ σοι πρὸς τὴν ἐκείνων διάθεσιν τὸ λύσαι τὰς αὐτὰς ὄψεις, τὸ ἐτέρως σοι προσήκειν τὰς ἄλλας. Τί στενοχωρεῖς τῆς ἀγάπης τὸ πλάτος; τί περιττῶς ὑπόθεσιν ἀναλίσκεις εἰς αὐτὴν φιλίας, δι' ἧς δύνασαι καὶ ἕτεραν πορῆσθαι φιλίας ἀφορμὴν, ἔξωθεν γυναῖκα ἀγαγὼν,

• *Declarum verba,* καὶ ἐν αὐτοῖς.... παίδων

cem hanc iniquitatem esse putet, sed et duplicem et triplicem et multiplicem. Non enim hoc solum absurdum est, quod ea se vane gloriantur scire, quæ Spiritus solius sunt et unigeniti Filii Dei; sed etiam quod, cum Paulus ne partem quidem illam cognitionis sine superna revelatione accipere potuerit, ipsi totum ex propriis ratiociniis se accepisse dicant. Neque enim usquam possunt Scripturam, quæ de his disseruerit, nobis ostendere. Sed missa illorum insania, sequentia quæ de caritate dicuntur persequamur. Neque enim his contentus fuit, sed rursus hæc subiungit: 13. *Nunc autem manet fides, spes, caritas, tria hæc; major autem horum est caritas.*

3. *Caritatis encomia.* — Nam fides et spes, cum advenirent bona quæ credita et sperata fuerunt, cessabant. Et hoc significans Paulus dicebat: *Spes enim quæ videtur, non est spes: quod enim videt quis, quid etiam speret (Rom. 8. 24)?* et rursus: *Est autem fides eorum quæ sperantur substantia, rerum quæ non videntur argumentum (Hebr. 11. 1).* Quamobrem hæc quidem cessabant cum illa apparuerint: caritas autem tunc maxime extollitur, et fit vehementior. Aliud rursus encomium caritatis: neque enim contentus est prioribus, sed et alia rursus invenire contendit. Animum autem adhibe: dixit eam charisma esse magnum et viam ad hæc supereminentem; dixit sine illa non multum juvare charismata, ejus imaginem pluribus descripsit: vult rursus illam alio modo extollere, et ostendere quod magna sit ex eo quod maneat. Ideoque dixit, *Nunc autem manent fides, spes, caritas, tria hæc; major autem horum est caritas.* Quomodo ergo major est caritas? Quod illa transeat. Si ergo tanta est virtus caritatis, jure subiungit dicens: *Seclaminis caritatem.* Etenim insequi oportet ac vehementer ad illam currere; ita a nobis avolat, et tanta sunt quæ susceptum illo cursum supplantant. Quapropter opus est nos magna uti vehementia, ut illam comprehendamus: quod ostendens beatus Paulus non dixit, *Sequimini caritatem, sed, Persequimini caritatem,* excitans nos accendensque ad illam apprehendendam. Etenim Deus a principio innumera ad illam in nobis inserendam machinatus est: nam omnibus unum dedit caput, Adamum. Cur enim non ex terra nascimur omnes? cur non perfecti, sive adulti sicut ille? Ut et partus et filiorum educationes, et quod ex aliis nasceremur, nos mutuo colligarent. Ideo neque mulierem ex terra fecit. Quia enim non satis erat ad verecundiam in nobis inserendam, quæ ad concordiam nos adduceret, quod ex eadem substantia essemus, nisi eundem haberemus progenitorem: hoc quoque effecit. Si enim nunc solis disjuncti locis, alienos nos existimamus; si genus nostrum duo principia habuisset, multo magis hoc eveniret. Ideo, quasi ab uno capite, totum generis humani corpus colligavit. Et quia in principio duo quidam videbantur esse, vide quomodo illos conglutinet et in unum cogat per connubium: *Propter hoc enim, inquit, relinquit homo patrem suum et matrem, et adhærebit uxori suæ, et erunt duo in carne una*

(Gen. 2. 24). Non dixit, *Mulier, sed, Homo,* quia major est in illo concupiscentia. Nam ideo majorem illam fecit, ut quod excellentius erat flecteret per hujus amoris tyrannidem, et imbecilliori subiceret. Quia vero matrimonium etiam inducendum erat, eum ex quo orta erat fecit mulieri maritum: Deus enim omnia caritati postponit. Si enim cum res ita factæ sint, primus statim sic insanivit tantamque pugnam et invidiam inseruit diabolus; quid non fecisset, si non ex una radice orti germinassent? Deinde ut aliud quidem subiceretur, aliud imperaret; nam paritas honoris solet sæpe pugnas inducere; non sicut popolare imperium esse, sed regnum, et sicut in exercitu, eundem videris in singulis domibus ordinem. Est ergo maritus in ordine regis, mulier vero in ordine præfecti aut ducis exercitus; tertium filii imperium sortiuntur; deinde quartum domestici occupant: nam hi quoque imperant minoribus, et unus sæpe omnibus præfectus fuit, domini ordinem servans, cæterum ut domesticus. Et post hoc aliud rursus imperium (a) [et in ipsis, imperium mulierum, imperium filiorum], et in ipsis filius rursus aliud secundum aetatem et secundum sexum: non enim in liberis similiter dominatum obtinet femina. Et ubique fere Deus frequentia fecit imperia, ut omnia in concordia manerent et in recto ordine. Idcirco, antequam genus humanum multiplicaretur, cum primi duo tantum essent, jus sit huic imperare, illam parere. Et ne rursus illam ut minorem despiceret, et illa absunderetur, vide quomodo illam honoraverit et conjunxerit, etiam ante creationem. Nam ait: *Faciamus illi adiutorem (Gen. 2. 18);* ostendens illam in usum factam fuisse, et hac ratione concilians illum cum ea, quæ propter ipsum facta fuit: nam majori affectu ferimur erga ea quæ propter nos facta sunt. Ut ne autem illa rursus efferretur, utpote in auxilium ipsi data, et hoc rumperet vinculum, ex latere illam fecit, ostendens illam partem esse totius corporis. Ut autem neque vir inde extolleretur, non amplius sinit esse solius, quod solius primum fuit; sed contrarium fecit, liberorum procreationem inducens; et hac in re quidem virum præferens, neque tamen totum ipsi relinquens.

4. Vidistin' quot amoris vincula Deus fecerit? Sed hæc quidem ex natura concordie pignora posuit. Nam quod ex eadem substantia sit, ad hoc ducit: omne quippe animal quod simile ipsi est amat; et quod mulier sit ex viro, et quod ex utroque rursus sint filii. Unde etiam nascuntur multi affectus modi. Illum namque ut patrem amamus, illum ut avum; et illam ut matrem, istam ut nutricem; alium ut filium, ut nepotem, ut pronepotem; aliam ut filiam et ut sororis filiam: et hunc quidem ut fratrem, alium vero ut patrualem; aliam ut sororem, aliam ut consobrinam. Et quid opus est recensere omnia cognationis nomina? Excogitavit etiam aliam affectus occasionem: prohibitis enim cognatorum connubiis, ad

(a) Uncinis clausa e Commelin. supplevimus.

alienos eduxit nos, illosque rursus ad nos attraxit. Quia enim a naturali illa cognatione non licebat illos nobis conjungi, a connubio rursus conjunxit, integras domos per unam sponsam coniungens, et genera integra generibus commiscens. *Ne ducas*, inquit, *uxorem sororem tuam, neque sororem patris, neque aliam puellam quæ talem tecum cognationem habeat* (*Levit. 18. 8-10*), quæ matrimonium impediatur, nomina ponens huiusmodi cognationum. Tibi sufficit ad illorum affectum trahendum, quod eodem partu sis editus, et quod ad te aliter aliæ spectent affinitates. Cur in angustum redigis latitudinem caritatis? cur in illam frustra suscipis amicitiae causam, per quam potes aliam consequi amicitiae occasionem, externa inducta uxore, et per illam inducens cognatorum seriem, matrem, patrem, fratres et illorum affines? Viden' quot modis nos colligaverit? Attamen neque his contentus fuit, sed etiam effecit ut alii aliis indigeremus, ut etiam sic nos conjungeret, quia amicitias usus facit. Ideo non ubique omnia gigni permisit, ut hinc etiam nos cogeret cum aliis commisceri. Cum porro illud effecisset ut alter altero egeremus, facilem reddidit commixtionem: nisi enim hoc esset, altera hinc molestia et difficultas emergeret. Si enim medico egentem aut fabro aut alio artifice oporteret peregre proficisci, totum periret. Ideo et urbes paravit, et omnes simul conjunxit. Ut autem eos qui procul sunt facile adire possemus, mare in medio extendit, et ventorum dedit celeritatem, sic faciles reddens peregrinationes. Initio etiam omnes in uno coegit loco; neque prius dispersit, donec ii qui primum donum acceperant, concordia ad malum usi sunt; sed undique nos collegit, et a natura et a cognatione et a lingua et a loco. Ac sicut nolebat nos excidere ex paradiso; si enim voluisset, non illic eum quem fecerat hominem in principio posuisset, sed qui non obediit, in causa fuit: sic nos nolebat diversæ linguæ esse; nam ab initio hoc fecisset; nunc autem in tota terra labium erat unum et vox una omnibus. Propterea nec quando terram oportuit deleri, nos ex alia fecit materia, neque justum transtulit; sed illo in mediis fluctibus dimisso, quasi quadam orbis scintilla, genus nostrum rursus accendit ex beato illo Noe. Et ab initio quidem unum fecit imperium virum præficiens mulieri: quia vero genus nostrum in multam decidit ordinis everstonem, alia quoque imperia constituit, nempe dominorum et magistratuum; et hoc propter caritatem. Quia enim malitia genus nostrum solvit et perimit, ceu quosdam medicos in mediis urbibus constituit qui iudicia ferrent, ut deinceps malitiam ceu quamdã caritatis pestem eliminantes, in unum nos cogerent. Ut autem non solum in urbibus, sed etiam in singulis domibus multa concordia esset; cum virum imperio et præcellentia honorasset, mulierem autem concupiscentia armasset, et procreationis liberorum donum in medio eorum deposuisset, alia cum his quæ caritatem conciliarent apparavit. Neque enim omnia permisit viro, neque omnia mulieri, sed et hæc unicuique divisit, mulieri domum,

viro forum consignans; et viro quidem ut aleret, terram enim colit; mulieri vero ut vestiret, tela enim et colus sunt mulieris: ipse namque dedit mulieri texendi industriam. Sed pereat avaritia, quæ non sinit hanc apparere differentiam. Nam multorum molities viros ad telas deduxit, et radios eis in manus dedit et sublegmen et stamina. Attamen sic etiam fulget divinæ dispensationis providentia. Nam muliere in aliis etiam admodum necessariis opus habemus, et minoribus in iis quæ vitam continent nostram indigenus; tantaque est necessitas, ut etiamsi quis omnium sit hominum ditissimus, neque sic hac conjunctione liberetur, ita ut etiam inferiore opus habeat. Neque enim pauperes solum opus habent divitibus, sed etiam divites pauperibus, et hi magis illis, quam illi istis.

5. Et ut hoc clarius videas, faciamus, si placet, duas urbes; aliam divitum tantum, aliam vero pauperum; et neque in ea quæ divitum est sit quis pauper, neque in ea quæ pauperum est sit quis dives, sed utranque exacte expurgemus: et videamus quænam magis sibi sufficere poterit. Si enim inveniamus eam quæ possit, esse pauperum urbem, palam erit, quod divites magis illis indigeant. Itaque in illa divitum urbe nullus erit artifex, non architectus, non faber, non sutor calcearius, non pistor, non agricola, non faber ærarius, non funium contextor, non aliud quidquam huiusmodi. Quis enim divitum unquam hæc tractare voluerit, quando ii etiam, qui hæc tractant, cum opulenti fuerint, non ultra sustinent horum operum miseriam? Quomodo igitur nobis urbe istæ consistet? Numerata, inquires, pecunia divites hæc a pauperibus ement. Ergo non sibi ipsis sufficient, si illis indigeant. Quomodo autem domos ædificabunt? an hoc etiam ement? sed id natura non habet. Ergo necesse est huic artifices evocare, et legem corrumpere, quam initio posuimus cum urbem incolis instrueremus: meministi enim quod diximus, neminem esse intus pauperem. Sed ecce necessitas etiam nobis nolentibus ipsos advocavit et introduxit. Unde palam est non posse sine pauperibus urbem subsistere. Si enim maneat civitas nullum ex iis excipiens, non ultra civitas erit, sed peribit. Non igitur sibi sufficiet, nisi velut servatores quosdam pauperes in se congregarit. Videamus rursus pauperum urbem, num illa similiter in egestate degat, divitibus privata. Et primo expurgemus oratione divitias, illasque aperte ostendamus. Quidnam sunt divitiæ? Aurum, argentum, lapides pretiosi, vestes sericæ et purpureæ et aureæ. Quia igitur apparet quænam sint divitiæ, expellamus illas ex pauperum urbe, si velimus pauperum civitatem exacte constituere; ne vel per somnium illic aurum appareat, neque talia vestimenta; si vis autem, neque argentum, neque vasa argentea. Quid ergo? dic mihi, idonee in egestate erit hæc urbs? Minime. Si enim ædificare oporteat, non auro nec argento nec margaritis est opus, sed arte, manibus; manibus autem non utcumque, sed callosis digitisque induratis, robore multo, lignis, lapidibus:

καὶ δι' ἐκείνης συγγενῶν ὄρασθαι, καὶ μητέρα. καὶ πατέρα, καὶ ἀδελφοὺς, καὶ τοὺς τούτων ἐπιτηδείους; εἶδες πόσους τρόπους ἡμᾶς συνέδησεν; Ἄλλ' ὁμως οὐδὲ ταῦτα αὐτῷ ἤρκεσεν, ἀλλὰ καὶ ἀλλήλων χρῆζειν παρεσκεύασεν*, ἵνα καὶ οὕτως ἡμᾶς συναγάγῃ, ἐπειδὴ μάλιστα τὰς φιλάς αἱ χρεαὶ ποιοῦσι. Διὰ δὲ τοῦτο οὐδὲ πάντα ἀφῆκε πανταχοῦ γίνεσθαι, ἵνα κἀνεὺθεν ἀλλήλους ἀναμίγνυσθαι ἀναγκάσῃ. Καταστήσας δὲ ἡμᾶς ἐν χρεῖα ἀλλήλων, εὐκολον πάλιν τὴν ἐπιμιξίαν ἐποίησεν· ἐπεὶ εἰ μὴ τοῦτο ἦν, εἰς ἑτέραν ἀπῆλθον τὸ πρᾶγμα περίστατο καὶ δυσχέρειαν. Εἰ γὰρ ἱατροῦ δεόμενον ἢ τέκτονος ἢ ἑτέρου δημιουργοῦ, μακρὰν εἶδει στέλλεσθαι ἀποδημίαν, τὸ πᾶν ἀπολύει. Διὰ δὲ τοῦτο καὶ πόλεις κατεσκεύασε, καὶ πάντα ὁμοῦ συνήγαγεν. Ἴνα δὲ καὶ τοῖς πόρρωθεν βραδίως ἐπιχωριάζωμεν, θάλατταν εἰς μέσον ἤπλωσε, καὶ ἀνέμων ταχύτητα ἔδωκε, βραδίας ἐντεύθεν τὰς ἀποδημίας ποιῶν. Παρὰ δὲ τὴν ἀρχὴν καὶ ἐν ἐνὶ πάντας συνήγαγε χωρίω, καὶ οὐ πρότερον διέσπειρεν, ἕως εἰς κακὸν ἐκρήσαντο τῇ ὁμοιοῦσι οἱ πρῶτοι λαβόντες τὸ δῶρον· ἀλλὰ πάντοθεν ἡμᾶς συνήγαγε, καὶ ἀπὸ φύσεως καὶ ἀπὸ συγγενείας καὶ ἀπὸ γλώττης καὶ ἀπὸ τόπου. Καὶ ὡσπερ οὐκ ἐβούλετο ἐκπεσεῖν ἡμᾶς τοῦ παραδείσου (εἰ γὰρ ἐβούλετο, οὐδ' ἂν ἐκεῖ κατέθετο ὃν ἐποίησεν ἀνθρώπων τὴν ἀρχὴν), ἀλλ' ὁ παρακούσας αἴτιος· οὕτως οὐδὲ ἀλλογλώσσους εἶναι ἠθέλησεν· ἐπεὶ κἂν ἐξ ἀρχῆς τοῦτο ἐποίησε· νῦν δὲ πᾶσα ἡ γῆ χεῖλος ἐν ἦν, καὶ φωνὴ μία πᾶσι. Διὰ δὲ τοῦτο οὐδὲ ἤνικα τὴν γῆν ἀφανισθῆναι εἶδει, οὐδὲ τότε ἡμᾶς ἐξ ἄλλης ἐποίησεν ὕλης, οὐδὲ μετέβηκε τὸν δίκαιον, ἀλλ' ἀφείλε αὐτὸν ἐν μέσῳ τῶ κλυδωνίῳ, ὡσπερ τινὰ σπινθῆρα τῆς οἰκουμένης, ἀνήψε πάλιν ἡμῶν τὸ γένος ἐκείθεν ἀπὸ τοῦ μακαρίου Νῶε. Καὶ ἐξ ἀρχῆς μὲν μίαν ἐποίησεν ἀρχὴν, τὸν ἄνδρα ἐπιστήσας τῇ γυναικί· ἐπειδὴ δὲ εἰς πολλὴν ἐξώκειλαν ἀταξίαν τὸ γένος ἡμῶν, καὶ ἑτέρας κατέστησε, τὰς τῶν δεσποτῶν [316], τὰς τῶν ἀργόντων· καὶ τοῦτο δὲ δι' ἀγάπην. Ἐπειδὴ γὰρ ἡ κακία διαλυτικὸν καὶ ἀναρετικὸν ἡμῶν τοῦ γένους, ὡσπερ τινὰς ἱατροὺς ἐν μέσαις ταῖς πόλεσιν ἐκάθισε τοὺς διακάζοντας, ἵν' ὡσπερ τινὰ λοιμὸν τῆς ἀγάπης τὴν κακίαν ἀπελαύνοντες, πάντας εἰς ἐν συναγάγωσιν. Ἴνα δὲ μὴ μόνον ἐν ταῖς πόλεσιν, ἀλλὰ καὶ ἐν ἐκάστη οἰκίᾳ πολλὴ ἡ ὁμόνοια ἦ, τὸν μὲν ἄνδρα τῇ ἀρχῇ καὶ τῇ ὑπεροχῇ τιμήσας, τὴν δὲ γυναῖκα τῇ ἐπιθυμίᾳ καθοπλίσας, καὶ τὸ τῆς παιδοποιίας δὲ δῶρον εἰς μέσον ἀμφοτέροις καταθείς, καὶ ἕτερα μετὰ τούτων συναγαγὰ τῆς ἀγάπης κατεσκεύασεν. Οὕτε γὰρ πάντα ἐπέτρεψε τῷ ἀνδρὶ, οὕτε πάντα τῇ γυναικί, ἀλλὰ καὶ ταῦτα διεῖλεν ἐκάστῳ, τῇ μὲν τὴν οἰκίαν, τῷ δὲ τὴν ἀγορὰν ἐγχειρίσας, καὶ τῷ μὲν τὸ τρέφειν, γεωργεῖ γὰρ· τῇ δὲ τὸ περιβάλλειν, ἰσθὺς γὰρ καὶ ἡλακότης τῆς γυναικός· αὐτὸς γὰρ ἔδωκε τῇ γυναικί ὑφάσματος σοφίαν. Ἄλλ' ἀπολοῖτο ἡ φιλαργυρία, οὐκ ἀφείσα ταύτην φαίνεσθαι τὴν διακρίσιν. Ἡ γὰρ βλακεία τῶν πολλῶν καὶ τοὺς ἄνδρας εἰς τοὺς ἰσθὺς ἐπισήγαγε, καὶ κερκίδας αὐτοῖς ἐνεχείρισε καὶ κρόκην καὶ στήμονας. Ἄλλ' ὁμως καὶ οὕτω διαλάμπει τῆς θείας οἰκονομίας ἡ πρόνοια. Καὶ γὰρ καὶ τῆς γυναικὸς ἐν ἄλλοις ἀναγκασιότεροι; σφόδρα δεόμεθα, καὶ τῶν ἐλαττοτέρων ἐν τοῖς συνεχέουσιν τὸν βίον ἡμῶν χρῆζομεν· καὶ τοσαύτη τῆς χρεῖας ἐστὶν ἡ ἀνάγκη, ὅτι κἂν πάντων ἀνθρώπων πλουσιώτερος ἢ τις, οὐδὲ οὕτω

ταύτης ἀπῆλλακται τῆς συναφείας, καὶ τοῦ δεῖσθαι τοῦ καταδεεστέρου. Οὐ γὰρ δὴ τῶν πλουσίων οἱ πνήτες δέονται μόνον, ἀλλὰ καὶ οἱ πλούσιοι τῶν πενήτων, καὶ οὗτοι μᾶλλον ἐκείνων, ἢ ἐκεῖνοι τούτων.

ε'. Καὶ ἵνα τοῦτο σαφέστερον ἴδῃς, ποιήσωμεν, εἰ δοκεῖ, δυο πόλεις, τὴν μὲν πλουσίων μόνον, τὴν δὲ πενήτων· καὶ μῆτε ἐν τῇ τῶν πλουτούντων ἔστω τις πένης, μῆτε ἐν τῇ τῶν πενήτων ἔστω τις πλούσιος ἀνὴρ, ἀλλ' ἐκκαθάρωμεν ἀκριβῶς ἑκατέρας, καὶ ἴδωμεν ποῖα μᾶλλον ἀρκέσαι ἑαυτῇ δυηθήσεται. Ἐάν γὰρ εὐρωμεν τὴν τῶν πενήτων δυναμένην, εὐδῆλον ὅτι οἱ πλούσιοι τούτων μᾶλλον δεήσονται. Οὐκοῦν ἐν μὲν ἐκείνῃ τῇ τῶν εὐπόρων οὐδεὶς ἔσται δημιουργός, οὐκ οἰκοδόμος, οὐ τέκτων, οὐχ ὑποδηματογράφος, οὐκ ἀρτοποιός, οὐ γεωργός, οὐ χαλκοτύπος, οὐ σχοινοστροφός, οὐκ ἄλλο τῶν τοιούτων οὐδέν. Τίς γὰρ ἂν ἔλοιτο τῶν πλουτούντων ταῦτα μετιέναι ποτέ, ὅπου γε καὶ αὐτοὶ οἱ ταῦτα μεταχειρίζοντες, ὅταν εὐπορήσωσιν, οὐκ ἀνέχονται τῆς ἀπὸ τῶν ἔργων τούτων τάλαιπωρίας; Πῶς οὖν ἡμῖν ἡ πόλις στήσεται αὕτη; Δόντες, φησὶν, ἀργύριον οἱ πλουτοῦντες, ταῦτα ἀνήσσονται παρὰ τῶν πενήτων. Οὐκοῦν οὐκ ἀρκέσουσιν ἑαυτοῖς, εἰ γε ἐκείνων δέονται. Πῶ; δὲ οἰκίας οἰκοδομήσονται; ἢ καὶ τοῦτο ἀνήσονται; ἀλλ' οὐκ ἂν ἔχοι τοῦτο φύσις. Οὐκοῦν ἀνάγκη τοὺς τεχνίτας ἐκεῖ καλεῖν, καὶ διαφθεῖρειν τὸν νόμον, ὃν ἐθήκαμεν ἐξ ἀρχῆς τὴν πόλιν οἰκίζοντας· μέμνησθε γὰρ, ὅτε ἐλέγομεν, μηδεὶς ἔστω πένης; ἔνδον. Ἄλλ' ἴδου ἡ χρεῖα, καὶ μὴ βουλομένων [317] ἡμῶν, ἐκάλεσεν αὐτοὺς καὶ ἐισήγαγεν. Ὅθεν ὄηλον, ὡς ἀδύνατον χωρὶς πενήτων συστήναι πόλιν. Εἰ γὰρ μένοι ἡ πόλις μηδένα παραδεχομένη τούτων, οὐκέτι ἔσται πόλις, ἀλλ' ἀπολείται. Οὐκοῦν οὐκ ἀρκέσει ἑαυτῇ, εἰ μὴ καθάπερ τινὰς σωτήρας τοὺς πνήτας παρ' ἑαυτῇ συναγάγοι. Ἴδωμεν δὲ καὶ τὴν τῶν πενήτων πόλιν, εἰ καὶ αὕτη ὁμοίως ἐνδεὴς διακείσεται τῷ πλουτούντων ἐστερημένη. Καὶ πρότερον διακαθάρωμεν τῷ λόγῳ τὸν πλοῦτον, καὶ δεῖξωμεν αὐτὸν σαφῶς. Τί ποτ' οὖν ἐστὶ πλοῦτος; Χρυσὸς καὶ ἀργυρὸς, καὶ λίθοι τίμιοι, καὶ ἱμάτια σηρικὰ καὶ ἀλουργὰ καὶ διάχρυσα. Ἐπεὶ οὖν ἐφάνη τί ποτέ ἐστιν ὁ πλοῦτος, ἀπέλασσωμεν αὐτὸν τῆς τῶν πενήτων πόλεως, εἰ μέλλοιμεν καθαρῶς πόλιν πενήτων ποιεῖν, καὶ μὴ δὲ ἕναρ ἐκεῖ φαίνεσθαι χρυσίον, μὴδὲ ἱμάτια τοιαῦτα· εἰ δὲ βούλει, μὴδὲ ἀργυρὸς, μὴδὲ τὰ ἐξ ἀργύρου σκευῆ. Τί οὖν; παρὰ τοῦτο ἐνδεὴς ζήσεται τὰ τῆς πόλεως ταύτης, εἰπέ μοι; Οὐδέν. Ἄν τε γὰρ οἰκοδομῆν δέη, οὐ χρυσοῦ καὶ ἀργύρου δεῖ καὶ μαργαριτῶν, ἀλλὰ τέχνης καὶ χειρῶν, χειρῶν δὲ οὐχ ἀπλῶς, ἀλλὰ τετυλωμένων, καὶ θακτύλων ἀπεσκληρότων, καὶ ἰσχύος πολλῆς, καὶ ξύλων καὶ λίθων· ἂν τε ὑφάινειν πάλιν ἱμάτιον, οὐ χρυσοῦ πάλιν ἡμῖν δὲ καὶ ἀργύρου, ἀλλὰ χειρῶν πάλιν καὶ τέχνης καὶ γυναικῶν ἐργαζομένων. Τί δὲ, ἐάν γεωργεῖν δέη καὶ σκάπτειν τὴν γῆν; πλουτούντων ἢ πενομένων χρεῖα; Παντὶ που δῆλον, ὅτι πενήτων. Καὶ σῖδηρον δὲ ὅταν δέη χαλκεύειν, καὶ ἄλλο τι τῶν τοιούτων ποιεῖν, τοῦ δήμου τούτου μάλιστα ἡμῖν δεῖ. Πού οὖν δεησόμεθα τῶν πλουτούντων λοιπῶν· πλην εἰ μὴ καθελείν δέον τὴν πόλιν ταύτην; Εἰ γὰρ ἐπεισελθόντων ἐκείνων εἰς τὴν τοῦ χρυσοῦ καὶ τῆν τῶν μαργαριτῶν ἐμπέσοιεν ἐπιθυμίαν, οὗτοι οἱ φιλόσοφοι (φιλοσόφους γὰρ ἐγὼ καλῶ τοὺς οὐδὲν περιττὸν ἐπιζητούντας), ἀρχὴ δόντες ἑαυτοὺς καὶ τρυφή, πάντα ἀπολοῦσι λοιπόν. Καὶ εἰ μὴ χρήσιμος ὁ πλοῦτος, φησὶ, τίνας

* Alii, κατεσκεύασαν.

ἔνεκεν δέδοται παρὰ τοῦ Θεοῦ; Καὶ πόθεν δὴλον, ὅτι παρὰ τοῦ Θεοῦ τὸ πλουτεῖν; Ἡ Γραφή φησιν, Ἐμόν τὸ ἀργύριον, καὶ ἔμοδον τὸ χρυσίον, καὶ ᾧ ἐάν βούλωμαι, δώσω αὐτό. Ἐνταῦθα εἰ μὴ πρῶγμα ἐποιοῦν αἰσχρὸν, καὶ ἐγέλασα νῦν πλατῦν γέλωτα, τῶν ταῦτα λεγόντων καταγελῶν, ὅτι καθάπερ παιδία μικρὰ τραπέζης ἀπολαύοντα βασιλικῆς, μετ' ἐκείνης τῆς τροφῆς καὶ τὸ προστυχὸν ἅπαν ἐπεμβάλλουσι τῷ στόματι· οὕτω καὶ οὗτοι μετὰ τῶν θείων Γραφῶν καὶ τὰ παρ' ἑαυτῶν συνεισάγουσι. Τὸ μὲν γάρ, Ἐμόν τὸ ἀργύριον, καὶ ἔμοδον τὸ χρυσίον, οἶδα εἰρημένον τῷ προφήτῃ· τὸ δὲ, ᾧ ἐάν θέλω, δώσω αὐτό, οὐκέτι προσκείμενον, ἀλλὰ παρὰ τῶν συρφετῶν τούτων ἐπισηνηγεμένον. Καὶ ἐκεῖνο δὲ τίνας ἔνεκεν εἰρηται ἐρῶ. Ὁ γὰρ προφήτης Ἀγγαῖος ἐπειδὴ συνεχῶς ἐπηγγέλλετο τοῖς Ἰουδαίοις μετὰ τὴν ἐπάνοδον τὴν ἐκ Βαβυλῶνος τὸν γὰρ δειξέειν ἐπὶ τοῦ σχήματος τοῦ προτέρου, καὶ ἠπίστου τῷ λεγομένῳ τινὲς καὶ σχεδὸν ἀδύνατον εἶναι ἐνόμιζον, εἰ μετὰ τὴν τέφραν καὶ τὴν κόνην τοιοῦτος πάλιν φανεῖται ὁ οἶκος· ἐκείνους ἐκλύων αὐτῶν τὴν ἀπιστίαν, ἐκ προσωπῶπου τοῦ Θεοῦ [318] ταῦτα λέγει, ὡς ἂν εἰ ἐλεγε· Τί δεδοίκατε; τί δὲ ἀπιστεῖτε; Ἐμόν τὸ ἀργύριον, καὶ ἔμοδον τὸ χρυσίον, καὶ οὐ δέομαι, παρ' ἐτέρων δανειζάμενος, οὕτω καλλωπίσαι τὸν οἶκον. Καὶ ὅτι τοῦτό ἐστιν, ἐπήγαγε, *Καὶ ἔσται ἡ δόξα τοῦ οἴκου τούτου ἡ ἐσχάτη ὑπὲρ τὴν πρώτην*. Μὴ τοίνυν ἀραχνῶν ὑφάσματα ἐπεισάγωμεν τῷ πέπλῳ τῷ βασιλικῷ. Εἰ γὰρ, ἐν ἀλουργίδι εἰ τις ἀλοῖη κρόκην παράσημον ἐμπλέκων, τὴν ἐσχάτην δώσει δίκην, πολλῷ μᾶλλον ἐπὶ τῶν πνευματικῶν· οὐδὲ γὰρ τὸ τυχὸν ἐντεῦθεν ἀμάρτημα γίνεται. Καὶ τί λέγω παρὰ προσθήκην καὶ ἀφαίρεσιν; παρὰ στιγμὴν μόνην, καὶ παρὰ ὑπόκρισιν μόνην ἀναγνώσεως πολλὰ πολλῶν; ἄτοπα ἐτέχθη νοήματα.

ς'. Πόθεν οὖν οἱ πλουτοῦντες; φησί· καὶ γὰρ εἰρηται, *Πλούτος καὶ πενία παρὰ Κυρίου*. Ἐρώμεθα οὖν τοὺς ταῦτα ἡμῖν ἀνθυποφέροντας, Ἄρα πᾶς πλούτος καὶ πᾶσα πενία παρὰ Κυρίου; Καὶ τίς ἂν τοῦτο εἴποι; Καὶ γὰρ ὀρώμεν, καὶ ἐξ ἀρπαγῆς καὶ ἀπὸ τῆς περὶ τάφους κακουργίας καὶ ἀπὸ γοητείας καὶ ἐξ ἐτέρων τοιούτων προφάσεων πολλὴν πολλὰ; συναγόμενον πλοῦτον, καὶ τοὺς ἔχοντας οὐδὲ ζῆν ἀξιους ὄντας. Τί οὖν, εἰπέ μοι, τοῦτον παρὰ τοῦ Θεοῦ τὸν πλοῦτον εἶναι φάμεν; Ἄπαγε· ἀλλὰ πόθεν; Ἐξ ἀμαρτίας. Καὶ γὰρ ἡ πόρνη τὸ σῶμα ἐνουβρίσασα πλουτεῖ, καὶ εὐμορφος νέος πολλάκις τὴν ὥραν ἀπιδόμενος μετ' ἀσχημοσύνης κέκτηται χρυσίον, καὶ ὁ τυμβωρύχος τοὺς τάφους ἀναρρήξας συνήγαγε πλοῦτον ἀδικον, καὶ ὁ ληστής τοὺς τοίχους διορύξας. Οὐκ οὖν ἀπὸ τοῦ Θεοῦ ἅπαντα; ὁ πλούτος; Τί οὖν, φησιν, ἐροῦμεν πρὸς τὴν βῆσιν ταύτην; Μάθε πρῶτον καὶ πενίαν οὐκ ἀπὸ Θεοῦ γινομένην, καὶ τότε καὶ ἐπὶ τὴν βῆσιν αὐτὴν βαδιοῦμεθα. Ὅταν γὰρ τις ἀσωτος ὢν νέος, ἢ εἰς πόρνα; ἀναλώσῃ τὸν πλοῦτον, ἢ εἰς γόητας, ἢ εἰς ἐτέρας· τινὰς τοιαύτας ἐπιθυμίας, καὶ γένηται πένης, οὐκ εὐδῆλον, ὅτι οὐκ ἀπὸ τοῦ Θεοῦ γέγονε τοῦτο, ἀλλ' ἀπὸ τῆς οἰκειας ἀσωτίας; Πάλιν εἰ τις ὑπὸ ἀργίας γένοιτο πένης, εἰ τις ὑπὸ ἀνοίας εἰς πτωχείαν

κατενεχθεῖ, εἰ τις ἐπικινδύνους καὶ παρανόμοις ἐπιχειρῶν πράγμασιν, οὐκ εὐδῆλον πάντως, ὅτι οὐδὲ τούτων τις καὶ τῶν τοιούτων εἰς τὴν πτωχείαν αὐτὴν ἀπὸ Θεοῦ κατηνέχθη; Ψεύδεται οὖν ἡ Γραφή; Μὴ γένοιτο, ἀλλ' ἀνοηταίνουσι οἱ μὴ μετὰ τῆς προσήκουσας ἀκριβείας ἐξετάζοντες τὰ γεγραμμένα ἅπαντα. Εἰ γὰρ καὶ τοῦτο ὠμολόγηται, ὅτι ἀψευδῆς ἡ Γραφή, καὶ τοῦτο ἀπεδείχθη, ὅτι οὐ πᾶς πλούτος παρὰ Θεοῦ, τῆς τῶν ἀπερισκέπτως ἀναγινωσκόντων ἀσθενείας ἡ ἀπορία. Καὶ ἔδει μὲν ἡμᾶς ἀφείναι, ἐν τούτῳ ἀπαλλάξαντας τὴν Γραφὴν τῶν ἐγκλημάτων, ἵνα ταύτην ἡμῖν δίκην ὄωτε τῆς περὶ τὰς Γραφὰς βῆθυμίας· ἀλλ' ἐπειδὴ φειδομαί σφόδρα ὑμῶν, καὶ οὐ δύναμαι ἐπιπλέον θορυβουμένους ἰδεῖν καὶ διαταραττομένους, [319] φέρε καὶ τὴν λύσιν ἐπαγάγωμεν, πρότερον τὸν εἰρηκότα εἰπόντες, καὶ τότε εἰρηται, καὶ πρὸς τίνας. Οὐδὲ γὰρ ὁμοίως ἅπαν οὐ θεὸς διαλέγεται, ὡσπερ οὐδὲ ἡμεῖς παιδίους καὶ ἀνδράσιν ὁμοίως κεχρημέθα. Πότε οὖν εἰρηται, καὶ ὑπὸ τίνος, καὶ πρὸς τίνας; Ὑπὸ τοῦ Σολομῶντος ἐπὶ τῆς Παλαιᾶς πρὸς τοὺς Ἰουδαίους τοὺς οὐδὲν ἕτερον εἰδότες ἢ τὰ αἰσθητὰ, καὶ ἀπὸ τούτων τοῦ Θεοῦ δοκιμάζοντας τὴν ἰσχύν. Οὗτοι γὰρ οἱ λέγοντές εἰσι· *Μὴ καὶ ἄρτον δύναται δοῦναι; καὶ, Τί σημεῖον δεικνύεις ἡμῖν; Οἱ πατέρες ἡμῶν ἔφαγον τὸ μάννα ἐν τῇ ἐρήμῳ. Ἴν ὁ θεὸς ἡ κοιλία*. Ἐπεὶ οὖν ἀπὸ τούτων αὐτὸν ἐδοκίμαζον, λέγει πρὸς αὐτοὺς, δυνατὸν καὶ τοῦτο τῷ Θεῷ, καὶ πλουσίους ποιῆσαι καὶ πένητας· οὐκ ὅτι πάντως· αὐτὸς ποιεῖ, ἀλλ' ὅτι δύναται, ὅταν θέλῃ· ὡσπερ ὅταν λέγῃ, *Ὁ ἀπειλῶν τῇ θαλάσσῃ, καὶ ξηραίνων αὐτήν, καὶ πάντα τοὺς ποταμοὺς ἐξηρημῶν*· καίτοι τοῦτο οὐδέποτε γέγονε. Πῶς οὖν αὐτὸ ὁ προφήτης φησὶν; Οὐχ ὡς γινόμενον ἀεὶ, ἀλλ' ὡς δυνατὸν αὐτῷ ποιῆσαι. Ποῖαν οὖν πενίαν δίδωσι, καὶ ποῖον πλοῦτον; Ἀναμνήσθητι τοῦ πατριάρχου, καὶ εἰπὴ τὸν παρὰ τοῦ Θεοῦ διδόμενον πλοῦτον. Καὶ γὰρ τὸν Ἀβραάμ αὐτὸς πλοῦσιον ἐποίησε, καὶ μετ' ἐκεῖνον τὸν Ἰωβ, καθὼς καὶ αὐτὸς φησιν· *Εἰ τὰ μὲν ἀγαθὰ ἐδεξάμεθα παρὰ Κυρίου, τὰ δὲ κακὰ οὐχ ὑπολοσομῶν*; Καὶ ὁ τοῦ Ἰακώβ πλούτος ἐκεῖθεν τὴν ἀρχὴν εἶχεν. Ἔστι δὲ καὶ πενία παρ' αὐτοῦ ἡ ἐπαινετή, οἷαν προεξέειπε τότε τῷ πλουσίῳ ἐκεῖνῳ, λέγων· *Εἰ θέλεις τέλειος εἶναι, πώλησόν σου τὰ ὑπόρχοντα, καὶ δός πτωχοῖς, καὶ δεῦρο ἀκολούθει μοι*· καὶ τοῖς μαθηταῖς· πάλιν νομοθετῶν καὶ λέγων, *Μὴ κτήσασθε χρυσόν, μηδὲ ἀργυρον, μηδὲ δύο χιτῶνας*. Μὴ τοίνυν λέγε, ὅτι πάντα πλοῦτον αὐτὸς δίδωσι· καὶ γὰρ ἐδείχθη καὶ ἀπὸ φόνων καὶ ἀπὸ ἀρπαγῆς καὶ ἀπὸ μυρίων ἐτέρων προφάσεων συλλεγόμενος οὗτος. Ἀλλὰ πάλιν εἰς τὸ πρότερον ἡμῖν ὁ λόγος περιίσταται ζήτημα. Εἰ γὰρ μηδὲν ἡμῖν χρήσιμοι οἱ πλουτοῦντες, διὰ τί γεγένηνται; τί οὖν ἂν εἴποιμεν; Ὅτι οὗτοι οὐ χρήσιμοι, οἱ ἑαυτοὺς οὕτω ποιοῦντες πλουσίους, ὡς οἱ γε παρὰ τοῦ Θεοῦ γινόμενοι, καὶ σφόδρα χρήσιμοι. Καὶ τοῦτο ἀπ' αὐτῶν τῶν παρ' ἐκείνων γινομένων μάθανε. Καὶ γὰρ ὁ Ἀβραάμ τοῖς ξένους καὶ τοῖς δεομένοις ἅπασιν τὸν πλοῦτον ἐκέκτητο. Ὁ γὰρ τριῶν παραγενομένων, ὡς ἐνόμιζεν, ἀνθρώπων, μόσχον θύσας, καὶ τρία μέτρα

si rursus vestem texere, non auro rursus opus est, non argento, sed manibus rursus et arte mulieribusque operantibus. Quid vero si terram colere oporteat et fodere, an divitibus an pauperibus est opus? Palam est quod pauperibus. Et si ferrum tractare oporteat, aut quid simile facere, hæc maxime plebe nobis opus est. Ubinam ergo divitibus opus habebimus, nisi destruere oporteat hunc civitatem? Nam si illis ingressis, in auri et margaritarum concupiscentiam inciderint hi philosophi (philosophos enim voco eos, qui nihil superfluum querunt), otio se dantes et voluptati, omnia demum perdent. Et nisi utiles sint divitiarum, inquires, cur a Domino datae sunt? Et undenam liquet divitias a Deo dari? Scriptura dicit: *Meum est argentum et meum aurum* (Aggæi 2. 9), et cui voluero dabo illud. Illic, nisi rem turpem facerem, profuse nunc risissem, illos qui hæc dicunt irridens, quia sicut pueruli regia fruentes mensa, cum illo alimento quidquid inciderit in os injiciunt. Sic et hi cum divinis Scripturis sua quoque colligunt. Illud enim, *Meum est argentum, et meum est aurum*, scio dictum fuisse a propheta; illud vero, Cui voluero dabo ipsum, non ibi jacere, sed a facibus istis inductum fuisse. Illud vero qua de causa dictum sit dicam. Propheta Aggæus, quia frequenter Judæis promiserat, post reditum ex Babylone se templum ostensurum in priore forma, non credebant autem quidam dicenti, et fero rem impossibilem existimabant, quod in cinerem et pulverem redacta domus, talis rursus apparitura esset; ille solvens incredulitatem ipsorum, ex persona Dei hæc dicit, ac si diceret: Quid timetis? quid non creditis? *Meum est argentum et meum aurum*, nec opus habeo, ut pecunia sænore accepta, sic ædem exornem. Et quod hoc sit, subjunxit: *Et erit gloria domus hujus ultima supra primam* (Aggæi 2. 10). Ne ergo in vestimentum regium telas aranearum inducamus. Nam si quis deprehendatur in purpura deforme subtegmen contexens, extremas dabit pœnas, multo magis in spiritualibus: neque enim hinc leve peccatum oritur. Et quid dico de additione et de subtractione? ex puncto tantum, et ex simulata altera lectione multa sæpe absurda sensa orta sunt.

6. Undenam ergo divites? inquires; dictum est enim. *Divitiarum et paupertas a Domino* (Eccli. 11. 14). Interrogabimus ergo eos qui hæc nobis objiciunt: Ergone omnes divitiarum et omnis paupertas a Domino? et quis hoc dixerit? Nam videmus et ex rapina et ex maleficio in fodiendis sepulcris, et ex præstigiis exque aliis hujusmodi causis, magnas a multis corradi divitias, et qui eas possident, ne vita quidem dignos esse. Quid ergo, dic mihi, hæcne divitias a Deo esse dicamus? Absit: sed undenam? Ex peccato. Nam meretricis corpus suum contumelia afficiens, dicitur; et formosus adolescens sæpe formam vendens suam, cum turpitudine aurum possidet; et sepulcrorum effossor, diruptis sepulcris, divitias cogit injustas, itemque latro muris perforatis. Ergone a Domino omnes divitiarum? Quid ergo, inquires, respondebimus ad hoc dictum? Disce prius nec paupertatem a Deo esse, et

tunc ad hoc dictum veniemus. Cum enim quis juvenis prodigus aut in meretrices divitias consumpserit, aut in præstigiatores, aut in alias quaspiam similes cupiditates, et pauper evaserit; nonne palam est hoc a Deo factum non esse, sed ab ipsius profusione? Rursus si quis ob segnitiam pauper fiat, si quis ex insaniam in paupertatem decidat, si quis periculosas et iniquas res aggressus; nonne conspicuum prorsus est, nullum eorum qui hujusmodi sunt in paupertatem a Deo dejectum fuisse? Mentitur ergo Scriptura? Absit; sed stulte agunt ii, qui non cum ea qua par esset accuratione omnia quæ scripta sunt examinant. Nam si et hoc in confesso sit, quod Scriptura mentiri nequeat, et hoc demonstratum sit, quod non omnes divitiarum a Deo sint; difficultas venit ex imbecillitate eorum qui non considerate legunt. Et oportet quidem vos dimittere, cum in hoc Scripturam ab oblati criminibus liberavimus, ut has nobis vestrarum in legendis Scripturis negligentiarum daretis pœnas: verum quia vobis admodum parco, et non possum amplius videre vos conturbatos, age solutionem afferamus, primo eum qui dixit memorantes, et quando dictum fuerit, et ad quosnam. Neque enim Deus cum omnibus similiter loquitur; ut neque nos cum pueris et cum viris similiter verba facimus. Quando nam ergo dictum est, et a quo, et ad quosnam? A Salomone in Veteri ad Judæos, qui nihil aliud sciebant quam sensibilia, et ab iis Dei virtutem probabant. Ii enim sunt qui dicebant: *Numquid et panem poterit dare* (Psal. 77. 20)? et, *Quod signum ostendis nobis* (Matth. 12. 38)? *Patres nostri manducaverunt manna in deserto* (Joan. 6. 31). *Quorum deus venter* (Philipp. 3. 19). Quoniam igitur ex iis illum exercebant, dicit ipsis, Hoc quoque potest Deus, et divites facere et pauperes; non quod omnino ipse faciat, sed quod possit, quando voluerit: ut et quando dixerit, *Qui mari comminatur, et exsiccet illud, et omnes fluvios in desertum redigens* (Nahum. 1. 4); quamquam hoc nunquam factum est. Quomodo igitur illud propheta dicit? Non quod semper fiat, sed quod ipse possit facere. Quam ergo paupertatem dat et quas divitias? Recordare patriarcharum, et scies quamnam a Deo dentur divitiarum. Nam Abrahamum ipse divitem reddidit; et post illum Jobum, ut et ipse dicit: *Si bona quidem suscepimus a Domino, mala autem non sustinebimus* (Job. 2. 10)? Et Jacobi divitiarum inde initium sumpserunt. Est autem et paupertas ab eo laudabilis, quam illi divitiarum tunc conciliabat dicens: *Si vis perfectus esse, vende quæ habes, et da pauperibus, et veni sequere me* (Matth. 19. 21); et discipulis rursus legem statuens ac dicens: *Nolite possidere aurum, neque argentum, neque duas tunicas* (Luc. 9. 3). Ne itaque dicas ipsum omnes dare divitias: nam demonstratum est et ex cædibus et ex rapinis et ex mille aliis occasionibus ipsas colligi. Sed rursus ad priorem quaestionem sermo reducatur. Si enim ad nihil nobis utiles divites sunt, cur facti fuere? quid ergo dixerimus? Quod hi non prosint, qui se sic divites reddunt; ut illi qui a Deo facti sunt, valde sunt utiles. Hoc ab illorum gestis edisce.

Etenim Abraham peregrinis et egenis omnibus possidebat divitias. Ille enim cum advenissent tres, ut existimabat, homines, vitulo mactato tribusque similitate mensuris subactis, in ostioque sedens tempore meridiano, considera cum quanta liberalitate et alacritate sua omnibus impenderet, cum pecuniis etiam corporis ministerium adhibens, et hæc in tanto senio. Portus erat hospitem eorumque qui in necessitate erant, nihil sibi proprium possidens, nec etiam filium suum: Deo namque jubente hunc etiam tradidit; cum filio autem seipsum dedit, et totam domum, quando studebat fratris filium eripere. Et hæc faciebat non pecuniarum causa, sed ex humanitate sola. Cum enim ipsum manubiarum dominum fecerunt qui ab ipso servati fuerant, usque ad flum subtegmis et corrigiam calceamenti omnia recusavit.

7. Talis erat et beatus Job: etenim, *Ostium meum*, inquit, *omni venienti apertum erat. Ego eram oculus cæcorum et pes claudorum; ego eram pater infirmorum; foris autem non manebat hospes (Job. 31. 32. et 29. 15. 16)*: infirmi autem, si quando opus habebant, non frustrabantur; neque sivi infirmum ex ostio meo sinu vacuo exire. Et his multo plura, ne omnia nunc recenseamus, facere non desinebat, in egenos omnes divitias consumens. Vis etiam illos divites videre, qui a Deo non tales facti sunt, ut discas quomodo divitiis sint usi? Vide illum qui cum Lazaro, qui ne micæ quidem dabat; vide Achaabum,

qui et vineam rapuit; vide Giezi, vide omnes qui hujusmodi fuere. Nam qui juste possident, utpote qui a Deo acceperint, secundum Dei præcepta impendunt; quia tamen in acquirendo Deum offenderunt, et in expensis quoque id ipsum faciunt, in meretrices et parasitos insumentes, aut suffodientes vel claudentes, in mendicum autem nihil erogantes. Et cur, inquit, permittit Deus ut tales homines sint divites? Quia patiens est, quia vult nos ad penitentiam adducere, quia gehennam præparavit, quia diem statuit in qua judicaturus est orbem. Si autem statim divites plecteret, Zacchæus non habuisset tempus ad penitentiam, ita ut redderet quadruplum eorum quæ raperat, et dimidium etiam bonorum suorum adderet: non Mattheus tempus habuisset ut mutaretur et fieret apostolus, si ante opportunum tempus raptus fuisset: non alii multi similes. Propterea expectat, ad penitentiam omnes vocans. Si vero noluerint, sed in iisdem permanserint, audient Paulum dicentem: *Quod secundum duritiam eorum et impenitentem cor thesaurizent sibi iram in die iræ et revelationis et justitiam Dei (Rom. 2. 5)*. Quam iram ut fugiamus, ditemur divitiis celestibus, et laudabilem persequamur paupertatem. Ita enim et celestia consequemur dona, quæ utinam nos omnes adipisci contingat, gratia et benignitate Domini nostri Jesu Christi, quicum Patri unaque Spiritui sancto gloria, imperium, honor, nunc et semper et in sæcula sæculorum. Amen.

HOMILIA XXXV.

Cap. 14. v. 1. *Persequimini caritatem, æmulamini spiritualia, magis autem ut prophetetis.*

1. Quia etiam cum accurate caritatis virtutem omnem illis recensuit, de cætero hortatur ut cum alacritate illam amplectantur: ideoque dicebat, *Persequimini*. Nam qui persequitur, illud solum respicit quod persequitur, et ad illud tendit, nec desistit donec accipiat. Qui persequitur, cum per seipsum non potest, per eos qui ante illum sunt, fugientem apprehendit, eos qui prope sunt cum magno studio adhortans, ut detineant et servent eum qui captus fuit, donec ille advenerit. Hoc nos quoque faciamus: cum ipsi non pervenimus ad caritatem, eos qui prope sunt jubeamus eam detinere, donec perveniamus ad illam: deinde cum apprehenderimus, ne ultra dimittamus eam, ne rursus a nobis fugiat. Assidue enim a nobis resilit, quia non ut par est illa utimur, sed omnia ei præferimus. Ideo omnia oportet facere, ut illam accurate retineamus. Nam si hoc fiat, non multo nobis deinceps opus erit labore, in eo ne levi quidem, sed in deliciis versantes, festum agentes, per angustam virtutis viam incedemus. Ideo ait, *Persequimini eam*. Deinde ne putarent, ideo ipsum de caritate sermonem induxisse, ut charismata extingueret, subiungit dicens: *Æmulamini autem spiritualia, magis autem ut prophetetis*. 2. *Qui enim loquitur lingua, non hominibus loquitur, sed Deo; nemo enim audit; Spiritu autem loquitur mysteria*: 3. *qui autem prophetat,*

Quoniam est ergo causa? 21. *Quoniam quidem per hominem mors, et per hominem resurrectio mortuorum.* Si autem per hominem, per eum plane qui habet corpus. Vide porro ejus solertiam, qui etiam aliter orationem efficit necessariam. Nam eum, qui fuit superatus, oportet et prostratam instaurare ac reparare naturam, et ipsum vincere: sic enim probrum excussorit. Videamus autem quamnam dicit mortem. 22. *Sicut enim in Adam omnes moriuntur, ita et in Christo omnes vivificabuntur.* Quid? omnesne, dic quæso, mortui sunt in Adam morte peccati? quomodo ergo Noe justus in generatione sua? quomodo Abraham? quomodo Job? quomodo alii omnes? Quid vero, dic, rogo, omnesne vivificabuntur in Christo? Et ubi sunt qui abducuntur in gehennam? Nam si hoc quidem dictum est de corpore, stat quod dicitur: sin autem de justitia et peccato, nequaquam. Deinde ne cum audieris communem vivificationem, etiam peccatores existimares esse salvos, subjunxit: 23. *Unusquisque autem in suo ordine.* Nam quoniam audivisti resurrectionem, ne existimes omnes eadem assequi et iisdem frui. Nam si in supplicio non omnes eadem patientur, sed magna est differentia, multo magis ubi sunt peccatores et justii, major erit distantia. *Primitiæ Christus: deinde ii qui sunt Christi;* hoc est, fideles et qui sunt probati et bonæ existimationis. 24. *Deinde finis.* Nam quando illi resurrexerint, res omnes finem accipient: non sicut nunc postquam resurrexerit Christus, omnia adhuc sunt in suspensio. Et ideo addidit, *In ejus adventu,* ut discas ipsum loqui de illo tempore. *Cum tradiderit regnum Deo et Patri; cum evacuaverit omnem principatum, potestatem, et virtutem.*

4. Illic attente animum adhibete, et videte ne quid vos effugiat eorum quæ dicuntur. Est enim nobis pugna cum inimicis: ideo prius est exercenda deductio ad absurdum: quod sæpe etiam facit Paulus: sic enim maxime quæ dicunt, apparebunt nobis deprehensu facilia. Eos ergo primum rogemus quid sit quod dictum est, *Cum tradiderit regnum Deo et Patri.* Nam si id inconsiderate acceperimus, et non ut Deo convenit, non illud postea habebit: nam qui alii tradidit, desinit de cætero ipse id tenere. Nec erit solum hoc absurdum, sed etiam quod ne ille quidem qui accepit, inveniatur habere priusquam acceperit. Ergo secundum illos neque Pater erat Rex antea, et nostra persequitur; neque Filius postea Rex esse apparebit. Quomodo ergo ipse quidem dicit de Patre, *Pater meus usque nunc operatur, et ego operor* (Joan. 5. 17)? de ipso autem dicit Daniel, *Regnum ejus, regnum æternum, quod non præteribit* (Dan. 2. 44)? Viden' quam multa orientur absurda, et quam cum Scripturis pugnantia, cum quispiam quæ dicuntur humane acceperit? Quemnam autem hic dicit evacuari et aboleri principatum? angelorumne? Absit. At fidelium? Ne hoc quidem. Sed quemnam? Dæmonum, de quo dicit: *Non est nobis collectatio adversus carnem et sanguinem, sed adversus principatus, adversus potestates, adversus mundi rectores tenebrarum hujus sæculi* (Ephes. 6. 12). Nam nunc quidem non sunt plene abolita nec adhuc ces-

sant; in multis enim locis operantur; tunc autem cessabunt. 25. *Oportet enim illum regnare, donec ponat omnes inimicos sub pedibus ejus.* Rursus hinc quoque aliud oritur absurdum, nisi id quoque acceperimus, ut Deo convenit. Nam illud, *Donec,* est finis et determinationis; in Deo autem hoc non est. 26. *Novissima iniuicia destruetur mors.* Quomodo novissima? Post omnes, post diabolum, post alia omnia. Etenim etiam in initio intravit novissima: prius enim diaboli consilium et inobedientia, et tunc mors. Potestate ergo nunc quoque est abolita, re autem ipsa tunc. *Omnia enim subiecit sub pedibus ejus. Cum autem dicat,* 27. *Omnia subjecta sunt ei, sine dubio præter eum, qui subiecit ei omnia.* 28. *Cum autem subjecta fuerint illi omnia, tunc et ipse Filius subjectus erit illi, qui subiecit sibi omnia.* Atqui antea non Patrem dicebat esse qui subiecit, sed ipsum evacuare et aboleri: *Cum,* inquit, *evacuaverit omnem principatum et potestatem;* et rursus, *Oportet enim ipsum regnare, donec ponat omnes inimicos sub pedibus ejus.* Quomodo ergo hic dicit Patrem? Nec hoc est solum quod videtur esse dubium, sed etiam quod metu valde absurdo est affectus, et usus est correctione dicens, *Præter eum qui ei subiecit omnia,* tamquam aliquibus suspicantibus, num Pater quoque aliquando subiceretur Filio: quo quid fuerit magis alienum a ratione? Sed tamen hoc timuit. Quid ergo est? etenim multæ deinceps occurrunt quæstiones: sed animum mihi adhibete. Etenim mihi necesse est primum dicere Pauli scopum et institutum et consilium, quod ubique videris resplendere, et tunc afferre solutionem: nam hoc quoque ad solutionem nobis confert. Quæ est ergo sententia Pauli, et quis est mos ejus? Aliter loquitur, quando loquitur de sola divinitate, et aliter quando acciderit ut loquatur de susceptæ carnis dispensatione. Nam quando carnem apprehenderit, de cætero secure omnia loquitur humilia et abjecta, confidens nempe, quod ea sit apta et idonea ad suscipiendum ea quæ dicuntur. Videamus ergo hic quoque an loquatur de sola divinitate, an cum carnis susceptæ dispensatione de ipso hæc enuntiet quæ dicit: imo vero prius ostendamus ubinam hoc, quod dixi, fecerit. Ad Philippenses scribens dicit: *Qui cum in forma Dei esset, non rapinam arbitratus est esse se Deo æqualem, sed se ipsum exinanivit servi formam accipiens, in similitudine hominum factus, et figura inventus ut homo; humiliavit se ipsum, obediens factus usque ad mortem, mortem autem crucis. Quapropter Deus exaltavit illum* (Philipp. 2. 6-9). Vidistin' quomodo, quando de sola quidem loquebatur divinitate, illa magna dixit, eum in forma Dei esse, et æqualiter Genitori, et ipsi totum adscribit: quando autem ostendit tibi eum carnem suscepisse, rursus depressit orationem? Nisi enim hæc diviseris, magna est repugnantia eorum quæ dicta sunt. Nam si Deo erat æqualis, quomodo exaltavit eum, qui est sibi æqualis? si erat in forma Dei, quomodo ipsi donavit nomen? nam qui donat, ei qui non habet donat: et qui exaltat, eum qui prius erat humilis exaltat. Inveniatur ergo esse imperfectus et in-

digens, priusquam altitudinem acceperit et nomen: et alia innumerabilia hinc sequenter absurda corollaria. Sed si carnis susceptæ addideris dispensationem, non peccabis hæc dicens. Hæc autem hic quoque cogita, et cum hoc consilio accipe quæ dicta sunt.

5. Cum his autem alias quoque dicemus causas. Interim autem illud necesse est dicere, quod et a Paulo verba fiebant de resurrectione, quæ videbatur fieri non posse, et quæ minime credebatur: et scribebat ad Corinthios, ubi plures erant philosophi, qui semper irridebant ea quæ sunt huiusmodi. Etenim cum in aliis inter se colliderentur, in hoc dogmate tamquam uno ore omnes conspirabant, statuentes non esse resurrectionem. De huiusmodi ergo causa decertans, cui adeo non creditur et quæ irridetur tam propter præjudicatam opinionem, quam propter rei difficultatem; et volens probare id fieri posse, primum hoc facit ex Christi resurrectione: et cum eam demonstrasset et ex prophetis et ex iis qui viderant, et ex iis qui crediderant, postquam accepit sibi concessam ad absurdum deductionem, deinceps probat hominum resurrectionem: *Nam si mortui non resurgant*, inquit, *ne Christus quidem resurrexit*. Deinde cum continuo in præcedentibus eorum frequentem dedisset probationem, aliter rursus argumentatur, eam vocans primitias, et ostendens eum abolere omnem principatum et potestatem et virtutem et mortem novissimam. Quomodo ergo, inquit, fuerit abolita, nisi prius amiserit quæ habebat corpora? Postquam ergo magna loquutus est de Unigenito, nempe quod tradit regnum, hoc est, quod ipse ea conficit, et ipse bello vincit, et omnia pedibus suis subjicit; subjunxit corrigens multorum incredulitatem: *Oportet enim regnare, donec posuerit omnes inimicos sub pedibus suis*. Non finem regno imponens dixit illud, *Donec*, sed fide dignum faciens id quod dictum est, et ut bono sint animo et confidant procurans. Non enim postquam audivisti, inquit, eum esse aboliturum omnem principatum et potestatem et virtutem, et diabolum et tam multas dæmonum catervas, et infidelium turbas, et mortis tyrannidem, et mala omnia, timeas, tamquam ipse sit infirmus et imbecillus: donec enim fecerit hæc omnia, oportet eum regnare: non hoc dicens, quod postquam fecerit, non regnabit, sed illud probans, quod etiamsi non nunc factum sit, omnino sit futurum. Non enim conscinditur ejus regnum: dominatur enim et potens est et manet, donec omnia recte confecerit. Hunc autem morem inveneris etiam in Veteri Scriptura, ut quando dicit, *Verbum autem Domini manet in æternum*; et, *Tu autem idem ipse es, et anni tui non deficient* (Psal. 118. 89; et 101. 28). Hæc autem dicit propheta, et quæ sunt huiusmodi, quando narrat de rebus, quæ longo post tempore sunt gerendæ et omnino futuræ, crassiorum auditorum expellens timorem. Quod autem illud *Donec* et *Usque*, si de Deo dicantur, non sint verba finem significantia, audi quid dicat: *A sæculo et usque in sæculum tu es* (Psal. 89. 2); et iterum, *Ego sum* (Exod. 3. 14); et, *Donec*

consenueritis ego sum (Isai. 46. 4). Propterea et ultimam ponit mortem, ut ex aliorum victoria hoc quoque facile admittat is qui non credit. Quando ergo diabolum, qui mortem invexit, sustulerit, multo magis ejus opus dissolvat ac perfringat. Quoniam ergo ei omnia attribuit, quod evacuaverit principatus et potestates, quod regnum recte gesserit et administrarit, dico autem fidelium salutem, orbis terræ pacem, malorum deletionem (hoc enim est regnum recte gessisse et administrasse, mortem dissolvisse); neque dixit, quod Pater per ipsum, sed quod ipse evacuabit et abolebit et ipse ponet sub pedibus suis, neque usquam meminit Patris: jam timuit, ne videretur quibusdam a ratione alienioribus aut major Patre esse Filius, aut aliquod aliud principium ingenitum; et propterea sibi cavens et eum in tuto collocans, lenit ac mitigat magnitudinem eorum quæ dicta sunt, dicens: *Omnia enim posuit sub pedibus suis*; res gestas rursus Patri adscribens, non tamquam sit impotens et imbecillus Filius (quomodo enim esset, de quo tam multa tulit testimonia, et cui attribuit omnia quæ dicta sunt?) sed propter quam dixi causam, et ut ostenderet Patri et Filio esse communia quæ facta sunt pro nobis. Nam quod ipse sibi suffecerit ad omnia sibi subjicienda, audi rursus Paulum dicentem: *Qui transfigurabit corpus humilitatis nostræ, ut sit conforme corpori gloriæ suæ, secundum operationem, qua etiam possit ipse subjicere sibi omnia* (Philipp. 3. 21). Deinde etiam usus est correctione dicens: *Cum autem dicat, omnia subjecta sunt ei, sine dubio præter eum qui subiecit ei omnia*; hinc quoque de Unigeniti gloria non parvum ferens testimonium. Si enim fuisset minor, et longe inferior, numquam eum subiisset hic metus. Neque hoc fuit contentus, sed aliud etiam ei addit, dicens. Nam ne quispiam suspicaretur et diceret, *Quid tum, si non subjectus sit Pater? hoc non obstat quominus fortior sit Filius: veritus impiam hanc suspicionem, quoniam per illud non satis poterat hoc ostendere, addidit ex multa abundantia: Cum autem subjecta fuerint illi omnia, tunc et ipse Filius subjectus erit illi*; ostendens ejus magnam cum Patre concordiam, et quod is est principium bonorum omnium et causa prima, qui eum genuit, qui tam multa potest et recte gerit.

6. Si autem plura dixit quam res postulabat, ne mireris: Magistrum enim suum imitans hoc facit. Ipse enim volens ostendere illius concordiam cum eo qui ipsum genuit, et quod non præter ejus voluntatem advenerit, tantum descendit et se demittit, non quantum exigebat concordiam demonstratio, sed quantum opus habebat præsentium imbecillitas. Patrem enim rogat, non propter aliud quam propter hoc: et causam afferens dicit, *Ut credant quod tu me misisti* (Joan. 11. 42). Hunc ergo imitans, hic quoque dictione utitur ex abundantia, non ut coactam suspiceris servitutem, absit; sed ut absurda illa dogmata validius expellat. Nam quando vult aliquid radicitus evellere, magna utitur abundantia. Sic etiam dicens de muliere fidei et viro infidei, habentibus inter se

δη και ἐνταῦθα λογιζοῦ, και μετὰ τῆς γνώμης ἐκδέχου ταύτης τὰ εἰρημένα.

ε'. Μετὰ δὲ τούτων και ἐτέρας αἰτίας ἐροῦμεν. Τίως και ἐκεῖνο ἀναγκαῖον εἶπαι, ὅτι και περὶ ἀναστάσεως ὁ λόγος ἦν τῷ Παύλῳ, πράγματος ἀδυνάτου δοκοῦντος εἶναι και σφόδρα ἀπιστομένου· και πρὸς Κορινθίους ἐπέστελλεν, ἔθνα πλείους οἱ φιλόσοφοι οἱ τὰ τοιαῦτα κωμωδοῦντες αἰεὶ. Και γὰρ ἐν τοῖς ἄλλοις ἀλλήλοις συρρήγνυμενοι, ἐν τούτῳ πάντες, ἅτε ἐξ ἐνὸς στόματος, συνέπνευσαν, δογματίζοντες μὴ εἶναι ἀνάστασις. Ἀγωνιζόμενος τοῖνον ὑπὲρ τοιαύτης ὑποθέσεως οὕτως ἀπιστομένης και καταγελωμένης και διὰ τὴν πρόληψιν τὴν γεγεννημένην και διὰ τὴν τοῦ πράγματος δυσκολίαν, και βουλόμενος κατασκευάσαι τὸ δυνατόν, πρῶτον ἐκ τῆς ἀναστάσεως τοῦ Χριστοῦ τοῦτο ἐργάζεται· και ἀποδείξας αὐτὴν και ἀπὸ τῶν προφητῶν και ἀπὸ τῶν ἑωρακόντων και ἀπὸ τῶν πιστευσάντων, ἐπειδὴ ἔλαβεν ὠμολογημένην τὴν εἰς ἄπονον ἀπαγωγὴν, και τὴν τῶν ἀνθρώπων κατασκευάζει λοιπόν· *Εἰ γὰρ νεκροὶ οὐκ ἐγείρονται*, φησὶν, οὐδὲ *Χριστὸς ἐγήγηρται*. Εἴτα συνεχῶς ταῦτα ἀντιστρέφας ἐν τοῖς ἔμπροσθεν, ἐτέρως πάλιν ἐπιχειρεῖ, ἀπαρχὴν αὐτὸν καλῶν, και δεικνύς καταργοῦντα πᾶσαν ἀρχὴν και ἐξουσίαν και δύναμιν και θάνατον ἔσχατον. Πῶς οὖν καταργηθεῖη, φησὶν, ἐὰν μὴ πρότερον, ἄπερ εἶχεν, ἀποβάλλῃ σώματα; Ἐπεὶ οὖν μεγάλα περὶ τοῦ Μονογενοῦς ἐφθέγγετο, ὅτι παραβίβωσι τὴν βασιλείαν, τουτέστιν, ὅτι αὐτὸς ἀνυεῖ ταῦτα, και αὐτὸς τὸν πόλεμον νικᾷ, και πάντα τίθησιν ὑπὸ τοὺς πόδας αὐτοῦ, ἐπήγαγε, τὴν ἀπίστιαν τῶν πολλῶν διορθούμενος· *Δεῖ γὰρ αὐτὸν βασιλεύειν, ἄχρις οὗ ἂν θῆ πάντας τοὺς ἐχθροὺς ὑπὸ τοὺς πόδας αὐτοῦ*. Οὐ τέλος ἐπιτιθεῖς τῇ βασιλείᾳ τὸ, *Ἀχρις*, εἶπεν, ἀλλ' ἀξιοπίστον ποιῶν τὸ εἰρημένον, και θαρρῆειν παρασκευάζων. Μὴ γὰρ, ἐπειδὴ ἤκουσας, φησὶν, ὅτι καταργησεῖ πᾶσαν ἀρχὴν και ἐξουσίαν και δύναμιν, και τὸν διάβολον και τὰς τῶν δαιμόνων φάλαγγας τὰς τσοσῦτας, και τῶν ἀπίστων τὰ πλήθη και τοῦ θανάτου τὴν τυραννίδα και τὰ κακὰ ἅπαντα, φοβηθῆς, ὡς ἀνονούτος αὐτοῦ· Ἔως γὰρ ἂν ποιῆσθαι ταῦτα πάντα, δεῖ βασιλεύειν αὐτόν· οὐ τοῦτο λέγων, ὅτι μετὰ τὸ ποιῆσαι οὐ βασιλεύει, ἀλλ' ἐκεῖνο κατασκευάζων, ὅτι κἂν μὴ νῦν γένηται, πάντως ἔσται. Οὐ γὰρ διακόπτεται αὐτοῦ ἡ βασιλεία· κρατεῖ γὰρ και ἰσχύει και μένει, ἔως ἂν πάντα κατορθώσῃ. Τοῦτο δὲ τὸ ἔθος και ἐν τῇ Παλαιᾷ εὐροί τις ἂν, ὡς ὅταν λέγῃ, *Τὸ δὲ ῥῆμα Κυρίου μένει εἰς τὸν αἰῶνα* και, [370] *Σὺ δὲ ὁ αὐτὸς εἶ, και τὰ ἔτη σου οὐκ ἐκλείψουσι*. Ταῦτα δὲ λέγει ὁ προφήτης και τὰ τοιαῦτα, ἐπειδὴν περὶ πραγμάτων διηγῆται· μακρῷ χρόνῳ κατορθουμένων και πάντως ἐσομένων, τὴν δειλίαν τῶν παχυτέρων ἀκρατῶν ἐκβάλλων. Ὅτι δὲ τὸ, *Ἀχρις*, ἐπὶ Θεοῦ λεγόμενον, και *Ἔως*, οὐκ ἔστι τέλους, ἄκουσον τί φησιν· *Ἀπὸ τοῦ αἰῶνος και ἔως τοῦ αἰῶνος σὺ εἶ* και πάλιν, *Ἐγὼ εἰμι*· και, *Ἔως ἂν καταργηράσῃς, ἐγὼ εἰμι*. Διὰ δὲ τοῦτο και ἔσχατον τίθησιν τὸν θάνατον, ἵνα ἀπὸ τῆς τῶν ἄλλων νίκης και τοῦτο εὐπαράδεικτον γένηται τῷ ἀπιστοῦντι. Ὅταν γὰρ τὸν διάβολον ἀνέλῃ τὴν εἰσαγαγόντα τὸν

θάνατον, πολλῶν μᾶλλον τὸ ἔργον τὸ ἐκεῖνο καταλύσει. Ἐπεὶ οὖν πάντα αὐτῷ ἀνατίθεικε, τὸ καταργεῖν τὰς ἀρχάς, τὰς ἐξουσίας, τὸ κατορθῶσαι τὴν βασιλείαν, λέγω δὴ τῶν πιστῶν τὴν σωτηρίαν, τὴν τῆς οἰκουμένης εἰρήνην, τὴν τῶν κακῶν ἀναίρεσιν (τοῦτο γὰρ ἔστι τὴν βασιλείαν κατορθῶσαι, τὸ καταλύσαι τὸν θάνατον)· και οὐκ εἶπεν, ὅτι ὁ Πατὴρ δι' αὐτοῦ, ἀλλ' αὐτὸς καταργήσει, και αὐτὸς θῆσει ὑπὸ τοὺς πόδας αὐτοῦ, και οὐδαμοῦ τοῦ γεγεννηκότος ἐμνημόνευσεν ἐφοβήθη λοιπόν, μὴ διὰ τοῦτο δόξῃ παρὰ τισι τῶν ἀλογωτέρων ἢ μείζων εἶναι τοῦ Πατρὸς ὁ Υἱός, ἢ ἕτερα τις ἀρχὴ ἀγέννητος· και διὰ τοῦτο ἡρέμα ἀσφαλιζόμενος παραμυθεῖται τὸν δγκον τῶν εἰρημένων, λέγων· *Πάντα γὰρ ὑπέταξεν ὑπὸ τοὺς πόδας αὐτοῦ*· πάλιν τῷ Πατρὶ τὰ κατορθώματα ἀντιθεῖς, οὐχ ὡς ἀνονούτος τοῦ Παιδός (πῶς γὰρ, ὡς τσοσῦτα ἐμαρτύρησεν ἔμπροσθεν, και πάντα ἀνέθηκε τὰ εἰρημένα ;), ἀλλὰ διὰ τὴν αἰτίαν ἦν εἶπον, και ἵνα δείξῃ κοινὰ Πατρὶ και Υἱῷ τὰ ὑπὲρ ἡμῶν γεγόμενα ἅπαντα. Ὅτι γὰρ αὐτὸς ἐαυτῷ ἤρκεσεν εἰς τὸ ὑποτάξει αὐτῷ τὰ πάντα, ἄκουσον πάλιν Παύλου λέγοντος· *Ὅς μετασχηματίσει τὸ σῶμα τῆς ταπεινώσεως ἡμῶν εἰς τὸ γενέσθαι σύμμορφον τῷ σώματι τῆς δόξης αὐτοῦ, κατὰ τὴν ἐνέργειαν τοῦ δύνασθαι αὐτόν και ὑποτάξει ἐαυτῷ τὰ πάντα*. Εἴτα και ἐπιδιορθώσει κέρηται λέγων· *Ὅταν δὲ εἴπῃ, ὅτι Τὰ πάντα ὑποτάσσεται, δηλον ὅτι ἐκτός τοῦ ὑποτάξαντος αὐτῷ τὰ πάντα, οὐ μικρὰν κἀντεῦθεν τῷ Μονογενεῖ μαρτυρῶν δόξαν*. Εἰ γὰρ ἐλάττων ἦν και πολὺ καταδεέστερος, οὐκ ἂν τοῦτο ἐφοβήθη τὸ δέος ποτέ. Και οὐδὲ τούτῳ ἀρκεῖται, ἀλλὰ και ἕτερον προστίθησι λέγων· *Ἴνα γὰρ μὴ τις ὑποπτεύῃ και λέγῃ· Τί γὰρ, εἰ και μὴ ὑποτάσσεται ὁ Πατὴρ ; οὐδὲν τοῦτο κωλύει· ἰσχυρότερον εἶναι τὸν Υἱόν, δαίσας τὴν ἀσεβῆ ταύτην ὑπόνοιαν, ἐπειδὴ ἐκεῖνο οὐκ ἤρκει και τοῦτο δεῖξαι, προσέθηκεν ἐκ περιουσίας πολλῆς· Ὅταν δὲ ὑποταγῇ αὐτῷ τὰ πάντα, τότε και αὐτὸς ὁ Υἱὸς ὑποταγησεται* τὴν πολλὴν πρὸς τὸν Πατέρα ὁμόνοιαν δεικνύς, και ὅτι οὗτος ἀρχὴ πάντων τῶν ἀγαθῶν και αἰτία πρώτη, ὁ τὸν τσοσῦτα δυνάμενον και κατορθοῦντα γεγεννηκώς.

[371] ς'. Εἰ δὲ πλέον εἴρηκεν ἢ ἀπῆται τοῦ πράγματος ἢ ὑπόθεσις, μὴ θαυμάσης· τὸν γὰρ Διδάσκαλον τὸν ἑαυτοῦ μιμούμενος, ταῦτα ποιεῖ. Και γὰρ ὁμόνοιαν αὐτὸς δεῖξαι βουλόμενος πρὸς τὸν γεγεννηκότα, και ὅτι οὐ παρὰ γνώμην αὐτοῦ ἀφίεται, τσοσῦτον καταβαίνει, οὐχ ὅσον ἀπῆται τῆς ὁμοιότητος ἢ ἀπόδειξις, ἀλλ' ὅσον ἐδεῖτο τῶν παρόντων ἡ ἀσθένεια. Εὐχεται γὰρ τῷ γεγεννηκῶτι δι' οὐδὲν ἄλλο, ἢ διὰ τοῦτο, και τὴν αἰτίαν τιθεῖς φησιν, *Ἴνα πιστεύωσιν ὅτι σὺ με ἀπέστειλας*. Τοῦτον οὖν μιμούμενος και ἐνταῦθα ἐκ περιουσίας τῇ λέξει κέρηται, οὐχ ἵνα δουλείαν κατηναγκασμένην ὑποπτεύσης, ἀπαγε, ἀλλ' ἵνα τὰ ἄτοπα ἐκεῖνα δόγματα ἐκ περιουσίας ἐκβάλλῃ. Και γὰρ ὅταν βουλήται τι πρόβριζον ἀνασπάσαι, πολλῇ κέρηται τῇ περιουσίᾳ. Οὕτω γοῦν και περὶ γυναικὸς πιστῆς λέγων και ἀνδρὸς ἀπίστου ὁμιλούντων ἀλλήλοις νόμῳ γάμου, ἵνα μὴ νομίση ἡ γυνὴ μολύνεσθαι ἀπὸ τῆς μίξεως και τῶν περιπλοκῶν τῶν περὶ τὸν

ἀπιπτον, οὐκ εἶπεν, ὅτι οὐκ ἔστιν ἀκάθαρτος ἡ γυνή, οὐδ' ὅτι οὐδὲν βλάπτεται παρὰ τοῦ ἀπίστου, ἀλλ', ὁ πολλῶν πλέον ἦν, ὅτι καὶ ὁ ἀπίστος ἠγιάσται δι' αὐτῆς, οὐ τοῦτο δεῖξαι βουλόμενος, ὅτι ὁ Ἑλλην ἅγιος ἐγένετο ἐξ ἐκείνης, ἀλλὰ τῇ ὑπερβολῇ τοῦ ῥήματος τὸν φόβον αὐτῆς ἐκλύσαι σπεύδων. Οὕτω καὶ ἐνταῦθα τῇ περιουσίᾳ τῆς λέξεως τὸ ἀσεβὲς ἐκείνο δόγμα ἀνελεῖν ἐσπουδακῶς, εἶπεν ὅπερ εἴρηκεν. Ὅσπερ γὰρ ἀσθενῆ τὸν Ἰῶν ὑποπτεύειν, τῆς ἐσχάτης παρανομίας ἐστὶ· διόπερ αὐτὸ διορθοῦται λέγων, ὅτι *Πάντας τοὺς ἐχθροὺς αὐτοῦ θήσει ὑπὸ τοὺς πόδας αὐτοῦ*· οὕτω πάλιν ἀσεβέστερον τούτου τὸ ἐλάττονα νομίζειν τὸν Πατέρα. Διὸ καὶ αὐτὸ μετὰ πολλῆς ἀναιρεῖ τῆς ὑπερβολῆς. Καὶ ὅρα πῶς αὐτὸ τίθησιν· οὐ γὰρ εἶπεν, *Ἐκτός τοῦ ὑποτάξαντος*, ἀπλῶς, ἀλλὰ, *Δήλον ἐστι*. Εἰ γὰρ καὶ ὠμολόγηται, φησὶν, ἀλλ' ὁμως ἀσφαλίζομαι. Καὶ ἵνα μάθῃς, ὅτι αὕτη ἐστὶν ἡ αἰτία τῶν εἰρημένων, ἐκείνο ἂν σε ἐροίμην· Ἄρα προσθήκη γίνεται ὑποταγῆς τότε τῷ Ἰῶ; καὶ πῶς οὐκ ἄτοπον καὶ Θεοῦ ἀνάξιον; ἢ γὰρ μεγίστη ὑποταγὴ καὶ ὑπακοή αὕτη, τὸ τὸν Θεὸν δντα δούλου μορφήν λαβεῖν. Πῶς οὖν τότε ὑποταγῆσεται; Ὅρξ· ὅτι τὴν ἄτοπον ὑποψίαν ἀναιρῶν, τοῦτο θέθεικε, καὶ τοῦτο δὲ μετὰ τῆς προσηκούσης ὑπονοίας; Ἔς γὰρ Ἰῶ προσήκει καὶ Θεῷ, οὕτως ὑπακούει, οὐκ ἀνθρωπίνως, ἀλλ' ἐλευθεριάζων καὶ ἐξουσίαν πᾶσαν ἔχων. Ἐπεὶ πῶς σύνθρονος; πῶς ὡς ὁ Πατὴρ ἐγείρει, οὕτω καὶ αὐτὸς οὕς θέλει; πῶς τὰ τοῦ Πατρὸς, αὐτοῦ πάντα, καὶ τὰ αὐτοῦ, τοῦ Πατρὸς; Ταῦτα γὰρ ἐξουσίαν ἀπηκριβωμένην πρὸς τὸν γεγεννηκότα ἡμῖν ἐνδείκνυται. Τί δὲ ἐστὶ, *Ὅταν παραθῶ τὴν βασιλείαν*; Βασιλείας τοῦ Θεοῦ δύο οἶδεν ἡ Γραφή, τὴν μὲν κατ' οἰκειωσιν, τὴν δὲ κατὰ δημιουργίαν. Βασιλεύει μὲν γὰρ ἀπάντων, καὶ Ἑλλήνων καὶ Ἰουδαίων καὶ δαιμόνων καὶ τῶν ἀντιτεταγμένων, κατὰ τὸν τῆς δημιουργίας λόγον· βασιλεύει δὲ τῶν πιστῶν καὶ ἐκόντων καὶ ὑποτεταγμένων, κατὰ τὸν τῆς οἰκειώσεως. Αὕτη ἡ βασιλεία καὶ ἀρχὴν ἔχειν λέγεται· περὶ γὰρ ταύτης φησὶ καὶ ἐν τῷ δευτέρῳ ψαλμῷ· *Αἴτησαι παρ' ἐμοῦ, καὶ δώσω σοι ἔθνη τὴν κληρονομίαν σου*· περὶ ταύτης καὶ [372] αὐτὸς εἴρηκε τοῖς μαθηταῖς· *Ἐδόθη μοι πᾶσα ἐξουσία ὑπὸ τοῦ Πατρὸς μου*, τῷ γεγεννηκότῳ ἅπαντα ἀνατιθεῖς, οὐχ ὡς αὐτὸς τὸν ἀρκῶν, ἀλλὰ δὲ κινῶς ὅτι Ἰῶς ἐστὶ, καὶ οὐχὶ ἀγέννητος. Ταύτην οὖν παραδίδωσι, τουτέστι, κατορθοῖ. Τί ποτ' οὖν περὶ τοῦ Πνεύματος, φησὶν, οὐδὲν εἴρηκεν; Ὅτι οὐ περὶ τούτου ὁ λόγος αὐτῷ ἦν νῦν, οὐδὲ ἐμοῦ πάντα συγγεῖ· ἐπεὶ καὶ ὅταν λέγη, *Εἷς ὁ Θεὸς ὁ Πατὴρ, καὶ εἷς Κύριος Ἰησοῦς*, οὐ πάντως ἔλαττον ἀφελὲς εἶναι τὸ Πνεῦμα, διὰ τοῦτο σιγᾶ, ἀλλ' ἐπειδὴ τῶς οὐ κατήπειγε, τοῦτο εἶπεν. Οἶδε γὰρ καὶ τοῦ Πατρὸς μεμνησθαι μόνου, καὶ οὐ διὰ τοῦτο τὸν Ἰῶν ἐκβαλοῦμεν· οὐδὲ καὶ τοῦ Ἰησοῦ καὶ τοῦ Πνεύματος μόνου, καὶ οὐ διὰ τοῦτο τὸν Πατέρα ἀθετήσομεν. Τί δὲ ἐστὶν, *Ἰνα ἢ ὁ Θεὸς τὰ πάντα ἐν πᾶσιν*; Ἰνα ἅπαντα εἰς αὐτὸν ἀνηρητημένα ἦ, ἵνα μὴ δύο τις ἀρχὰς ἀνάρχους ὑποπτεύῃ, μηδὲ ἑτέραν βασιλείαν ἀπεσχισμένην. Ὅταν γὰρ οἱ μὲν ἐχθροὶ ὑπὸ τοῦ πόδας ὡς κείμενοι τοῦ Παιδὸς, ὁ δὲ ἔχων αὐτοὺς

ὑπὸ πόδας ἐρρόιμένους μὴ στασιάζῃ πρὸς τὸν γεγεννηκότα, ἀλλ' ὁμονοῇ μετὰ πολλῆς τῆς ἀκριβείας, αὐτὸς ἔσται τὰ πάντα ἐν πᾶσι. Τινὲς δὲ τῆς κακίας τὴν ἀναίρεσιν δηλοῦντα τοῦτο αὐτὸν εἰρηκέναι φασὶν, ὡς πάντων εἰκόντων λοιπὸν καὶ οὐδενὸς ἀνθισταμένου οὐδὲ πονηρουμένου. Ὅταν γὰρ ἁμαρτία μὴ ἦ, εὐδῆλον ὅτι ὁ Θεὸς ἔσται τὰ πάντα ἐν πᾶσιν. Εἰ δὲ μὴ ἀνίστανται τὰ σώματα, πῶς ταῦτα ἀληθῆ; ὁ γὰρ χαλεπώτατος ἐχθρὸς ἀπάντων θάνατος μένει ἀνύσας ὅπερ ἠθέλησεν. Οὐχί, φησὶν, οὐδὲ γὰρ ἁμαρτήσονται λοιπὸν, φησὶ. Καὶ τί τοῦτο; οὐδὲ γὰρ περὶ τοῦ θανάτου τῆς ψυχῆς, ἀλλὰ περὶ τοῦ σωματικοῦ διαλέγεται ἐνταῦθα. Πῶς οὖν καταργεῖται; νίκη γὰρ τοῦτο ἐστὶ, τὸ τὰ ἀφαιρεθέντα καὶ κατεχόμενα λαβεῖν. Εἰ δὲ μέλλει κατέχεσθαι ἐν τῇ γῆ τὰ σώματα, ἄρα μένει αὐτοῦ ἡ τυραννὶς, τούτων μὲν κατεχομένων, ἑτέρου δὲ οὐκ ὄντος σώματος ἔνθα ἠττηθήσεται. Ἄν δὲ τοῦτο, ὅπερ εἶπεν ὁ Παῦλος, γένηται, ὡσπερ οὖν καὶ γενήσεται, καὶ λαμπρὰ ἡ νίκη φανεῖται τοῦ Θεοῦ δυναθέντος ἀναστῆσαι τὸ κατασχεθέντα ὑπ' αὐτοῦ σώματα. Ἐπεὶ καὶ πολέμιον τότε τις νικᾷ, ὅταν λάβῃ τὰ σκῦλα, οὐχ ὅταν ἀφῆ παρ' αὐτῷ μένειν· εἰ δὲ μὴ τις τολμήσῃ τὰ αὐτοῦ λαβεῖν, πῶς ἂν φαίμεν αὐτὸν ἠττηθῆναι;

ζ'. Τοῦτον καὶ ὁ Χριστὸς τῆς νίκης τὸν τρόπον ἐν τοῖς Εὐαγγελίοις νενικηκέναι φησὶν, οὕτω λέγων· *Ὅταν δῖση τὸν ἰσχυρὸν, τότε καὶ τὰ σκευὴ αὐτοῦ διαρπάσει*. Ἐπεὶ εἰ μὴ τοῦτο γένοιτο, οὐδὲ νίκη σαφῆς ἂν εἴη. Ὅσπερ γὰρ ἐπὶ τοῦ θανάτου τῆς ψυχῆς ὁ ἀποθανὼν δεδικαίωται ἀπὸ τῆς ἁμαρτίας, καὶ οὐκ ἂν εἴποιμεν τοῦτο νικῆν εἶναι· ἐκείνους γὰρ ἐστὶν ὁ νενικηκὼς, οὐχ ὁ μὴ προσθεὶς τοῖς κακοῖς, ἀλλ' ὁ τὴν ἡδὴ γεγεννημένην τὸν παθῶν αἰχμαλωσίαν διαλύσας· οὕτω δὴ καὶ ἐνταῦθα, οὐ τὸ σῆναι τὸν θάνατον ἐπινεμόμενον τὰ σώματα φαίην ἂν εἶναι νικῆν λαμπρὰν, ἀλλὰ τὸ τὰ κατασχεθέντα ἡδὴ παρ' αὐτοῦ ἀποσπασθῆναι. Εἰ δὲ ἐτι φιλονεικοῦεν καὶ λέγοιεν περὶ τοῦ ψυχικοῦ [375] θανάτου ταῦτα εἰρησθαι, πῶς ἔσχατος καταργεῖται οὗτος; καὶ γὰρ ἐφ' ἐκάστῳ βαπτιζομένῳ κατηργήθη τέλος. Ἄν μὲν τοι περὶ σώματος λέγῃς, ἔχει χώραν τὸ εἰρημένον, οἷον ὅτι ἔσχατος καταργεῖται. Εἰ δὲ τις ἀποροῖ τίνος ἕνεκεν περὶ ἀναστάσεως διαλεγόμενος, οὐ παρήγαγεν εἰς μέσον τὰ ἀναστάντα σώματα ἐπὶ τοῦ Κυρίου, ἐκείνο ἂν εἴποιμεν, ὅτι οὐκ ἦν τοῦτο ὑπὲρ τῆς ἀναστάσεως εἰπεῖν. Τὸ γὰρ τοὺς ἀναστάντας δεῖξαι πάλιν ἀποθνήσκοντας, οὐκ ἦν ἀποδεικνύντος ὅτι εἰς τέλος καταργεῖται ὁ θάνατος. Διὰ γὰρ τοῦτο καὶ ἔσχατον αὐτὸν εἶπε καταργεῖσθαι, ἵνα μηκέτι ὑποπτεύσῃς αὐτὸν ἀνίστασθαι. Τῆς γὰρ κακίας ἀναιβεθείσης, πολλῶν μᾶλλον ὁ θάνατος παύσεται. Οὐδὲ γὰρ ἂν ἔχοι λόγον, τῆς πηγῆς ξηρανομένης, τὸν ἐξ αὐτῆς συνεστάναι ποταμὸν, καὶ τῆς ῥίζης ἀφανιζομένης, τὸν καρπὸν μένειν. Ἐπεὶ οὖν ἐν τῇ τελευταίᾳ ἡμέρᾳ οἱ ἐχθροὶ καταργοῦνται τοῦ Θεοῦ μετὰ τοῦ θανάτου καὶ τοῦ διαβόλου καὶ τῶν δαιμόνων, μὴ ἀσχάλλωμεν ἐπὶ τοῖς εὐήμεροῦσιν ἐχθροῖς τοῦ Θεοῦ. Οἱ γὰρ ἐχθροὶ τοῦ Κυρίου ἅμα τῷ δοξασιθῆναι αὐτοὺς καὶ ὕψωθῆναι ἐκλείποντες, ὡσεὶ κατὰ τὸς ἐξέλιπον. Ὅταν ἴδῃς τινὰ ἐχθρὸν τοῦ Θεοῦ

consuetudinem lege matrimonii; ne existimaret mulier se pollui ex concubitu et complexu infidelis, non dixit mulierem esse imundam, et nihil lædi ab infideli, sed quod est multo amplius, per ipsam sanctificatum esse infidelem (1. Cor. 7. 14): non hoc volens ostendere, quod Græcus factus sit ex illa sanctus, sed verbi exsuperatione studens ejus metum solvere. Ita hic quoque, cum dictionis vi studisset impium illud dogma tollere, dixit id quod dixit. Sicut enim imbecilem Filium suspicari, est extremæ iniquitatis: quamobrem id corrigit, dicens, *Omnes inimicos suos ponet sub pedibus suis*: ita rursus est hoc magis impium existimare Patrem illo esse minorem. Quamobrem id quoque tollit eum magna exsuperatione. Vide autem quomodo id ponat: non dixit enim simpliciter, *Præter eum qui subjecit*, sed adjecit, *Sine dubio*, rem confirmans et muniens, quamvis de illa jam constet. Et ut scias hanc esse causam eorum quæ dicta sunt, illud ex te sciscitabor, Fitne tunc accessio subjectionis Filio? et quomodo non est absurdum, et Deo indignum? maxima enim est subiectio et obedientia, quod cum sit Deus, servi formam acceperit. Quomodo ergo tunc subjicietur? Vides quod absurdam tolles suspicionem hoc posuerit, idque cum eo quo par est sensu? Nam ut Filium decet et Deum, sic obedit, non more humano, sed libere se gerens et omnem habens potestatem. Alioqui quomodo est consessor? quomodo sicut Pater, sic ipse quoque quos vult suscitatur (Joan. 5. 21)? quomodo quæ sunt Patris, sunt ejus omnia; et quæ ejus sunt, Patris (Joan. 17. 10)? Hæc enim nobis indicant exactam et perfectam ejus cum Patre potestatem. Quid est autem, *Quando tradiderit regnum?* Duo regna Dei novit Scriptura: unum quidem ex conjunctione seu proprietate, alterum ex creatione. Nam in omnes quidem regnum obtinet, Græcos, Judæos, dæmones, adversarios, ratione creationis; regnum autem obtinet in fideles et voluntarios et subjectos, ratione conjunctionis. Hoc regnum dicitur etiam habere imperium: de eo enim dicit etiam in secundo Psalmo, *Postula a me, et dabo tibi gentes hæreditatem tuam* (Psal. 2. 8): de eo etiam ipse dixit discipulis, *Data est mihi omnis potestas a Patre meo* (Matth. 28. 18); ei qui genuit omnia adscribens, non quod ipse non sufficiat, sed ostendens quod sit Filius, et non ingenuitas. Hoc ergo tradit, hoc est, recte gerit. Quare autem, inquit, nihil dixit de Spiritu? Quoniam nunc de ipso non agitur, neque omnia simul confundit. Nam etiam quando dicit, *Unus Deus Pater, et unus Dominus Jesus* (1. Cor. 8. 6), non omnino minorem sinens esse Spiritum, propterea tacet, sed quoniam tunc res non urgebat, hoc dixit. Scit enim et Patris solius meminisse; nec ideo Filium ejicimus: scit etiam et Filii et Spiritus solius meminisse; nec propterea Patrem abolebimus. Quid est autem, *Ut sit Deus omnia in omnibus?* Ut omnia ab ipso pendant; ne quis existimet duo esse principia sine principio, neque aliud regnum divisum. Nam quando strati quidem jacuerint inimici sub pedibus Filii, qui

eos autem habet jacentes sub pedibus, cum Genitore non agitat seditionem, sed est in perfecta cum eo concordia; ipse erit omnia in omnibus. Quidam autem dicunt ipsum hæc dixisse, significantia abolitionem vitii, utpote cum omnes deinceps cedant et nullus resistat, nec maligne se gerat. Nam quando non fuerit peccatum, est perspicuum quod Deus erit omnia in omnibus. Si autem corpora non resurgunt, quomodo sunt hæc vera? gravissimus enim manet omnium inimicus, nempe mors, iis quæ voluit confectis. Nequaquam, inquit; neque enim amplius peccabunt. Et quid tum? neque enim de morte animæ, sed de morte corporis hic loquitur. Quomodo ergo illa aboletur? hoc est enim victoria, ea quæ sunt ablata, et quæ detinentur accepisse. Si autem in terra detinenda sunt corpora, manet ergo ejus tyrannus, cum hæc quidem detineantur, aliud autem non sit corpus ubi vincatur. Si ergo hoc fiat, quod dicit Paulus, sicut certe fiet, præclara etiam apparebit victoria, cum Deus potuerit suscitare illa quæ ab ipsa detenta sunt corpora. Nam tunc vincit quispiam inimicum, quando acceperit spolia, non quando ipsa siverit apud eum manere: si nemo autem audeat quæ sunt ejus accipere, quomodo dixerimus esse victum?

7. Hoc etiam modo victoriæ Christus in Evangeliiis dicit se vicisse his verbis: *Quando alligaverit fortem, tunc et vasa ejus diripiet* (Matth. 12. 29). Alioqui si hoc non factum, ne manifesta quidem fuerit victoria. Nam sicut si de morte animæ agatur, qui est mortuus, fuit justificatus a peccato, neque hoc dixerimus esse victoriam; ille enim est qui vicit, non qui malis nihil addidit, sed qui eam quæ jam erat animi motum solvit captivitatem: ita hic quoque non stitisse mortem corpora depascentem, esse dixerim præclaram victoriam, sed quæ jam detenta erant corpora ab ipsa avelli. Si autem adhuc contendat et dicant de morte animæ hæc esse dicta, quomodo illa aboletur ultima? nam in unoquoque qui baptizatur, plene est abolita. Sed si dicas de corpore, locum habet quod dictum est, nempe quod mors ultima aboletur. Si quis autem dubitans quærat, cur cum dissereret de resurrectione, in medium non adduxerit corpora quæ resurrexerunt tempore Domini, illud dixerimus, quod hoc non fuisset loqui de resurrectione. Eos enim qui resurrexerunt ostendere rursus mori, non erat demonstrantis quod mors postremo aboleatur. Propterea enim dixit eam aboleri ultimam, ne existimes eam amplius resurgere. Vitio enim sublato, multo magis mors cessabit. Neque enim fuerit consentaneum, ut si fons areseat, qui ex eo manat consistat fluvius, et si evanescat radix, maneat fructus. Quoniam ergo in die novissimo inimici Dei abolentur cum morte et diabolo et dæmonibus, ne tristitia afficiamur, si Dei inimicis res prospere succedant. Inimici enim Domini, simul atque glorificati et in altum elati fuerint, deficientes, tamquam fumus defecerunt. Quando videris aliquem Dei inimicum divitem, stipatum satellitibus, habentem multos assentatores, noli animum abjicere, sed geme, lacrymare, Deum roga, ut eum referat in

ordinem et numerum amicorum : et quo magis rem suam bene gesserit cum sit inimicus, eo magis eum luge. Nam peccatores quidem semper oportet deslere, maxime autem quando abundant divitiis, et sunt eis res secundæ, sicut ægrotantes quando ventri indulgent et inebriantur. Sed sunt quidam, qui his verbis auditis, ita misere afficiuntur, ut propter hæc acerbe ingemiscant et dicant, Dignus sum lacrymis, qui nihil habeo. Recte dixisti, Qui nihil habes; non quoniam non habes ea quæ ille habuit, sed quoniam rem ducis dignam quæ beata censeatur, ideo dignus es qui milites lugearis. Etenim si quis bona valetudine fruens, beatum judicet ægrotum, etiam in molli cubili jacentem, iste et illo multo miserior et infelicior, quod honorum suorum nullum habeat sensum. Quod quidem in his quoque videre licet accidere : unde etiam tota nostra vita confunditur et turbatur. Hæc enim verba innumerabiles perdiderunt et diabolo tradiderunt, et iis qui fame tabescunt fecerunt miserabiliores. Nam quod qui plura appetunt, sint etiam mendicis miserabiliores, ut qui majori et acriori laborent animi ægritudine, hinc est perspicuum.

Siccitas Antiochiæ. — Civitatem nostram invasit quondam siccitas, et extrema timebant omnes, Deumque rogabant, ut hunc metum solveret : et tunc licebat videre quod dictum fuit a Moysæ, cælum factum æneum (*Dent.* 28. 23), et quotidie expectari mortem omni morte graviorem. Sed cum postea visum esset benigno et clementi Deo, præter spem omnem, multa atque adeo infinita ex alto cecidit pluvia : et omnes jam festum diem agebant, tamquam qui ex ipsis portis mortis ascendissent. Sed in tantis bonis et communi omnium lætitia quidam ex iis, qui valde opulenti erant, circuibat mæstus et tristis, præ animi ægritudine mortuus, et multis causam rogantibus cur in communi omnium lætitia solus doleret, ne intus quidem continere potuit hanc gravem animi perturbationem, sed a morbi punctus tyrannide, causam in medium protulit : Cum habeam, inquit, innumeras mensuras frumenti, nescio ubi illas deponam. Hunc cine, dic quæso, pro his verbis beatum ducemus, pro quibus oportuisset eum obrui lapidibus, qui esset quavis fera crudelior, qui esset communis hostis? Quid dicis, o homo? doles quod non perierint omnes ut aurum cogeres? non audivisti quid dicat Salomon : *Qui frumenti auget pretium, est populo execrandus* (*Prov.* 11. 26)? sed circuis communis inimicus bonorum orbis terræ, et hostis liberalitati Domini totius mundi, et mammonæ amicus, vel potius servus? An non oportebat linguam illam amputari? non cor exstingui quod hæc verba pepererat?

8. Vidistin' quomodo aurum non sinat homines esse homines, sed feras et dæmones? Quid enim hoc divile fuerit miserabilius, qui optat quotidie esse famem, ut ei sit aurum? Ad contrarium enim ei redit animi perturbatio : neque enim lætatur abundantia possessionis fructum, sed propter hoc ipsum dolet quod infinita possideat. Atqui eum qui multa possidet, lætari oportet : iste autem propter hoc ipsum

animo angitur. Viden' quod, sicut dixi, non tantam ex præsentibus accipiunt voluptatem qui sunt divites, quantam animi sustinent ægritudinem ex iis quæ nondum advenerunt? Nam qui frumenti mensuras possidebat innumeras, magis dolebat et ingemiscabat, quam qui esuriebat : et qui necessarium quidem habebat alimentum, coronabatur et exultabat et Deo agebat gratias ; qui autem tam multa possidebat, ægre ferebat, et se periisse existimabat. Non est ergo abundantia quæ efficit voluptatem, sed mens philosophiæ dedita. Nam absque ea etiamsi quispiam omnia acceperit, tamquam omnibus privatus efficitur et lamentabitur. Hic enim, de quo nunc agitur, etiamsi tanto quanto voluisset pretio vendidisset quæ habebat, rursus doloisset quod non pluris vendidisset : et si pluris potuisset, rursus aliam quævisisset exsuperationem : et si modicum uno aureo venundidisset, hic quoque rursus animi ægritudine fuisset laceratus, quod non tanti fuisset semimodius. Si autem ab initio non tanti fuit pretium, ne mireris. Nam et qui sunt ebrii, non ab initio incenduntur, sed cum multo niro fuerint impleti, tunc graviorem accendunt flammam. Ergo isti quoque quo plura fuerint complexi, eo in majori sunt inopia : et qui plura lucrantur, ii magis egent. Hæc autem a me non solum illi dicta sunt, sed unicuique eorum qui hoc morbo laborant, et annonæ pretium augent, proximoque procurant pauperiatem. Benignitatis enim et humanitatis nusquam apud illos est ratio ; sed ubique pecuniæ amor venalium tempore multos exagitat, ac frumentum et vinum ille quidem citius, hic vero vendit tardius ; neuter autem ob curam quam publicæ rei gerat, sed ille quidem ut plura accipiat, hic autem ne pauciora, sic mutato fructu.

Avarorum tenacitas. — Nam quoniam plures legis Dei magnam non habentes rationem, omnia tenent intus inclusa ; aliter eos Deus adducens ad benignitatem et humanitatem, ut vel ex necessitate aliquid boni faciant, majoris damni injicit metum : non sinens in multum tempus durare fructus terræ, ut saltem ex eorum corruptione damnum timentes, ea vel inviti tradant egentibus, quæ domi infossa male servant. Verum post hæc etiam sunt quidam adeo inexplebiles, ut ne hinc quidem castigentur. Multi certe etiam integra dolia exinanierunt, et ne cyathum quidem pauperi dederunt, nec pecuniæ tantillum egentibus, acetum autem ex vino factum totum humi jecerunt, doliaque sua simul cum vino corrumpere. Alii autem rursus cum ne offam quidem esurienti impertiissent, integras frumenti capsas in fluvium proferunt : et quoniam Deum non audierunt jubentem dare egenis, jubente tinea vel inviti quidquid erat intus effuderunt ad exitum et extremum interitum, multum quidem risum, multas autem execrationes in suum caput simul cum hoc damno attrahentes. Et quæ hic quidem sunt sunt ejusmodi : quæ autem illic, quænam explicarit oratio? Sicut enim isti a tinea exesum et inutile redditum frumentum in fluvios jaciunt : sic eos qui hæc fecerunt, propter hoc ipsum inutiles redditos, projicit Deus in fluvium ignis. Sicut enim fru-

πλουτοῦντα, δορυφορούμενον, κόλακας ἔχοντα πολλούς, μὴ καταπέσης, ἀλλὰ στενάξον, δάκρυσον, παρακάλεσον τὸν Θεόν, ὥστε αὐτὸν εἰς τοὺς φίλους κατατάξαι· καὶ ὅσῳ ἂν εὖ πράττη ἔχθρὸς ὢν, τοσούτῳ αὐτὸν μᾶλλον πένθησον. Τοὺς γὰρ ἁμαρτωλοὺς αἰ μὲν θρηνεῖν δεῖ, μάλιστα δὲ ὅταν καὶ πλοῦτου καὶ πολλῆς ἀπολαύσῃς εὐημερίας, καθάπερ τοὺς νοσοῦντας, ὅταν γαστριζῶνται καὶ μεθύωσιν. Ἄλλ' εἰσὶ τινες, οἱ καὶ τούτων ἀκούοντες τῶν ῥημάτων, οὕτως ἀθλίως διάκεινται, ὡς στενάξειν ἐφ' ἑαυτοῖς πικρὸν καὶ λέγειν, ὅτι δακρῶν ἄξιός ἐγὼ ὁ μὴδὲν ἔχων. Καλῶς εἶπες, Ὁ μὴδὲν ἔχων, οὐκ ἐπειδὴ οὐκ ἔχεις ἄπερ ἐκεῖνος, ἀλλ' ἐπειδὴ μακαριστὸν τὸ πρᾶγμα νομίζεις· διὸ καὶ μυρίων ἄξιός ἂν εἴης θρήνων. Καὶ γὰρ εἰ τις ἐν ὑγείᾳ ζῶν μακαρίζει τὸν ἀρρώστοῦντα καὶ ἐν μαλακῇ στρωμνῇ κατακείμενον, ἐκεῖνος πολλῶν ταλαιπωρότερος καὶ ἀθλιώτερος οὗτος, ὅτι τῶν οικειῶν ἀγαθῶν οὐδεμίαν ἀσθῆσιν ἔχει. Ὁ δὲ καὶ ἐπὶ τούτων ἔστιν ἰδεῖν συμβαίνειν· ὅθεν καὶ ὁ βίος ἡμῶν ἅπας συγχέχεται καὶ τετάρακται. Ταῦτα γὰρ τὰ ῥήματα μυρίους ἀπώλεσε, καὶ τῷ διαδόλῳ προέδωκε, καὶ τὸν λιμῶν πληροῦμενον ἔλειποντέρας ἐποίησεν. Ὅτι γὰρ οἱ τοῦ πλείους ἐφιέμενος, οὗτος καὶ τῶν προσαιτούμενων εἰσὶν ἀθλιώτερος, ἅτε καὶ μεῖζονι καὶ δριμυτέρῳ ἀθυμίᾳ τούτων κατεχόμενοι, δῆλον ἐντεῦθεν.

Αὐχμὸς κατέλαβέ ποτε τὴν πόλιν τὴν ἡμετέραν, καὶ πάντες ἔτρεμον ὑπὲρ τῶν ἐσχάτων, καὶ τὸν Θεὸν παρεκάλουν λῦσαι τοῦτὶ τὸ δέος· καὶ ἦν ἰδεῖν τότε τὸ ὑπὸ Μιῦσέως εἰρημένον, χαλκοῦν τὸν οὐρανὸν γεγενημένον, καὶ θάνατον τῶν ἀπάντων θανάτων χαλεπώτερον καθ' ἑκάστην προσδοκώμενον τὴν ἡμέραν. Ἄλλ' ὕστερον, δόξαν τῷ φιλανθρώπῳ Θεῷ, παρ' ἐλπίδα ἅπασαν πολὺς κατεφέρετο καὶ ἀπειρος ἀνωθεν ὕετος, καὶ πάντες ἐν πανηγύρει καὶ ἑορτῇ λοιπὸν, ἅτε ἐξ αὐτῶν ἀναβάντες τῶν τοῦ θανάτου πυλῶν. [374] Ἄλλ' ἐν τοσοῦτοις ἀγαθοῖς καὶ τῇ κοινῇ πάντων εὐφροσύνῃ, τῶν ζαπλουτοῦντων τις τούτων συγγὸς καὶ κατηφής, ἀποπεθνηκὸς ὑπὸ τῆς ἀθυμίας περιήξει, καὶ πολλῶν τὴν αἰτίαν πυνθανομένων, δι' ἣν ἐν τῇ κοινῇ πάντων ἀνθρώπων ἡδονῇ μόνος ἀλγεῖ, οὐδὲ κατασχεῖν ἔδον ἰσχυροσὲ τὸ χαλεπὸν τοῦτο πάθος, ἀλλ' ὑπὸ τῆς τυραννίδος τοῦ νοσήματος κεντούμενος, εἰς μέσον ἐξήνεγκε τὴν αἰτίαν· Μυρία γὰρ μέτρα σίτου κεκτημένος, φησὶν, οὐκ ἔχω πῶς διάθωμαι ταῦτα λοιπόν. Ἄρ' οὐν τοῦτον μακαριούμεν, εἰπέ μοι, ὑπὲρ τούτων τῶν ῥημάτων, ὑπὲρ ὧν καταλεύεσθαι αὐτὸν ἔδει, τὸν θηρίου παντὸς ὠμότερον, τὸν κοινὸν ἔχθρὸν; Τί λέγεις, ἄνθρωπε; ἀλγεῖς ὅτι μὴ πάντες ἀπώλοντο, ἵνα σὺ συναγάγῃς χρυσίον; οὐκ ἤκουσας τί φησὶν ὁ Σολομῶν, Ὁ τιμιουκῶν σίτον, δημοκατάρατος; ἀλλὰ περιέρχῃ κοινὸς ἔχθρὸς τῶν τῆς οἰκουμένης ἀγαθῶν, καὶ τῇ φιλοτιμίᾳ τοῦ δεσπότης τῆς οἰκουμένης πολέμιος, καὶ τοῦ μαμωνᾶ φίλος, μᾶλλον δὲ δοῦλος; Οὐ γὰρ ἐκκοπήναι τὴν γλῶτταν ἐκεῖνην ἔδει; οὐ γὰρ οὐδεσθῆναι τὴν καρδίαν τὴν ταῦτα τεκοῦσαν τὰ ῥήματα;

ἦ. Εἶδες πῶς οὐκ ἀφῆσιν ἀνθρώπους εἶναι τοὺς ἀνθρώπους τὲ χρυσίον, ἀλλὰ θηρία καὶ δαίμονας; Τί γὰρ ἂν τούτου γένοιτο· ἂν ἐλεινότερον τοῦ πλουσίου,

τοῦ καθ' ἑκάστην ἡμέραν εὐχομένου γενέσθαι λιμὸν ἵνα αὐτῷ γένηται χρυσίον; Καὶ γὰρ εἰς τούναντίον αὐτῷ τὸ πάθος περιίσταται λοιπόν· οὐδὲ γὰρ χαίρει τῇ ἀφθονίᾳ τῆς τῶν καρπῶν κτήσεως, ἀλλὰ δι' αὐτὸ μὲν οὖν τοῦτο ἀλγεῖ λοιπόν, ὅτι ἀπειρα κέκτηται. Καίτοι τὸν πολλὰ κεκτημένον χαίρειν ἔδει· οὗτος δὲ δι' αὐτὸ τοῦτο ἀθυμεῖ. Ὅρῃς ὅτι, ὅπερ ἔλεγον, οὐ τοσαύτην ἀπὸ τῶν παρόντων καρποῦνται τὴν ἡδονὴν οἱ πλουτοῦντες, ὅσην ἀπὸ τῶν μηδέπω προσγεγενημένων ὑπομένουσι τὴν ἀθυμίαν; Ὁ γὰρ σίτου μυριάδας ἀπείρους κεκτημένος τοῦ πεινῶντος μᾶλλον ἤλγει καὶ ἔστεινε· καὶ ὁ μὲν τὴν ἀναγκαίαν ἔχων τροφὴν ἔστεφανοῦτο καὶ ἐσχίρατα καὶ ἠύχαριστεν τῷ Θεῷ· ὁ δὲ τοσοῦτον κεκτημένος ἐδυσχέρανε καὶ ἀπολωλέναι ἐνόμιζεν. Οὐκ ἄρα περιουσία ἔστιν ἡ τὴν ἡδονὴν ποιοῦσα, ἀλλὰ γνώμη φιλόσοφος· ὡς ταύτης ἄνευ, κἂν τὰ πάντα τις λαθῶν ἔχη, ὡς πάντων ἔστερημένος οὕτω διακίεσται καὶ θρηνήσει. Ἐπεὶ καὶ οὗτος, περὶ οὗ νῦν ἡμῖν ὁ λόγος, εἰ καὶ τοσαύτης ἀπέδοτο τιμῆς ἄπερ ἔχεν, ὅσης ἐβούλετο, πάλιν ἂν ἤλγησεν ὅτι μὴ πλείονος, καὶ εἰ πλείονος ἴσχυσε, πάλιν ἂν ἕτερον ἐξήτησεν ὑπερβολῆν, καὶ εἰ τὸ μέδιμον ἐνὸς χρυσίου διέθετο, κἀνταῦθα διεκόπτετο πάλιν ὑπὸ τῆς ἀθυμίας, ὅτι μὴ τὸ ἡμιμέδιμον τοσούτου ἦν. Εἰ δὲ μὴ παρὰ τὴν ἀρχὴν τοσούτου ἡ τιμῆ, μὴ θαυμάσης· ἐπεὶ καὶ οἱ μεθύοντες οὐκ ἐξ ἀρχῆς ἐμπύπρανται, ἀλλ' ὅταν πολλοῦ τοῦ ἀκράτου ἐμφορηθῶσι, τότε χαλεπωτέραν ἀνάπτουσι τὴν φλόγα. Καὶ οὗτοι τοίνυν ὅσῳ ἂν πλείονα περιβάλλωνται, τοσούτῳ ἐν μεῖζονι ἐνδεία καθίστανται, καὶ οἱ πλείονα κερδαίνοντες, αὐτοὶ μάλιστα εἰσὶν οἱ πενόμενοι. [375] Ταῦτα δὲ μοι οὐ πρὸς τοῦτον εἰρηται μόνον, ἀλλὰ καὶ πρὸς ἕκαστον τῶν τὰ τοιαῦτα νοσοῦντων, καὶ τὴν τῶν ὠνίων τιμῆν ἐπιτεινόντων, καὶ τῶν πλησίον τὴν πέναν πραγματευομένων. Φιλανθρωπίας μὲν γὰρ οὐδεὶς οὐδαμοῦ λόγος· πανταχοῦ δὲ ὁ τῆς πλεονεξίας ἔρωσ ἐπὶ τοῦ καιροῦ τῆς πράσεως πολλοὺς ἐξάγει, καὶ σίτον καὶ οἶνον ὁ μὲν θάπτει, ὁ δὲ βραδυτέρον ἀπέδοτο, οὐδέτερος μέντοι ἀπὸ κηδεμονίας, ἀλλ' ὁ μὲν, ἵνα πλείονα λάβῃ, ὁ δὲ ἵνα μὴ ἐλάττω, τραπένοτος αὐτοῦτοῦ καρποῦ.

Ἐπειδὴ γὰρ οἱ πλείους οὐ πολὺν τῶν τοῦ Θεοῦ νόμων ποιούμενοι λόγον, πάντα ἔδον κατακλείσαντες ἔχουσιν, ἕτέρως αὐτοὺς εἰς φιλανθρωπίαν ἐξάγων ὁ Θεός, ἵνα κἂν ἀνάγκη τι ποιήσωσι χρηστὸν, μεῖζονος ζημίας ἐνέβαλε δέος, οὐκ ἀφίεις εἰς πολὺν διαρκεῖν χρόνον τῆς γῆς τοὺς καρποὺς, ἵνα κἂν τὴν ἀπὸ τῆς φθαρᾶς δεδοικότες βλάβῃν, προῦσι τοῖς δεομένοις καὶ ἄκοντες, ἄπερ οἰκοὶ κατορύξαντες τηροῦσι κακῶς. Ἀλλὰ γὰρ καὶ μετὰ ταῦτα οὕτω τινὲς εἰσὶν ἀπληστοὶ, ὡς μηδὲ ἐντεῦθεν παιδεύεσθαι. Πολλοὶ γοῦν καὶ πίθους ὀλοκλήρους ἐκένωσαν, πένητι μὲν οὐδὲ κύαθον δόντες, οὐδὲ ἀργυρίου τοῖς δεομένοις, ὄξινην δὲ γινόμενον εἰς τὴν γῆν ρίψαντες ἅπαντα, καὶ τοὺς πίθους αὐτῶν προσδιαφθείραντες τῷ καρπῷ. Ἐτεροι δὲ πάλιν οὐδὲ μάζης μῖδς τῷ πεινῶντι μεταδόντες, ὀλόκληρα σιτοδοχεῖα εἰς ποταμὸν ἐβρίψαν· καὶ ἐπειδὴ τοῦ Θεοῦ κελεύοντος δίδονται τοῖς δεομένοις οὐκ ἤκουσαν, τοῦ σιτῆς ἐπιτάττοντος καὶ ἄκοντες, τὸ ἔδον ἅπαν ἐξήντησαν εἰς ἀπώλειαν καὶ φθορὰν

ἐσχάτην, πολὺν μὲν τὸν γέλωτα, πολλὰς δὲ τὰς ἀράς κατὰ τῆς ἐαυτῶν κεφαλῆς μετὰ τῆς ζημίας ἐπισπασάμενοι ταύτης. Καὶ τὰ μὲν ἐνταῦθα, τοιαῦτα· τὰ δὲ ἐκεῖ τίς παραστήσει λόγος; Ὡσπερ γὰρ οὗτοι τὸν σητόδρωτον ἐνταῦθα σίτον ἀχρηστον γενόμενον εἰς ποταμούς ρίπτουσιν, οὕτω τοὺς ταῦτα ἐργασασμένους δι' αὐτὸ τοῦτο ἀχρήστους γενομένους εἰς τὸν τοῦ πυρὸς ρίπτει ποταμὸν ὁ Θεός. Καθάπερ γὰρ τὸν σίτον ὁ σῆς καὶ ὁ σκώληξ, οὕτω τὰς τούτων ψυχὰς ἡ ὠμότης καὶ ἡ ἀπανθρωπία διέφαγε. Τούτων δὲ αἷτιον τὸ τοῖς παρούσι προσηλώσθαι, καὶ πρὸς τὴν ζωὴν ταύτην κερηθέναι μόνον· ὅθεν καὶ μυρία ἀθυρίας μεστοὶ γίνονται οἱ τοιοῦτοι. Κἂν γὰρ ὅτιοῦν εἴπη; ἡδὺ, πάντα ἱκανός ἐστιν ἀφανίσει τῆς τελευταῆς ὁ φόβος, καὶ τέθνηκεν ὁ τοιοῦτος ἔτι ζῶν. Καὶ τὸ μὲν τοὺς ἀπίστους ταῦτα πάσχειν, θαυμαστὸν οὐδέν· ὅταν δὲ οἱ τοσούτων μυστηρίων ἀπολελαυκότες, καὶ τοσαῦτα περὶ τῶν μελλόντων φιλοσοφῆσαντες, τοῖς παρούσι ἐμφιλοχωρῶσι, τίνος ἂν εἶεν ἀξιοὶ συγγνώμης; Πόθεν οὖν γίνεται τὸ τοῖς παρούσι ἐμφιλοχωρεῖν; Ἀπὸ τοῦ τρυφῆ προσέχειν, καὶ λιπαίνειν τὴν σάρκα, καὶ θρύπτειν τὴν ψυχὴν, καὶ βαρῦ τὸ φορτίον ἐργάζεσθαι. Καὶ πολὺ τὸ σκότος καὶ καυχῶ τὸ παραπέτασμα. Ἐν γὰρ τῇ τρυφῇ τὸ μὲν κρείττον δουλοῦται, τὸ δὲ χεῖρον κρατεῖ· καὶ τὸ μὲν τυφλοῦται πάντοθεν καὶ σύρεται πεπηρωμένον, τὸ δὲ ἄγει καὶ περιάγει πανταχοῦ, ἐν [376] τῇ τῶν ἀγομένων ὀφείλον κείσθαι τάξει. Καὶ γὰρ πολὺς ὁ σύνδεσμος τῆς ψυχῆς πρὸς τὸ σῶμα, τοῦτο τοῦ Δημιουργοῦ μηχανησασμένον, ἵνα μὴ ὡς ἄλλοτριον αὐτὸ πείθωσι τινες μισεῖν.

Θ'. Ὁ μὲν γὰρ Θεὸς τοὺς ἐχθροὺς ἐκέλευσε φιλεῖν· ὁ δὲ διάβολος τοσούτον ἰσχυροσεν, ὡς καὶ τὸ οικεῖον σῶμα πείσαι τινὰς μισεῖν. Ὅταν γὰρ εἴπη, ὅτι τοῦ διαδόλου ἐστίν, οὐδὲν ἄλλο κατασκευάζει, ἢ τοῦτο· ὅπερ ἐσχάτης ληρωδίας ἐστίν. Εἰ γὰρ τοῦ διαδόλου ἐστὶ, τίς ἢ τοσαύτη συμφωνία, ὡς ἐπιτήδειον αὐτὸ πάντοθεν εἰς τὰς τῆς φιλοσόφου ψυχῆς ἐνεργείας κατασκευάσαι; Καὶ εἰ ἐπιτήδειον, φησὶ, πῶς αὐτὴν τυφλοῖ; Οὐχὶ τὸ σῶμά ἐστι τὸ τυφλοῦν τὴν ψυχὴν, ἄπαγε, ἄνθρωπε, ἀλλ' ἡ τρυφή. Τῆς δὲ τρυφῆς πόθεν ἐφιέμεθα; Οὐ παρὰ τὸ σῶμα ἔχειν, οὐδαμῶς, ἀλλὰ παρὰ προαίρεσιν πονηράν. Τὸ γὰρ σῶμα τροφῆς δεῖται, οὐ τρυφῆς, τὸ σῶμα τὸ τρέφεσθαι χρήζει, οὐχὶ τοῦ διακόπτεσθαι καὶ διαβρῆναι. Οὐδὲ γὰρ ψυχῇ μόνον, ἀλλὰ καὶ αὐτῷ τῷ σώματι τῷ τρεφομένῳ πολέμιον ἡ τρυφή. Καὶ γὰρ ἀσθενέστερον ἀντὶ ἰσχυροῦ γίνεται, καὶ μαλακώτερον ἀντὶ στερρόου, καὶ ἐπίνοσον ἀντὶ ὑγιεινοῦ, καὶ βαρύτερον ἀντὶ κούφου, καὶ ἀραιότερον ἀντὶ πυκνοῦ, καὶ αἰσχροὺ ἀντὶ ὠραίου, καὶ δυσωδέστερον ἀντὶ εὐώδους, καὶ ἀκάθαρτον ἀντὶ καθαροῦ, καὶ περιώδυνον ἀντὶ ἀνεμιμένου, καὶ ἀχρηστον ἀντὶ χρησίου, καὶ παλαιὸν ἀντὶ νέου, καὶ σαθρὸν ἀντὶ ἰσχυροῦ, καὶ βραδὺ καὶ νωθρὸν ἀντὶ ταχείου, καὶ χυλὸν ἀντὶ ἀρτίου. Καίτοι εἰ τοῦ διαδόλου ἦν, οὐκ ἔχρηθ' ὑπὸ τῶν αὐτοῦ παραδιδάσκεισθαι, τῆς κακίας λέγω. Ἄλλ' οὐτε τὸ σῶμα, οὐτε τὰ σιτία, τοῦ διαδόλου, ἀλλ' ἡ τρυφή μόνη. Διὰ γὰρ ταύτης τὰ μυρία ὁ πονηρὸς δαίμων ἐκείνος ἀνύει κακὰ· οὕτω δῆμον ὀλόκληρον ἐξετραχίλισεν· *Ἐλιπάρθη*

γὰρ, φησὶ, καὶ ἐπαχύνθη, καὶ ἐπλατυνθή, καὶ ἀπελάττεσεν ὁ ἠμαρτημένος. Καὶ Σοδόμοις δὲ ἐντεῦθεν ἡ ἀρχὴ τῶν κεραυνῶν ἐκείνων ἐγένετο. Καὶ τοῦτο δηλῶν ὁ Ἰεζεκιὴλ ἔλεγε· *Πλήρ' αὐτοῦ τὸ ἀνόμημα Σοδόμων, ἐν ὑπερηφανίᾳ καὶ ἐν κλησμορῇ ἄρτων καὶ ἐν εὐθηρίαις ἐσπιτάλων.*

Διὰ τοῦτο καὶ ὁ Παῦλος ἔλεγε· *Ἡ δὲ σπαταλώσα, ζῶσα τέθνηκε.* Τί δήποτε; Ὅτι ὡσπερ τάφον τὸ σῶμα περιφέρει μυρίους συνδεδεμένον κακοῖς. Εἰ δὲ τὸ σῶμα οὕτως ἀπόλλυται, πῶς ἡ ψυχὴ διακείσεται, πόσου θορύβου, πόσων κυμάτων, πόσης ζάλης ἀνάπλευς ἔσται; Διὰ τοι τοῦτο πρὸς πάντα ἀχρηστοσ γίνεται καὶ οὔτε εἰπεῖν, οὔτε ἀκούσαι, οὔτε βουλευσασθαι, οὔτε τι πράξει τῶν δεόντων βραδύς δυνήσεται· ἀλλ' ὡσπερ κυβερνήτης, χειμῶνος κρατήσαντος τῆς τέχνης, αὐτῷ τῷ πλοίῳ καὶ τοῖς ἐπιβάταις ὑποβρύχιος γίνεται· οὕτω καὶ ἡ ψυχὴ μετὰ τοῦ σώματος εἰς τὴν χαλεπὴν τῆς ἀναισθησίας καταποντίζεται ἄβυσσον. Καὶ γὰρ καθάπερ μύλην τινὰ τὴν γαστέρα ἡμῖν ἐνέθηκεν ὁ Θεός, σύμμετρον αὐτῇ δύναμιν δοὺς, καὶ τάξας μέτρον βῆτον, ὅπερ αὐτὴν ἀλείνει διὰ καθ' ἐκάστην ἡμέραν. Ἄν οὖν τις ἐπιθάλῃ πλείονα, ἀκατέργαστα [377] γενόμενα τῷ παντὶ λυμαίνεται. Ἐντεῦθεν νόσοι καὶ ἀσθένειαι καὶ ἀμορφίαι· καὶ γὰρ οὐκ ἐπίνοσον μόνον, ἀλλὰ καὶ αἰσχροὺ ποιεῖ ἡ τρυφή τὴν καλὴν. Ὅταν γὰρ ἐρεύγηται συνεχῶς ἀηδῆ, καὶ σεσηπότος οἴνου πνέη, καὶ πλέον τοῦ δέοντος ἐρυθαίνεται, καὶ τὸν προσθήκοντα γυναικὶ βυθμὸν διαφθεῖρη, καὶ τὴν εὐκοσμίαν ἀπολέση πᾶσαν, καὶ πλαδαρὰ μὲν ἡ σὰρξ γίνηται, ὕφαιμοι δὲ καὶ διατεταμέναι αἱ βλεφαρίδες, καὶ πάχος πλέον τοῦ δέοντος, καὶ πολυσαρχία περιττῆ· ἐνόθησον πόση γίνεται ἐντεῦθεν ἀηδία. Ἐγὼ δὲ καὶ ἱατρῶν ἤκουσα λεγόντων, ὅτι πολλοὺς καὶ πρὸς ὕψος ἀναδραμεῖν ἡ τρυφή μάλιστα ἐκώλυσε. Τοῦ γὰρ πνεύματος ἐγχοπτομένου τῷ πλήθει τῶν καταβαλλομένων καὶ περὶ τὴν τούτων ἐργασίαν ἀσχολουμένου, ὅπερ εἰς ἀβύσσον εἶδει προχωρεῖν, τοῦτο δαπανᾶται εἰς τὴν τῶν περιττῶν ἐργασίαν. Τί ἂν τις εἴποι τὰς ποδαγγίας, τὸ βρεῦμα τὸ πανταχοῦ πλανώμενον, τὰς ἄλλας νόσους τὰς ἐντεῦθεν, τὴν βδελυρίαν ἄπασαν; Οὐδὲν γὰρ οὕτως ἀηδῆς, ὡς γυνὴ πολλὰ σιτουμένη. Διὰ τοῦτο ἐν ταῖς πνευματικαῖς πλείονα τὴν ἐνομήριαν ἴδοι τις ἂν, τῶν περιττωμάτων ἀναλισκομένων καὶ οὐχὶ προσπεπασμένων αὐταῖς, πηλοῦ τινος περιττοῦ δίχην, εἰκῆ καὶ μάτην. Ἡ γὰρ καθημερινὴ γυμνασία καὶ οἱ πόνοι καὶ αἱ ταιλαιπωρίαι καὶ ἡ σύμμετρος τράπεζα καὶ ἡ λιτὴ διαίτα πολλὴν μὲν αὐταῖς τὴν εὐεξίαν, πολλὴν δὲ ἐντεῦθεν καὶ τὴν ὥραν παρέχουσιν. Εἰ δὲ τὴν ἡδονὴν τῆς τρυφῆς λέγοις, μέχρι τῆς φάρυγγος αὐτὴν εὐρήσεις μόνον. Ὅμοῦ τε γὰρ τὴν γλῶτταν παρήλασε καὶ ἀπέπτῃ, πολλὰς ἐναφείσα τὰς ἀηδίας. Μὴ γὰρ μοι καταχειμένους μόνον τοὺς τρυφῶντας ἴδης, ἀλλ' ὅταν αὐτοὺς ἀναστάντας ἴδης, τότε παρακολούθησον, καὶ ὄψει θηρίων μᾶλλον καὶ ἀλόγων, ἢ ἀνθρώπων σώματα. Ὅψει γὰρ καρθηροῦντας, διατεινομένους, συνδεδεμένους, κλίνης δεομένους καὶ στρωμνῆς καὶ ἡσυχίας πολλῆς, καὶ καθ' ἅπασαν ἐν κλυδωνίῳ πολλῶν ταραττομένων, καὶ τῶν

mentum tinea et vermis, ita istorum animas exedit crudelitas et inhumanitas. Horum autem causa est, quod sint affixi presentibus, et ad vitam solum presentem inhient: unde etiam fit ut ingenti pleai sint animi ægritudine. Nam etiamsi quidvis jucundum et suave dixeris, ad omnia delenda sufficit metus mortis: qui autem est hujusmodi, est mortuus adhuc vivens. Et quod infidelibus quidem hæc accidant, non est mirum: quando autem ii, qui tot et tanta non ceperunt mysteria et de futuris tam multa sunt philosophati, rebus presentibus addicti in eis lubenter versentur, quam fuerint digni veria? Qui fit autem, quod lubenter versentur in presentibus? Ex eo quod incumbant deliciis, carnem saginent, animam frangant ac molliant, et grave onus reddant, multasque tenebras et crassum velum obtendant. Nam in deliciis quidem id, quod est melius, redigitur in servitute; quod est autem pejus, dominatum obtinet: et illud quidem undique exæcatur, mancumque ac mutilum trahitur; hoc autem in omnes partes agit et circumagitur, cum deberet esse in loco et ordine eorum quæ aguntur. Est enim magnum animæ vinculum cum corpore, idque providit et procuravit Opifex, ne tamquam alienum id odisse aliqui persuaderent.

9. Nam Deus quidem jussit diligere inimicos: diabolus autem tantum potuit, ut persuaserit aliquibus etiam suum corpus odisse. Nam quando dicit id esse diaboli, nihil aliud quam hoc probat: quod est extremi delirii. Si enim est diaboli, quis est hujusmodi consensus et concordia, ut id reddat omni ex parte aptum ad operationes animæ, quæ tenetur studio philosophiæ? At si est, inquit, aptum, quomodo illam exæcatur? Non est corpus quod exæcatur animam, absit, sed deliciae. Delicias autem undenam appetimus? Non utique ex eo, quod corpus habeamus, sed ex prava liberi arbitrii electione. Corpus enim eget alimento, non deliciis; corpus opus habet ut alatur, non ut infringatur et diffuatur. Neque enim animæ tantum, sed etiam ipsi corpori quod alitur, hostes sunt deliciae. Nam pro robusto fit imbecillius, pro firmo mollius, pro salubri valetudinarium, pro levi gravius, pro denso rarius, et turpe pro formoso, et pro bene olente pejus olens ac foetidum, et pro mundo immundum, et dolore agitatum pro remisso, inutile pro utili, vetus pro novo, putridum pro forti, tardumque et hebes pro celeri, et claudum pro recto et integro. Atqui si esset diaboli, non oporteret ipsum ab eo laedi, a vitio inquam. Sed neque corpus, neque cibi sunt diaboli, sed solæ deliciae. Nam per eas sceleratus ille dæmon mala efficit innumerabilia: sic populum integrum pessum dedit. *Impinguatus est enim, inquit, et dilatatus, et recalci-travit dilectus (Deut. 32. 15)*. Porro hinc quoque Sodomis fuit illorum fulminum initium. Quod quidem significans Ezechiel dicebat: *Sed hæc iniquitas Sodomorum: in superbia, et in abundantia panis, et in rebus secundis se explebant deliciis (Ezech. 16. 48)*.

Quanta mala ex gula oriuntur.—Propterea Paulus quoque dicebat: *Quæ autem in deliciis degit, vi-*

vens est mortua (1. Tim. 5. 6). Quare? Quoniam circumfert corpus tanquam sepulcrum, colligatum malis innumerabilibus. Si autem corpus ita perit, quomodo afficietur anima, quanto tumultu, quantis fluctibus, quanta tempestate erit referta? Propterea quidem certe ad omnia sit inutilis, et nec dicere, nec audire, neque consultare neque aliquid agere eorum quæ decet facile poterit: sed sicut gubernator, si tempestas vicerit artem, cum ipsa nave et vectoribus submergitur: ita etiam anima cum corpore demergitur in gravem abyssum insensibilitatis. Nam sicut quendam molam Deus nobis ventrem indidit, data congruenti et moderata facultate, et certa constituta mensura, quam ipsum oportet quotidie molere. Si quis ergo plura injiciat, ea non confecta universo exitium afferunt. Hinc morbi et imbecillitates et deformitates: non enim solum morbidam, sed et turpem faciunt deliciae eam quæ pulchra erat. Quando enim injucunda assidue eructat, et putridum vinum spirat, et plus quam par sit rubescit, et eum qui mulieri convenit ornatu corruptum, omnemque perdit decorem et honestatem; et flaccida quidem fit caro, sanguinea autem et intensa supercilia, et major quam par sit crassitudo, et supervacanea carnis excrescentia: cogita quanta hinc sit instravitas et molestia. Audivi quoque medicos dicentes, multis impedimento fuisse delicias ne prociore essent statura. Nam cum intersecetur spiritus multitudine eorum quæ deiciuntur, et occupetur in iis concien-dis, quod oportebat ad augmentum procedere, id in supervacaneorum insumitur confectio. Quid dixeris de pedum doloribus, de rheumate quod oberat in omnes partes, quid de aliis morbis qui hinc oriuntur, et aliis abominandis? Nihil est enim æque injucundum et insuave ut mulier, quæ multa comedit. Propterea in pauperculis videris majorem formæ pulchritudinem, dum consumuntur excrementa, et non adhærent neque frustra adjiciuntur ipsis instar luti supervacanei. Nam quotidiana exercitatio, labores, afflictiones, mensa moderata et tenuis vitæ ratio, multam eis præbent bonam habitudinem, et hinc quoque magnam pulchritudinem. Si autem obtendas deliciarum voluptatem, eam invenies solum usque ad gulam: nam simul atque linguam præterit, avolat, multas immittens molestias. Ne mihi enim solum acumbentes videas eos qui vivunt in deliciis, sed quando videris eos surrexisse, tunc sequere, et videbis magis esse ferarum et brutorum corpora, quam hominum. Videbis enim capite gravatos, pandiculantes, colligatos, lecto opus habentes, stragulis et multa quiete, et tamquam in multis undis fluctibusque jactatos et perturbatos, et iis qui servant opus habentes, cupientesque in illo esse statu, in quo erant priusquam disrumperentur. Tamquam enim gravidæ mulieres, ita gravati ventres circumferunt, et vix ingrediuntur, vix aspiciunt, vix loquuntur, et vix omnia. Quod si contigerit eos parum dormire, absurda rursus vident somnia, et referta visis innumerabilibus. Quid rursus dixeris de alia illorum insania,

de re, inquam, venerea? Nam ea quoque ex hoc fonte manat: et sicut equi in feminas furore perciti, ita ebrietatis œstro stimulati, omnes insiliunt, stolidius et furiosius quam illi exultantes, et multa alia indecore facientes, quæ nefas quidem est dicere. Neque enim sciunt ea, quæ patiuntur, neque quæ agunt. Sed non est ejusmodi is qui non dat operam deliciis; sed sedet in portu, aliorum videns naufragia, et pura perpetuaque fruitur voluptate, eam quæ

libero homini convenit vitam agens. Hæc ergo scientes, fugiamus mala convivia deliciarum et mensam teneamus tenuem: ut et anima et corpore bene affecti, omnem operemur virtutem, et bona futura assequamur, gratia et benignitate Domini nostri Jesu Christi, quicum Patri unaque Spiritui sancto gloria, imperium, honor, nunc et semper, et in sæcula sæculorum. Amen.

HOMILIA XL.

CAP. 15. v. 29. *Alioqui quid facient qui baptizantur pro mortuis, si omnino mortui non resurgunt? quid et baptizantur pro illis?*

1. *Marcionistarum ritus.* — Aliud rursus caput aggreditur, aliquando quidem ex iis quæ Deus facit, aliquando autem ex iis quæ ipsi agunt, probans ea quæ dicuntur. Est autem hoc ad defensionem non parvum argumentum, quando eos qui contradicunt, adducit testes eorum quæ dicuntur, per ea quæ faciunt. Quid est ergo quod dicit? an vultis primum dicam, quomodo hanc dictionem adulterant qui morbo laborant Marcionis? Atque scio quidem fore ut risum multum moveam; verum etiam propterea maxime dicam, ut illorum morbum magis fugiatis. Nam postquam catechumenus quispiam apud eos excesserit, sub lecto mortui abscondit aliquo vivente, accedunt ad mortuum et alloquuntur rogantque velitne accipere baptismum: deinde illo nihil respondente, qui est absconditus inferne, pro illo dicit se velle baptizari; et sic eum baptizant pro eo qui excessit, perinde ac si in scena luderent: tantum valuit diabolus in ignavorum animis. Deinde cum accusantur, adducunt hoc verbum, dicentes Apostolum dixisse, *Qui baptizantur pro mortuis.* Vidistin' magnam irrisionem? convenitne adversus ea disceptare? Ego quidem non arbitror: nisi disserere oporteat cum furentibus pro iis quæ loquuntur delirantes. Ut nemo autem capiat ex simplicioribus, necesse est ut hanc quoque disceptationem adversus eos instituamus. Nam si hoc diceret Paulus, cur minatus est Deus ei qui non baptizatur? non potest enim fieri ut quispiam deinceps non baptizetur, hoc excogitato. Alioqui vero non est culpa ejus qui excessit, sed ejus qui vivit. Quibusnam autem dixit, *Nisi comederitis carnem meam, et biberitis meum sanguinem, non habebitis vitam in vobis (Joan. 6. 54)?* vivisne an mortuis, dic queso? et rursus, *Nisi quis regeneratus fuerit ex aqua et Spiritu, non potest videre regnum Dei (Id. 3. 5)?* Si enim hoc permittitur, nec opus est voluntate et instituto ejus qui accipit, nec assensu ejus qui est in vita; quid vetat quominus et ethnici et Judæi sic stant fideles, aliis post illorum decessum pro illis hæc facientibus? Sed ne aranearum telas amplius conscindentes, inaniter laboremus, age hujus dictionis vim explicemus. Quid ergo dicit Paulus? Vobis primum, qui mysteriis estis initiati, volo in memoriam revocare eam dictionem, quam in illa vespera jubent vos dicere qui mysterio initiati, et

tunc quid dicat Paulus explicabo: sic enim hoc quoque vobis erit dilucidius. Nam post alia omnia hoc addimus, quod nunc dicit Paulus. Et volo quidem aperte hoc dicere: non audeo autem propter eos qui non sunt initiati: ii enim expositionem nobis faciunt difficiliorem, ut qui nos cogant vel non aperte dicere, aut eis arcana enuntiare. Sed tamen dicam, quoad ejus a me fieri poterit, tecte et adumbrate. Nam post mysticorum illorum et terribilium verborum enuntiationem, et horrendas regulas dogmatum, quæ e cælo sunt demissa, hoc quoque in fine addimus, quando sumus baptizandi, jubentes dicere, Credo in resurrectionem mortuorum: et in hac fide baptizamur. Postquam enim hoc confessi sumus cum aliis, tunc demittimur in fontem sacrorum illorum fluentorum. Hoc ergo in memoriam revocans dicebat Paulus, *Si non est resurrectio, cur baptizaris pro mortuis?* id est, pro corporibus. Propter hoc enim baptizaris, mortui corporis credens resurrectionem, nempe quod non maneat mortuum. Et tu quidem per verba dicis mortuorum resurrectionem: sacerdos autem tanquam in quadam imagine, quæ credidisti et per verba es confessus, etiam per res ipsas ostendit. Quando absque signo credis, tunc tibi etiam præbet signum: quando quæ tua sunt feceris, tunc Deus quoque te reddit certiore. Quomodo? Per aquam. Baptizari enim et demergi, deinde sursum remeare et emergere, est symbolum seu signum descensus ad inferos et inde ascensus. Quamobrem Paulus quoque baptismum sepulcrum vocat, dicens: *Consepulti enim sumus cum illo per baptismum in mortem (Rom. 6. 4).* Ex eo autem rem futuram quoque facit credibilem, corporum, inquam, resurrectionem. Est enim longe majus peccata delere, quam corpus suscitare. Et hoc enuntians Christus dicebat: *Quid enim est facilius dicere, Remittuntur tibi peccata, an dicere, Tolle grabbatum tuum et ambula (Math. 9. 5. 6)?* Illud quidem, inquit, est difficilius: quoniam autem id minus creditis, ut quod non sit evidens, et quod est facilius pro difficili habetis, nempe potestatis meæ ostensionem; ne hoc quidem indicium recusabo vobis exhibere. *Tunc dicit paralytico, Surge, tolle lectum tuum, et vade in domum tuam.*

2. Et quomodo est, inquires, difficile, cum hoc possint facere et reges et principes? adulteros enim et homicidas illi dimittunt. Ludis, o homo, hæc dicens: nam solus quidem Deus potest peccata remittere;

διασωζόντων δεομενους, και επιθυμούντας τῆς καταστάσεως εκείνης, ἐν ἣ πρὶν ἢ διαβραγῆναι ἦσαν. Καθάπερ γὰρ αἱ κύουσαι τῶν γυναικῶν, οὕτω βαρούμενοι τὰς γαστέρας περιφέρονται, και μόλις ἐπιβαίνουσι, και μόλις βλέπουσι, και μόλις φθέγγονται, και πάντα μόλις. Ἄν δὲ μικρὸν αὐτοὺς τύχη καταδαρθεῖν, ὄνειρατα πάλιν ἀτοπα και μυρίων γέμοντα φαντασιῶν ὀρώσι. Τί ἄν τις εἰποι τὴν ἑτέραν τούτων μανίαν, τὴν τῶν ἀφροδισίων λέγω; Καὶ γὰρ και αὐτὴ τὰς πηγὰς ἐντεῦθεν ἔχει· και καθάπερ ἱπποὶ θηλυμανεῖς, οὕτω τῷ ὀστρεφῆ τῆς μέθης κεντούμενοι, πᾶσιν ἐπιπιδῶσιν, ἀλογώτερον και μανικώτερον ἐκείνων σκιρτῶντες, και πολλὰ ἕτερα ἀσχημονοῦντες,

ἃ μὴδὲ εἰπεῖν θέμις. Οὐδὲ γὰρ ἴσασι λιπὴν οὔτε ἃ πάσχουσιν, οὔτε ἃ πράττουσιν. Ἄλλ' οὐχ ὁ μὴ τρυφῶν, τοιοῦτος· ἀλλ' ἐν λιμῆνι κάθηται τὰ ἑτέρων ὀρών ναυάγια, και ἡθουῆς ἀπολαύει καθαρὰς και διαρκούς, τὴν ἐλευθέρῃ προσήκουσαν ζωὴν μετιῶν. Ταῦτ' οὖν [378] εἰδότες, φύγωμεν τὰ πονηρὰ τῆς τρυφῆς συμπόσια, και λιτῆς ἀνεχώμεθα τραπέζης, ἵνα και τὴν ψυχὴν και τὸ σῶμα εὐ διακείμενοι, πᾶσάν τε ἐργασώμεθα ἀρετῆν, και τῶν μελλόντων ἐπιτύχωμεν ἀγαθῶν, χάριτι και φιλανθρωπίᾳ τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, μεθ' οὗ τῷ Πατρὶ ἅμα τῷ ἁγίῳ Πνεύματι δόξα, κράτος, τιμὴ, νῦν και ἀεὶ, και εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰῶνων. Ἄμην.

ΟΜΙΛΙΑ Μ'.

Ἐπεὶ τί ποιήσουσιν οἱ βαπτίζομενοι ὑπὲρ τῶν νεκρῶν, εἰ ὄλωσ νεκροὶ οὐκ ἐγείρονται; τί και βαπτίζονται ὑπὲρ τῶν νεκρῶν;

α'. Ἐτέρῃ πάλιν ἐπιχειρεῖ κεφαλαίῳ, ποτὲ μὲν ἐξ ὧν ὁ Θεὸς ποιεῖ, ποτὲ δὲ ἐξ αὐτῶν ὧν πράττουσι, τὰ λεγόμενα κατασκευάζων. Οὐ μικρὸν δὲ και τοῦτο εἰς συνηγορίαν δικαίωμα, ὅταν τοὺς ἀντιλέγοντας αὐτοὺς μάρτυρας παραγάγῃ, δι' ὧν ποιῶσι, τῶν λεγομένων. Τί οὖν ἐστὶν ὁ φησὶν; ἢ βούλεσθε πρῶτον εἶπω, πῶς παραποιοῦσι τὴν ῥῆσιν ταύτην οἱ τὰ Μαρκίωνος νοσοῦντες; Καὶ οἶδα μὲν ὅτι πολὺν κινήσω γέλωτα, πλὴν ἀλλὰ και διὰ τοῦτο μάλιστα ἐρῶ, ἵνα μειζόνους αὐτῶν φύγητε τὴν νόσον. Ἐπειδὴν γὰρ τις κατηχούμενος ἀπέληθ παρ' αὐτοῖς, τὸν ζῶντα ὑπὸ τὴν κλίνην τοῦ τετελευτηκότος κρύψαντες, προσίαισι τῷ νεκρῷ και διαλέγονται και πυνθάνονται, εἰ βούλοιο λαβεῖν τὸ βάπτισμα· εἶτα ἐκείνου μὴδὲν ἀποκρινομένου, ὁ κεκρυμμένος κάτωθεν ἀντ' ἐκείνου φησὶν, ὅτι δὴ βούλοιο βαπτισθῆναι· καὶ οὕτω βαπτίζουσιν αὐτόν ἀντὶ τοῦ ἀπελθόντος, καθάπερ ἐπὶ τῆς σκηνῆς παίζοντες· τοσοῦτον ἰσχυσε ταῖς τῶν ῥαθύμων ψυχαῖς ὁ διάβολος. Εἶτα ἐγκαλοῦμενοι, τουτὶ παράγουσι τὸ ῥῆμα λέγοντες, ὅτι και ὁ Ἀπόστολος· εἶρηκεν· *Οἱ βαπτίζομενοι ὑπὲρ τῶν νεκρῶν*. Εἶδες τὸν καταγέλωτα τὸν πολὺν; ἄρ' οὖν πρὸς ταῦτα ἀντειπεῖν ἄξιον; Οὐκ ἔγωγε οἶμαι· πλὴν εἰ μὴ και τοῖς μαινομένοις, ὑπὲρ ὧν παραπαίοντες φθέγγονται, διαλέγεσθαι δεῖ. Ἴνα δὲ μὴδὲ τῶν σφοδρὰ ἀφελεστέρων ἀλιψ, ἀναγκαῖον ὑπομεῖναι και τὴν πρὸς τούτους ἀντίρρῆσιν. Εἰ γὰρ τοῦτο ἔλεγε Παῦλος, τίνας ἔνεκεν ἠπελησεν ὁ Θεὸς; τῷ μὴ βαπτισμένῳ. Οὐ γὰρ ἔστι τινὰ μὴ βαπτισθῆναι λοιπὸν ἐπινοηθέντος τούτου· ἄλλως δὲ τὸ ἐγκλημα οὐκέτι παρὰ τὸν ἀπελθόντα γίνεται, ἀλλὰ παρὰ τὸν ζῶντα. Τίσι δὲ ἔλεγεν, *Ἐὰν μὴ φάγητέ μου τὴν σάρκα, και πίητέ μου τὸ αἷμα, οὐκ ἔχετε ζωὴν ἐν ἑαυτοῖς*; τοῖς ζῶσιν, ἢ τοῖς τετελευτηκόσιν, εἰπέ μοι, και πάλιν, *Ἄρ μὴ τις ἀναγεννηθῆ ἐξ ὕδατος και Πνεύματος, οὐ δύναται ἰδεῖν τὴν βασιλείαν τοῦ Θεοῦ*; Εἰ γὰρ τοῦτο ἐφείτα, και οὐ χρεια γνώμης τῆς τοῦ λαμβάνοντος, οὐδὲ συγκαταθέσεως τῆς ἐν τῷ ζῆν, τὴ κωλύει και Ἕλληνας και Ἰουδαίους οὕτω γενέσθαι πιστοὺς, ἑτέρων μετὰ τὴν τελευτὴν ἐκείνων ὑπὲρ ἐκείνων ταῦτα ποιοῦντων; Ἄλλ' ἵνα μὴ ἐπιπλέον τὰ ἀραχνίδια διακόπτοντες ματαιοπονῶμεν, φέρε τῆς ῥήσεως ταύτης τὴν δύναμιν [379] ὁμῖν ἀναπτύξωμεν. Τί οὖν φησὶν ὁ Παῦλος; Πρῶτον δὲ ἀναμνησάσιν βούλομαι τοὺς μεμνημένους ὑμᾶς ῥήσεως, ἣν κατὰ τὴν ἐσπέραν ἐκείνην

οἱ μυσταγωγοῦντες ὑμᾶς λέγειν κελεύουσι, και τότε ἐρῶ και τὸ τοῦ Παύλου· οὕτω γὰρ ὑμῖν και τοῦτο ἔσται σαφέστερον. Μετὰ γὰρ τὰ ἄλλα πάντα τοῦτο προστίθεμεν, ὃ νῦν ὁ Παῦλος λέγει. Καὶ βούλομαι μὲν σαφῶς αὐτὸ εἰπεῖν, οὐ τολμῶ δὲ διὰ τοὺς ἀμυήτους· οὗτοι γὰρ δυσκολώτερά ἡμῖν ποιῶσι τὴν ἐξηγήσιν, ἀναγκάζοντες ἢ μὴ λέγειν σαφῶς, ἢ εἰς αὐτοὺς ἐκφέρειν τὰ ἀπόρρητα. Πλὴν ἀλλ' ὡς ἄν οἶός τε ὦ, συνεσκιασμένως ἐρῶ. Μετὰ γὰρ τὴν ἀπαγγελίαν τῶν μυστικῶν ῥημάτων ἐκείνων και φοβερῶν, και τοὺς φρικτοὺς κανόνας τῶν ἐκ τοῦ οὐρανοῦ κατενεχθέντων δογμάτων, και τοῦτο πρὸς τῷ τέλει προστίθεμεν, ὅταν μέλλωμεν βαπτίζειν, κελεύοντες λέγειν, ὅτι Πιστεῦο εἰς νεκρῶν ἀνάστασιν, και ἐπὶ τῇ πίστει ταύτῃ βαπτίζομεθα. Μετὰ γὰρ τὸ ὁμολογῆσαι τοῦτο μετὰ τῶν ἄλλων, τότε καθιέμεθα εἰς τὴν πηγὴν τῶν ἱερῶν ναμάτων ἐκείνων. Τοῦτο τοῖνον ἀναμνηστικῶν ὁ Παῦλος ἔλεγεν· *Εἰ μὴ ἔστιν ἀνάστασις, τί και βαπτίζῃ ὑπὲρ τῶν νεκρῶν*; τουτέστι, τῶν σωμάτων. Καὶ γὰρ ἐπὶ τοῦτε βαπτίζῃ, τοῦ νεκροῦ σώματος ἀνάστασιν πιστεύων, ὅτι οὐκέτι μένει νεκρὸν. Καὶ σὺ μὲν διὰ τῶν ῥημάτων λέγεις νεκρῶν ἀνάστασιν· ὁ δὲ ἱερεὺς, ὡσπερ ἐν εἰκόνι τινι, ἄπερ ἐπίστευσας και διὰ τῶν ῥημάτων ὑμολόγησας, δείκνυσι σοι και διὰ τῶν πραγμάτων αὐτόν. Ὅταν χωρίς σημείου πιστεύῃς, τότε σοι και τὸ σημεῖον παρεῖ· ὅταν τὰ σαυτοῦ ποιήσῃς, τότε και ὁ Θεὸς σε πληροφορεῖ. Πῶς και τίνι τρόπῳ; Διὰ τοῦ ὕδατος. Τὸ γὰρ βαπτίζεσθαι και καταδύεσθαι, εἶτα ἀνανεύειν, τῆς εἰς ἕδου καταβάσεως ἔστι σύμβολον και τῆς ἐκείθεν ἀνάδου. Διὸ και τάφον τὸ βάπτισμα ὁ Παῦλος καλεῖ λέγων· *Συρετάφημεν οὖν αὐτῷ διὰ τοῦ βαπτίσματος εἰς τὸν θάνατον*. Ἀπὸ τούτου και τὸ μέλλον ἀξιόπιστον ποιεῖ, τῶν σωμάτων λέγω τὴν ἀνάστασιν. Τοῦ γὰρ σῶμα ἀναστῆσαι πολλῶ μείζον τὸ ἀμαρτήματα ἀφανίσαι. Καὶ τοῦτο ὁ Χριστὸς ἀποφανόμενος, ἔλεγεν· *Τὶ γὰρ ἔστιν εὐκολώτερον εἰπεῖν, Ἄφρονται σοι αἱ ἀμαρτίαι, ἢ εἰπεῖν, Ἄφρον τὸν κρόσσάτον σου, και περιπάτε*; Τὸ μὲν δυσκολώτερον ἐκεῖνο, φησὶν· ἐπειδὴ δὲ ἀπιστεῖτε ἄτε ἀδήληθ ὄντι, και τὸ εὐκολώτερον ἀντὶ δυσκόλου ποιῆσθε τῆς ἐμῆς δυνάμεως ἀπόδειξιν, οὐδὲ τοῦτο παρατήσομαι παρασχεῖν ὑμῖν τὸ δείγμα. *Τότε λέγει τῷ παραλυτικῷ· Ἐγερθεῖς ὕρον τὴν κλίνην σου, και ὕπαγε εἰς τὸν οἶκόν σου*.

β'. Καὶ πῶς τοῦτο δύσκολον, φησὶν, ὅταν και βασιλεύσι και ἀρχοῦσι δυνατὸν ἢ; και γὰρ μοιχοῦς και ἀνοροφόνους ἀφίαισιν ἐκείνοι. Παίζεις, ἄνθρωπε,

ταῦτα λέγων· ἁμαρτήματα μὲν γὰρ ἀφεῖναι μόνω θεῷ δυνατόν· ἄρχοντες δὲ καὶ βασιλεῖς, κἄν μοιχοὺς, κἄν ἀνδροφόνους ἀφῶσι, τῆς μὲν καλᾶσεως τῆς παρούσης ἀπαλλάττουσι, [380] τὴν δὲ ἁμαρτίαν αὐτῶν οὐκ ἐκκαθαίρουσι· κἄν εἰς ἀρχὰς ἀγάγῃσι τοὺς ἀφεθέντας, κἄν αὐτὴν περιβάλλωσι τὴν ἀλουργίαν, κἄν τὸ διάδημα ἐπιθῶσιν, ἀλλὰ βασιλεῖς μὲν ἐποίησαν ἂν οὕτω, τῆς δὲ ἁμαρτίας οὐκ ἂν ἠλευθέρωσαν· Θεὸς γὰρ μόνος τοῦτο ποιεῖ. Ὁ δὲ καὶ ἐν τῷ λουτρῷ τῆς παλιγγενεσίας ἐργάζεται· αὐτῆς γὰρ ἄπτεται τῆς ψυχῆς ἡ χάρις, κἀκεῖθεν προδύβριζον ἀνασπᾶ τὴν ἁμαρτίαν. Διὰ δὲ τούτου τοῦ μὲν ὑπὸ βασιλείας ἀφελέντος ῥυπῶσαν τὴν ψυχὴν ἔστιν ἰδεῖν, τὴν δὲ τοῦ βαπτισθέντος οὐκέτι, ἀλλ' αὐτῶν τῶν ἡλιακῶν ἀκτίων καθαρωτέραν, καὶ οἷα ἐξ ἀρχῆς γεννηθεῖσα ἦν, μᾶλλον δὲ καὶ ἐκείνης ἀμείνω πολλῶν· Πνεύματος γὰρ ἀπολαύει τοῦ πανταχόθεν αὐτὴν πυροῦντος καὶ τὴν ἀγνωσίην ἐπιτείνοντος. Καὶ ὡσπερ σίδηρον ἢ χρυσὸν ἀναχωνεύων, καθαρὸν καὶ καινὸν ἄνωθεν ποιεῖς· οὕτω δὲ καὶ τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον ὡσπερ ἐν χιωνευτηρίῳ τῷ βαπτίσματι ἀναχωνεύον αὐτὴν, καὶ δαπανῶν τὰ ἁμαρτήματα, χρυσοῦ παντὸς καθαροῦ καθαρώτερον ἀποστελεῖν παρασκευάζει. Καὶ τὴν τῶν σωμάτων δὲ ἀνάστασιν ἀξιόπιστον κἀντεῦθεν σοὶ πάλιν δείκνυσιν οὖσαν. Ἐπειδὴ γὰρ ἡ ἁμαρτία τὸν θάνατον εἰσήγαγε, τῆς ῥίξης ξηρανθείσης, οὐδὲν δεῖ λοιπὸν ἀμφιβάλλειν ὑπὲρ τῆς τοῦ καρποῦ ἀπωλείας. Διὰ τοῦτο πρότερον εἰπὼν ἁμαρτιῶν ἄφρῃσι, τότε ὁμολογεῖς καὶ νεκρῶν ἀνάστασιν, ἐντεῦθεν καὶ εἰς ἐκεῖνο χειραγωγούμενος. Εἶτα ἐπειδὴ οὐκ ἀρκεῖ τὸ ὄνομα τῆς ἀναστάσεως δεῖξαι τὸ πᾶν (πολλοὶ γὰρ ἀναστάντες πάλιν ἀπῆλθον, ὡς οἱ ἐν τῇ Παλαιᾷ, ὡς Λάζαρος, ὡς οἱ ἐν τῷ καιρῷ τοῦ σταυροῦ), κελεύει λέγειν, Καὶ εἰς ζῶην αἰώνιον, ἵνα μηκέτι θάνατον ὑποπτεύσῃ τις μετὰ τὴν ἀνάστασιν ἐκείνην. Τοῦτων τοίνυν πῶν ῥημάτων ἀναμνήσκων ὁ Παῦλος φησὶ· *Τὶ ποιήσουσιν οἱ βαπτιζόμενοι ὑπὲρ τῶν νεκρῶν;* Εἰ γὰρ μὴ ἔστιν ἀνάστασις, φησὶ, σκηπὴ τὰ ῥήματα ταῦτα· εἰ μὴ ἔστιν ἀνάστασις, πῶς αὐτοὺς πείθωμεν πιστεῦναι, ἅπερ οὐ διδόμεν; ὡσπερ ἂν εἰ τις κελεύῃ γραμματεῖον ἐκθέσθαι ὅτι τὸ καὶ τὸ ἔλαβε, μηκέτι ἄψῃ τὰ ἐγγραφέντα, εἶτα μετὰ τὴν ὑπογραφήν ἀπαιτοῖ τὰ ἐγγεγραμμένα. Τὶ γὰρ ποιῆσει λοιπὸν ὁ ὑπογράφας, ὑπεύθυνον μὲν ἑαυτὸν ποιήσας, οὐ λαβῶν δὲ ἅπερ ὠμολόγησεν εἰληφέναι; Τοῦτο γὰρ καὶ ἐνταῦθα λέγει περὶ τῶν βαπτιζομένων. Τὶ ποιήσουσιν οἱ βαπτιζόμενοι, φησὶν, ὑπογράφαντες μὲν ἀνάστασιν σωμάτων νεκρῶν, οὐ λαμβάνοντες δὲ, ἀλλ' ἀπατώμενοι; τί δὲ ὄλωσ καὶ τῆς ὁμολογίας ταύτης ἔδει, εἰ τὸ ἔργον μὴ εἶπετο; *Τὶ καὶ ἡμεῖς κινδυνεύομεν πῶσαν ὥραν;* Καθ' ἡμέραν ἀποθνήσκω, νῆ τὴν ὑμέτεραν καύχησιν, ἢν ἔχω ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ. Ὅρα πάλιν πόθεν ἐπιχειρεῖ κατασκευάσαι τὸ δόγμα, ἀπὸ τῆς οικείας ψήφου, μᾶλλον δὲ οὐ τῆς αὐτοῦ μόνου, ἀλλὰ καὶ τῆς τῶν λοιπῶν ἀποστόλων. Οὐ μικρὸν δὲ καὶ τοῦτο τὸ τοὺς διδασκάλους εἰσάγειν σφόδρα πεπληροφορημένους, καὶ τοῦτο δεικνύοντας ὡς διὰ λόγων μόνου, ἀλλὰ καὶ δι' αὐτῶν τῶν πραγμάτων. Διὰ δὲ τούτου οὐ λέγει ἀπλῶς, ὅτι· Καὶ ἡμεῖς

πεπεισμεθα· οὐδὲ [381] γὰρ ἔρχεται τοῦτο πείσαι μόνου· ἀλλὰ καὶ τὴν διὰ τῶν πραγμάτων ἀπόδειξιν παρέχεται· ὡς ἂν εἰ ἔλεγε, Ῥήμασι ταῦτα ὁμολογεῖν οὐδὲν ἴσως ὑμῖν δοκεῖ θαυμαστὸν εἶναι· εἰ δὲ καὶ τὴν ἀπὸ τῶν ἔργων ὑμῖν παράσχοιμεν φωνήν, τί πρὸς τοῦτο ἔχοιτε ἀντεπεῖν; Ἀκούσατε τοίνυν, πῶς καὶ διὰ τῶν κινδύνων ταῦτα καθ' ἐκάστην ὁμολογούμεν τὴν ἡμέραν. Καὶ οὐκ εἶπεν, Ἐγὼ, ἀλλ', Ἡμεῖς, παραλαμβάνων πάντας ὁμοῦ τοὺς ἀποστόλους, καὶ ταύτῃ μετριάζων τε καὶ ἀξιόπιστον ποιῶν τὸν λόγον. Τί γὰρ ἂν ἔχοιτε εἰπεῖν; ὅτι ἀπατώμεν ὑμᾶς ταῦτα κηρύττοντες, καὶ κενοδοξίας ἕνεκεν δογματίζομεν; Ἀλλ' οὐκ ἔωσι ταῦτα ψηφίζεσθαι οἱ κίνδυνοι· τίς γὰρ ἂν ἔλοιτο κινδυνεύειν διηνεκῶς εἰκῆ καὶ μάτην; Διὸ καὶ ἔλεγε· *Τὶ καὶ ἡμεῖς κινδυνεύομεν πῶσαν ὥραν;* Εἰ γὰρ καὶ ἔλοιτό τις διὰ κενοδοξίας, ἅπαξ καὶ δευτέρου τοῦτο αἰρήσεται, οὐχὶ πάντα τὸν βίον, καθάπερ ἡμεῖς· ἡμεῖς γὰρ τὴν ζῶην ἅπασαν εἰς τοῦτο κατεστησάμεθα. *Καθ' ἡμέραν ἀποθνήσκω, νῆ τὴν ὑμέτεραν καύχησιν, ἢν ἔχω ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ·* καύχησιν ἐνταῦθα τὴν αὐτῶν προκοπὴν λέγων. Ἐπειδὴ γὰρ πολλοὺς ἔδειξε τοὺς κινδύνους ὄντας, ἵνα μὴ δόξῃ ὡς ἀποδουρόμενος ταῦτα λέγειν, οὐ μόνου οὐκ ἀλγῶ, φησὶν, ἀλλὰ καὶ καυχῶμαι τῷ ταῦτα πάσχειν ὑπὲρ ὑμῶν. Διπλῆ δὲ ἐναδρύνεσθαι φησὶ, καὶ τῷ δι' αὐτοὺς κινδυνεύειν, καὶ τῷ ὄρῃν αὐτοὺς ἐπιδιδόντας. Εἶτα τὸ αὐτῷ σύνηθες ποιῶν, ἐπειδὴ μεγάλα ἐφθέγγατο, ἀμφοτέρω ἀντίθεσι τῷ Χριστῷ. Πῶς δὲ ἀποθνήσκει καθ' ἐκάστην ἡμέραν; Τῇ περὶ μίαν καὶ τῷ παρεσκευάσθαι πρὸς τοῦτο. Καὶ τίνας ἕνεκεν ταῦτα λέγει; Πάλιν τὸν περὶ τῆς ἀναστάσεως καὶ διὰ τούτων κατασκευάζων λόγον. Τίς γὰρ ἂν ἔλοιτο, φησὶ, τοσοῦτους ὑπομένειν θανάτους, ἀναστάσεως οὐκ οὐσης οὐδὲ ζωῆς μετὰ ταῦτα; Εἰ γὰρ οἱ πιστεύοντες τῇ ἀναστάσει, μόλις ἂν ὑπὲρ αὐτῆς κινδυνεύουσαιεν, εἰ μὴ σφόδρα εἴην γενναῖοι· πολλῶ μᾶλλον ὁ μὴ πιστεύων, φησὶν, οὐκ ἂν ἔλοιτο τοσοῦτους ὑπομένειν θανάτους, καὶ οὕτω χαλεπούς. Καὶ γὰρ κατὰ μικρὸν ὄρα πόσην ποιεῖται τὴν αὐξήσιν. Εἶπεν, ὅτι *Κινδυνεύομεν*, προσέθηκεν, ὅτι *Πῶσαν ὥραν*, εἶτα, ὅτι *Καθ' ἡμέραν*, εἶτα, ὅτι οὐ, *Κινδυνεύω*, μόνου, φησὶν, ἀλλὰ καὶ, Ἀποθνήσκω. Δείκνυσιν δὲ λοιπὸν καὶ ποταποὺς θανάτους, οὕτω λέγων· *Εἰ κατὰ ἄνθρωπον ἐθηριομάχησα ἐν Ἐφέσῳ, τί μοι τὸ ὄφελος;*

γ'. Τί ἐστιν, *Εἰ κατὰ ἄνθρωπον;* Ὅσον τὸ εἰς ἀνθρώπους ἦκον, ἐθηριομάχησα. Τί γὰρ, εἰ ὁ Θεὸς ἐξήρπασέ με τῶν κινδύνων; Ὡστε ὁ μάλιστα ὑπὲρ τούτων ὀφείλων μεριμνᾶν, ἐγὼ εἰμι ὁ τοσοῦτους κινδύνους ὑπομένων, καὶ μηδεμίαν μηδέπω λαβὼν ἀμοιβήν. Εἰ γὰρ μὴ παραγίνεται ὁ τῆς ἀντιδόσεως καιρὸς, ἀλλὰ μέχρι τοῦ παρόντος τὰ ἡμέτερα συγκλείσται, ἡμεῖς ἐν μεζῶνι ζημίᾳ ἐσμέν. Ὑμεῖς μὲν γὰρ ἀκινδύνως ἐπιστεύσατε, ἡμεῖς δὲ καθ' ἐκάστην σφαττόμεθα τὴν ἡμέραν. Ταῦτα δὲ ἅπαντα ἔλεγεν, οὐκ ἐπειδὴ οὐκ εἶχεν ὄφελος καὶ ἐν αὐτῷ τῷ πάσχειν, ἀλλὰ διὰ τὴν τῶν πολλῶν ἀσθένειαν, καὶ ὥστε αὐτοὺς εἰς τὸν περὶ τῆς ἀναστάσεως [382] σπληνίζαι λόγον· οὐκ ἐπειδὴ αὐτὸς ἐπὶ μεσῶν ἔτρεχεν· ἀρχοῦσα γὰρ ἦν

principes autem et reges, etiamsi dimittant et absolvant adulteros et homicidas, a presenti quidem liberant supplicio, eorum autem peccatum non emundant et expiant; et si dimissos quidem provexerint ad magistratus, et vel ipsa induerint purpura, et imposuerint eis diadema; reges quidem sic fecerunt, a peccatis autem non liberarunt: solus enim Deus hoc facit. Quod quidem operatur in lavacro regenerationis: ipsam enim animam tangit gratia, et illinc peccatum evellit radicitus. Propterea ejus quidem, qui est dimissus a rege, sordidam videre licet animam: ejus autem qui est baptizatus, minime, sed ipsum solis radiis puriorem, et qualis fuit generata ab initio; imo vero illa quoque longe meliorem: fruitur enim Spiritu qui eam omni ex parte inflamat, et auget sanctitatem. Et sicut aurum aut argentum refundens, purum et novum facis denno: ita etiam Spiritus sanctus in baptismo tanquam in fornace eam refundens, et peccata consumens, efficit ut quovis auro puro purius fulgeat. Itemque corporum resurrectionem hinc quoque rursus tibi facit esse credibilem. Nam quoniam peccatum mortem intulit, exsiccata radice non est amplius dubitandum de fructus interitu. Propterea cum prius dixisses remissionem peccatorum, tunc confiteris etiam mortuorum resurrectionem, hinc ad illud deductus. Deinde quoniam non sufficit nomen resurrectionis ad universum ostendendum (multi enim qui resurrexerant rursus excesserunt, ut qui resurrexerunt in Veteri, ut Lazarus, ut qui tempore crucis), jubet dicere, Et in vitam aeternam, ne quis amplius suspicetur mortem post resurrectionem. Hæc ergo verba in memoriam revocans Paulus dicit: *Quid facient qui baptizantur pro mortuis?* Nam si non est, inquit, resurrectio, hæc verba plane sunt ludus scenicus. Si non est resurrectio, quomodo eis suademus ut credant quæ non damus? ut si quis jubens edere schedulam quod hoc et illud acceperit, minime dederit quæ in ea scripta sunt; deinde postquam subscripta fuerit schedula, exigat quæ in ea sunt scripta. Quid enim de cætero faciet is qui subscripsit, cum se quidem debitorem constituerit, non acceperit autem ea quæ confessus est se accepisse? Hoc enim hic quoque dicit de iis qui baptizantur: *Quid facient, inquit, qui baptizantur, qui subscripserunt quidem resurrectionem mortuorum corporum, non recipiunt autem, sed decipiuntur? quid omnino erat opus hac confessione, si res non sequeretur?* 30. *Quid et nos periclitamur omni hora?* 31. *Quotidie morior propter vestram gloriam, quam habeo in Christo Jesu.* Vide rursus undenam dogma aggrediatur probare, a suo suffragio; imo vero non solum suo, sed etiam cæterorum apostolorum. Est autem hoc quoque non parvum, adducere doctores qui de eo valde certam habeant persuasionem, et hoc non solum verbis, sed etiam rebus ostendant. Propterea non dicit absolute, Nos quoque id habemus persuasum; neque enim satis erat hoc solum persuadere; sed etiam per res ipsas exhibet demonstrationem: perinde ac si diceret: Verbis hæc confiteri nihil vobis forte videtur esse mi-

randum; si autem etiam a rebus ipsis vocem vobis exhibeamus, quid ad hæc poteritis contradicere? Audite ergo quomodo etiam per pericula hæc quotidie conflteamur. Et non dixit, Ego, sed, Nos, assumens omnes simul apostolos, et ea ratione modeste se gerens, ac fide dignam faciens orationem. Quid enim dicere potueritis? quod vos decipiamus hæc prædicantes, et propter inanem gloriam hæc dogmata statuamus? Sed hanc sententiam ferre non sinunt pericula: quis enim sua sponte voluerit frustra et temere adire pericula? Et ideo dicebat, *Quid et nos periclitamur omni hora?* Nam et si quis propter inanem gloriam hoc sua sponte elegerit, semel et iterum hoc faciet, non omni tempore sicut nos: nos enim totam vitam huic rei addicimus. *Quotidie morior per vestram gloriationem, quam habeo in Christo Jesu;* gloriationem hic dicens eorum profectum. Nam quoniam multa ostendit esse pericula; ne videretur tanquam desens hæc dicere, Non solum, inquit, non doleo, sed etiam glorior quod pro vobis hæc patiar. Duplici autem ratione se dicit gloriarī, et quod propter ipsos pericula adeat, et quod ipsos videat incrementum suscipere. Deinde faciens id quod est sibi solutum, quoniam magna est loquutus, utraque Christo tribuit. Quomodo autem moritur quotidie? Animi alacritate, et quod ad hoc sit paratus. Et cur hæc dicit? Rursus per hæc quoque confirmans quod dicitur de resurrectione. Quis enim, inquit, elegerit tam multas subire mortes, si ne sit quidem postea resurrectio neque vita? Nam si qui credunt resurrectioni, vix pro ea pericula adierint nisi sint fortes ac generosi: multo magis is qui non credit, non tam multas et tam graves ac difficiles mortes elegerit. Etenim vide quantum paulatim faciat incrementum. Dixit, *Periclitamur;* addidit, *Omni hora;* deinde, *Quotidie;* postea non solum dicit, *Periclitor,* sed etiam, *Morior.* Deinde ostendit et quot mortes, sic dicens: 32. *Si secundum hominem ad bestias pugnavi Ephesi, quid mihi prodest?*

3. Quid est, *Si secundum hominem?* Quod ad homines attinet, pugnavi cum bestiis. Quid enim si me Deus eripuit a periculis? Quare qui pro his maxime debeo esse sollicitus, ego sum, qui tam multa sustineo pericula, et adhuc nullam accepi remunerationem. Nam si non advenit tempus remunerationis, sed intra præsens tempus res nostræ sunt conclusæ, nos majus damnum patimur. Nam vos quidem citra periculum credidistis: nos autem mactamur quotidie. Hæc autem omnia dicebat, non quoniam in patiendo nullam haberet utilitatem, sed propter multorum imbecillitatem, et ut ipsos confirmaret in ratione resurrectionis: non quod ipse curreret propter mercedem: erat enim sufficiens ei remuneratio, id facere quod Deo placeret. Quamobrem etiam quando dicit, *Si in hac vita speramus in Christo tantum, miserabiles omnibus hominibus sumus.* Etiam illic rursus propter illos, ut metu hujus miseriæ eorum de resurrectione exagitet incredulitatem, et ad eorum imbecillitatem se demittens, sic loquitur: Est enim magna merces, Christo placere in omnibus: etiam

absque remuneratione, magna est merces propter ipsum adire pericula. *Si mortui non resurgunt, manducemus et bibamus: cras enim moriemur.* Hoc jam verbum est irridentiis. Quamobrem non hoc ex se adduxit, sed magniloquentissimum prophetam produxit Isaïam, qui de iis, qui omnem sensum doloris exuerunt et sunt deplorati, dicebat hæc verba: *Qui maculant vitulos et sacrificant oves, ut carnes comedant et vinum bibant: qui dicunt, Comedamus et bibamus; cras enim moriemur. Hæc sunt aperta in auribus Domini Sabaoth: et non remittetur vobis hoc peccatum, donec fueritis mortui (Isai. 22. 13. 14).* Si autem venia tunc fuerunt privati qui hæc dicebant, multo magis in gratia. Deinde ne asperiores redderet orationem, non amplius immoratur in adductione ad absurdum; sed orationem rursus convertit ad exhortationem, dicens: 33. *Nolite seduci: corrumpunt bonos mores colloquia prava.* Hæc autem dicebat, simul quidem eos insectans tamquam insipientes; bonos enim benigna ac miti appellatione hic significavit, qui facile possunt decipi; simulque, quantum potuit, pro præcedentibus ipsis veniam concedens, et maximam partem criminum ab eis propulsans et in alios transferens, ut hac quoque ratione eos attraheret ad poenitentiam. Quod etiam in Epistola ad Galatas facit, dicens: *Qui autem vos conturbat, portabit iudicium, quisquis ille sit (Gal. 5. 10).* 34. *Evigilate juste, et nolite peccare.* Tamquam ebriis dicit et furentibus. Nam omnia simul et repente e manibus ejicere, ebriorum erat et furentium, eo quod non amplius videant quæ viderunt, neque credant iis quæ prius confessi sunt. Quid enim autem, *Juste?* Ad id quod conducit et est utile. Est enim injuste evigilare et expergisci, quando quispiam fuerit excitatus ad detrimentum suæ animæ. Recte autem addidit illud, *Nolite peccare,* ostendens quod hinc sint ipsi semina incredulitatis. Hoc quoque alibi tacite significat, quod vita corrupta mala gignat dogmata: ut quando dicit, *Rudix omnium malorum est avaritia: quam quidam appetentes aberraverunt a fide (1. Tim. 6. 10).* Multi enim male sibi conscii, nec volentes dare poenas, ab hoc metu læduntur in fide resurrectionis; sicut ii quidem certe qui multa et præclara recte gesserunt, quotidie cupiunt videre illum diem. *Ignorantiam enim Dei quidam habent; ad pudorem id vobis dico.* Vide quomodo rursus crimina transfert in alios. Non enim dixit, *Habetis ignorantiam, sed, Ignorantiam quidam habent.* Nam non credere resurrectioni, est ejus qui non valde scit inexpugnabilem Dei virtutem et ad omnia sufficientem. Nam si quæ sunt fecit ex iis quæ non erant, multo magis poterit excitare et restituere ea quæ sunt dissoluta. Et quoniam eos vehementer tetigit et summopere eos carpsit, reprehendens eos de ingluvie, de ignorantia et stupore; mitigans ea quæ dicta sunt, dicit: *Ad pudorem vobis loquor;* hoc est, ut corrigam, ut reducam, ut vos pudore affecti reddamini meliores. Timuit enim ne, si plus quam par esset eos æcuisset, resillirent.

4. *Quos Paulus increpare intenderit. Dives ex aliorum jactura dives efficitur.* — Hæc autem existimemus non illis solis, sed nunc quoque dicta esse omnibus, qui eodem morbo laborant, et quorum vita est corrupta. Non enim ii solum qui mala habent dogmata, sed ii etiam qui gravibus tenentur peccatis, sunt ebrii et desipiant. Quamobrem illis quoque dictum fuerit illud, *Evigilate seu expergiscimini;* et maxime iis qui sunt gravati veterno avaritiæ, iis qui improbe rapiunt. Est enim bona rapina, nempe rapina cælorum quæ nihil lædit. Nam in pecuniis quidem nequit fieri ut quispiam evadat dives, nisi alius prius factus sit pauper; in spiritualibus autem non ita est, sed totum contrarium: fieri non potest ut quispiam fiat dives, nisi alterum fecerit opulentum: etenim si nemini profueris, non poteris effici opulentus. Nam in corporalibus quidem erogatio efficit diminutionem; in spiritualibus autem erogatio operatur abundantiam, et non impertuisse, hoc multam conficit paupertatem et infert ultimum supplicium. Hoc autem ostendit is qui infodit talentum. Etenim qui rationem habet sapientiæ, et alii impertiit, auget copias, ut qui multos fecerit sapientes: qui autem domi abscondit, seipsum privavit copiis, ut qui non paravit multorum utilitatem. Rursus qui alia habet dona, si multos curaverit, amplificavit donationem: et nec erogatione fuit ipse exinanitus, et multos implevit spirituali donatione. Et in omnibus spiritualibus firma et stabilis permanet hæc regula. Ita etiam in regno, qui sui regni multos reddit participes, hac rursus ratione eo ipse magis fruatur: qui autem nullum studet habere socium ac participem, ipse quoque excidet a magnis illis bonis. Si enim sapientia sensilis non consumitur innumerabilibus sapiensibus, neque artifex multos efficiens artifices perdit artem: multo magis qui regnum rapit, minus illud non efficiet, sed tunc nobis majores erunt divitiæ, quando multos ad id vocaverimus. Rapiamus ergo ea quæ non consumuntur, sed dum rapiuntur magis abundant: rapiamus ea quæ nullum habent calumniosum, nullum qui invadeat. Etenim si auri locus esset perennem habens fontem scaturientem, et eo magis afflueret, quo magis exhauriretur; alius autem esset locus habens thesaurum infossum: ex utro velles distecere? an non ex illo? Est certe perspicuum. Sed ne verbis hoc solum effingamus, quod dictum est cogitate in aere et in sole: ea enim rapiuntur ab omnibus, et omnes implent: sed hæc quidem manent similia, a fruentibus et non fruentibus non diminuta. Quod autem dixi est multo majus. Non enim manet similis spiritualis sapientia, si distribuatur et non distribuatur, sed magis augetur si distribuatur. Si quis autem non ferat ea quæ dicta sunt, sed adhuc rerum ad victum pertinentium affixus sit inopio, ea quæ diminuta sunt rapiens; in hoc quoque rursus in memoriam revocet manæ alimentum, et timeat exemplum supplicii. Quod enim in illo accidebat, hoc etiam videre licet in iis qui nunc superabundant.

αὐτῶ ἀντίδοσις τὸ ποιῆσαι τὸ δοκοῦν τῷ Θεῷ. Ὅστε καὶ ὅταν λέγῃ, *Εἰ ἐν τῇ ζωῇ ταύτῃ ἡλικιώτες ἐσμέν ἐν Χριστῷ μόνον, ἔλεινότεροι πάντων ἀνθρώπων ἐσμέν*· κακεῖ πάλιν δι' ἐκείνους, ὥστε τῷ φόβῳ τῆς ἀθλιότητος ταύτης κατασεῖσαι αὐτῶν τὴν ἀπιστίαν τὴν περὶ τῆς ἀναστάσεως, καὶ πρὸς τὴν ἀσθένειαν αὐτῶν συγκαταβαίνων, οὕτω φησί. Καὶ γὰρ ὁ μέγας μισθός, τὸ ἀρέσκειν διαπαντὸς τῷ Χριστῷ· καὶ χωρὶς τῆς ἀντιδόσεως, μεγίστη ἀμοιβὴ τὸ δι' αὐτὸν κινδυνεύειν. *Εἰ νεκροὶ οὐκ ἐγείρονται, φάγωμεν καὶ πίωμεν· αὐριοὶ γὰρ ἀποθνήσκομεν*. Τοῦτο λοιπὸν τὸ ῥῆμα καὶ κωμωδοῦντός ἐστι. Διὸ οὐδὲ ὀκλοῖεν αὐτὸ παρήγαγεν, ἀλλὰ τὸν προφήτην ἐπέστησε τὸν μεγαλοφωνώτατον Ἰσαΐαν, ὃς περὶ τινῶν ἀπληγῶτων διαλεγόμενος καὶ ἀπεγνωσμένων, ἔλεγε ταυτὶ τὰ ῥήματα· *Οἱ σφάζοντες μόσχους, καὶ θύοντες πρόβατα, ὥστε φαγεῖν κρέα καὶ πιεῖν οἶνον· οἱ λέγοντες· Φάγωμεν καὶ πίωμεν· αὐριοὶ γὰρ ἀποθνήσκομεν*. Ἀνακαλυμμένα ταῦτά ἐστιν εἰς τὰ ὦτα Κυρίου Σαβαώθ· καὶ οὐκ ἀφθεήσεται ὑμῖν· ἡ ἀμαρτία αὕτη, ἕως ἂν ἀποθάνητε. Εἰ δὲ τότε συγγνώμης ἦσαν ἀπεστερημένοι οἱ ταῦτα λέγοντες, πολλῶν μᾶλλον ἐπὶ τῆς χάριτος. Εἶτα ἵνα μὴ τραχύτερον ποιῆσῃ τὸν λόγον, οὐκ ἐπὶ πολὺ τῇ εἰς ἄτοπον ἀπαγωγῇ ἐπιμένει, ἀλλὰ πάλιν ἐπὶ παραίνεσιν τρέπει τὸν λόγον, λέγων· *Μὴ πλανᾶσθε, φθείρουσιν ἡθῆ χρηστὰ ὀμιλία κακὰ*. Ταῦτα δὲ ἔλεγεν, ὁμοῦ μὲν αὐτῶν καθαπτόμενος ὡς ἀνοήτων· χρηστὰ γὰρ ἐνταῦθα εὐφύμως τὰ εὐεξπάτητα ἐκάλεσεν· ὁμοῦ δὲ ὡς οἶόν τέ ἐστι καὶ συγγνώμης ὑπὲρ τῶν ἔμπροσθεν αὐτοῖς μεταδιδούς, καὶ τὸ πλεόν τῶν ἐγκλημάτων ἀποσκευαζόμενος ἀπ' ἐκείνων καὶ εἰς ἑτέρους μετατιθεῖς, ὥστε καὶ ταύτη εἰς μετάνοιαν αὐτοὺς ἐφελέκυσσασθαι. Ὁ καὶ ἐν τῇ πρὸς Γαλάτας Ἐπιστολῇ ποιεῖ λέγων· *Ὁ δὲ ταρασσῶν ὑμᾶς βαστάσει τὸ κρῖμα, ὅστις ἂν ἦ· Ἐκνήψατε δικαίως, καὶ μὴ ἀμαρτάνετε*· ὡς πρὸς μεθύνοντας καὶ μαινομένους. Τὸ γὰρ ἀθρόον πάντα ἀπὸ τῶν χειρῶν ρίψαι, μεθύοντων καὶ μαινομένων ἦν, τῷ μηκέτι ὄραν ἃ ἐώρων, μηδὲ πιστεύειν οἷς ἔμπροσθεν ὡμολόγησαν. Τί δὲ ἐστι, *Δικαίως*; Ἐπὶ συμφέροντι καὶ χρησίμῳ. Ἔστι γὰρ ἀδικῶς νῆφειν, ὅταν ἐπὶ βλάβῃ τῆς ἐαυτοῦ ψυχῆς διεγχευόμενος τις ἦ. Καλῶς δὲ καὶ τὸ, *Μὴ ἀμαρτάνετε*, προσέθηκε, δεικνύς ὅτι ἐντεῦθεν αὐτοῖς τὰ σπέρματα τῆς ἀπιστίας. Καὶ πάλαι οὗτο αἰνίττεται, ὅτι βίος διεφθαρμένος πονηρὰ τίκει δόγματα· ὡς ὅταν λέγῃ, *Ρίζα πάντων τῶν κακῶν ἡ φιλαργυρία, ἧς τινες ὀρεγόμενοι, ἀπεπληρώθησαν τῆς πίστεως*. Καὶ γὰρ πολλοὶ τῶν πονηρῶν συνειδῶτων ἐαυτοῖς, καὶ οὐ βουλομένων δοῦναι δίκην, ἀπὸ τοῦ φόβου τούτου καὶ εἰς τὴν περὶ τῆς ἀναστάσεως παραβιάζονται πίστιν· ὥσπερ οὖν οἱ μεγάλα κατοροῦντες καὶ καθ' ἐκάστην αὐτὴν ἐπιθυμοῦσι τὴν ἡμέραν ἰδεῖν. Ἀγνωστὰν γὰρ Θεοῦ τινες ἔχουσι· πρὸς ἐντροπὴν ὑμῖν λέγω. Ὅρα τοὺς πάλιν μετατίθησι τὰ ἐγκλήματα εἰς ἑτέρους. Οὐ γὰρ εἶπεν, ὅτι Ἀγνωστὰν ἔχετε, [383] ἀλλ', Ἀγνωστὰν τινὲς ἔχουσι. Τὸ γὰρ τῇ ἀναστάσει

* *Legatur ταῦτα.*

διαπιστεῖν, οὐ σφόδρα εἰδῶτος ἐστὶ τὴν τοῦ Θεοῦ δύναμιν τὴν ἄμαχον καὶ πρὸς πάντα ἀρχούσαν. Εἰ γὰρ ἐξ οὐκ ὄντων τὰ ὄντα ἐποίησε, πολλῶν μᾶλλον τὰ διαλυθέντα δυνήσεται ἀναστήσαι. Καὶ ἐπειδὴ σφόδρα αὐτῶν καθήψατο, καὶ μεθ' ὑπερβολῆς ἐκωμώδησεν, εἰς γαστριμαργίαν, εἰς ἀνοίαν, εἰς παραπληξίαν διαβάλλων, παραμυθούμενος τὰ εἰρημένα, φησί· *Πρὸς ἐντροπὴν ὑμῖν λέγω*, τουτέστιν, ὥστε διορθῶσαι, ὥστε ἐπαναγαγεῖν, ὥστε ἀσχυρθέντας ὑμᾶς γενέσθαι βελτίους. Δέδοικε γὰρ μὴ πέρα τοῦ δέοντος ταμῶν, ἀποσκιρτῆσαι ποιῆσῃ.

8. Ταῦτα δὲ μὴ πρὸς ἐκείνους εἰρῆσθαι νομίζωμεν μόνον, ἀλλὰ καὶ νῦν εἰρῆσθαι πρὸς ἅπαντας τοὺς τὰ αὐτὰ νοσοῦντας, καὶ τοὺς βίον διεφθαρμένον ἔχοντας. Καὶ γὰρ οὐχ οἱ τὰ πονηρὰ δόγματα ἔχοντες μόνον, ἀλλὰ καὶ οἱ ἀμαρτίας κατεχόμενοι χαλεπαῖς, μεθύουσι τε καὶ παραπαλοῦσι. Διὸ καὶ πρὸς αὐτοὺς ἂν λεχθεῖ δικαίως τὸ, *Ἐκνήψατε*, καὶ μάλιστα πρὸς τοὺς τῷ κάρῳ τῆς πλεονεξίας βεβαρημένους, τοὺς κακῶς ἀρπάζοντας. Ἔστι γὰρ ἀρπαγὴ καλὴ ἡ τῶν οὐρανῶν ἀρπαγὴ, ἡ μὴδὲν βλάπτουσα. Ἐν μὲν γὰρ τοῖς χρήμασι οὐκ ἐστὶν ἕτερον γενέσθαι πλούσιον, μὴ ἑτέρου πρότερον γενομένου πένητος· ἐπὶ δὲ τῶν πνευματικῶν οὐκ ἔνι τοῦτο, ἀλλὰ τοῦναντίον ἅπαν, οὐκ ἐστὶ τινὰ γενέσθαι πλούσιον, μὴ ἕτερον ποιήσαντα εὐπορον· ἂν γὰρ μὴδὲνα ὠφελήσῃς, οὐ δυνήσῃ γενέσθαι εὐπορος. Ἐν μὲν γὰρ τοῖς σωματικοῖς ἡ μετάδοσις μείωσιν ποιεῖ· ἐν δὲ τοῖς πνευματικοῖς ἡ μετάδοσις πλεονασμὸν ἐργάζεται, καὶ τὸ μὴ μεταδοῦναι, τοῦτο πολλὴν πένιαν κατασκευάζει, καὶ κόλασιν ἐσχάτην ἐπάγει. Καὶ δείκνυσι τοῦτο ὁ τὸ τάλαντον κατορύξας. Καὶ γὰρ ὁ λόγον ἔχων σοφίας, μεταδοὺς ἑτέρῳ, ἠβξῆσε τὴν περιουσίαν, πολλοὺς ποιήσας τοὺς σοφοὺς· οἱκοὶ δὲ κατακρύψας, ἀπεστέρησεν ἑαυτὸν τῆς περιουσίας, οὐ κτησάμενος τὴν τῶν πολλῶν ὠφέλειαν. Πάλιν ὁ χαρίσματα ἔχων ἕτερα, πολλοὺς ἰασάμενος ἐξέτεινε τὴν δωρεάν· καὶ οὐτε αὐτὸς ἐξεκινῶθη τῇ μετάδοσι, καὶ πολλοὺς ἑτέρους ἐνέπλησε τῆς πνευματικῆς δωρεᾶς. Καὶ ἐπὶ πάντων τῶν πνευματικῶν ἀκίνητος οὗτος ὁ κανὼν διαμένει. Οὕτω καὶ ἐπὶ τῆς βασιλείας, ὁ μὲν κοινῶν· πολλοὺς κατασκευάζων ἑαυτῷ τῆς βασιλείας, ταύτη μειζόνως αὐτῆς ἀπολαύσεται πάλιν· ὁ δὲ μὴδὲνα σπουδάζων λαβεῖν κοινῶν, καὶ αὐτὸς ἐκπεσεῖται τῶν πολλῶν ἀγαθῶν ἐκείνων. Εἰ γὰρ ἡ σοφία ἡ αἰσθητὴ οὐ δαπανᾶται, μυρίων ἀρπαζόντων, οὐτε ὁ τεχνίτης πολλοὺς τοὺς τεχνίτας ποιῶν ἀπόλλυσι τὴν τέχνην, πολλῶν μᾶλλον ὁ τὴν βασιλείαν ἀρπάζων ἐλάττονα οὐκ ἐργάζεται, ἀλλὰ τότε πλείων ἐστὶ ὁ πλοῦτος ἡμῖν, ὅταν πολλοὺς ἐπὶ τοῦτο καλῶμεν. Ἀρπάσωμεν τοίνυν τὰ μὴ ἀναλισκόμενα, ἀλλὰ πλεονάζοντα ἐν τῷ ἀρπάζεσθαι· [384] ἀρπάσωμεν τὰ μὴδὲνα ἔχοντα συκοφάντην, μὴδὲνα βάσκανον. Καὶ γὰρ εἰ χρυσοῦ τόπος ἦν πηγὴν ἔχων ἀναβλύζουσαν ἀένυσον, καὶ τοσοῦτ' ἔχων ἐπέρβρι, ὅσῳ πλείον ἐξηνταεῖτο, ἕτερος δὲ τόπος ἦν θησαυρὸν ἔχων κατορυγμένον, πόθεν ἂν ἠθέλησας πλουτεῖν; οὐχὶ ἐκείθεν; Δῆλον. Ἄλλ', ἵνα μὴ λόγῳ τοῦτο μόνον ἀναπλάσωμεν, λογίσασθε ἐπὶ τοῦ ἀέρος τὸ εἰρημένον καὶ

ἐπὶ τοῦ ἡλίου· ταῦτα γὰρ ἀρπάζεται παρὰ πάντων, καὶ πάντας πληροῖ· ἄλλα ταῦτα μὲν, καὶ ἀπολαύοντων καὶ μὴ ἀπολαύοντων, ὅμοια μένει μὴ ἐλαττούμενα. Ὁ δὲ ἐγὼ εἶπον, πολλῶ μείζον ἐστίν. Οὐ γὰρ ὅμοια μένει ἡ πνευματικὴ σοφία διαδιδόμενη καὶ μὴ διαδιδόμενη, ἀλλ' αὐξάνεται μᾶλλον διαδιδόμενη. Εἰ δέ τις οὐκ ἀνέχεται τῶν εἰρημένων, ἀλλ' εἶτι τῆ τῶν βιωτικῶν προστέθηκε πενία ἀρπάζων τὰ ἐλαττούμενα, κἀν τούτῳ πάλιν ἀναμνησκέσθω τῆς τροφῆς τοῦ μάννα, καὶ φοβείσθω τὸ παράδειγμα τῆς κολάσεως. Ὅπερ γὰρ ἐπ' ἐκείνης συνέβαινε, τοῦτο καὶ ἐπὶ τῶν πλεονεκτούντων νῦν ἐκβαίνον ἐστὶν ἰδεῖν. Τί δὲ τότε συνέβαινε; Σκώληκας ἐβρουον ἀπὸ τῆς πλεονεξίας.

Τοῦτο καὶ νῦν γίνεται ἐπὶ τούτων. Τὸ μὲν γὰρ μέτρον τῆς τροφῆς τὸ αὐτὸ ἅπασι· μίαν γὰρ πληροῦμεν γαστέρα· ἡ δὲ κόπρος παρὰ σοὶ πλείων τῷ τρυφῶντι. Καὶ καθάπερ ἐκεῖ ἐν ταῖς οἰκίαις οἱ τὸ πλεόν τοῦ νενομισμένου συλλέγοντες, οὐ μάννα συνηγον, ἀλλὰ σκώληκας πλείους καὶ σηπεδόνα· οὕτω δὴ καὶ ἐν τῇ τρυφῇ καὶ ἐν τῇ πλεονεξίᾳ, οὐ τροφήν πλείονα, ἀλλὰ φθορὰν πλείονα συναγοῦσιν οἱ γαστριζόμενοι καὶ μεθύοντες. Ἄλλ' ὅμως τοσοῦτ' αἰετὸν ἐκείνοι οἱ νῦν, ὅσ' ἐκείνοι μὲν ἅπασι παθόντες τοῦτο, ἐσωφρονίσθησαν· οὗτοι δὲ καθ' ἑκάστην ἡμέραν τὸν σκώληκα τοῦτον ἐκείνου πολλῶν χαλεπώτερον εἰς τὰς οἰκίας τὰς ἑαυτῶν εἰσάγοντες, οὕτε αἰσθάνονται, οὕτε κορύνονται. Ὅτι γὰρ ταῦτα ἐκείνοις ἔοικε κατὰ τὸν τῆς ματαιοπονίας λόγον (τῇ γὰρ τιμωρίᾳ πολλῶν ταῦτα χαλεπώτερα), ἐντεῦθεν σκόπει. Τίνι γὰρ διαφέρει ὁ πλούσιος τοῦ πένητος; οὐχ ἐν σῶμα περιβάλλει; οὐ μίαν τρέφει γαστέρα; τίνοι οὖν πλεονεκτεῖ; Ταῖς φροντίσι, τῷ διαπανδῶσαι, τῷ παρακοῦσαι Θεοῦ, τῷ διαφθεῖρειν τὴν σάρκα, τῷ λυμάλνεσθαι τὴν ψυχὴν. Ταῦτα γὰρ ἐστίν, οἷς πλεονεκτεῖ τὸν πένητα· ὡς εἴ γε πολλοὺς ἐπλήρου γαστέρας, τάχα τι καὶ λέγειν εἶχεν, οἷον ὅτι πλείων ἡ χρεία, καὶ μείζων ἡ τῆς δαπάνης ἀνάγκη. Ἄλλα καὶ νῦν ἔχουσι, φησὶν, εἰπεῖν, ὅτι πολλὰς πληροῦσι, τὰς τῶν οἰκετῶν, τὰς τῶν θεραπευμένων. Ἄλλ' οὐ χρείας ἔνεκεν, οὐδὲ φιλανθρωπίας τοῦτο γίνεται, ἀλλὰ τύφου μόνον. ὁθεν οὐδ' ἀν' ἀνάσχοιτό τις τῆς ἀπολογίας αὐτῶν.

ε'. Διὰ τί γὰρ πολλοὺς ἔχει οἰκέτας; Ὅπερ γὰρ ἐν ἱματίοις τὴν χρεῖαν διώκειν δεῖ μόνον, καὶ ἐν τραπέζῃ, οὕτω καὶ ἐν οἰκέταις. Τίς οὖν ἡ χρεία; Οὐκ ἐστὶν οὐδεμία. Καὶ γὰρ ἐνὶ τὸν ἕνα χρῆσθαι δεσπότην οἰκέτῃ μόνον ἔχρῃν· μᾶλλον δὲ καὶ δύο καὶ τρεῖς δεσπότης ἐνὶ οἰκέτῃ. Εἰ δὲ βαρὺ τοῦτο, ἐνόησον τοὺς οὐδὲ ἕνα ἔχοντας, καὶ εὐκολωτέρας ἀπολαύοντας θεραπείας· καὶ γὰρ αὐτάρκεις τῇ διακονίᾳ τῇ ἑαυτῶν ἐποίησεν ὁ Θεός, μᾶλλον δὲ καὶ τῇ τοῦ πλησίον. Εἰ δὲ ἀπιστεῖς, ἄκουε Παύλου λέγοντος· *Ταῖς χρεῖαις μου, καὶ [385] τοῖς οἰκοῖς μετ' ἐμοῦ ὑπηρέτησαν αἱ χεῖρες αὐταί.* Εἶτα ὁ μὲν τῆς οἰκουμένης διδάσκαλος καὶ τῶν οὐρανῶν ἀξιός οὐκ ἠσχύνετο μυριοὶς ὑπηρετῶν· σὺ δὲ, εἰ μὴ πολλὰς περιφέρεις ἀνδραπόδων ἀγέλας, αἰσχρὸν εἶναι νομίζεις, οὐκ εἰδὼς ὅτι τοῦτο μὲν οὖν μάλιστα ἐστὶ τὸ κατασχύνον σε; Καὶ γὰρ διὰ τοῦτο καὶ χεῖρας ἡμῖν ἔδωκεν ὁ Θεός καὶ

πόδας, ἵνα μὴ δεώμεθα οἰκετῶν. Οὐδὲ γὰρ χρείας ἔνεκεν τὸ τῶν δούλων ἐπιεσθήθη γένος, ἐπεὶ μετὰ τοῦ Ἀδάμ ἐπλάσθη ἄν καὶ δούλος· ἀλλ' ἀμαρτίας ἐστὶ τὸ ἐπιτίμιον, καὶ τῆς παρακοῆς ἡ κόλασις. Ὁ δὲ Χριστὸς παραγενόμενος, καὶ τοῦτο ἔλυσεν· *Ἐν γὰρ Χριστῷ Ἰησοῦ οὐκ ἐστὶ δούλος οὐδὲ ἐλευθέρως.* Ὅστε οὐκ ἀναγκαῖον τὸ δούλον ἔχειν· εἰ δὲ καὶ ἀναγκαῖον, ἕνα που μόνον, ἢ τὸ πολὺ δεύτερον. Τί βούλεται τὰ σμήνη τῶν οἰκετῶν; Καθάπερ γὰρ οἱ προβατοπάῳλαι καὶ οἱ σωματοκάπηλοι, οὕτως ἐν βλαβεῖ, οὕτως ἐν ἀγορᾷ περιάσιν οἱ πλουτιότες. Πλὴν ἀλλ' οὐδὲν ἀκριβολογοῦμαι· ἔστω σοὶ καὶ δεύτερος οἰκέτης· εἰ δὲ πολλοὺς συνάγεις, οὐ φιλανθρωπίας ἔνεκεν τοῦτο ποιεῖς, ἀλλὰ ὀρυπτόμενος· ἐπεὶ, εἰ κηδόμενος, μηδὲνα εἰς διακονίαν ἀπασχολήσῃς τὴν σὴν, ἀλλ' ἀγοράσας, καὶ τέχνας διδάξας ὥστε ἀρκεῖν ἑαυτοῖς, ἄφες ἐλευθέρους. Ὅταν δὲ μαστίγῃς, ὅταν δεσμεύῃς, οὐκέτι φιλανθρωπίας τὸ ἔργον. Καὶ οἶδα μὲν ὅτι φορτικός εἰμι τοῖς ἀκούουσιν· ἀλλὰ τί πάθω; Εἰς τοῦτο κείμαι, καὶ οὐ παύσομαι ταῦτα λέγων, ἄν τε γένηται τί πλεόν, ἄν τε μηδέν. Τί γὰρ σοὶ βούλεται τὸ σοβεῖν ἐπὶ τῆς ἀγορᾶς; μὴ γὰρ μεταξὺ ὀφείλων περιπατεῖς, ὅτι ἀπελαύνεις τοὺς ἐντυγχάνοντα; Μὴ φοβήθῃς· οὐδεὶς δάκνει τῶν προσιόντων, καὶ πλησίον σοὶ βαδιζόντων. Ἄλλ' ὕβριν ἡγῆ τὸ μετὰ πάντων συμβαδίζεις; Καὶ πόσης ταῦτα μανίας, πόσης τερατωδίας, τὸν μὲν ἵππον πλησίον ἐπόμενον μὴ νομίζεις φέρειν ὕβριν, ἄνθρωπον δὲ, εἰ μὴ ἀπὸ μυρίων ἐλαύνοιτο σταδίων, κατασχύνει ἡγεῖσθαι; Τί δὲ καὶ παιδᾶς βαδούχους ἔχεις, ὡς δούλοις κεχρημένους τοῖς ἐλευθέροις, μᾶλλον δὲ αὐτὸς παντὸς ἀτιμότερον οἰκέτου ζῶν; καὶ γὰρ παντὸς εὐτελέστερος οἰκέτου ὁ σοσοῦτον περιφύρειν τῶν. Διὰ τοῦτο οὐδὲ δύνονται τὴν ὄντως ἐλευθερίαν οἱ τῷ χαλεπῷ τούτῳ καταδουλώσαντες ἑαυτοὺς πάθει. Εἰ γὰρ ἀπελαύνειν βούλει καὶ σοβεῖν, μὴ τοὺς προσιόντας, ἀλλὰ τὸν τύφον ἀπέλασον· μὴ διὰ τοῦ παιδός, ἀλλὰ διὰ σεαυτοῦ· μὴ τῇ μαστίγῃ ταύτῃ, ἀλλὰ τῇ πνευματικῇ. Νῦν μὲν γὰρ σου ὁ παῖς ἀπελαύνει τοὺς συμβαδίζοντας, σὲ δὲ ἄνωθεν ἡ ἀπόνοια αἰσχρότερον, ἢ οἰκέτης τὸν πλησίον. Ἄν δὲ ἀπὸ τοῦ ἵππου καταβῆς, ἐλάσης αὐτὴν διὰ τῆς ταπεινοφροσύνης, ὑψηλότερον καθέδη καὶ ἐν μείζονι σεαυτὸν καταστήσεις τιμῇ, οὐδὲν τοῦ παιδός εἰς τοῦτο δεόμενος. Ὅταν γὰρ μέτριος γενόμενος χαμαὶ βαδίζῃς, ἐπὶ τοῦ ὀχήματος καθέδη τῆς ταπεινοφροσύνης τοῦ μέχρι τῶν οὐρανῶν σε ἀνάγοντος, τοῦ πτηνοῦς ἔχοντος ἵππους· ἄν δὲ ἀποπεσὼν ἐκείνου, εἰς τὸ τῆς [386] ἀλαζονείας μεταβῆς, τῶν χαμαὶ συρομένων ἑρπετῶν οὐδὲν ἀμεινον διακείσαι, ἀλλὰ καὶ ἀλιώτερον πολλῶν καὶ ἐλεεινότερον. Τοὺς μὲν γὰρ ἡ τοῦ σώματος πήρωσις οὕτω καταναγκάζει σύρεσθαι, σὲ δὲ ἡ τῆς ἀλαζονείας νόσος. Καὶ γὰρ *Πᾶς ὁ ὑψῶν ἑαυτὸν, φησὶ, ταπεινωθήσεται.* Ἴν' οὖν μὴ ταπεινωθῶμεν, ἀλλὰ ὑψωθῶμεν, ἐπὶ τὸ ὕψος ἔλωμεν ἐκείνο. Οὕτω γὰρ καὶ ἀνάπαντι εὐρήσομεν ταῖς ψυχῇς ἡμῶν κατὰ τὸν θεῖον χρησμὸν, καὶ τῆς ἀληθοῦς καὶ ὑψηλοτάτης ἐπιτευξόμεθα τιμῆς· ἥς γένοιτο πάντας ἡμᾶς ἐπιτυχεῖν, *χάριτι καὶ φιλανθρωπία, καὶ τὰ*

Quid autem tunc accidebat? Ex eo quod superabundabat, scatebant vermes.

Deliciarum fructus corruptio est. — Hoc quoque nunc in his experiamur. Alimenti enim mensura eadem est omnibus; unum enim ventrem implemus: apud te autem, qui expleis deliciis, est plus stercoris. Et sicut illic in domibus qui plus colligebant, quam erat constitutum, non manna congregabant, sed plures vermes et putredinem: ita etiam in deliciis et in superabundantia non plus alimenti, sed plus corruptionis congregant qui ventri indulgent et inebriantur. Sed tamen qui nunc sunt, tanto sunt illis peiores, quod illi quidem hoc semel passi, castigati sint et sibi temperarint; isti autem quotidie hunc vermem illo multo graviores, in domos suas introducentes, neque sentiunt neque satiantur. Nam quod hæc illis sint similia, quod ad inanis laboris atinet rationem (supplicio enim hæc sunt multo graviora), hinc considera. In quo enim differt dives a paupere? nonne unum induit corpus, nonne unum alit ventrem? in quo ergo plus abundat? In sollicitudinibus, in consumendo, in eo quod Deo non pareat et obediat, in eo quod carnem corrumpat, in eo quod animæ exitum afferat. Hæc enim sunt ea, in quibus plus habet quam pauper. Nam si multos impleret ventres, haberet fortasse aliquid quod diceret, nempe pluribus esse opus, et sumptus majorem esse necessitatem. At nunc quoque, inquit, habent quod dicant, quod plures impleant ventres, nempe famulorum et ancillarum. Sed non ex necessitate neque propter benignitatem et humanitatem hoc fit, sed solum propter fastum et superbiam: unde nec admitti potest.

5. *Servorum multitudo vituperatur. Contra eos qui cum famulorum agmine incedunt.* — Cur enim multos habet ministros? Sicut enim in vestibus et in mensa solus usus est attendendus, ita etiam in ministris. Quis est ergo usus? Nullus penitus: uno enim famulo unum dominum solum uti oporteret, vel potius duos et tres dominos uno famulo. Si autem hoc est grave, cogita eos qui nullum habent, faciliorem autem et expeditiorem fruantur ministerio: Deus enim fecit eos qui sufficerent suo, imo vero et proximi ministerio. Si autem non credis, audi Paulum dicentem: *Necessitatibus meis, et iis qui mecum sunt, ministrarunt hæc manus (Act. 20. 34).* Siccine totius quidem orbis doctor et dignus cælis non erubescere ministrare innumerabilibus; tu autem turpe esse ducis, si non circumferas multos greges mancipiorum, nesciens quidem hoc esse quod te maximo afficit dedecore? Propterea enim dedit nobis Deus et manus et pedes, ne opus haberemus famulis. Neque enim eo, quod esset opus, introductum fuit genus famulorum; nam alioqui cum Adamo creatus fuisset famulus; sed est pœna peccati et multa inobedientiæ. Christus autem

cum advenisset, hoc quoque solvit: *Nam in Christo Jezu non est servus neque liber (Galat. 3. 28).* Quamobrem non est necesse habere servum: si autem necesse est, unum, aut plurimum duos. Quid sibi volunt examina ministrorum? Nam sicut qui vendunt oves et qui corpora cauponantur; ita in balneo, ita in foro procedunt et obeunt divites. Sed summo jure non ago: sit tibi etiam secundus minister: si autem multos congregas, non hoc facis benignitatis et humanitatis causa, sed tuis serviens deliciis. Nam si hoc facis eorum curam gerens, in tuo ministerio neminem occupes, sed cum emeris et artes docueris ut sibi sufficiant ad victum parandum, eos manumitte. Cum autem flagris cædas, cum in vincula conjicias, non est utique opus hoc humanitatis. Et sciō quidem me esse molestum auditoribus: sed quid agam? In hoc positus sum, neque cessabo hæc dicere, sive quid profecero sive non. Quid enim sibi vult in foro superbe incedere? num inter feras ambulat, quod obvius expellas? Ne timeas; nullus te mordet eorum qui accedunt, et prope te gradiuntur. At injuriam existimas simul incedere cum omnibus? Et quam est hoc insanum, quam prodigiosum, equum quidem prope sequentem non existimare afferre injuriam; hominem autem, nisi multis abigatur stadiis, putare dedecore afficere? Quid vero famulos habes lictores, liberis utens tamquam servis; imo vero ipse quovis servo vivens ignominiosius? est enim quovis servo vilior et ignominiosior qui tantum circumfert fastum. Propterea nec veram videbunt libertatem, qui se huic gravi animi vitio manciparunt. Si enim vis expellere, superbeque et magnifice incedere, non accedentes, sed fastum expelle; non per famulum, sed per teipsum; non hoc flagello, sed spirituali. Nam nunc quidem famulus tuus expellit eos qui tecum incedunt; te autem ab alto arrogantia pellit turpius, quam famulus proximum. Si autem ab equo descendens eam abegeris per humilitatem, altius sedebis et in majori honore teipsum constitues, ad hoc non opus habens famulo. Quando enim modestus humi incedes, sedebis in curru humilitatis, qui te in cælum tollit, qui equos habet alatos: sin autem ab illo cecideris, et in arrogantia currum transieris, nihilo melius afficeris quam serpentes humi repentes, imo vero multo vilius et miserabilius. Nam illos quidem sic reptare cogit mutilatio corporis, te autem morbus arrogantia. *Omnis enim qui se extollit, inquit, humiliabitur (Matth. 23. 12).* Ne ergo humiliemur, sed extollamur, veniamus ad illam altitudinem. Sic enim inveniemus nostris animis quietem, convenienter divino oraculo, verumque et altissimum honorem consequemur: quem detur nobis omnibus assequi, gratia et benignitate, etc.

HOMILIA XLI.

CAP. 15. v. 35. *Sed dicit aliquis : Quomodo resurgunt mortui? quali autem corpore veniunt? 36. Insuper, tu quod seminas, non vivificatur, nisi prius moriatur.*

1. Cum ubique mitis et humilis sit Apostolus, hic acriori utitur oratione, propter absurditatem eorum qui contradicebant. Neque tamen est hoc contentus, sed et rationes adducit et exempla, ea ratione etiam quemque valde contentiosum reprimens. Et superius quidem dicit : *Quoniam per hominem mors, et per hominem resurrectio* : hic vero solvit objectionem quæ fiebat a gentibus. Vide autem rursus quomodo diminuat vehementiam reprehensionis. Non dixit enim, Sed fortasse dicetis ; sed eum qui contradicit posuit indefinite, ne libere et acriore utens oratione, auditores valde percelleret. Ponit autem duas dubitationes, modi resurrectionis et qualitatis corporum. De utrisque enim dubitabant dicentes : Quomodo suscitatur id quod est dissolutum? et, *Quo corpore veniunt?* Quid est autem, *Quo corpore?* Nempe hoc quod interiit, quod periit, an aliquo alio? Deinde ostendens quod non quærant ea, de quibus dubitatur, sed ea quæ in confesso sunt, acrius occurrit dicens : *Insuper, tu quod seminas, non vivificatur, nisi mortuum fuerit.* Quod nos quoque solemus facere erga eos qui contradicunt iis de quibus constat. Et cur non statim confugit ad Dei potestatem? Quoniam disserit cum infidelibus : nam quando verba facit apud fideles, non admodum opus habet ratiociniis. Quamobrem cum alibi dixisset, *Transfigurabit corpus humilitatis vestræ, ut sit configurata corpori claritatis suæ (Philipp. 3. 21)*, et ostendisset aliquid amplius quam sit resurrectio ; non posuit exempla, sed pro omni demonstratione Dei potestatem adduxit in medium, addens et dicens : *Secundum operationem ejus qui possit subjicere sibi omnia.* Hic autem ratiocinia ponit. Nam quoniam hoc confirmavit ex Scripturis, hæc quoque addit ex abundantia erga eos qui non parent Scripturis, et dicit : *Insuper, tu quod seminas.* Hoc est, Apud te ipsum horum habes probationem, per ea quæ facis quotidie, et adhuc ambigis? Propterea te voco insipientem, quod ignores ea quæ a te fiunt quotidie ; et cum ipse sis opifex resurrectionis, de Deo dubitas. Propterea cum magna dixit emphasi, *Tu quod seminas* : tu qui es mortalis et peris. Et vide quomodo utatur dictionibus subjecto argumento congruentibus. *Non vivificatur enim, inquit, nisi mortuum fuerit.* Propriis enim seminum relictis dictionibus, nempe germinat, pullulat, putrescit et dissolvitur ; adaptavit eas quæ carni nostræ conveniunt, nempe *Vivificatur et Mortuum fuerit*, quod quidem non est proprium seminum, sed corporum. Et non dixit : Postquam mortuum fuerit, vivit ; sed, quod est majus, propterea vivit, quoniam moritur. Vides quod, sicut frequenter dico, orationem semper vertat in contrarium. Quod enim illi non resurgendi statuebant esse indicium, hoc facit esse certam re-

surgendi demonstrationem : dicebant enim non resurgere, quoniam est mortuum. Quid autem opponit ille? Atqui si non esset mortuum, non resurrexisset : et propterea resurgit, quoniam est mortuum. Sicut enim Christus apertius id ipsum ostendit, dicens, *Granum frumenti, si cadens in terram non mortuum fuerit, ipsum solum manet : sin autem mortuum fuerit, multum fructum affert (Joan. 12. 24)* : illinc etiam Paulus trahens exemplum, non dixit : Non vivit, sed, *Non vivificatur* ; rursus Dei assumens potestatem, et ostendens quod non natura terræ, sed ipse universum operatur. Et cur non adduxit in medium id quod erat convenientius et magis proprium, semen, inquam, humanum? nam ortus quoque noster incipit a corruptione sicut et frumenti. Quoniam non sunt hæc paria, sed hoc est majus. Quærit enim aliquid integrum, quod corrumpatur ; illud autem pars erat : quamobrem hoc affert in medium. Alioquin autem illud quidem procedit a vivente, et in ventrem incidit viventem : hic autem non in carnem, sed in terram sementis dejicitur, et in eam dissolvitur, sicut corpus mortuum. Quamobrem hac quoque ratione erat exemplum convenientius. 37. *Et qui seminat, non corpus quod futurum est seminat.* Nam quæ prius quidem dicta sunt, spectant ad dicendum quomodo resurgant ; hoc autem ad dubitandum cum quali corpore veniant. Quid est autem, *Non corpus quod futurum est seminas?* Non spicam integram, non frumentum recens. Hic enim non amplius ad resurrectionem spectat oratio, sed ad modum resurrectionis, cujusmodi est corpus quod est resurrecturum : nempe an tale, an melius et clarius ; et ab eodem exemplo sumit utrumque, ostendens quod id sit resurrecturum multo melius.

2. *Contra hæreticos qui dicebant aliud corpus resurgere.* — Sed hæretici nihil horum intelligentes insultant, et dicunt : Alterum corpus cadit, et alterum resurgit. Quomodo ergo resurrectio? ejus enim quod cecidit est resurrectio. Ubi est autem admirabilis illa et quæ opinionem superat adversus mortem victoria, si aliud cadit et aliud resurgit? neque enim illa utique cernitur reddidisse captivum quod accepit. Quomodo autem iis quæ dicta sunt convenerit exemplum? non enim alia quidem seminatur essentia, alia autem resurgit, sed eadem melior. Sed neque Christus idem corpus susceperit, qui fuit primitiæ resurrecturum ; sed, secundum vos, illud quidem abjecit, etiamsi nihil peccasset, accepit autem aliud. Unde ergo aliud? nam hoc quidem ex virgine, illud autem unde? Viden' ad quantam absurditatem devoluta est oratio? Cur enim ostendit figuras et vestigia clavorum? annon hoc volens ostendere, illud ipsum esse quod cruci fuit affixum, et ipsum resurrexisse? Quid sibi vult quoque figura Jonæ? non enim alius quidem fuit absorptus, alius autem in terram ejectus Jonas. Quid etiam dicebat, *Solvite templum hoc, et in tribus*

ΟΜΙΛΙΑ ΜΑ'.

Ἄλλ' ἐρεῖ τις, Πῶς ἐγείρονται οἱ νεκροί; ποῖω δὲ σώματι ἔρχονται; Ἄφρον, σὺ δ' σπείρεις, οὐ ζωοποιεῖται, ἐὰν μὴ ἀποθάνῃ.

α'. Ἡμερος ὡν σφόδρα καὶ ταπεινὸς ὁ Ἀπόστολος πανταχοῦ, ἐνταῦθα καὶ πληκτικώτερον τῷ λόγῳ κέχρηται διὰ τὴν ἀτοπίαν τῶν ἀντιλεγόντων. Οὐ μὴν ἀρκεῖται τούτῳ, ἀλλὰ καὶ λογισμοὺς καὶ παραδείγματα τίθει, καὶ τὸν σφόδρα φιλόνοιον ταύτῃ χειρούμενος. Καὶ ἀνωτέρω μὲν φησιν· Ἐπειδὴ δὲ ἀθρώπου ὁ θάνατος, καὶ δι' ἀθρώπου ἡ ἀνάστασις· ἐνταῦθα δὲ ἀντίθεσιν λύει παρ' Ἑλλήνων εἰσαγομένην. Καὶ ὄρα πῶς πάλιν ὑποτέμνεται τὸ σφόδρον τῆς διαβολῆς. Οὐ γὰρ εἶπεν, Ἄλλ' ἴσως ἐρεῖτε, ἀλλ' ἀδιόριστον τέθεικε τὸν ἀντιλέγοντα, ἵνα μετὰ ἀδείας καταφορικῶ χρώμενος τῷ λόγῳ, μὴ σφόδρα πλήξῃ τοὺς ἀκούοντας· καὶ τίθεισι δύο τὰς ἐπαπορήσεις, τοῦ τρόπου τῆς ἀναστάσεως, καὶ τῆς ποιότητος τῶν σωμάτων. Καὶ γὰρ περὶ ἀμφοτέρων ἠπόρουσαν λέγοντες· Πῶς ἐγείρεται τὸ διαλυθὲν; καὶ, Ποῖω σώματι ἔρχεται; Τί δὲ ἐστὶ, Ποῖω σώματι; Οἷον τούτῳ τῷ φθάρῃ, τῷ ἀπολωλότῳ, ἢ ἐτέρῳ τινί; Εἶτα δεικνύς ὅτι οὐ τὰ ἀμφιβαλλόμενα ζητοῦσιν, ἀλλὰ τὰ ὠμολογημένα, εὐθέως πληκτικώτερον ἀπαντᾷ λέγων· Ἄφρον, σὺ δ' σπείρεις οὐ ζωοποιεῖται, ἐὰν μὴ ἀποθάνῃ. Ὅπερ καὶ ἡμεῖς εἰώθαμεν ποιεῖν ἐπὶ τῶν τοῖς ὠμολογημένοις ἀντιλεγόντων. Καὶ τίνος ἕνεκεν οὐκ εὐθέως ἐπὶ τὴν δύναμιν τοῦ Θεοῦ κατέφυγεν; Ὅτι ἀπίστοις διαλέγεται. Ὅταν μὲν γὰρ πρὸς πιστοὺς αὐτῷ ὁ λόγος ᾖ, οὐ σφόδρα δεῖται λογισμῶν. Διόπερ εἰπὼν ἄλλαχού, ὅτι Μετασχηματίζει τὸ σῶμα τῆς ταπεινώσεως ὡμῶν εἰς τὸ γενέσθαι σύμμορφον τῷ σώματι τῆς δόξης αὐτοῦ, καὶ πλέον τι τῆς ἀναστάσεως ἐνδείξιμος, οὐ τέθεικε παραδείγματα, ἀλλ' ἀντὶ πάσης ἀποδείξεως τοῦ Θεοῦ τὴν δύναμιν εἰς μέσον ἤγαγε προσθεὶς καὶ εἰπὼν, Κατὰ τὴν ἐνέργειαν τοῦ θανάτου αὐτῶν καὶ ὑποτάξαι αὐτῷ τὰ πάντα. Ἐνταῦθα δὲ καὶ λογισμοὺς κινεῖ. Ἐπειδὴ γὰρ ἀπὸ τῶν Γραφῶν αὐτὸ κατεσκευάσα, καὶ ταῦτα προστίθεισιν ἐκ παρουσίας λοιπὸν πρὸς τοὺς οὐ πειθομένους [387] ταῖς Γραφαῖς, καὶ φησιν· Ἄφρον, σὺ δ' σπείρεις. Τουτέστι, Παρὰ σαυτοῦ τὴν ἀπίδειξιν ἔχεις τούτων, δι' ὧν πράττεις καθ' ἐκάστην ἡμέραν, καὶ ἀμφιβάλλεις ἔτι; Διὰ ταῦτά σε ἄφρονα καλῶ, ὅτι τὰ καθ' ἡμέραν ὑπὸ σοῦ γινόμενα ἀγνοεῖς, καὶ αὐτὸς δημιουργὸς ἀναστάσεως ὡν περὶ Θεοῦ ἀμφιβάλλεις. Διὸ σφόδρα ἐμφαντικῶς εἶπε, Σὺ δ' σπείρεις, σὺ δ' θνητὸς καὶ ἀπολλύμενος. Καὶ ὄρα πῶς ταῖς λέξεσιν οικειῶς τῇ ὑποκειμένη κέχρηται ὑποθέσει. Οὐ ζωοποιεῖται γὰρ, φησὶν, ἐὰν μὴ ἀποθάνῃ. Τὰς γὰρ οικειὰς λέξεις τῶν σπερμάτων ἀφείξ, ὡς τὸ βλαστάνει, καὶ φέεται, καὶ σήπεται, καὶ διαλύεται, τὰς καταλλήλους ἤρμοσε τῇ σαρκὶ τῇ ἡμετέρᾳ, τὸ ζωοποιεῖται καὶ Ἀποθάνῃ, ὅπερ οὐ σπερμάτων κυρίως ἐστίν, ἀλλὰ σωμάτων. Καὶ οὐκ εἶπεν, ὅτι Μετὰ τὸ ἀποθάνειν ζῆ, ἀλλ', ὁ μεῖζόν ἐστιν, ὅτι Διὰ τοῦτο ζῆ, ἐπειδὴ ἀποθνήσκει. Ὅραξ ὅτι, ὅπερ ἀεὶ λέγω, εἰς τὸναντιον ἀεὶ περιτρέπει * τὸν

* *Legebatur* προτρέπει.

λόγον. Ὁ γὰρ ἐποιοῦντο ἐκεῖνοι τεκμήριον τοῦ μὴ ἀνίστασθαι, τοῦτο τοῦ ἀνίστασθαι ποιεῖται ἀπίδειξιν· καὶ γὰρ ἔλεγον οὐκ ἀνίστασθαι, ἐπειδὴ ἀπέθανε. Τί οὖν αὐτὸς ἀντιστρέψας φησὶ; Καὶ μὴν εἰ μὴ ἀπέθανεν, οὐκ ἂν ἀνέστη· καὶ διὰ τοῦτο ἀνίσταται, ἐπειδὴ ἀπέθανε. Καθάπερ γὰρ ὁ Χριστὸς σαφέστερον αὐτὸ τοῦτο ἐνδείκνυται λέγων· Ὁ κόκκος τοῦ σίτου, ἐὰν πεσῶν εἰς τὴν γῆν μὴ ἀποθάνῃ, αὐτὸς μόνος μένει· ἐὰν δὲ ἀποθάνῃ, πολλὴν καρπὸν φέρει· ἐκεῖθεν καὶ ὁ Παῦλος τὸ παράδειγμα τοῦτο ἐλύσας, οὐκ εἶπεν, ὅτι Οὐ ζῆ, ἀλλ', Οὐ ζωοποιεῖται, πάλιν τοῦ Θεοῦ τὴν δύναμιν παραλαμβάνων, καὶ δεικνύς ὅτι οὐχ ἡ τῆς γῆς φύσις, ἀλλ' αὐτὸ, τὸ πᾶν ἐργάζεται. Καὶ τί δὴ ποτε οὐχ ὅπερ οικειώτερον ἦν, τοῦτο ἤγαγεν εἰς μέσον, τὸ σπέρμα λέγω τὸ ἀνθρώπινον; Καὶ γὰρ καὶ ἡ ἡμετέρα γέννησις ἀπὸ φθορᾶς ἀρχεται, ὡς περὶ ἡ τοῦ σίτου. Ὅτι οὐκ ἦν ἴσον, ἀλλὰ τοῦτο πλέον. Ὁλόκληρον γὰρ τι ζητεῖ φθειρόμενον, ἐκεῖνο δὲ μέρος ἦν· διόπερ τοῦτο εἰς μέσον ἄγει. Ἄλλως δὲ, ἐκεῖνο μὲν καὶ ἀπὸ ζῶντος πρόεισι, καὶ εἰς ζῶσαν ἐμπίπτει γαστέρα· ἐνταῦθα δὲ οὐκ εἰς σάρκα, ἀλλ' εἰς τὴν γῆν ὁ σπόρος καταβάλλεται, καὶ εἰς αὐτὴν διαλύεται, καθάπερ τὸ σῶμα τὸ θετηκός. Διὸ καὶ ταύτῃ οικειώτερον ἦν τὸ ὑπόδειγμα. Καὶ ὁ σπείρων, οὐ τὸ σῶμα τὸ γενησόμενον σπείρει. Τὰ μὲν γὰρ ἐμπροσθεν εἰρημένα, πρὸς τὸ λέγειν πῶς ἐγείρονται· τοῦτο δὲ, πρὸς τὸ διαπορεῖν ποῖω σώματι ἔρχονται. Τί δὲ ἐστίν, Οὐ τὸ σῶμα τὸ γενησόμενον σπείρεις; Οὐ στάχυν ὀλόκληρον, οὐδὲ σίτον νέον. Ἐνταῦθα γὰρ οὐκέτι πρὸς τὴν ἀνάστασιν ὁ λόγος, ἀλλὰ πρὸς τὸν τρόπον τῆς ἀναστάσεως, ποταπὸν τὸ σῶμα τὸ μέλλον ἀνίστασθαι, ὡς εἰ τοιοῦτον, ἢ βέλτιον καὶ λαμπρότερον· καὶ ἀμφοτέρω ἀπὸ τοῦ αὐτοῦ ὑποδείγματος λαμβάνει, δεικνύς ὅτι πολλῷ βέλτιον.

β'. Ἄλλ' οἱ αἰρετικοὶ μηδὲν τούτων συνιέντες ἐπιπηδῶσι, καὶ λέγουσιν, ὅτι Ἐτερον σῶμα πίπτει, καὶ ἕτερον σῶμα ἀνίσταται. Πῶς οὖν ἀνάστασις; τοῦ γὰρ [388] πεσόντος ἐστὶν ἡ ἀνάστασις. Ποῦ δὲ τὸ θαυμαστὸν καὶ παράδοξον κατὰ τοῦ θανάτου νικητήριον, εἰ ἄλλο πίπτει, καὶ ἄλλο ἀνίσταται; οὐκέτι γὰρ φανήσεται ἐκεῖνος ἀποδοὺς ὅπερ ἔλαβεν αἰχμάλωτον. Πῶς δὲ τὸ ὑπόδειγμα ἀρμόσειεν ἂν τοῖς εἰρημένοις; οὐ γὰρ ἄλλη μὲν οὐσα σπείρεται, ἄλλη δὲ ἐγείρεται, ἀλλ' ἡ αὐτὴ βελτίων. Ἔσται δὲ οὐδὲ ὁ Χριστὸς τὸ αὐτὸ σῶμα ἀνεληφώς, ἀπαρχὴ τῶν ἀνισταμένων γενόμενος· ἀλλὰ καθ' ὑμᾶς ἐκεῖνο μὲν ἔβριψε, καίτοι γε οὐδὲν ἡμαρτηκός, ἕτερον δὲ ἔλαβεν. Πόθεν ὄρα τὸ ἕτερον; τοῦτο μὲν γὰρ ἐκ παρθένου, ἐκεῖνο δὲ πόθεν; Ὅραξ εἰς ὅσην ἀτοπίαν ὁ λόγος ἐξεκυλίσθη; Διὰ τί γὰρ καὶ τοὺς τύπους δεικνύσι τῶν ἤλων; οὐχὶ τοῦτο ἀποδείξει θέλων, ὅτι αὐτὸ ἐκεῖνὸ ἐστὶ τὸ ἀνασκολοπισθὲν, καὶ αὐτὸ πάλιν ἀνέστη; Τί δὲ καὶ ὁ τύπος βούλεται αὐτῷ ὁ τοῦ Ἰωάν· οὐ γὰρ δῆπου ἄλλο; μὲν κατεπόθη, ἄλλο δὲ εἰς τὴν γῆν ἐξηγνήθη Ἰωάν. Τί δὲ καὶ ἔλεγε, Ἀύσατε τὸν ναὸν τοῦτον, καὶ ἐν τρισὶν ἡμέραις ἐγερῶ αὐτόν· τὸν γὰρ λυόμενον δηλονότι τοῦτον καὶ ἀνίστη. Διὸ καὶ προσέθηκεν ὁ εὐαγ-

γελιστής, ὅτι Ἐκείνος δὲ ἔλεγε περὶ τοῦ ναοῦ τοῦ σώματος αὐτοῦ. Τί οὖν φησιν, Οὐ τὸ σῶμα τὸ γενησόμενον σπείρεις; Τουτέστιν, οὐ τὸν ἀσταχύν· καὶ γὰρ αὐτός ἐστι, καὶ οὐκ αὐτός· αὐτός μὲν, ὅτι αὐτὴ ἡ οὐσία· οὐκ αὐτός δὲ, ὅτι βελτίων οὗτος, τῆς μὲν αὐτῆς οὐσίας μενουσῆς, μελιζονος δὲ τῆς εὐπρεπείας γινομένης, καὶ καινοῦ τοῦ αὐτοῦ ἀνισταμένου· ἐπειδὴ εἰ μὴ τοῦτο ἦν, οὐδὲ ἀναστάσεως ἔδει, εἰ μὴ βέλτιον ἀνίστασθαι ἔμελλε. Τί γὰρ καὶ καθήρει τὴν οἰκίαν, εἰ μὴ λαμπροτέραν ἔμελλε οἰκοδομῆν; Τοῦτο τοίνυν πρὸς τοὺς νομιζοντας τὴν αὐτὴν εἶναι φθορὰν εἶπεν. Εἶτα, ἵνα μὴ ἄλλο τις πάλιν ὑποπτεύσῃ σῶμα ἐντεῦθεν εἰρηθεῖναι, παραμυθεῖται τὸ ἀνιγμῆμα, καὶ αὐτὸς ἐρμηνεύει τὸ εἰρημένον, μὴ συγχωρῶν τῷ ἀκροατῇ ἀλλαχθῶ περιάγειν τὴν ἔνοιαν τὴν ἐντεῦθεν. Τί τοίνυν δεῖ τῶν ἡμετέρων λόγων; Ἄκουσον αὐτοῦ λέγοντος καὶ ἐρμηνεύοντος τί ἐστίν· Οὐ τὸ σῶμα τὸ γενησόμενον σπείρεις. Εὐθέως γὰρ ἐπήγαγεν, Ἄλλὰ γυμνὸν κόκκον εἰ τύχοι σίτου, ἢ τινος τῶν τοιούτων σπερμάτων. Τουτέστιν, Οὐ τὸ σῶμα τὸ γενησόμενον· οἷον οὐχ οὕτω περιεβλημένον, οὐδὲ καλὰ μὴν ἔχοντα καὶ ἀνθέρικας, Ἄλλὰ γυμνὸν κόκκον, εἰ τύχοι σίτου, ἢ τινος τῶν τοιούτων. Καὶ ὁ Θεὸς αὐτῷ δίδωσι σῶμα, καθὼς ἠθέλησε. Ναί, φησίν, ἀλλ' ἐκεῖ τῆς φύσεως τὸ ἔργον ἐστί. Ποίας φύσεως, εἰπέ μοι; καὶ γὰρ καὶ ἐκεῖ τὸ πᾶν ὁ Θεὸς ἐργάζεται, οὐχ ἡ φύσις οὐδὲ ἡ γῆ οὐδὲ ὁ ὑπερὸς. Διόπερ καὶ αὐτὸς ταῦτα δηλῶν, καὶ γῆν καὶ ὑπερὸν καὶ ἀέρα καὶ ἥλιον καὶ χεῖρας γεωργικὰς ἀφείς, ἐπήγαγεν, ὅτι Ὁ Θεὸς αὐτῷ δίδωσι σῶμα, καθὼς ἠθέλησε. Μὴ τοίνυν περιεργάζου μηδὲ πολυπραγμονεῖ, πῶς καὶ τίνι τρόπῳ, ὅταν Θεὸς δύναμι καὶ θέλημα ἀκούσης. Καὶ ἕκαστῳ τῶν σπερμάτων τὸ ἴδιον σῶμα. Ποῦ τοίνυν τὸ ἀλλότριον; τὸ γὰρ ἴδιον δίδωσιν. Ὄπτε ὅταν λέγῃ, Οὐ τὸ γενησόμενον σπείρεις, οὐ τοῦτο λέγει, ὅτι ἄλλη ἀπὸ ἄλλης οὐσίας ἀνίσταται, ἀλλ' ὅτι [389] βελτίων, ὅτι λαμπροτέρα. Ἐκαστῷ γὰρ, φησὶ, τῶν σπερμάτων τὸ ἴδιον σῶμα. Ἐντεῦθεν λοιπὸν καὶ τὴν διαφορὰν εἰσάγει τῆς τότε ἐσομένης ἀναστάσεως. Μὴ γὰρ, ἐπειδὴ σίτος σπείρεται καὶ πάντες στάχυες ἀνέρχονται, διὰ τοῦτο νομίσης καὶ ἐν τῇ ἀναστάσει ἴσοιμίαν εἶναι. Μάλιστα μὲν γὰρ οὐδὲ ἐν τοῖς σπέρμασι μία τάξις, ἀλλὰ τὰ μὲν τιμιώτερα, τὰ δὲ καταδεέστερα. Διὸ καὶ ἐπήγαγεν, Ἐκαστῷ τὸ ἴδιον σῶμα. Πλὴν ἀλλ' οὐκ ἀρκεῖται τούτῳ, ἀλλ' ἐτέραν ζητεῖ διαφορὰν μελιζονα καὶ σαφεστέραν. Ἴνα γὰρ μὴ ἀκούσας, ἔπερ ἔφην, ὅτι πάντες ἀνίστανται, πάντας τῶν αὐτῶν ἀπολαθεῖν νομίσης, προκατεβάλετο μὲν καὶ ἐν τοῖς ἔμπροσθεν τῆς ἐνοίας ταύτης τὰ σπέρματα, εἰπὼν· Ἐκαστος δὲ ἐν τῷ ἰδίῳ τάγματι. Ἐργάζεται δὲ αὐτὸ σαφέστερον καὶ ἐνταῦθα πάλιν λέγων· Οὐ πᾶσα σὰρξ ἢ αὐτὴ σὰρξ. Τί λέγω γὰρ, φησὶν, ἐπὶ τῶν σπερμάτων; ἐπὶ τῶν σωματῶν γυμνάσωμεν αὐτὸ τοῦτο, περὶ ὧν ὁ λόγος ἦμῖν νῦν. Διὸ καὶ ἐπάγει λέγων· Ἄλλη μὲν σὰρξ ἀνθρώπων, ἄλλη δὲ πτηνῶν, καὶ ἄλλη πτηνῶν, καὶ ἄλλη ἰχθύων. Καὶ σῶματα ἐπουράνια, καὶ σῶματα ἐπίγεια· ἀλλ' ἕτερα μὲν ἢ τῶν ἐπουρανίων δόξα, ἕτερα δὲ ἢ τῶν ἐπίγειων· ἄλλη δόξα ἡλίου, καὶ ἄλλη δόξα σε. 17-

νης, καὶ ἄλλη δόξα ἀστέρων· ἀστὴρ γὰρ ἀστέρων διαφέρει ἐν δόξῃ.

γ'. Καὶ τί βούλεται αὐτῷ ταυτὶ τὰ ῥήματα; τίνας ἐνεκεν ἐκ τῆς ἀναστάσεως τῆς τῶν σωματῶν εἰς τὸν περὶ ἀστέρων καὶ ἡλίου λόγον ἐξέπεσεν; Οὐκ ἐξέπεσεν, οὐδὲ ἀπεβράβη τῆς ὑποθέσεως, ἀπαγε, ἀλλ' ἔτι αὐτῆς ἔχεται. Ἐπειδὴ γὰρ τὸν περὶ τῆς ἀναστάσεως κατεσκεύασε λόγον, δεῖκνυσι λοιπὸν ὅτι πολλὴ τῆς δόξης τότε ἡ διαφορὰ, εἰ καὶ ἡ ἀνάστασις μία· καὶ διαίρει εἰς δύο τὸ πᾶν τέως, εἰς τὰ ἐπουράνια καὶ τὰ ἐπίγεια. Ὅτι μὲν γὰρ τὰ σῶματα ἀνίσταται, ἔδειξε διὰ τοῦ σίτου· ὅτι δὲ οὐκ ἐν τῇ αὐτῇ δόξῃ πάντα, δεῖκνυσι ἐντεῦθεν. Ὅσπερ γὰρ τὸ ἀπιστεῖν τῇ ἀναστάσει ὑπτίους ποιεῖ, οὕτω πάλιν ῥαθύμους τὸ νομιζεῖν πάντας τῶν αὐτῶν ἀξιοῦσθαι. Διόπερ ἀμφοτέρω διορθοῦται· καὶ τὰ μὲν ἐν τοῖς ἔμπροσθεν ἀπήρτισε, τούτου δὲ ἀρχεται νῦν· καὶ ποιήσας δύο τάγματα δικαίων τε καὶ ἀμαρτωλῶν, αὐτὰ τὰ δύο ταῦτα εἰς πολλὰ πάλιν κατατέμνει μέρη, δεῖκνυς ὅτι οὔτε δικαιοὶ καὶ ἀμαρτωλοὶ τῶν αὐτῶν τεύθονται, οὔτε δικαιοὶ πάντες δικαιοὶ ὅμοιοι, οὔτε ἀμαρτωλοὶ ἀμαρτωλοῖς. Ποιεῖ τοίνυν πρώτην μίαν τομὴν δικαίων καὶ ἀμαρτωλῶν λέγων· Σῶματα ἐπουράνια, καὶ σῶματα ἐπίγεια· διὰ μὲν τῶν ἐπιγείων τούτους αἰνιττόμενος, διὰ δὲ τῶν ἐπουρανίων ἐκείνους. Εἶτα λοιπὸν τῶν ἀμαρτωλῶν διαφορὰν πρὸς ἀμαρτωλοὺς εἰσάγει, λέγων· Οὐ πᾶσα σὰρξ ἢ αὐτὴ σὰρξ· ἀλλὰ ἄλλη μὲν ἰχθύων, ἄλλη δὲ πτηνῶν καὶ πτηνῶν. Καίτοι πάντα σῶματα, ἀλλὰ τὰ μὲν ἐν πλείονι, τὰ δὲ ἐν ἐλάττωι εὐτελεῖα. Καὶ ἐν ζωῇ δὲ ὅμοιοι, καὶ ἐν αὐτῇ τῇ κατασκευῇ. Καὶ εἰπὼν τοῦτο, ἀναβαίνει ἄλιον εἰς τὸν οὐρανὸν λέγων· Ἄλλη [390] δόξα ἡλίου, καὶ ἄλλη δόξα σελήνης. Ὅσπερ γὰρ ἐν τοῖς ἐπιγείοις σῶμασι διαφορὰ, οὕτω καὶ ἐν τοῖς ἐπουρανίοις, καὶ διαφορὰ, οὐχ ἡ τυχοῦσα, ἀλλὰ καὶ μέχρι τῶν ἐσχάτων. Οὐ γὰρ ἡλίῳ πρὸς σελήνην, οὐδὲ σελήνη πρὸς ἀστέρας διαφορὰ μόνον, ἀλλὰ καὶ ἄστρασι πρὸς ἀστέρας. Εἰ γὰρ καὶ πάντα ἐν οὐρανῷ, ἀλλὰ τὰ μὲν πλείονος, τὰ δὲ ἐλάττωος μετέχει δόξης. Τί τοίνυν ἐντεῦθεν καταμανθάνομεν; Ὅτι εἰ καὶ ἐν βασιλείᾳ πάντες, οὐ πάντες τῶν αὐτῶν ἀπολαύσονται· καὶ εἰ πάντες ἐν γεννῇ οἱ ἀμαρτωλοὶ, οὐ πάντες τὰ αὐτὰ ὑπομενοῦσι. Διὸ καὶ ἐπήγαγεν· Οὕτω καὶ ἡ ἀνάστασις τῶν νεκρῶν. Οὕτω, πῶς; Ἐν διαφορᾷ πολλῇ. Εἶτα ἀφείς τοῦτον τὸν λόγον ὡς ἀρκούντως ἀποδειχθέντα, πάλιν ἐπ' αὐτὴν τῆς ἀναστάσεως τὴν ἀπόδειξιν καὶ τὸν τρόπον ἔρχεται, λέγων· Σπείρεται ἐν φθορᾷ, ἐγείρεται ἐν ἀφθορίᾳ. Καὶ θέα σύνεσιν· Ἐπὶ μὲν τῶν σπερμάτων τῷ τῶν σωματῶν ἐχρήσατο ὀνόματι λέγων· Οὐ ζωοποιεῖται, ἐὰν μὴ ἀποθάνῃ· ἐπὶ δὲ τῶν σωματῶν τῇ τῶν σπερμάτων προσηγορίᾳ, λέγων· Σπείρεται ἐν φθορᾷ, ἐγείρεται ἐν ἀφθορίᾳ. Οὐκ εἶπε, Φύεται, ἵνα μὴ τῆς γῆς ἔργον νομίσης, ἀλλ', Ἐγείρεται. Σπορὰν δὲ ἐνταῦθα, οὗ τὴν γένεσιν ἡμῶν λέγει τὴν ἐν μήτρᾳ, ἀλλὰ τὴν ταφὴν τὴν ἐν τῇ γῇ τῶν τετελευτηκότων σωματῶν, τὴν διάλυσιν, τὴν τέφραν. Διὸ εἰπὼν, Σπείρεται ἐν φθορᾷ, ἐγείρεται ἐν ἀφθορίᾳ, ἐπήγαγε· Σπείρεται ἐν ἀτιμίᾳ. Τί γὰρ εἰδεχθέστερον νεκροῦ διαβρῦντος; Ἐγείρεται ἐν δόξῃ.

diebus excitabo ipsum (Joan. 2. 19. 21) ? nam quod dissolvebatur, id scilicet excitavit. Quamobrem addidit evangelista, Ille autem dicebat de templo sui corporis. Quid ergo dicit, Non corpus quod futurum est seminas? Hoc est, non spicam : est enim eadem et non eadem : eadem quidem, quoniam eadem est essentia; non eadem, quoniam hæc est melior, eadem quidem manente essentia, majori autem facta specie ac decore, cum nova sit : quoniam nisi hoc e-sset, ne esset quidem resurrectio, nisi esset melius resurrectura. Cur enim donum esset diruturum, nisi splendidior esset ædificaturus? Hoc igitur dixit illis, qui existimabant eandem esse interitum ac corruptionem. Deinde ne quispiam rursus existimaret hinc dictum esse aliud corpus, datum ænigma lenit, et interpretatur quod dictum est, non concedens auditori ut mentem alio transferat. Quid ergo nostris opus est verbis? Audi ipsum, qui dicit, quid sit interpretantem : Non corpus quod futurum est seminas. Statim enim subjunxit : Sed nudum granum, ut puta tritici, aut alicujus hujusmodi seminum. Hoc est, non corpus quod est futurum, rempe non sic vestitum, neque culmum habens et aristas : Sed nudum granum, ut puta tritici, aut alicujus ex iis quæ sunt hujusmodi. 38. Deus autem dat illi corpus sicut voluit. Certe, inquit; sed illuc est opus naturæ. Cujus, dic, quæso, naturæ? nam illic quoque Deus fabricatur universum, non natura neque terra neque pluvia. Quamobrem ipse hæc significans, dimissa terra et aere et pluvia et agricolarum manibus, subjunxit : Deus dat illi corpus sicut voluit. Noli ergo inquirere et indagare quomodo et quam ratione, cum audieris Dei potentiam et voluntatem. Et unicuique seminum proprium corpus. Ubi ergo alienum? dat enim proprium. Quamobrem quando dicit, Non quod futurum est seminas, non hoc dicit, quod alia pro alia resurgat essentia, sed quod melior, quod splendidior. Unicuique enim seminum proprium corpus. Hinc jam introducit etiam differentiam resurrectionis tunc futuræ. Ne enim, quoniam seminatur semen et omnes ascendunt spicæ, propterea existimes parem etiam honorem esse in resurrectione. Etenim ne in seminibus quidem unus est ordo : Nam alia quidem sunt præstantiora et honestiora, alia vero deteriora : quare etiam subjunxit : Et unicuique proprium corpus. Cæterum non est hoc contentus, sed etiam quærit differentiam, majorem et manifestiorem. Nam ne cum audivisses, sicut dixi, quod omnes resurgant, existimares omnes eadem consequi et iisdem frui, prius quidem jecit in præcedentibus semina hujus sententiæ, dicens : Unusquisque autem in proprio ordine. Facit autem hoc apertius hic quoque rursus, dicens : 39. Non omnis caro eadem caro. Quid enim, inquit, dico in seminibus? hoc ipsum agitemus etiam in corporibus, de quibus a nobis nunc agitur. Quamobrem subjungit, dicens : Sed alia quidem caro est hominum, alia autem pecorum, alia volucrum, alia autem piscium. 40. Et corpora cælestia, et corpora terrestria : sed alia quidem cælestium gloria, alia autem terrestrium : 41. alia est

gloria solis, et alia est gloria lunæ, et alia gloria stellarum : stella enim a stella differt in gloria.

3. Et quid sibi volunt hæc verba? quam de causa a resurrectione corporum excidit in orationem de stellis et sole? Non excidit, neque abductus fuit ab argumento, absit, sed in eo adhuc hæret. Nam quoniam probavit quod dictum est de resurrectione, ostendit jam, quod tunc futuræ gloriæ magna sit differentia, etsi una est resurrectio: et in duo interim dividit universum, nempe in cælestia et terrestria. Nam quod corpora quidem resurgant, ostendit per frumentum : quod autem non omnia in eadem gloria, hinc ostendit. Sicut enim non credere resurrectioni, supinos facit : ita etiam negligentes reddit et socordes, existimare omnes eadem consequi et iisdem frui. Quamobrem utrumque corrigit : et alia quidem absolvit in præcedentibus, ab hoc autem nunc incipit : et cum duos fecisset ordines justorum et peccatorum ; hos ipsos rursus secat in plures partes : ostendens quod neque justis, neque peccatoribus eadem assequantur ; neque justis omnes eadem quæ justis alii, neque peccatoribus eadem quæ peccatoribus. Facit ergo primum unam sectionem justorum et peccatorum, dicens : *Corpora cælestia et corpora terrestria* ; per terrestria quidem hos subindicans, per cælestia autem illos. Deinde de cætero introducit differentiam peccatorum a peccatoribus, dicens : *Non omnis caro eadem caro, sed alia quidem piscium, alia autem volucrum et pecorum.* Atqui sunt omnia corpora, sed alia quidem viliora et abjectiora, alia vero minus. In vita quoque similiter et in eadem constitutione. Et cum hoc dixisset, ascendit rursus in cælum, dicens : *Alia gloria solis, et alia gloria lunæ.* Sicut enim in terrestribus corporibus est differentia, ita etiam in cælestibus est differentia, eaque non vulgaris, sed etiam usque ad extrema. Non solum enim est differentia solis a luna, neque lunæ a stellis, sed etiam stellarum a stellis. Nam etiamsi omnia sint in cælo, alia tamen majorem, alia vero minorem habent gloriam. Quid ergo hinc discimus? Quod etiamsi omnes sint in regno, non omnes tamen eadem consequentur et iisdem fruuntur : etiamsi omnes peccatores in gehenna, non omnes eadem sustinebunt. Et ideo subjunxit : 42. *Sic et resurrectio mortuorum. Sic, quomodo? in multa differentia.* Deinde hac tanquam probata dimissa oratione, rursus venit ad demonstrationem et modum ipsius resurrectionis, dicens : *Seminatur in corruptione, surget in incorruptione.* Vide autem prudentiam : in seminibus quidem usus est nomine corporum, dicens : *Non vivificatur, nisi fuerit mortuum ;* in corporibus autem appellatione seminum, dicens : *Seminatur in corruptione, surgit in incorruptione.* Non Jecit, Nascitur, ne existimes esse opus terræ, sed, *Surgit.* Seminationem autem hic dicit, non nostram in matrice generationem, sed defunctorum in terra sepulturam, dissolutionem, cinerem. Quamobrem cum dixisset, *Seminatur in corruptione, surgit in incorruptione,* subjunxit : 43. *Seminatur in ignobilitate.* Quid enim est visu turpius quam corpus quod dissolutum est? *Surgit in gloria : seminatur in infirmitate.*

Nondum enim sunt triginta dies, et perit universum : nec potest caro se continere, neque unum diem durare. *Surgit in virtute.* Tunc enim ejus nihil supererit reliquum. Propterea et illis opus habuit exemplis, ne multi hæc audientes, nempe quod surgunt in incorruptione et gloria et virtute, putarent resurgentium nullam esse differentiam. Nam omnes quidem resurgunt, et in virtute et in incorruptione et in gloria hæc incorruptionis, non tamen omnes ejusdem honoris et securitatis. 44. *Seminatur corpus animale, surgit corpus spirituale. Est corpus animale, et est corpus spirituale.* Quid dicis? hoc autem nonne est spirituale? Spirituale quidem, sed illud multo magis. Nam nunc quidem sæpe avolat Spiritus sancti multa gratia aliquibus magna peccantibus, et præsentem quoque spiritu animæ, avolat vita carnis; et quod est hujusmodi, absque hoc est inane: tunc autem non sic, sed perpetuo permanet in carne iustorum, et ejus erit potestas et imperium præsentem quoque anima. Aut enim tale quid subindicavit, dicens *Spirituale*; aut quod futurum sit levius et subtilius, et quod possit etiam vehi in aere; vel potius utrumque. Si autem non credis ei quod dicitur, vide corpora caelestia quæ sunt tam splendida et durabilia, et permanent in conditione non senescendi; et hinc crede, quod Deus potest facere hæc quoque corruptibilia incorruptibilia fieri, et multo meliora his quæ cernuntur. 45. *Sicut scriptum est: Factus est primus homo in animam viventem; novissimus Adam in spiritum vivificantem.* Atqui illud quidem scriptum est (*Gen. 2. 7*), hoc autem non est scriptum: quomodo ergo dixit, *Scriptum est?* A rerum eventu hoc interpretatus: quod solet assidue facere. Est enim hic mos prophete: etenim Jerusalem civitatem justitiæ vocandam fore dixit propheta (*Zach. 8. 3*), et non est vocata. Quid ergo? falsumne dixit propheta? Nequaquam: nam illam quidem sic vocandam dixit per rerum eventum. Christum quoque dixit vocandum Emmanuel (*Isai. 7. 14*); et nec ipse quoque sic est vocatus, sed res ipse hanc vocem emittunt. Ita hic quoque *Novissimus Adam in spiritum vivificantem.*

4. Hæc autem dixit, ut discas, quod et vitæ præsentis et futuræ jam venerunt signa et pignora: præsentis quidem Adam, futuræ autem Christus. Nam quoniam quæ sunt meliora ponit in spe, ostendit principium jam evenisse, et radicem et fontem apparuisse. Si autem radix et fons est omnibus manifestus, nihil est dubitandum de fructibus. Et ideo dicit, *Novissimus Adam in spiritum vivificantem*: et alibi quoque dicit, *Vivificabit mortalia corpora vestra per inhabitantem Spiritum in vobis* (*Rom. 8. 11*). Est ergo Spiritus vivificare. Deinde ne quispiam diceret, Cur sunt antiquiora ea quæ sunt pejora; et quæ sunt quidem animalia, tota evenerunt, nec tantum usque ad primitias, quæ autem spiritualia, non nisi usque ad primitias? ostendit utriusque principia ita fuisse constituta. 46. *Sed non prius, inquit, quod spirituale est, sed quod animale: deinde quod spirituale.* Non dicit autem, quare, sed est contentus Dei ordinatione, ha-

bent sententiam quæ procedit a rebus, testimonium ferentem optimæ Dei administrationi, et ostendens quod res nostræ semper procedunt ad id quod est melius ac præstantius: simul etiam hinc quoque ei quod dicit fidem faciens. Nam si quæ sunt minora evenerunt, multo magis quæ sunt meliora sunt expectanda.

Mortui non nimis lugendi, sed precibus et bonis operibus juvandi. — Cum ergo futurum sit ut talibus fruamur bonis, nos in hoc ordine collocemus, et ne desicemus eos qui excedunt, sed eos qui vitam male finiunt. Nam et agricola cum vidit dissolvi frumentum, non lamentatur, sed quamdiu quidem videt solidum manere in terra, veretur et contremiscit; postquam autem fuerit dissolutum, lætatur. Initium enim futuræ sementis est dissolutio. Sic nos quoque tunc lætemur, cum ceciderit domus in quam cadit interitus, quando homo fuerit seminatus. Nec mireris, si sepulturam vocarit sementem; ea enim est melior sementis. Nam illi quidem succedit mors et labores, pericula et curæ: huic autem, si recte vivamus, coronæ et præmia: et illi quidem corruptio ac interitus et mors; huic autem interitu carere, incorruptio et immortalitas, et bona innumerabilia: in illa seminatione sunt complexus et voluptates et somnus; in hac autem vox solum e caelis descendens, et omnia simul repente perficiuntur. Et qui resurgit, non amplius deinceps adducitur ad vitam laboriosam, sed ad eam unde effugit dolor, luctus et gemitus. Si autem defensionem requiris et patrocinium, et propterea virum desles, confuge ad omnium communem patronum defensorem, servatorem et benefactorem Deum, ad inexpugnabile auxilium, ad facile et promptum adjumentum, ad perpetuum quæ semper et ubique adest protectionem, nos undique munientem. At consuetudo res est desiderabilis et amabilis. Ego quoque id scio; sed si rationi motum animi commiseris, et apud te reputaveris quis sit qui accepit, et quod si forti animo tuleris, Deo mentem totam offers sacrificium; hunc quoque fluctum poteris vitare, et quod tempus efficit, hoc faciet philosophia. Sin autem mollis fueris et enervatus, tempore quidem desinet animi perturbatio, tibi autem nullam afferet mercedem. Cum his rationibus collige etiam exempla quæ sunt in præsentem vitam, quæ sunt in divinis Scripturis: cogita quod Abraham suum jugulavit filium, et neque flevit neque verbum emisit acerbum (*Gen. 22*). At ille, inquires, erat Abraham. Atqui tu vocatus es ut majora septa transcendas. Job autem tantum quidem doluit, quantum est consentaneum patrem liberos amantem, et magnam curam gerentem eorum qui excesserant. Nam quæ nos quidem nunc facimus, sunt inimicorum et hostium. Neque enim, si aliquo in regiam abducto et coronato plangeres et lamentareris, te dixerim esse coronati amicum, sed valde inimicum et hostem. At non illum, inquires, lugeo, sed me ipsum. Sed neque hoc est amantis, velle illum propter te angere et vexari et incerto futuro subijci, cum adsit coronari et ad portum tendere; aut in mari jactari, cum liceat esse in portu. At nescio, in-

Σπειρίζται ἐν ἀσθενείᾳ. Οὕτω γὰρ ἡμέραι τριάκοντα, καὶ τὸ πᾶν ἀπόλωτο· καὶ κατασχεῖν ἑαυτὴν ἢ σὰρξ οὐ δύναται, οὐδὲ πρὸς μίαν ἀρκέσται ἡμέραν. *Ἐγείρεται ἐν δυνάμει.* Τότε γὰρ αὐτοῦ οὐδὲν περιέσται λοιπὸν. Διὰ δὴ τοῦτο καὶ ἐκεῖνον ἐδεήθη τῶν ὑποδειγμάτων, ἵνα μὴ ταῦτα ἀκούοντες πολλοί, ὅτι ἐν ἀφθαρσίᾳ καὶ δόξῃ καὶ δυνάμει ἐγείρονται, νομίσωσι μηδεμίαν εἶναι διαφορὰν τῶν ἀνισταμένων. Πάντες μὲν γὰρ ἀνίστανται, καὶ ἐν δυνάμει καὶ ἐν ἀφθαρσίᾳ καὶ ἐν δόξῃ ταύτῃ τῇ τῆς ἀφθαρσίας, οὐ μέντοι τῆς τιμῆς τῆς αὐτῆς οὐδὲ τῆς ἀσφαλείας· πάντες. *Σπειρίζεται σῶμα ψυχικόν, ἐγείρεται σῶμα πνευματικόν. Ἔστι σῶμα ψυχικόν, καὶ ἔστι σῶμα πνευματικόν.* Τί λέγεις; τοῦτο δὲ οὐ πνευματικόν; Πνευματικόν μὲν, ἀλλ' ἐκεῖνο πολλῶ πλέον. Νῦν μὲν γὰρ καὶ ἀφίπταται τοῦ Πνεύματος τοῦ ἁγίου πολλάκις ἢ πολλῇ χάρις, ἁμαρτανόντων μεγάλα τινῶν, καὶ τοῦ πνεύματος δὲ παρόντος τῆς ψυχῆς ἢ ζωῆς τῆς σαρκός· καὶ τὸ τοιοῦτο κενόν ἐστὶ τοῦτου χωρὶς· τότε δὲ οὐχ οὕτως, ἀλλὰ διηνεκῶ; παραμένει τῇ σαρκὶ τῶν δικαίων, καὶ αὐτοῦ ἔσται τὸ κράτος περὸς τῆς ψυχῆς. Ἡ γὰρ τὴν τοιοῦτον ἤνιξται, εἰπὼν, *Πνευματικόν, ἢ οὐτις κωφότερον ἔσται καὶ λεπτότερον, καὶ ὅσον καὶ ἐπ' ἀέρος ὄχεισθαι, μᾶλλον δὲ ἀμφοτέρω.* Εἰ δὲ ἀπιστεῖς τῷ λόγῳ, ἔρα τὰ ἐπουράνια σώματα τὰ οὕτω λαμπρὰ καὶ διαρκῆ τέως καὶ ἐν ἀγῆρατῳ λήξει διαμένοντα, καὶ πιστευσον ἐντεῦθεν, ὅτι δύναται ὁ Θεὸς ποιῆσαι καὶ ταῦτα τὰ φθορὰ ἀφθαρτα καὶ πολλῶ βελτίω τῶν [591] ὁρωμένων. *Οὕτω καὶ γέγραπται· Ἐγένετο ὁ πρῶτος ἄνθρωπος Ἀδὰμ εἰς ψυχὴν ζῶσαν· ὁ ἔσχατος Ἀδὰμ εἰς πνεῦμα ζωοποιούν.* Καίτοι τὸ μὲν γέγραπται, τὸ δὲ οὐ γέγραπται· πῶς οὖν εἶπεν, ὅτι *Γέγραπται*; Ἀπὸ τῆς τῶν πραγμάτων ἐκβάσεως αὐτὸ μετέφρασεν ὅπερ ἔθος αὐτῷ συνεχῶς ποιεῖν. Καὶ γὰρ ἔθος τοῦτο προφήτου. Καὶ γὰρ τὴν Ἰερουσαλήμ πόλιν δικαιοσύνης ἔφησεν ὁ προφήτης κληθήσεσθαι, καὶ οὐκ ἐκλήθη. Τί οὖν; ἐψεύσατο ὁ προφήτης; Οὐδαμῶς· τὴν γὰρ διὰ τῶν πραγμάτων ἐκβασιν λέγει. Καὶ τὸν Χριστὸν δὲ Ἐμμανουὴλ· καὶ οὐδὲ αὐτὸς οὕτω κέκληται, ἀλλὰ τὰ πράγματα ταύτην ἀφήτη τὴν φωνήν. Οὕτω καὶ ἐνταῦθα, *Ὁ ἔσχατος Ἀδὰμ εἰς πνεῦμα ζωοποιούν.*

δ. Ταῦτα δὲ εἶπεν, ἵνα μάθῃς ὅτι καὶ τῆς παρουσίας ζωῆς καὶ τῆς μελλούσης τὰ σύμβολα ἦδη καὶ τὰ ἐνέχυρα ἔφθασε, τῆς μὲν παρουσίας ὁ Ἀδὰμ, τῆς δὲ μελλούσης ὁ Χριστός. Ἐπειδὴ γὰρ τὰ χρηστότερα ἐν ἐλπίσι τίθησι, δείκνυσι τὴν ἀρχὴν ἦδη ἐκθεσθηκῶσαν, καὶ τὴν ῥίζαν καὶ τὴν πηγὴν φανεῖσαν. Εἰ δὲ ἡ ῥίζα καὶ ἡ πηγὴ πᾶσι κατάδηλος, οὐδὲν δεῖ περὶ τῶν καρπῶν ἀμφιβάλλειν. Διὸ λέγει· *Ὁ ἔσχατος Ἀδὰμ εἰς πνεῦμα ζωοποιούν· καὶ ἀλλαχού δὲ, Ζωοποιήσει τὰ θνητὰ σῶματι ὑμῶν διὰ τοῦ ἐνοικοῦντος αὐτοῦ Πνεύματος ἐν ὑμῖν.* Ἄρα τοῦ Πνεύματος τὸ ζωοποιεῖν. Εἶτα ἵνα μὴ τις εἴπῃ, Διὰ τί πρεσβύτερα τὰ χεῖρονα, καὶ τὰ μὲν ὅλα ἐξέβη τὰ ψυχικά, οὐ μέχρι τῆς ἀπαρχῆς, τὰ δὲ ἕως τῆς ἀπαρχῆς μόνον; δεῖ-

κνυσι ὅτι καὶ αἱ ἀρχαὶ ἐκατέρωθεν οὕτω διεστήσαν. *Οὐ γὰρ πρῶτον, φησί, τὸ πνευματικόν, ἀλλὰ τὸ ψυχικόν, ἔπειτα τὸ πνευματικόν.* Καὶ οὐ λέγει, διὰ τί, ἀλλ' ἀρκέεται· τῇ τοῦ Θεοῦ διατάξει, τὴν ἀπὸ τῶν πραγμάτων ψῆφον ἔχων μαρτυροῦσαν τῇ ἀρίσῃ τοῦ Θεοῦ οἰκονομίᾳ, καὶ δεικνύς ὅτι ἐπὶ τὸ βέλτιον αἰετὰ ἡμέτερα πρόβεισι, ἅμα κἀντεῦθεν πιστούμενος τὸν λόγον. Εἰ γὰρ τὰ ἐλάττωνα ἐξέβη, πολλῶ μᾶλλον τὰ βελτίω προσδοκᾷ χρῆ.

Ἐπεὶ οὖν τοιούτων μέλλομεν ἀπολαύειν ἀγαθῶν, εἰς ταύτην ἑαυτοὺς κατατάζωμεν τὴν τάξιν, καὶ μὴ κλαίωμεν τοὺς ἀπίοντας, ἀλλὰ τοὺς κακῶς τὸν βίον καταλύοντας. Ἐπεὶ καὶ γεωργός, ὅταν ἴδῃ τὸν σίτον διαλυόμενον, οὐ θρηνεῖ, ἀλλ' ἕως μὲν ἂν βλέπῃ στερεὸν ἐν τῇ γῆ μένοντα, δέδοικε καὶ τρέμει· ἐπειδὴν δὲ ἴδῃ διαλυθέντα, χαίρει. Ἀρχὴ γὰρ τῆς μελλούσης σπορᾶς ἡ διάλυσις. Οὕτω καὶ ἡμεῖς τότε χαίρωμεν, ὅταν πῆσῃ ἡ οἰκία ἡ φθορὰ, ὅταν σπαρῆ ὁ ἄνθρωπος. Καὶ μὴ θαυμάσης, εἰ σπορὰν τὴν ταφὴν ἐκάλεσε· καὶ γὰρ αὕτη βελτίων ἢ σπορὰ. Ἐκίνησεν μὲν γὰρ διαδέχονται θάνατοι καὶ πόνοι καὶ κίνδυνοι καὶ φροντίδες, ταύτην δὲ, ἂν ὀρθῶς βιώμεν, στέφανοι καὶ βραδεία· καὶ τὴν μὲν φθορὰ καὶ θάνατος, [592] τὴν δὲ ἀφθαρσία καὶ ἀθανασία καὶ τὰ μυρία ἀγαθὰ· ἐπ' ἐκείνης τῆς σπορᾶς συμπλοκαὶ καὶ ἡδοναὶ καὶ ὕπνος, ἐπὶ ταύτης δὲ φωνὴ μόνον ἐκ τῶν οὐρανῶν καταβαίνουσα, καὶ πάντα ἀθρόως τελειοποιεῖται. Καὶ ὁ ἀνιστάμενος οὐκέτι λοιπὸν ἐπὶ βίον ἀγεται πολύμοχθον, ἀλλ' ἔνθα ἀπέδρα ὀδύνη καὶ λύπη καὶ στεναγμός. Εἰ δὲ καὶ προστασίαν ἐπιζητεῖς, καὶ διὰ τοῦτο θρηνεῖς τὸν ἄνδρα, ἐπὶ τὸν κοινὸν πάντων προστάτην καὶ σωτήρα καὶ εὐεργέτην κατάφυγε τὸν Θεόν, ἐπὶ τὴν ἀμαχον συμμαχίαν, ἐπὶ τὴν εὐκλον βοήθειαν, ἐπὶ τὴν διαρκῆ σκέπην τὴν πανταχοῦ παρούσαν καὶ πανταχόθεν ἡμᾶς τειχίζουσαν, ἀλλ' ἢ συνήθεια ποθεινὸν καὶ ἐπὶ ἔραστον. Οἶδα ἀγῶ· ἀλλ' ἂν ἐπιτρέψῃς τῷ λογισμῷ τὸ πάθος, καὶ λογίσῃ πρὸς ἑαυτὴν τίς ὁ λαβῶν, καὶ ὅτι γενναίως ἐνεγκῶν θυσίαν τὴν γνώμην ἀναφέρεις τῷ Θεῷ, καὶ τοῦτο τὸ κύμα δυνήσῃ διαδραμεῖν, καὶ ὅπερ ὁ χρόνος ἐργάζεται, τοῦτο ἡ φιλοσοφία ποιήσει· ἂν δὲ καταμαλακισθῆς, λήξει μὲν τῷ χρόνῳ τὸ πάθος, σοὶ δὲ οὐδὲνα τὸν μισθὸν οἴσει. Μετὰ δὲ τῶν λογισμῶν τούτων καὶ παραδείγματα σύλλεγε. τὰ ἐν τῷ παρόντι βίῳ, τὰ ἐν ταῖς θείαις Γραφαῖς· ἐνόησον ὅτι ὁ Ἀβραάμ κατέσφαξε τὸν υἱὸν τὸν αὐτοῦ, καὶ οὕτε δδάκρυσεν οὔτε πικρὸν ῥῆμα ἐξέβαλεν. Ἄλλ' ἐκεῖνος Ἀβραάμ, φησὶν, ἦν. Καὶ μὴν σὺ ἐπὶ μείζονα ἐκλήθης σκάμματα. Ὁ δὲ Ἰωβ ἠλγήσει μὲν, τοσοῦτον δὲ, ὅσον εἰκὸς πατέρα φιλόπαιδα καὶ σφόδρα κηδόμενον τῶν ἀπελοθόντων· ὡς ἄ γε νῦν ποιούμεν ἡμεῖς, ἔχθρων καὶ πολεμίων ἔστιν. Οὐδὲ γὰρ, εἴ τις εἰς βασιλεία ἀπενεχθέντος καὶ στεφανωθέντος ἔκοπτε; σαυτὸν καὶ ἐθρήνεῖς, φίλον ἂν σε τοῦ στεφανωθέντος ἔφησεν εἶναι, ἀλλ' ἐχθρὸν σφόδρα καὶ πολέμιον. Ἄλλ' οὐδὲ νῦν ἐκεῖνον θρηνῶ, φησὶν, ἀλλ' ἔμαυτόν. Ἄλλ' οὐδὲ τοῦτο φιλοῦντος, τὸ θέλειν εἶναι ἐναγνίον εἶναι ἐκεῖνον διὰ σαυτὸν καὶ ὑποκεῖσθαι τῇ ἀδηλίᾳ τοῦ μέλλοντος, παρὸν στεφανοῦσθαι καὶ προσορμεῖν, ἢ πελάγιον σαλεύειν, ἐξὸν ἐν λιμένι εἶναι. Ἄλλ' οὐκ οἶδα ποῖ κενώρηκε, φησὶ. Διὰ τί οὐκ οἶδας; εἰπέ μοι· εἶτε γὰρ

* Sic quidam in serie desiderantur, quae sic restitui posse videntur: καὶ τὰ μὲν ὅλα ἐξέβη τὰ ψυχικά· τὰ δὲ πνευματικά, τὰ μὲν οὐ μέχρι τῆς ἀπαρχῆς, τὰ δὲ ἕως τῆς ἀπαρχῆς μόνον.

ὀρθῶς εἶδον εἴτε ἐτέρως, δὴλον τοῦ χωρήσαι. Δι' αὐτὸ γὰρ τοῦτο κόπτομαι, φησὶν, ὅτι ἀμαρτωλὸς ἀπῆλθε. Ἐκῆψις ταῦτα καὶ πρόφασις. Εἰ γὰρ διὰ τοῦτο ἀπελθόντα ἐθρήνευσ, ζῶντα μεταπλάσαι ἐχρῆν καὶ ρυθμισαί. Ἀλλὰ τὰ σαυτοῦ σὺ πανταχοῦ σκοπεῖς, οὐ τὰ ἐκείνου. Εἰ δὲ καὶ ἀμαρτωλὸς ἀπῆλθε, καὶ διὰ τοῦτο δεῖ χαίρειν, ἔτι ἐνεκότης τὰ ἀμαρτήματα, καὶ οὐ προσέθηκε τῇ κακίᾳ, καὶ βοθεῖν, ὡς ἂν οἶόν τε ἦ, οὐ θαυμάσει, ἀλλ' εὐχαῖς καὶ ἰκετηρίαις καὶ ἐλεημοσύναις καὶ προσφοραῖς. Οὐ γὰρ ἀπλῶς ταῦτα ἐπινοῦνται, οὐδὲ εἰκὴ μνήμην ποιούμεθα τῶν ἀπελθόντων ἐπὶ τῶν θείων μυστηρίων, καὶ ὑπὲρ αὐτῶν πρόσμιεν, δεόμενοι τοῦ Ἄμνου τοῦ κειμένου τοῦ λαβόντος τὴν ἀμαρτίαν τοῦ κόσμου, ἀλλ' ἵνα τις ἐντεῦθεν αὐτοῖς γένηται παραμυθία· οὐδὲ μάτην ὁ παρεστὼς τῷ θυσιαστηρίῳ τῶν φρικτῶν μυστηρίων τελουμένων βοᾷ· [393] Ὑπὲρ πάντων τῶν ἐν Χριστῷ κεκοιμημένων, καὶ τῶν τὰς μνείας ὑπὲρ αὐτῶν ἐπιτελούντων. Εἰ γὰρ μὴ ὑπὲρ αὐτῶν αἱ μνείαι ἐγένοντο, οὐδ' ἂν ταῦτα ἐλέγη. Οὐ γὰρ ἐστὶ σκηνὴ τὰ ἡμέτερα, μὴ γένοιτο· Πνεύματος γὰρ διατάξει ταῦτα γίνεται.

ε'. Βοηθῶμεν τοίνυν αὐτοῖς, καὶ μνείαν ὑπὲρ αὐτῶν ἐπιτελῶμεν. Εἰ γὰρ τοὺς παῖδας τοῦ Ἰωβ ἐκάθαιρεν ἡ τοῦ πατρὸς θυσία, τί ἀμφιβάλλεις, εἰ καὶ ἡμῶν ὑπὲρ τῶν ἀπελθόντων προσφερόντων γίνεται τις αὐτοῖς παραμυθία; Ἐθεθε γὰρ ὁ Θεὸς καὶ ἐτέριος ὑπὲρ ἐτέρων χαρίζεσθαι. Καὶ τοῦτο ἐδείκνυ ὁ Παῦλος λέγων· *Ἴνα ἐν πολλῷ προσώπῳ τὸ εἰς ἡμᾶς χάρισμα διὰ πολλῶν εὐχαριστηθῇ ὑπὲρ ὑμῶν.* Μὴ δὴ ἀποκάμωμεν τοῖς ἀπελθούσι βοηθοῦντες, καὶ προσφέροντες ὑπὲρ αὐτῶν εὐχάς; καὶ γὰρ τὸ κοινὸν τῆς οἰκουμένης καίτοι καθάρσων. Διὰ τοῦτο θαρρόμεντες ὑπὲρ τῆς οἰκουμένης δεόμεθα τότε, καὶ μετὰ μαρτύρων αὐτοῦ καλούμεν, μετὰ ὁμολογητῶν, μετὰ ἱερέων. Καὶ γὰρ ἐν σώμα ἔσμεν ἅπαντες, καὶ λαμπρότερα μέλη μελῶν· καὶ δυνατὸν πάντοθεν συγγνώμην αὐτοῖς συναγαγεῖν, ἀπὸ τῶν αὐτῶν, ἀπὸ τῶν ὑπὲρ αὐτῶν δυνάμεν, ἀπὸ τῶν μετ' αὐτῶν καλουμένων. Τί τοίνυν ἀλλοεῖς, τί δὲ θρηνεῖς, ὅποτε τοσαύτην δυνατὴν συγγνώμην συναγαγεῖν τῷ ἀπελθόντι; Ἀλλ' ὅτι σὺ γέγονας ἔρημος καὶ προστάτην ἀπώλεσας; Ἀλλὰ μηδέποτε τοῦτο εἴπης· οὐδὲ γὰρ τὸν Θεὸν ἀπώλεσας. Ὅστε ζωὴν ἂν τοῦτον ἔχῃς, καὶ ἀνδρὸς αὐτοῦ ἔσται σοι μεῖζων καὶ πατὴρ καὶ παιδὸς καὶ κηδεστοῦ· καὶ γὰρ καὶ ζώντων ἐκείνων, οὗτος ἦν ὁ τὰ πάντα ποιῶν. Ταῦτα τοίνυν ἐννοεῖ, καὶ λέγει κατὰ τὸν Δαυὶδ· *Κύριος σωτισμὸς μου καὶ σωτήρ μου, εἴνα φοβηθῆσομαι;* εἰπέ, Σὺ εἶ ὁ πατήρ τῶν ὀρφανῶν, καὶ κριτὴς τῶν κληρῶν· καὶ ἐπίστασαι αὐτοῦ τὴν βοήθειαν, καὶ μετὰ τῶν αὐτῶν ἐξεις νῦν προνοοῦντα ἢ πρότερον, ὅσον ἐν

μεῖζονι κατέστης ἀπορία. Ἀλλὰ παιδίον ἀπώλεσας; Οὐκ ἀπώλεσας, μὴ λέγεις· ὕπνος τὸ πρᾶγμά ἐστιν, οὐ θάνατος, μετὰστασις, οὐκ ἀπώλεια, ἀποδημία ἀπὸ τῶν ἐλαττόνων ἐπὶ τὰ βελτίω. Μὴ δὴ παρόξυνος τὸν Θεὸν, ἀλλ' ἴλω ποιεῖ. Ἄν γὰρ ἐνέγκῃς γενναίως, ἔσται τις κἀντεῦθεν τῷ ἀπελθόντι καὶ σοὶ παραμυθία· ἂν δὲ τὸναντίον, μᾶλλον ἐξάπτεις τὴν ὀργὴν τοῦ Θεοῦ. Καὶ γὰρ εἰ παιδὸς μαστιχθέντος ὑπὸ δεσπότου, σὺ παρεστὼς ἐθυσχέρανας, μειζόνως ἂν παρωξύνων κατὰ σεαυτοῦ τὸν δεσπότην. Μὴ δὴ ποιεῖς τοῦτο, ἀλλ' εὐχαρίστει, ἵνα σοὶ καὶ ταύτη σκεδασθῇ τὸ νέφος τῆς ἀθυμίας· εἰπέ κατὰ τὴν μακάριον ἐκείνον· *Ὁ Κύριος ἔδωκεν, ὁ Κύριος ἀφείλετο*· ἐννόησον ὅσοι μᾶλλον σου εὐαρεστοῦντες οὐδὲ ἔλαβον τὴν ἀρχὴν παιδας, οὐδὲ πατέρες ἐκλήθησαν. Οὐδὲ γὰρ ἐγὼ, φησὶν, ἐβουλόμην· καὶ γὰρ βέλτιον ἦν μηδὲ πείραν σχεῖν, ἢ μετὰ τὴν γεύσασθαι τῆς ἡδονῆς, ἐκπεσεῖν. Μὴ, παρακαλῶ, μὴ λέγει ταῦτα, μὴ παροργίσης καὶ ταύτη τὸν δεσπότην· ἀλλ' ὑπὲρ μὲν ὧν ἔλαβες, εὐχαρίστησον· ὑπὲρ δὲ ὧν οὐκ εἰς τέλος ἔχεις, [394] δόξαζε. Οὐκ εἶπεν ὁ Ἰωβ, ὅτι βέλτιον ἦν μὴ λαθεῖν τοῦτο, ὃ σὺ λέγεις ἀγνωμόνως, ἀλλὰ καὶ ὑπὲρ ἐκείνων ἠυχάρισται λέγων· *Ὁ Κύριος ἔδωκε*· καὶ ὑπὲρ τούτων ἠλόγει λέγων· *Ὁ Κύριος ἀφείλετο*· εἰ τὸ *δρομα Κυρίου εὐλογημένον εἰς τοὺς αἰῶνας*. Καὶ τὴν γυναῖκα οὕτως ἐπεστόμιζε δικαιολογούμενος πρὸς αὐτήν, καὶ τὰ θαυμαστά ἐκείνα φεγγόμενος ῥήματα· *Εἰ τὰ μὲν ἀγαθὰ ἐδεξάμεθα παρὰ Κυρίου, τὰ δὲ κακὰ οὐχ ὑπολοσομεν;* Καίτοι γε μετὰ ταῦτα χαλεπώτερος γέγονεν ὁ πειρασμός· ἀλλ' ἐκεῖνος οὐδὲ οὕτως ἐξελύετο, ἀλλ' ὁμοίως ἐξῆρε γενναίως, καὶ ἐδόξαζε. Τοῦτο καὶ σὺ ποιεῖ, καὶ λογίζου πρὸς σεαυτὸν, ὅτι οὐκ ἀνθρωπος ἔλαθεν, ἀλλ' ὁ Θεὸς ὁ ποιήσας, ὁ μᾶλλον σου κηδόμενος, καὶ τὸ συμφέρον εἰδώς, οὐ πολέμιός τις οὐδὲ ἐπίθουλος. Ὅρα πόσοι ζῶντες ἀβίωτον τὸν βίον τοῖς γονεῦσιν ἐποίησαν. Τοὺς δὲ γενναίους οὐχ ὀρᾷς; φησὶν. Ὅρῳ καὶ τούτους, ἀλλὰ καὶ τούτων ἀσφαλέστερα τὰ κατὰ τὴν παιδα τὸν σόν. Εἰ γὰρ καὶ εὐδοκίμοισιν, ἀλλ' ἐν ἀόλητῳ τὰ τοῦ τέλους αὐτῶν ὑπὲρ δὲ ἐκείνου λοιπὸν οὐ δέδοικας οὐδὲ τρέμεις μὴ τι πάθῃ, ἢ μεταβολῇ τινι δέξηται. Ταῦτα καὶ ἐπὶ γυναικὸς λογίζου καλῆς καὶ οἰκουροῦ, καὶ ὑπὲρ πάντων εὐχαρίστει τῷ Θεῷ, καὶ ἀπολέσης γυναῖκα, εὐχαρίστει. Ἴσως σε εἰς ἐγκράτειαν ἀγαγεῖν βούλεται ὁ Θεός, ἐπὶ μεῖζονα καλεῖ σκᾶμματα, ἐλευθερωσαί σε τοῦ δεσμοῦ ἠθέλησεν. Ἄν οὕτω φιλοσοφῶμεν, καὶ τὴν παρούσαν εὐθυμίαν κερδανούμεν, καὶ τῶν μελλόντων ἐπιτευξόμεθα στεφάνων, καὶ τὰ ἐξῆς.

ΟΜΙΛΙΑ ΜΒ΄.

Ὁ πρῶτος ἀνθρωπος ἐκ γῆς χοϊκός, ὁ δευτέρος ἀνθρωπος ὁ Κύριος ἐξ οὐρανοῦ.

α'. Ἐπειδὴ ψυχικὸν εἶπε πρῶτον καὶ πνευματικὸν δευτέρον, πάλιν ἄλλην τίθησι διαφορὰν, χοϊκὸν λέγων καὶ ἐπουράνιον. Ἢ μὲν γὰρ πρώτη τοῦ παρόντος ἦν βίου καὶ τοῦ μέλλοντος· αὕτη δὲ τοῦ πρὸ τῆς χάριτος καὶ τοῦ μετὰ τὴν χάριν. Τέθεικε δὲ αὕτην εἰς πολιτείαν ἀρίστην λέγων. α *Ἴνα γὰρ, ὅπερ ἔφην, μὴ τῇ*

ἀναστάσει θαρρόμεντες ἀμελῶσι εἶναι καὶ ἀκριβείας, πάλιν καὶ ἐντεῦθεν αὐτοῦς ἐναγωνίους ποιεῖ, καὶ παρακαλεῖ εἰς ἀρετὴν, λέγων· *Ὁ πρῶτος ἀνθρωπος ἐκ γῆς χοϊκός, ὁ δευτέρος ἀνθρωπος ὁ Κύριος ἐξ οὐρανοῦ*· τὸ πᾶν ἀνθρωπον καλῶν, καὶ τὴν μὲν ἀπὸ τοῦ κρείττονος, τὸν δὲ ἀπὸ τοῦ χείρονος ὀνομάζων. *Ὅλος ὁ χοϊκός, τοιοῦτοι καὶ οἱ χοϊκοί.* Οὐ-

• Illic quaedam desiderari omnino videntur.

quies, quo ivit. Cur nescis? dic mihi; nam sive recte vixit, sive secus, est manifestum quo sit habiturus. Propter hoc ipsum, inquires, plango, quod peccator excessit. Hæc sunt prætextus et effugia. Nam si propterea cum excesserit lugeas, viventem eum transformare et concinnare et componere oportebat. Sed tu quæ tua sunt ubique consideras et tibi proponis, non quæ illius. Si autem etiam peccator excessit, propterea etiam lætari oportet, quod interscissa sunt peccata et vitio nihil adjecit; et, quoad ejus fieri potest, ei succurrere, non lacrymis, sed precibus, supplicationibus, elemosynis et oblationibus. Non sunt enim hæc temere excogitata, neque frustra eorum qui excesserunt in divinis mysteriis meminimus, et pro ipsis accedimus, rogantes Agnum propositum, qui mundi peccatum tulit; sed ut inde eis aliqua sit consolatio: neque abs re is qui adstat altari, dum veneranda peraguntur mysteria, clamat: Pro omnibus qui in Christo dormierunt, et iis qui pro ipsis celebrant memorias. Nam si pro ipsis non fierent commemorationes, ne hæc quidem dicta essent. Non sunt enim res nostræ ludi scenici, absit: hæc enim fiunt ordinatione Spiritus.

5. Eis ergo opem seramus, et commemorationem eorum peragamus. Si enim Jobi filios expiabat patris sacrificium: quid dubitas, an nobis pro eis qui excesserunt offerentibus, ipsis detur aliqua consolatio? Solet enim Deus etiam aliis pro aliis gratificari. Et hoc ostendebat Paulus dicens: *Ut in multis personis, ejus quæ in nobis est donationis per multos gratiæ agantur pro vobis* (2. Cor. 2. 14). Ne nos pigeat opem ferre iis qui excesserunt, et pro eis offerre preces: est enim propositum orbis terræ commune piaculum. Propterea fidenter pro orbe terræ tunc rogamus, et cum martyribus eos vocamus, cum confessoribus, cum sacerdotibus. Etenim unum corpus omnissimum, etiamsi sint membra membris splendidiore: et fieri potest ut veniam eis omni ex parte conciliemus, a precibus, a donis quæ pro eis offeruntur, ab iis qui cum ipsis vocantur. Cur ergo doles? cur luges et lamentaris, quando defunctio potest tanta conciliari venia? At luges, quoniam es deserta ac destituta, et perdidisti patronum ac defensorem? Sed numquam hoc dixeris; neque enim Deum perdidisti. Ideo quamdiu eum habes, ipse erit tibi major et marito et patre et filio et socio: nam et illis viventibus is erat qui faciebat omnia. Hæc ergo cogita, et dic sicut David, *Dominus illuminatio mea et salvator meus, quem timebo* (Psal. 26. 1)? dic, Tu es pater orphanorum, et iudex viduarum; et ejus attrahe auxilium,

et habebis cum nunc magis tibi providentem quam prius, quo in majorem redacta es inopiam. At perdidisti filium? Non perdidisti, ne dicas: res hæc est somnus, non mors; est migratio, non perditio; est peregrinatio a deterioribus ad meliora. Ne Deum irrites, sed places et reddas propitium. Nam si forti animo tuleris, erit hinc et defuncto et tibi quædam consolatio: sin contra, iram Dei magis accendis. Nam si servo a domino flagris cæso tu adstans ægre tuleris, dominum magis contra te irritaveris. Noli hoc facere, sed age gratias, ut tibi quoque hac ratione discutatur nubes animi ægritudinis: dic sicut ille beatus, *Dominus dedit, Dominus abstulit*: cogita quam multi magis Deo placentes ne omnino quidem habuere filios, neque vocati sunt patres. Neque ego, inquit, vellem habuisse: melius enim fuisset non habuisse experientiam, quam postquam gustaris voluptatem, ab ea excidisse. Ne, rogo, ne hæc dicas, ne sic quoque Dominum ad iram provoces; sed pro iis quidem quæ accepisti age gratias, pro iis autem quæ perpetuo non habes, glorifica. Non dixit Job, Melius fuisset non accepisse; quod tu insipienter et ingrato animo dicis: sed etiam pro illis agebat gratias, dicens: *Dominus dedit*; et pro his benedicebat dicens: *Dominus abstulit: sit nomen Domini benedictum in sæcula*. Uxori quoque sic os obstruebat apud eam justas afferens rationes, et admirabilia illa verba enuntians: *Si bona quidem accepimus a Domino, mala autem non sustinebimus?* Atqui gravior post hæc fuit tentatio; sed ille ne sic quidem fractus est et eneruatus, sed similiter ferebat forti animo, et glorificabat. Tu quoque hoc fac, et apud te reputa, quod non homo accepit, sed Deus qui fecit, qui magis quam tu ejus curam gerit, et scit quid ei conferat, non hostis aliquis neque insidiator. Vide quam multi viventes, vitam non vitalem fecerunt parentibus. Generosos autem, inquires, et probos non vides? Eos quoque video; sed res quoque eorum minus sunt in tuto quam res tui filii. Nam etsi in bona sunt existimatione, finis tamen eorum est incertus: de illa autem in reliquum non times neque contremiscis, ne quid ei accidat, aut aliquam suscipiat mutationem. Hæc etiam cogita de pulchra uxore, et bona domus custode; et pro omnibus Deo age gratias, et si perdidit uxorem, gratias age. Fortasse te vult Deus adducere ad continentiam, ad majora vocat operum septa, te voluit liberare a vinculo. Si sic philosophemur, et lucrabimur præsentem animi tranquillitatem, et futuras assequemur coronas, etc.

HOMILIA XLII.

CAP. 15. v. 47. *Primus homo de terra, terrenus; secundus homo, Dominus de cælo.*

1. Postquam animale dixit primum et spirituale secundum, rursus aliam ponit differentiam, terrenum dicens et cælestem. Nam prima quidem est vitæ præsentis et futuræ; hæc autem est ejus qui fuit ante gratiam, et ejus qui est post gratiam. Posuit autem

illam ad rectum vitæ institutum dicens. Nam ne, sicut dixi, fidentes resurrectioni, vitam ex virtute et perfecte agendam negligenter, rursus eos quoque hinc reddit paratos ad decertandum, et hortatur ad virtutem, dicens: *Primus homo de terra, terrenus; secundus homo, Dominus de cælo*; universum appellans hominem; et hunc quidem nominans ab eo quod est

melius ac præstantius, illum autem ab eo quod est deterius. 48. *Qualis terrenus, tales et terreni.* Sic peribunt et morientur. *Qualis cælestis, tales et cælestes.* Sic manebunt immortales et fulgentes. Quid vero, annon is quoque est mortuus? Mortuus quidem est, sed inde nihil fuit læsus, sed sic quoque mortem dissolvit. Vidistin' quomodo hinc quoque per mortem constituit dogma de resurrectione? Habens enim, ut prius dixi, principium et caput, noli dubitare de toto corpore. Sed et hinc quoque exercet optimam ac præstantissimam vitæ agendæ rationem, ponens exempla vitæ excelsæ ac philosophicæ, et ejus quæ non est hujusmodi, et utriusque adducens principia, illius quidem Christum, hujus vero Adamum. Propterea nec absolute dixit, *E terra*, sed *Terrenus*, hoc est, crassus, affixus presentibus: et rursus de Christo contrarium, *Dominus e cælo*. Si autem quidam ideo dicant Dominum non habere corpus, quod dictum sit, *E cælo*, sufficiunt quidem quæ jam pridem dicta sunt ad ora eorum obstruenda; nihil autem vetat, quominus hinc quoque ora eorum obstruamus. Quid est enim, *Dominus e cælo*? naturamne dicit, an optimam vitæ instituendæ rationem? Cuius est perspicuum, quod optimam vitæ agendæ rationem: et ideo subjungit: 49. *Sicut portavimus imaginem terreni*; hoc est, sicut mala fecimus; *portemus et imaginem cælestis*; hoc est, faciamus optima. Præter hæc autem, ex te libenter sciscitarer: De naturæ dictum est, *Qui ex terra, terrenus*, et, *Dominus e cælo*? Maxime, inquit. Quid ergo? terrenus solum erat Adam, an aliquam etiam aliam habebat essentiam cognatam supernis et incorporeis, quam Scriptura vocat animam et spiritum? Est cuius perspicuum, quod hanc quoque. Ergo neque Dominus erat solum ex superis, etiamsi dicatur e cælo, sed etiam carnem suscepit. Quod autem dicit, est hujusmodi: *Sicut portavimus imaginem terrestri*, malas actiones, *portemus et imaginem cælestis*, nempe vitæ agendæ rationem quæ est in cælis. Si autem loqueretur de natura, non adhortatione neque consilio res egeret. Quamobrem vel hinc perspicuum est, quod de vitæ agendæ ratione est id quod dicitur. Et ideo consulendo inducit orationem, et appellat imaginem, ea ratione rursus ostendens, quod de actione dicat, non de natura. Propterea enim effecti sumus terreni, quoniam mala fecimus: non quoniam ab initio effecti sumus terreni, sed quoniam peccavimus. Etenim peccatum primum et tunc mors, et illud, *Terra es, et in terram revertetis* (Gen. 3. 19): tunc etiam intravit examen animi motuum et perturbationum. Neque enim ex terra esse genitum facit absolute terrenum; nam Dominus quoque erat ex eadem massa et conspersione; sed terrena agere: sicut etiam cælestis, agere quæ sunt digna cælis. Sed quid ad hoc probandum opus est laborare supervacane? ipse enim procedens nobis sensum aperit, dicens: 50. *Hoc autem dico, fructes, quod caro et sanguis regnum Dei non possidebunt.* Vidistin' quomodo rursus seipsum interpretetur, nos liberans a negotiis? quod quidem facit

etiam in multis locis. Carnem enim hic vocat mala opera, quod et alibi fecit, ut quando dicit: *Vos autem non estis in carne; et rursus, Qui autem sunt in carne, Deo placere non possunt* (Rom. 8. 9. 8). Quamobrem quando dicit, *Hoc autem dico*; nihil aliud dicit, quam se propterea hoc dixisse, ut discas malas actiones in regnum non introducere. Nam post resurrectionem statim de regno inducit sermonem; et ideo subjungit: *Neque corruptio incorruptelam possidebit.* Hoc est, vitium non possidet gloriam illam et perceptionem ac fructum incorruptibilium rerum. Etenim multis in locis rursus usus est hac appellatione, dicens: *Qui seminat in carnem, ex carne metet corruptionem* (Gal. 6. 8). Si autem diceret de corpore, non autem de mala actione, non dixisset corruptionem; nusquam enim corpus vocat corruptionem; neque enim corruptio est, sed corruptibile. Quamobrem procedens, et de eo disserens, non id dicit corruptionem, sed corruptibile, dicens: *Oportet corruptibile hoc induere incorruptionem.* Deinde cum de vitæ agendæ ratione absolvisset admonitionem; quod semper solet facere, argumentum argumento continuo admiscens, revertitur rursus ad loquendum de resurrectione, sic dicens: 51. *Eccæ mysterium vobis dico.*

2. Venerandum quidpiam et arcanum, et quod non omnes norunt, est dicturus: quod etiam ostendit magnum honorem quo eos afficit, nempe eis arcana dicere. Quid hoc autem est? *Non omnes quidem moriemur, et omnes immutabimur.* Hoc est autem quod dicit: Non omnes quidem moriemur, omnes autem immutabimur, etiam qui non moriuntur: nam illi quoque sunt mortales. Ne ergo quoniam morieris, propterea, inquit, timeas tamquam non resurrecturus: sunt enim, sunt etiam aliqui qui hoc effugient; et tamen hoc eis non sufficit ad illam resurrectionem, sed oportet illa quoque corpora quæ non moriuntur, immutari et transire ad incorruptionem. 52. *In momento, in ictu oculi, in novissima tuba.* Quoniam multum disputavit de resurrectione, tunc opportune ostendit id quod est in ea admirabile et præter opinionem. Non est enim hoc solum mirabile, quod primum putrescent corpora et tunc resurgunt, inquit; et quod iis, quæ nunc sunt, meliora ac præstantiora quæ resurgunt; et quod ad longe meliorem transeant conditionem, neque quod unusquisque quod proprium est accipiat, et nullus quod alterius: sed quod tam multa, tanta et talia, et quæ omnem superant rationem et mentem, fiant in momento. Et hoc significans manifestius, *In ictu oculi*, dicit, id est, quanto tempore clauditur cilium. Deinde quoniam dixit rem magnam et stupore plenam, si res tot et tantæ tam repente fiant, subjungit ad demonstrationem, reddens credibile quod dicitur: *Canet enim tuba, et mortui resurgent incorrupti, et nos immutabimur.* Illud, *Nos*, non dicit de seipso, sed de iis qui tunc inveniuntur viventes. 53. *Oportet enim corruptibile hoc induere incorruptionem.* Ne enim, cum audieris quod caro et sanguis regnum Dei non possidebit, existimes corpora non resurgere, subjungit: *Oportet corruptibile*

τως ἀπολοῦνται καὶ τελευτήσουσιν. *Ὁλος ὁ ἐπουράνιος, τοιοῦτοι καὶ οἱ ἐπουράνιοι.* Οὕτω μενούσιν ἀθάνατοι καὶ λάμποντες. *Τί οὖν; οὐχὶ καὶ οὗτος ἀπέθανε; Ἀπέθανε μὲν, ἀλλ' οὐδὲν ἐντεῦθεν παρεβλάθη, ἀλλὰ καὶ ταύτη τὸν θάνατον κατέλυσεν.* Εἶδες πῶς κἀντεῦθεν τῷ θανάτῳ τὸ περὶ τῆς ἀναστάσεως συνέστηκε δόγμα; Ἐχων γὰρ, ὅπερ [595] ἐφθην εἰπὼν, τὴν ἀρχὴν καὶ τὴν κεφαλὴν, φησί, μὴ ἀμφιβαλλε περὶ τοῦ σώματος παντός. Πλὴν καὶ τὴν περὶ πολιτείας ἀρίστην ἐντεῦθεν γυμνάζει παραινέσειν, ὑποδείγματα ὑψηλοῦ καὶ φιλοσόφου βίου, καὶ οὐ τοιοῦτου τιθείς, καὶ τούτων ἀμφοτέρων παράγων τὰς ἀρχάς, τοῦ μὲν τὸν Χριστὸν, τοῦ δὲ τὸν Ἀδάμ. Διὰ τοῦτο οὐδὲ ἀπλῶς εἶπεν, Ἐκ γῆς, ἀλλὰ, *Χοϊκός, τουτέστι, παχὺς, τοὺς παρούσι προσηλωμένους· καὶ πάλιν ἐπὶ τοῦ Χριστοῦ τούναντιον, Ὁ Κύριος ἐξ οὐρανοῦ.* Εἰ δὲ λέγοιεν τινες διὰ τοῦτο μὴ ἔχειν τὸν Κύριον σῶμα, διὰ τὸ, *Ἐξ οὐρανοῦ, εἰρησθαι, ἱκανὰ μὲν καὶ τὰ εἰρημένα πάλαι ἐμφράξει αὐτῶν τὰ στόματα, οὐδὲν δὲ κωλύει καὶ ἐντεῦθεν αὐτοὺς ἐπιστομίσαι. Τί γὰρ ἐστίν, Ὁ Κύριος ἐξ οὐρανοῦ; τὴν φύσιν λέγει, ἢ τὴν ἀρίστην πολιτείαν; Παντί που δῆλον, ὅτι τὴν πολιτείαν διὰ καὶ ἐπάγει·* *Καθὼς ἐφορέσαμεν τὴν εἰκόνα τοῦ χοϊκοῦ* (τουτέστι, καθὼς φαῦλα ἐπράξαμεν), *φορέσωμεν καὶ τὴν εἰκόνα τοῦ ἐπουρανοῦ*· τουτέστιν, Ἀρίστα πράξομεν. *Χοϊκός δὲ τούτων, κἀκεῖνό σε ἡδέως ἂν ἐροίμην·* Περὶ φύσεως εἰρηται· *Ὁ ἐκ γῆς χοϊκός, καὶ, Ὁ Κύριος ἐξ οὐρανοῦ; Ναι, φησί. Τί οὖν; χοϊκός μόνον ἦν ὁ Ἀδάμ, ἢ καὶ ἄλλην τινὰ εἶχεν οὐσίαν συγγενῆ τοῖς ἄνω καὶ ἀσαμάτοις, ἢ ψυχὴν καλεῖ ἡ Γραφή καὶ πνεῦμα; Παντί που δῆλον, ὅτι καὶ ταύτην. Οὐκ οὖν οὐδὲ ὁ Κύριος ἦν ἄνωθεν μόνον, εἰ καὶ ἐξ οὐρανοῦ λέγοιτο, ἀλλὰ καὶ σὰρκα ἀνείληφει. Ὁ δὲ λέγει, τοιοῦτόν ἐστι·* *Καθὼς ἐφορέσαμεν τὴν εἰκόνα τοῦ χοϊκοῦ, τὰς πονηρὰς πράξεις, φορέσωμεν καὶ τὴν εἰκόνα τοῦ ἐπουρανοῦ, τὴν πολιτείαν τὴν ἐν τοῖς οὐρανοῖς.* Εἰ δὲ περὶ φύσεως ἦν ὁ λόγος, οὐ παρακλήσεως ἔδειτο τὸ πρᾶγμα οὐδὲ συμβουλήσῃ· ὥστε κἀντεῦθεν δῆλον, ὅτι περὶ πολιτείας τὸ λεγόμενον. Διὰ καὶ συμβουλευτικῶς εἰσάγει τὸν λόγον, καὶ εἰκόνα καλεῖ, καὶ ταύτη πάλιν δηλῶν ὅτι περὶ πράξεως, οὐ περὶ φύσεως λέγει. Καὶ γὰρ διὰ τοῦτο ἐγενόμεθα χοϊκοί, ἐπειδὴ πονηρὰ ἐπράξαμεν οὐκ ἐπειδὴ ἐξ ἀρχῆς χοϊκοὶ διεπλάσθημεν, ἀλλ' ἐπειδὴ ἡμάρτομεν. Καὶ γὰρ ἡ ἁμαρτία πρῶτον, καὶ τότε ὁ θάνατος, καὶ τὸ, *Γῆ ἐστὶ, καὶ εἰς γῆν ἀπελεύσῃ*· τότε καὶ ὁ τῶν παθῶν εἰσῆλθεν ἐσμός. Οὐδὲ γὰρ τὸ, ἐκ γῆς γεγενῆσθαι, ποιεῖ χοϊκὸν ἀπλῶς, ἐπεὶ καὶ ὁ Κύριος ἀπὸ τῆς μάξης καὶ τοῦ φεράματος τούτου ἦν, ἀλλὰ τὸ γῆνα πράττειν· ὥσπερ οὖν καὶ ἐπουράνιον τὸ ἀξία τῶν οὐρανῶν ἐπιδείξασθαι. Ἀλλὰ γὰρ τί χρὴ περιττὰ πονεῖν τοῦτο κατασκευάζοντα; προῖων γὰρ ἡμῖν αὐτὸς ἐκκαλύπτει τὸ νόημα, οὕτω λέγων· *Τοῦτο δὲ φημι, ἀδελφοί, ὅτι σὰρξ καὶ αἷμα βουσιλείαν Θεοῦ οὐ κληρονομήσουσιν.* Εἶδες πῶς ἑαυτὸν ἐρμηνεύει πάλιν, ἀπαλλάττων ἡμᾶς πραγμάτων; ὁ πολλαχοῦ ποιεῖ. *Σὰρκα γὰρ ἐνταῦθα τὰς πονηρὰς πράξεις; καλεῖ, ὁ καὶ ἀλλαχοῦ πεποιήκεν, ὡς ὅταν λέγῃ· Ὑμεῖς δὲ οὐκ ἐστέ ἐν σαρκί· καὶ πάλιν, οἱ δὲ*

[596] *ἐν σαρκὶ ὄντες, Θεῷ ἀρέσαι οὐ δύνανται.* Ὅστε ὅταν λέγῃ, *Τοῦτο δὲ φημι*, οὐδὲν ἄλλο λέγει, ἢ ὅτι διὰ τοῦτο ταῦτα εἶπον, ἵνα μάθῃς ὅτι πονηρὰ πράξεις εἰς βασιλείαν οὐκ εἰσάγουσιν. Ἀπὸ γὰρ τῆς ἀναστάσεως εὐθέως καὶ τὸν τῆς βασιλείας εἰσῆγαγε λόγον· διὰ καὶ ἐπήγαγεν· *Οὐδὲ ἡ φθορὰ τὴν ἀφθαρσίαν κληρονομεῖ*· τουτέστιν, ἡ κακία τὴν δόξαν ἐκείνην καὶ τὴν τῶν ἀφθάρτων πραγμάτων ἀπόλαυσιν. Καὶ γὰρ πολλαχοῦ πάλιν τῇ προσηγορίᾳ ταύτῃ τὴν κακίαν ἐκάλεσεν εἰπὼν· *Ὁ σπείρων εἰς τὴν σὰρκα, ἐκ τῆς σαρκὸς θερίσει φθορὰν.* Εἰ δὲ περὶ σώματος ἔλεγεν, ἀλλ' οὐ περὶ πονηρᾶς πράξεως, οὐκ ἂν εἶπε φθορὰν· οὐδαμοῦ γὰρ τὸ σῶμα φθορὰν καλεῖ· οὐδὲ γὰρ ἐστὶ φθορὰ, ἀλλὰ φθαρτόν. Διὰ προῖων καὶ περὶ αὐτοῦ διαλεγόμενος, οὐκ εἶπεν αὐτὸ φθορὰν, ἀλλὰ φθαρτόν, λέγων· *Δεῖ γὰρ τὸ φθαρτόν τοῦτο ἐνδύσασθαι ἀφθαρσίαν.* Εἶτα τὴν περὶ πολιτείας πληρώσας παραινέσειν, ὅπερ αἰεὶ ποιεῖ, ὑποθέσειν ὑποθέσει συνεχῶς ἀναμιγνύς, εἰς τὸν περὶ ἀναστάσεως πάλιν τῶν σωμάτων ἐκβαίνει λόγον, οὕτω λέγων· *Ἰδοὺ μυστήριον ὑμῖν λέγω.*

β. Φρικτόν τι καὶ ἀπόρρητον, καὶ ὁ μὴ πάντες ἴσασι, μέλλει λέγειν· ὁ καὶ πολλὴν ἐνδείκνυται τὴν εἰς αὐτοὺς τιμὴν, τὸ τὰ ἀπόρρητα λέγειν αὐτοῖς. Τί δὲ τοῦτό ἐστι; *Πάντες μὲν οὐ κοιμηθησόμεθα, πάντες δὲ ἀλλαγησόμεθα.* Ὁ δὲ λέγει τοῦτό ἐστιν· Οὐ πάντες μὲν ἀποθανοῦμεθα, πάντες δὲ ἀλλαγησόμεθα, καὶ οἱ μὴ ἀποθνήσκοντες· θνητοὶ γὰρ κἀκεῖνοι. Μὴ τοῖνον, ἐπειδὴ ἀποθνήσκεις, διὰ τοῦτο δείσῃς, φησίν, ὡς οὐκ ἀναστησόμενος· εἰσὶ γὰρ τινες, εἰσὶν, οἱ καὶ τοῦτο διαφεύξονται· καὶ ὁμως οὐκ ἄρκει τοῦτο αὐτοῖς εἰς τὴν ἀνάστασιν ἐκείνην, ἀλλὰ δεῖ καὶ ἐκεῖνα τὰ σώματα τὰ μὴ ἀποθνήσκοντα ἀλλαγῆναι, καὶ εἰς ἀφθαρσίαν μεταπεσεῖν. *Ἐν ἀτόμῳ, ἐν βίῳ ὄσθαλλοῦ, ἐν τῇ ἐσχάτῃ σάλπιγγι.* Ὅτε πολλὰ περὶ ἀναστάσεως διελέχθη, τότε εὐκαιρῶς καὶ τὸ πολὺ παράδοξον αὐτῆς δείκνυσθαι. Οὐ γὰρ τοῦτο θαυμαστὸν μόνον, ὅτι σήπεται πρῶτον τὰ σώματα, καὶ τότε ἀνίσταται, φησίν, οὐδ' ὅτι βελτίονα τῶν νῦν τὰ ἐκ τῶν σηπομένων ἀνιστάμενα, οὐδ' ὅτι ἐπὶ πολλῶν μείζονα λῆξιν μεταβαίνει, οὐδ' ὅτι ἕκαστος τὸ ἴδιον ἀπολαμβάνει καὶ οὐδεὶς τὸ ἐτέρου, ἀλλ' ὅτι τὰ τοσαῦτα καὶ τηλικαῦτα καὶ πάντων λογισμῶν καὶ νοῦν ὑπερβαίνοντα ἐν ἀτόμῳ γίνεται, τουτέστιν, ἐν ἀκαριαίῳ χρόνῳ. Καὶ δηλῶν σαφέστερον τοῦτο, *Ἐν βίῳ ὄσθαλλοῦ, φησίν*· ὅσον μῦσαι βλέφαρον. Εἶτα ἐπειδὴ μέγα εἶπε καὶ ἐκστάσεως γέμον, εἰ τοσαῦτα καὶ τηλικαῦτα πράγματα οὕτω γίνηται ταχέως· ἐπάγει εἰς ἀπόδειξιν τὸ ἀξιόπιστον τοῦ ἐργαζομένου, λέγων· *Σαλπίζει γὰρ, καὶ οἱ νεκροὶ ἐγερθήσονται ἀφθαρτοί, καὶ ἡμεῖς ἀλλαγησόμεθα.* Τὸ, *Ἡμεῖς*, οὐ περὶ ἑαυτοῦ λέγει, ἀλλὰ περὶ τῶν ζώντων τῶν τότε εὐρισκομένων. *Δεῖ γὰρ τὸ φθαρτόν τοῦτο ἐνδύσασθαι ἀφθαρσίαν.* Ἴνα γὰρ μὴ ἀκούσας τις, ὅτι σὰρξ καὶ αἷμα βασιλείαν Θεοῦ οὐ κληρονομήσει, [397] νομίση τὰ σώματα μὴ ἀνίστασθαι, ἐπήγαγεν, ὅτι *Δεῖ τὸ φθαρτόν τοῦτο ἐνδύσασθαι ἀφθαρσίαν, καὶ τὸ θνητὸν τοῦτο ἐνδύσασθαι ἀθάνασίαν, καὶ τὸ θνητὸν δὲ τὸ σῶμα, καὶ θνητὸν τὸ σῶμα.* Ὅστε τὸ σῶμα μένει· αὐτὸ γὰρ ἐστὶ τὸ ἐνδύομενον· ἢ δὲ θνη-

τότης καὶ ἡ φοβρὰ ἀφανίζεται, ἀθανασίας καὶ ἀφθαρσίας ἐπιούσης αὐτῷ. Μὴ τοίνυν ἀμφίβαλλε λοιπὸν πῶς ἄπειρον ζήσεται ζωὴν, ὅταν ἀκούσης, ὅτι ἀφθαρτὸν γίνεται. Ὅταν δὲ τὸ φθαρτὸν τοῦτο ἐνδύσῃται ἀφθαρσίαν, καὶ τὸ θνητὸν τοῦτο ἐνδύσῃται ἀθανασίαν, τότε γενήσεται ὁ λόγος ὁ γεγραμμένος· Κατεπόθη ὁ θάνατος εἰς νίκος. Ἐπειδὴ γὰρ μεγάλη καὶ ἀπόρρητος εἶπε, πάλιν ἀπὸ προφητείας πιστοῦται τὸν λόγον· Κατεπόθη ὁ θάνατος εἰς νίκος, τουτέστιν, εἰς τέλος, αὐδὲ λείψανον αὐτοῦ μένει, οὐδὲ ὑποστραφῆς ἔλπις, τῆς ἀφθαρσίας τὴν φοβρὰν ἀναλωσάσης. Ποῦ σου, θάνατε, τὸ κέντρον; ποῦ σου, ᾄδῃ, τὸ νίκος; Εἶδες ψυχὴν γενναίαν; Καὶ γὰρ ὡς νικητῆρια θύων, καὶ ἐνθους γενόμενος, καὶ ὁρῶν ἦδη ὡς γεγενημένα τὰ μέλλοντα, ἐνάλλεται καὶ ἐπεμβαίνει τῷ θανάτῳ κειμένῳ, καὶ τὴν ἐπινίκιον ἀλαλάζει φωνὴν κατὰ τῆς τούτου κεφαλῆς κειμένης, μεγάλη βῶν καὶ λέγων· Ποῦ σου, θάνατε, τὸ κέντρον; ποῦ σου, ᾄδῃ, τὸ νίκος; Οἴχεται καὶ ἀπόλωλε καὶ ἰσχυρίζεται παντελῶς, καὶ εἰκὴ πάντα ἐκεῖνα ἐποίησας. Οὐδὲ γὰρ ἀφώπλισε μόνον αὐτὸν οὐδ' ἐνίκησεν, ἀλλὰ καὶ ἀπώλεσε, καὶ εἰς τὸ μηδὲ ὄλωσ εἶναι κατέστησε. Τὸ δὲ κέντρον τοῦ θανάτου, ἡ ἀμαρτία· ἢ δὲ δύναμις τῆς ἀμαρτίας, ὁ νόμος. Ὁρᾷς πῶς περὶ θανάτου σωματικοῦ ὁ λόγος; Οὐκοῦν καὶ περὶ ἀναστάσεως σωματικῆς. Εἰ γὰρ μὴ ἀνίσταται ταῦτα, πῶς κατεπόθη ὁ θάνατος; Καὶ οὐ τοῦτο μόνον, ἀλλὰ πῶς δύναμις τῆς ἀμαρτίας ὁ νόμος; Ὅτι μὲν γὰρ κέντρον τοῦ θανάτου ἡ ἀμαρτία, καὶ χαλεπωτέρα ἐκείνου, καὶ ἐν αὐτῇ τὴν ἰσχύον οὗτος ἔχει, δηλον· πῶς δὲ ταύτης καὶ δύναμις ὁ νόμος; Ὅτι χωρὶς αὐτοῦ ἀσθενὴς ἦν, πρᾶττομένη μὲν, οὐ δυναμένη δὲ οὕτω καταδικάσαι. Τὸ μὲν γὰρ κακὸν ἐγένετο, σαφῶς δὲ οὐκ ἐδείκνυτο οὕτως. Ὅστε οὐ μικρὸν εἰσθηνεγεν ὁ νόμος τὸ καὶ γνωρίσαι τὴν ἀμαρτίαν μᾶλλον καὶ ἐπιτείνειν τὴν κώλασιν. Εἰ δὲ βουλούμενος κωλύσαι χαλεπωτέραν ἀπέφηεν, οὐ παρὰ τὸν ἰατρὸν τὸ ἐγκλημα, ἀλλὰ παρὰ τὸν κικῶς τῷ φαρμάκῳ χρησάμενον· ἐπεὶ καὶ ἡ παρουσία τοῦ Χριστοῦ μᾶλλον ἐθάρρησε τοὺς Ἰουδαίους· ἀλλ' οὐ διὰ τοῦτο αὐτῇ ἐγκαλέσομεν, ἀλλὰ ταύτην μὲν καὶ θαυμασόμεθα, ἐκεῖνους δὲ μειζύως μισήσομεν βλαβέντας δι' ὧν ὠφελείσθαι ἔδει. Ὅτι γὰρ οὐκ αὐτὸς τὴν ἀμαρτίαν ἐδυναμύωσεν, ὁ Χριστὸς αὐτὸς ἠπλήρωσεν ἅπαντα, καὶ ἀμαρτίας ἐκτὸς ἦν. Σὺ δὲ μοι ἀκόπει, πῶς καὶ ἐντεῦθεν τὴν ἀνάστασιν πιστοῦται. Εἰ γὰρ τοῦτο θανάτου αἴτιον τὸ ἀμαρτάνειν, ὁ δὲ Χριστὸς ἐλώων ἔλυσε τὴν ἀμαρτίαν, καὶ ἡμᾶς αὐτῆς διὰ τοῦ βαπτίσματος ἀπέλλαξε, καὶ μετὰ τῆς ἀμαρτίας [598] καὶ τὸν νόμον ἔπαυσεν, οὐ παραβαινομένου αὕτη συνίσταται, τί λοιπὸν ἀμφιδόλλεις περὶ τῆς ἀναστάσεως; πόθεν γὰρ λοιπὸν ὁ θάνατος κρατήσεται; Ἀπὸ τοῦ νόμου; Ἄλλ' ἐλύθη οὗτος. Ἄλλ' ἀπὸ τῆς ἀμαρτίας; Ἄλλ' ἀνηρέθη αὕτη. Τῷ δὲ Θεῷ χάρις τῷ δόντι ἡμῖν τὸ νίκος διὰ τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ.

γ'. Τὸ μὲν γὰρ τρόπαιον αὐτῆς ἔστησε, τῶν δὲ στεφάνων καὶ ἡμᾶς ἀπολαύσαι ἐποίησε, καὶ τοῦτο οὐκ ἐξ ὀφειλῆς, ἀλλ' ἀπὸ φιλανθρωπίας μόνης. Ἄρα οὖν,

ἀδελφοί, ἐδραῖοι γίνεσθε, ἀμετακίνητοι. Δικαία λοιπὸν καὶ εὐκαιρὸς ἡ παραίνεσις· οὐδὲν γὰρ οὕτω σαλεύει, ὡς τὸ εἰκὴ νομίζειν κόπτεσθαι καὶ μάτην. Περισεύοντες ἐν τῷ ἔργῳ τοῦ Κυρίου πάντοτε· τουτέστιν, ἐν τῷ βίῳ τῷ καθαρῷ. Καὶ οὐκ εἶπεν, Ἐργαζόμενοι τὸ αγαθόν, ἀλλὰ, Περισεύοντες, ἵνα μετὰ περιουσίας αὐτὸ ποιῶμεν, καὶ τὰ ἀκάμματα ὑπερβαίνομεν. Εἰδότες ὅτι ὁ κόπος ὧμων οὐκ ἔστι κενὸς ἐν Κυρίῳ. Τί λέγεις; πάλιν κόπος; Ἄλλὰ στεφάνους ἔχων, καὶ ὑπὲρ τῶν οὐρανῶν. Ὁ μὲν γὰρ πρότερος ὁ μετὰ τὸν παράδεισον, κόλασις τῶν ἀμαρτηθέντων· οὗτος δὲ ὑπέθεσις τῶν μελλόντων βραβείων. Ὅστε οὐδ' ἂν εἴη κόπος ταύτη τε καὶ τῷ πολλῆς τῆς ἀνωθεν ἀπολαύειν βοήθειας· διὰ καὶ ἐκηγάγεν. Ἐν Κυρίῳ. Ὁ μὲν γὰρ πρότερος, ἵνα δίκην δώμεν· οὗτος δὲ, ἵνα τῶν μελλόντων τύχωμεν αγαθῶν. Μὴ τοίνυν καθευδόμεν, ἀγαπητοί· αὐ γὰρ ἔστιν, οὐκ ἔστι βραθυμούντα τῆς βασιλείας τῶν οὐρανῶν ἐπιτυχεῖν, οὐδὲ τρυφῶντας καὶ μαλακισομένους. Ἀγαπητὸν γὰρ κατατεινομένους καὶ ὑπωπιάζοντας τὸ σῶμα, καὶ μυρία ὑπομένοντας ἐπίπονα, δυνηθῆναι τυχεῖν τῶν αγαθῶν ἐκείνων. Ἡ οὐχ ὄρατε τοῦτι τὸ μέσον τοῦ οὐρανοῦ πρὸς τὴν γῆν ὅσον ἔασι, καὶ ἡλίκοις ὁ πόλεμος ἐφέστηκε, καὶ πῶς οὐδ' ἄλλο τι ἀνθρώπου πρὸς τὴν κακίαν, καὶ πῶς εὐπερίστατον ἡ ἀμαρτία, καὶ ὅσαι ἐν μέσῳ παγίδες; Τί τοίνυν τοσαύτας ἐπισυρόμεθα φροντίδας ἐκτὸς τῶν φυσικῶν, καὶ πλείονα παρέχομεν ἑαυτοῖς πράγματα, καὶ μείζονα ποιούμεν τὰ φορτία; οὐκ ἀρκεῖ τὸ ὑπὲρ γαστρὸς φροντίζειν καὶ ἱματίων καὶ οἰκίας; οὐκ ἀρκεῖ ἡ μέριμνα τῶν ἀναγκαίων; Καίτοι γε καὶ τούτων ἀπηγάγεν ὁ Χριστὸς, λέγων· Μὴ μεριμνήσητε τῇ ψυχῇ ὧμων τί φάγητε, μηδὲ τῷ σώματι ὧμων τί ἐνδύσησθε. Εἰ δὲ ὑπὲρ τῆς ἀναγκαίας τροφῆς καὶ περιβολῆς μεριμνᾶν οὐ χρὴ, οὐδὲ ὑπὲρ τῆς ἐπιούσης; ἡμέρας, οἱ τὸν τοσοῦτον φροντὸν ἐπεισάγοντες, καὶ καταγωννύντες ἑαυτοὺς, πότε δυνησονται ἀνανεῦσαι; Οὐκ ἤκουσας Παύλου λέγοντος, Οὐδεὶς στρατευόμενος ἐμπλέκεται ταῖς τοῦ βίου μερίμναις^b; Ἡμεῖς δὲ καὶ τρυφῶμεν καὶ γαστριζόμεθα καὶ μεθύομεν, καὶ ὑπὲρ μὲν τῶν ἔξω κοπιόμεθα πραγμάτων, ἐν δὲ τοῖς τοῦ οὐρανοῦ μαλακισόμεθα. Οὐκ ἴστε ὅτι ὑπὲρ ἀνθρώπου ἡ ἐπαγγελία; Οὐκ ἔστι χαμαὶ βαδίζοντα τῶν οὐρανίων ἀψίδων ἐπιβῆναι· ἡμεῖς δὲ οὐ κατὰ ἀνθρώπου σπουδάζομεν ζῆν, ἀλλὰ καὶ ἀλόγων ἐγενόμεθα χεῖρους. Οὐκ ἴστε παῖν παραστησόμεθα βήματα; οὐκ ἐνοεῖτε [599] ὅτι καὶ βήμάτων καὶ ἐνθυμημάτων ἀπαιτούμεθα δίκαις, καὶ οὐδὲ πραγμάτων φροντίζομεν; Ὁ γὰρ ἐμβλέψας γυναῖκι, φησὶ, πρὸς τὸ ἐπιθυμῆσαι αὐτῆς, ἦδη ἐμολχευσεν αὐτήν. Ἄλλ' ὅμως οἱ καὶ θύεως περιέρπου λόγον ὑπέχοντες, οὐ παραιτοῦνται καὶ αὐτῇ ἐνοήσασθαι τῇ ἀμαρτίᾳ. Ὁ λέγων τῷ ἀδελφῷ αὐτοῦ, Μωρὲ, εἰς τὴν γέενναν ἐμπσεῖται· ἡμεῖς δὲ οὐδὲ τοῦ μυρίοις αὐτοὺς καταισχύειν οὐκ ἐπίδοι καὶ ποικίλων ἐπιδουλεύειν ἀφιστάμεθα. Ὁ τὸν φιλοῦντα φιλῶν, οὐδὲν ἔχει τοῦ ἐθνικοῦ πλέον· ἡμεῖς δὲ καὶ τούτοις βασκαίνομεν. Τίνα οὖν ἔξομεν συγγνώμην, ἕταν, ὑπερβῆναι τὰ

^b Legendum est ὁ Χριστὸς αὐτὸν, ut legit Genianus Helvetus.

^c In editione Novi Testamenti Graeca legitur πραγματείαις.

hoc induere incorruptionem, et mortale hoc induere immortalitatem. Corruptibile autem est corpus, et mortale. Ideo corpus manet: corpus enim est subiectum induens: mortalitas autem et corruptio deletur et evanescit, ad ipsum accedente immortalitate et incorruptione. Noli ergo deinceps dubitare quomodo vitam vivet infinitam, cum audieris quod fiat incorruptibile et interitui non obnoxium. 54. *Cum autem corruptibile hoc induerit incorruptionem, et mortale hoc induerit immortalitatem, tunc fiet sermo qui scriptus est, Absorpta est mors in victoria.* Nam quoniam magna dixit et arcana, rursus id quod dicit credibile et fide dignum facit ex prophetia: *Absorpta est, inquit, mors in victoria.* Hoc est, in finem; ne manent quidem, inquit, ejus reliquæ, neque spes est reditus, cum incorruptio consumpserit corruptionem et interitum. 55. *Ubi est, mors, victoria tua? ubi est, inferne, stimulus tuus?* Vidisti fortem et generosam animam? Nam tamquam pro victoria sacrificans, et Deo afflatus, et futura videns quasi jam facta, insilit et jacenti morti insultat, et in caput ejus jacens de victoria exultantem emittit vocem, clamans et dicens, *Ubi est, mors, stimulus tuus? ubi est victoria tua, inferne?* Periit et penitus evanuit, et temere fecisti illa omnia. Non solum enim eam armis exiit et vicit, sed etiam perdidit, et eo redegit ut ne esset quidem penitus. 56. *Stimulus autem mortis peccatum est: virtus vero peccati, lex.* Viden' quomodo loquatur de morte corporali? Ergo loquitur etiam de resurrectione corporis. Nam si hæc non resurgunt, quomodo est mors absorpta? Nec hoc solum, sed etiam quomodo peccati virtus est lex? Nam quod peccatum sit stimulus mortis, et illa gravius, et hæc in ipso vim habeat, id manifestum est: quomodo autem ejus quoque virtus est lex? Quoniam absque ea erat imbecillum, ut quod fieret quidem, non posset autem perinde condemnare. Nam fiebat quidem malum, non ita autem aperte indicabatur. Quamobrem lex non parum contulit ad cognoscendum peccatum, imo vero etiam ad augendum supplicium. Si autem dum vellet prohibere, id reddidit gravius, non est culpa in medicum conferenda, sed in eum qui male usus est medicamento. Nam Christi quoque adventus gravis fuit ac molestus Judæis; sed non ideo eum vituperabimus, sed eum quidem etiam admirabimur, illos autem magis odio habebimus, qui læsi sunt per ea quæ debebant eis prodesse. Nam quod ipsa lex vim non dederit peccato, Christus ipsam totam implevit, et erat extra peccatum. Tu autem mihi considera, quomodo hinc quoque facit fidem resurrectioni. Nam si ipsum peccare erat causa mortis, Christus autem cum venisset solvit peccatum, et nos ab ipso liberavit per baptismum, et cum peccato legem quoque solvit ac fregit, quæ dum violatur ac transilitur, ipsum consistit: quid adhuc dubitas de resurrectione? quomodo enim mors postea dominatum obtinebit? num per legem? Sed ea est soluta et abrogata. At per peccatum? Sed id est penitus delictum. 57. *Deo autem gratias, qui dedit nobis victoriam per Dominum nostrum Jesum Christum.*

5. Nam tropæum quidem ipse erexit, coronis autem nos quoque frui curavit, idque non ex debito, sed sola sua benignitate. 58. *Itaque, fratres, stabiles estote et immobiles.* Justa jam est et opportuna adhortatio. Nihil enim adeo labefactat facitque vacillare, atque existimare se temere affligi et sine causa. *Abundantes in opere Domini semper;* hoc est, in vita munda. Nec dixit, Bonum operantes, sed *Abundantes*, ut hoc faciamus cum abundantia et septa transiliamus. *Scientes quod labor vester non est inanis in Domino.* Quid dicis? rursus labor? Labor quidem, sed qui habet coronas, et suscipitur pro cælis. Nam prior quidem, qui fuit post paradisum, est pœna peccatorum admissorum; hic autem est fundamentum futurorum præmiorum. Quamobrem nec hac ratione fuerit labor, et quod superne magnum nobis detur auxilium: et ideo subjunxit: *In Domino.* Nam prior quidem fuit ut daremus pœnas, hic autem ut bona futura consequamur. Ne ergo dormiamus, dilecti. Neque enim fieri potest, ut, si pigri sumus et ignavi, regnum cælorum consequamur, neque si in deliciis agamus mollesque simus et effeminati. Præclare enim nobiscum agetur, si corpus affligentes et castigantes, et innumerabiles sufferentes ærumnas, difficultates et labores, possimus bona illa consequi. Annon videtis quantum inter cælum et terram intermedium sit spatium? et quantum bellum immineat, et quam sit homo propensus ad vitium, et quomodo nos circumstet peccatum, et quam multi in medio sint laquei? Cur tam multas ergo curas attrahimus extra naturalia et nobis plura exhibemus negotia, majoraque imponimus onera? non sufficit ventris et vestium et domus curam gerere? non sufficit sollicitudo de iis quæ sunt necessaria? Quamquam etiam ab iis nos abduxit Christus, dicens: *Ne solliciti sitis animæ vestræ quid comedatis, neque corpori vestro, quid induamini (Matth. 6. 25).* Si autem de alimento necessario et indumento non oportet esse sollicitos, neque de die sequenti: qui tam multam attrahunt farraginem ac congeriem, et seipsos obruunt, quando poterunt emergere? Non audiisti Paulum dicentem: *Nemo militans implicatur hujus vitæ negotiis (2. Tim. 2. 4)?* Nos autem et deliciis operam damus et ventri indulgemus et inebriamur, et pro rebus quidem externis affligimur, in rebus autem cælestibus molles sumus et effeminati. An nescitis quod supra hominem est promissio? Non licet humi ingredienti cæli fastigium ascendere: nos autem non studemus vivere secundum hominem, sed et brutis evadimus deteriores. Nescitis coram quo sistemur tribunali? annon cogitatis quod et verborum et cogitationum a nobis exigetur ratio, et ne res quidem curamus? *Qui enim aspexit mulierem ad concupiscendum eam, jam est mœchatus (Matth. 5. 28).* Sed tamen qui etiam curiosi aspectus reddunt rationem, non recuant vel in ipso putrescere peccato. *Qui dicit fratri suo, Stulte, deturbabitur in gehennam (Ibid. v. 22).* Nos autem innumerabilia probra in eos torquere, et varie eis insidiari non desistimus. Qui dl-

ligit diligentem, non plus habet quam ethnicus: nos autem eis quoque invidemus. Quamnam ergo consequemur veniam, quando vetera jussi septa transilire, nostram vitæ agendæ rationem etiam illorum mensura contexamus minorem? quænam nos eripiet oratio? quis nobis aderit, et operam feret dum castigamur? Nullus, sed necesse est omnino ejulantes, lugentes, dentibus frementes, tormentis cruciatos, abduci in illas luce carentes tenebras, in dolores inevitabiles, in pœnas intolerabiles. Quamobrem rogo et obsecro, et vestra apprehendens genua supplico, donec habemus hoc parvum vitæ viaticum, ut iis quæ dicta sunt compungamur, convertamur, reddamur meliores: ne, sicut ille dives, inutiliter illic lamentemur cum excesserimus, et desicemus; fletus

autem nihil nobis remedii afferat. Nam sive patrem habeas, sive filium, sive quemvis alium qui apud Deum habeat fiduciam, nemo te eripiet, cum propria tua facta te prodant. Tale est enim illud iudicium: iudicat solum ex operationibus, nec aliter illic salvari esse licet. Hæc autem dico, non ut tibi dolorem inferam, non ut injiciam in desperationem, sed ne inani et frigida spe nutriti, et huic et illi fidentes, nostram negligamus virtutem. Nam si socordes fuerimus ac negligentes, non iustus, non propheta, non apostolus, nemo nobis aderit: si vero studium et diligentiam adhibuerimus, ex operibus sufficientem habentes defensionem, cum libertate ac fiducia fruemur etiam bonis, quæ sunt reposita iis qui Deum diligunt: quæ detur nobis omnibus consequi, etc.

HOMILIA XLIII.

CAP. 16. v. 1. *De collectis autem quæ fiunt in sanctos, sicut ordinavi Ecclesiis Galatiæ, ita et vos facite per unam sabbati.*

1. Absoluta oratione de dogmatibus, aggressurus eam quæ magis spectat ad mores, missis aliis, procedit ad summam bonorum, verba faciens de elemosyna. Sed cum de eo solo disseruisset, desinit; quamquam nusquam hoc fecit, sed de elemosyna, de temperantia, de mansuetudine, de lenitate, de patientia deque aliis omnibus disserit in aliis Epistolis in fine. Quare ergo ejus quod spectat ad mores hanc solam hic tractat partem? Quoniam eorum, quæ prius dicta sunt, plura magis pertinebant ad mores, per quæ castigavit fornicatorem, per quæ eos admonuit qui foris iudicio contendebant, per quæ terruit ebriosos et eos qui ventri indulgebant, per quæ eos condemnavit qui seditionem agitabant, contendebant, magistratumque et imperia ambibant, per quæ eos, qui indignè accedebant ad mysteria, illi intolerando tradidit supplicio, per quæ disseruit de caritate. Propterea ejus solum meminit quo maxime opus habebat, nempe opis ferendæ sanctis. Vide autem ejus solertiam: quando eis persuasit resurrectionem, eosque fecit promptiores et animo alacriores, tunc demum de eo quoque disserit. Atqui de his quoque antea disseruit, quando dicebat: *Si vos vobis spiritualia seminavimus, magnum est, si nos vestra carnalia metimus* (1. Cor. 9. 11); et, *Quis plantat vineam, et de fructu ejus non edit* (Ibid. v. 7)? Sed quoniam præclaræ hujus actionis noverat magnitudinem, non recusat hoc quoque addere fini epistolæ. *Αογλαν* autem collectam vocat, statim ab initio rem faciens levem: nam quando ab omnibus confertur, leve singulis est quod constituitur. Cum autem dixisset de collecta, non statim dixit: *Unusquisque vestrum apud se ponat, recondens quod ipsi placuerit*; quamquam hoc erat consequens; sed cum prius dixisset, *Sicut constitui Ecclesiis Galatiæ*, tunc hoc subjunxit, ea narrando quæ ab aliis fiebant, studium ipsis accendens, idque ponens loco narrationis. Quod etiam fecit scribens ad Romanos. Etenim cum illis videretur narrare, cur proficisceretur

Jerosolymam, sic sermonem iniecit de elemosyna: *Nunc autem vado Jerosolymam ministrans sanctis. Visum est enim Macedoniae et Achaiae communicationem quandam facere in pauperes sanctorum* (Rom. 15. 25. 26). Sed illos quidem per Macedones et Corinthios, hos autem etiam per Galatas adhortatur. *Sicut constitui*, inquit, *Ecclesiis Galatiæ, ita et vos facite*. Erubuissent enim videri inferiores Galatis. Non dixit autem, *Suasi* et consilium dedi, sed, *Constitui*: quod quidem majorem ostendit auctoritatem. Neque adducit unam, aut duas aut tres civitates, sed totam gentem: quod quidem facit etiam in dogmatibus, dicens: *Sicut et in omnibus Ecclesiis sanctorum*. Si hæc enim ad fidem faciendam dogmatibus est validum, multo magis ad annulationem. Quid ergo, dic quaeso, constituisti? 2. *Per unam sabbati*, hoc est, die Dominico, *unusquisque vestrum apud se seponat recondens quod ei bene placuerit*. Vide quomodo etiam adhortatur a tempore: dies enim erat idoneus ad eos adducendos ad elemosynam. Recordemini enim, inquit, quænam eo die consequenti estis. Bona enim ineffabilia, et radix et initium vitæ nostræ illa die facta sunt. Non hæc autem solum ratione aptum est tempus ad benignitatem prompto et alacri animo exercendam, sed et quod habeat quietem ac remissionem immunitatemque et vacationem a laboribus. Nam anima a laboribus libera redditur expeditior et aptior ad miserendum. Ad hæc autem, venerandis quoque ac immortalibus communicare mysteriis, magnam affert et immittit alacritatem. *In ea ergo unusquisque vestrum*, non absolute hic aut ille, sed *unusquisque*, sive sit pauper, sive dives, sive vir, sive mulier, sive servus, sive liber, *apud se seponat recondens*. Non dixit, *Ferat* in ecclesiam, ne propter paucitatem erubescant; sed cum ea quæ paulatim accedunt in collectionibus auxerit, cum accessero, tunc ostendat. Interim autem, inquit, *apud te sepone*, et domum tuam fac ecclesiam, arculam gazophylacium: esto custos sacrae pecuniæ, a te ipso ordinatus dispensator pauperum. Benignitas et humanitas dat tibi hoc sacerdotium. Hujus est symbolum ac signum quod nunc est gazophylacium. Sed

πελαϊά κελυόμενοι σκάμματα, καὶ ἐλάττονα ἐκείνου τοῦ μέτρου τὴν ἑαυτῶν πολιτείαν ὑφαίνωμεν; τίς ἡμᾶς ἐξαιρήσεται λόγος; τίς παραστήσεται καὶ βοηθήσει κολαζομένοις; Οὐκ ἔστιν οὐδεὶς, ἀλλ' ἀνάγκη πᾶτα οἰμῶζοντας, ὄδυρομένους, βρῦχοντας τοὺς ὀδόντας, στρεβλομένους εἰς τὸ σκότος ἀπάγεσθαι τὸ ἀφεγγές ἐκεῖνο, εἰς τὰς ἀπαιρήτους ὀδύνας, εἰς τὰς ἀνηκέστους τιμωρίας. Διὸ δέομαι καὶ παρακαλῶ, καὶ αὐτῶν ἄπτομαι τῶν γονάτων, ἕως ἂν ἔχωμεν τὸ μικρὸν τοῦτο τῆς ζωῆς ἐφόδιον, καταφυγῆναι τοῖς εἰρημένοις, ἐπιστραφῆναι, βελτίους γενέσθαι, ἵνα μὴ κατὰ τὸν πλοῦσον ἐκεῖνον ἀνήνυτα ἐκεῖ θρηγνύμεν ἀπελθόντες, καὶ ἀνίατα λοιπὸν ὀδυρώμεθα. Κἂν γὰρ πατέρα ἔχῃς, κἂν υἱὸν, κἂν φίλον, κἂν ὄντιναοῦν παρῆρησίαν ἔχοντα πρὸς τὸν Θεόν, οὐδεὶς σέ ποτε

ἐξαιρήσεται τούτων ὑπὸ τῶν οἰκείων ἔργων περιδιόσκων. Τοιοῦτον γὰρ ἐκεῖνο τὸ δικαστήριον· ἀπὸ τῶν πράξεων δικάζει μόνων, καὶ ἄλλως ἐκεῖ σωθῆναι οὐκ ἔνι. Καὶ ταῦτα λέγω, οὐχ ἵνα λυπήσω, οὐδ' ἵνα εἰς ἀπόγνωσιν ἐμβάλω, ἀλλ' ἵνα μὴ ματαίαις μὲν ψυχραῖς ἐλπίσι τρεφόμενοι, καὶ εἰς τὸν δεῖνα θάρβουντες, τῆς καθ' ἑαυτοὺς ἀμελήσωμεν ἀρετῆς. Ἄν μὲν γὰρ βραθυμήσωμεν, οὐ δίκαιος, οὐ προφήτης, οὐκ ἀπόστολος, οὐδεὶς ἡμῖν παραστήσεται· ἂν δὲ σπουδάσωμεν, ἀρκοῦσαν τὴν ἀπὸ τῶν ἔργων συνηγορίαν ἔχοντες, μετὰ παρῆρησίας ἀπολαυσόμεθα καὶ τῶν ἀγαθῶν τῶν ἀποκειμένων τοῖς τὸν Θεὸν ἀγαπῶσιν· ὧν γένοιτο πάντας ἡμᾶς ἐπιτυχεῖν, καὶ τὰ ἐξῆς.

^a Alius, προστήσεται.

ΟΜΙΛΙΑ ΜΓ'.

Περὶ δὲ τῆς λογίας τῆς εἰς τοὺς ἀγίους, καθὼς διέταξα ταῖς Ἐκκλησίαις τῆς Γαλατίας, οὕτω καὶ ὑμεῖς ποιήσατε.

α'. Ἀπαρτίσας τὸν περὶ τῶν δογμάτων λόγον, καὶ μέλλων εἰς τὸν ἠθικώτερον ἐμβαίνειν, πάντα τὰ ἄλλα ἀφεῖς, ἐπὶ τὸ κεφάλαιον τῶν ἀγαθῶν χωρεῖ, περὶ ἐλεημοσύνης ποιούμενος λόγον. Ἄλλὰ περὶ τούτου μόνου διαλεχθεὶς, ἀπαλλάττεται· καίτοι γε οὐδαμοῦ τοῦτο ἐποίησεν, ἀλλὰ περὶ ἐλεημοσύνης, καὶ περὶ [400] σωφροσύνης, καὶ περὶ πραότητος, καὶ περὶ μικροθυμίας, καὶ περὶ τῶν ἄλλων ἀπάντων διαλέγεται ἐν ταῖς ἄλλαις Ἐπιστολαῖς τελευτῶν. Τίνος οὖν ἔνεκεν ἔνταυθα τοῦ ἠθικοῦ τοῦτο μόνον γυμνάζει τὸ μέρος; Ὅτι καὶ τῶν ἔμπροσθεν εἰρημένων τὰ πλείονα ἠθικώτερα ἦν, δι' ὧν τὸν πόρνον ἐκόλασε, δι' ὧν τοὺς ἐξω δικαζομένους ἐσωφρόνιζε, δι' ὧν τοὺς μεθύοντας καὶ γαστριζομένους ἐφόδησε, δι' ὧν τοὺς στασιάζοντας καὶ φιλονεικοῦντας καὶ φιλαρχοῦντας κατεδίκασε, δι' ὧν τοὺς ἀναξίως τοῖς μυστηρίοις προσιόντας τῇ ἀπορήτῃ δίκῃ ἐκείνη παρέδωκε, δι' ὧν περὶ ἀγάπης διελέχθη. Διὰ δὲ τοῦτο, οὐ μάλιστα αὐτῷ ἔδει τῆς εἰς τοὺς ἀγίους ἐπικουρίας, τούτου μνηστῆται μόνου. Καὶ θεὰ τὴν σύνεσιν· ὅτε αὐτοὺς περὶ ἀναστάσεως ἔπεισε, καὶ προθυμότερους ἐποίησε, τότε λοιπὸν καὶ περὶ τούτου διαλέγεται. Καίτοι γε καὶ ὑπὲρ τούτων διελέχθη πρὸς αὐτοὺς ἔμπροσθεν, ὅτε ἔλεγεν· *Εἰ ἡμεῖς ὑμῖν τὰ πνευματικὰ ἐσπειράμεν, μέγα, εἰ ἡμεῖς ὑμῶν τὰ σαρκικὰ θερίσομεν*; καὶ, *Τίς φυτεύει ἀμπελῶνα, καὶ ἐκ τοῦ καρποῦ αὐτοῦ οὐκ ἐσθίει*; Ἄλλ' ἐπειδὴ ἦδει τοῦ κατορθώματος τὸ μέγεθος, οὐ παραιτεῖται καὶ τῷ τέλει τῆς Ἐπιστολῆς αὐτὸ προσθεῖναι. Λογίαν δὲ τὴν συλλογὴν καλεῖ, ἐκ προοιμιῶν εὐθέως κούφον τὸ πρᾶγμα ποιῶν· ὅταν γὰρ ἐξ ἀπάντων συνεισφέρηται, ἐκάστῳ κούφον γίνεται τὸ ἐπίταγμα. Εἰπὼν δὲ περὶ τῆς συλλογῆς, οὐκ εὐθέως εἶπεν, ἕκαστος ὑμῶν παρ' ἑαυτῷ τιθέτω θησαυρίζων· καίτοι γε τὸ ἀκόλουθον τοῦτο ἦν· ἀλλὰ πρῶτον εἰπὼν, *Καθὼς διέταξα ταῖς Ἐκκλησίαις τῆς Γαλατίας*, τότε τοῦτο ἐπήγαγεν, εἰς ζῆλον αὐτοὺς τῆ διηγῆσαι τῶν ἐτέροις κατορθουμένων ἄγων, καὶ ἐν τάξει διηγῆματος αὐτὸ θεῖς· ὃ καὶ Ῥωμαῖοις ἐπιστέλλων ἐποίησε. Καὶ γὰρ ἐκεῖνοις δο-

κῶν διηγῆσθαι τὴν πρόφασιν τῆς ἐπὶ τὰ Ἱεροσόλυμα ἀποδημίας, οὕτω τὸν περὶ ἐλεημοσύνης ἐμβάλλει λόγον, λέγων· *Νυνὶ δὲ πορεύομαι εἰς Ἱεροσόλυμα διακονῶν τοῖς ἀγίοις. Εὐδόκησε γὰρ Μακεδονία καὶ Ἀχαΐα κοινοῦσθαι τινὰ ποιήσασθαι εἰς τοὺς πτωχοὺς τῶν ἀγίων*. Ἄλλ' ἐκεῖνους μὲν διὰ Μακεδόνων καὶ Κορινθίων, τούτους δὲ διὰ Γαλατῶν προτρέπει. *Καθὼς διέταξα γὰρ, φησὶ, ταῖς Ἐκκλησίαις τῆς Γαλατίας, οὕτω καὶ ὑμεῖς ποιήσατε*. Καὶ γὰρ ἡσχύνοντο λοιπὸν ἐλάττους Γαλατῶν φανῆναι. Καὶ οὐκ εἶπε, Παρήνεσα καὶ συνεβούλευσα, ἀλλὰ, *Διέταξα*, ὅπερ αὐθεντικώτερον. Καὶ οὐκ παραγεῖ μίαν πόλιν καὶ δύο καὶ τρεῖς, ἀλλ' ὀλόκληρον ἔθνος· ὅπερ καὶ ἐπὶ τῶν δογμάτων ποιεῖ, λέγων· *Καθὼς καὶ ἐν πάσαις ταῖς Ἐκκλησίαις τῶν ἀγίων*. Εἰ γὰρ πρὸς δογμάτων πίστιν τοῦτο ἰσχυρὸν, πολλῷ μᾶλλον πρὸς ἔργων μίμησιν. Τί οὖν διέταξας, εἰπέ μοι; *Κατὰ μίαν σαββάτου*, τιντέστι, Κυριακῆν, *ἕκαστος ὑμῶν παρ' ἑαυτῷ τιθέτω θησαυρίζων ὃ τι ἂν εὐδοῶται*. Ὅρα πῶς καὶ ἀπὸ τοῦ καιροῦ προτρέπει· καὶ γὰρ ἡ ἡμέρα ἱκανὴ ἦν ἀγαγεῖν εἰς ἐλεημοσύνην. Ἀναμνήσθητε γὰρ, φησὶ, τίνων ἐτύχετε ἐν τῇ ἡμέρᾳ ταύτῃ. Τὰ γὰρ ἀπόρρητα ἀγαθὰ, καὶ ἡ ρίζα καὶ ἡ ἀρχὴ τῆς ζωῆς τῆς ἡμετέρας ἐν [401] ταύτῃ γέγονεν. Οὐ ταύτη δὲ μόνον ἐπιτήδειος ὁ καιρὸς εἰς προθυμίαν φιλανθρωπίας, ἀλλ' ὅτι καὶ ἄνεσιν ἔχει καὶ πόνων ἀτέλειαν. Ψυχὴ γὰρ ἀφισμένη μόθων, εὐκολωτέρα καὶ ἐπιτηδαιοτέρα πρὸς τὸ ἐλεεῖν γίνεται. Μετὰ δὲ τούτων καὶ τὸ μυστηρίων ἐν αὐτῇ κοινωνεῖν οὕτω φρικτῶν καὶ ἀθανάτων πολλῆν ἐντίθησι προθυμίαν. Ἐν αὐτῇ τοίνυν ἕκαστος ὑμῶν, οὐχ ἀπλῶς ὁ δεῖνα καὶ ὁ δεῖνα, ἀλλ' *εἰς ἕκαστος*, κἂν πένης ἦ, κἂν πλοῦσιος, κἂν γυνή, κἂν ἀνὴρ, κἂν δοῦλος, κἂν ἐλεύθερος, *παρ' ἑαυτῷ τιθέτω θησαυρίζων*. Οὐκ εἶπεν, Εἰς τὴν ἐκκλησίαν φερέτω, ἵνα μὴ διὰ τὸ μικρὸν αἰσχύνωνται, ἀλλὰ ταῖς κατ' ὀλίγον συναγωγαῖς ἀξήσας τὴν εἰσφορὰν, τότε δεκνύτω ἐμοῦ παραγενομένου. Τέως δὲ παρὰ σαυτῷ τίθει, φησὶ, καὶ ποιήσῃ σου τὴν οἰκίαν ἐκκλησίαν, τὸ κινώτιον γαστροφύλακτον· γενοῦ φύλαξ χρημάτων ἱερῶν, αὐτοχειροτόνητος οἰκονόμος πενήτων. Ἡ φιλανθρωπία ταύτην σοι δίδουσι τὴν ἱερῶ-

σύνη. Τούτου σύμβολον ἔστι καὶ τὸ γαζοφυλάκιον νῦν. Ἄλλὰ τὸ μὲν σύμβολον μένει, τὸ δὲ ἔργον οὐδαμοῦ. Καὶ οἶδα μὲν ὅτι πολλοὶ τῶν συνεδρευόντων πάλιν ἡμῖν ἐγκαλέσουσιν, ὅταν ὑπὲρ τούτων διαλεγώμεθα λέγοντες· Μὴ, παρακαλῶ, μὴ γίνου φορτικός καὶ ἐπαχθὴς τοῖς ἀκούουσιν· ἐπιτρέψον τῇ προαιρέσει, ὅς τῃ γνώμῃ τῶν ἀκούοντων· ὡς νῦν γε καταισχύνεις ἡμᾶς, ἐρυθριᾶν ποιεῖς· ἀλλ' οὐκ ἀνέχομαι τούτων τῶν λόγων. Οὐδὲ γὰρ Παῦλος ἠσχύνετο ὑπὲρ τοιούτων συνεχῶς ἐνοχλῶν, καὶ προσαιτούντων φθειρόμενος ῥήματα. Εἰ μὲν γὰρ τοῦτο ἔλεγον, ὅτι Ἐμοὶ ὁδὸς καὶ εἰς τὴν ἐμὴν κατάθεσις οἰκίαν, ἴσως ἂν αἰσχύνῃς ἦν τὸ λεγόμενον· μάλλον δὲ οὐδὲ τότε· Οἱ γὰρ τῷ *θυσιαστηρίῳ*, φησί, *προσεδρεύοντες, τῷ θυσιαστηρίῳ συμμερίζονται.*

β'. Πλὴν ἀλλ' ἴσως ἂν τις ἐπετίμησεν, ὡς ὑπὲρ ἐαυτοῦ ποιουμένῳ τὸν λόγον· νῦν δὲ ὑπὲρ τῶν δεομένων τὴν ἱκετηρίαν τίθῃμι, μάλλον δὲ οὐχ ὑπὲρ τῶν δεομένων, ἀλλ' ὑπὲρ ὑμῶν τῶν παρεχόντων· διδὼν καὶ παρρησιάζομαι. Ποῖα γὰρ αἰσχύνῃ εἰπεῖν, Ἄδς τῷ Κυρίῳ πεινῶντι, ἔνδυσον αὐτὸν γυμνὸν περιώντα, ὑπόδεξαι ξένον ὄντα; Ὁ Δεσπότης σου οὐκ αἰσχύνεται ἐπὶ τῆς οἰκουμένης ταῦτα λέγων· *Ἐπεινάσα, καὶ οὐκ ἐδώκατέ μοι φαγεῖν· ὁ ἀνευδὴς καὶ μηδενὸς χρῆζων· καὶ ἐγὼ αἰσχυνοῦμαι καὶ ὀκνήσω;* Ἄπαγε· διαβολικῆς ἐπιβουλῆς αὐτῇ ἡ αἰσχύνῃ. Οὐ τοίνυν αἰσχυνθήσομαι, ἀλλὰ καὶ μετὰ παρρησίας ἐρῶ· Ὅτε τοῖς δεομένοις, καὶ μετὰ πλείονος, ἢ οἱ δεόμενοι, φωνῆς. Εἰ μὲν γὰρ ἔχει τις δεῖξαι καὶ ἐλέγχει, ὅτι ταῦτα λέγοντες, πρὸς ἑαυτοὺς ὑμᾶς ἔλκομεν, καὶ προσχῆματι τῶν πενήτων αὐτοὶ κερδαίνομεν, οὐκ αἰσχύνῃς ἄξια ταῦτα μόνον, ἀλλὰ καὶ μυρίων κερσανῶν, καὶ οὐδὲ ζῆν ἄξιον τοὺς τὰ τοιαῦτα ποιοῦντας· εἰ δὲ τῇ τοῦ Θεοῦ χάριτι οὐδὲν ὑπὲρ ἑαυτῶν ἐνοχλοῦμεν, ἀλλ' ἀδάπανον ὑμῖν τὸ εὐαγγέλιον ἐθήκαμεν, πονοῦντες μὲν οὐδαμῶς καθάπερ [402] Παῦλος, τοῖς δὲ οἰκείοις ἀρκούμενοι, μετὰ παρρησίας τῆς ἐρῶ· Ὅτε τοῖς δεομένοις, καὶ οὐ παύσομαι τοῦτο λέγων, καὶ μὴ διδόντων ἔσομαι χαλεπὸς κατήγορος. Καὶ γὰρ εἰ στρατηγὸς ἦμην καὶ στρατιώτης εἶχον, οὐκ ἂν ἠσχύνθην τοῖς στρατιώταις τροφὰς αἰτῶν. Σφόδρα γὰρ ἐρῶ τῆς σωτηρίας τῆς ὑμετέρας. Ἄλλ' ἵνα καὶ ἐνεργέστερος ὁ λόγος γένηται καὶ δραστήριος μάλλον, Παῦλον παραστάτην λαθῶν, μετ' ἐκεῖνου διαλέξομαι λέγων· *Ἐκαστος ὑμῶν παρ' ἑαυτῷ τιθέτω, θησαυρίζων ὃ τι ἂν εὐδοῖται.* Σκόπει γὰρ αὐτοῦ κάντευθεν τὸ ἀνεπαχθὲς· οὐκ εἶπε, Τοσόνδε ἢ τοσόνδε, ἀλλ' *Ὅ τι ἂν εὐδοῖται.* εἶπε πολλῶν, εἶπε ὅλον· καὶ οὐκ εἶπεν, *Ὅ τι ἂν τις κερδάνῃ,* ἀλλ', *Ὅ τι ἂν εὐδοῖται,* δεικνύς ὅτι παρὰ τοῦ Θεοῦ ἡ χορηγία. Οὐ ταύτη δὲ μόνον, ἀλλὰ καὶ τῷ μὴ ἐνὶ χρόνῳ τὸ πᾶν κελεύσαι καταβαλεῖν, βῆδριαν ποιεῖ τὴν συμβουλήν· τῷ γὰρ κατὰ μικρὸν συλλέγεσθαι ἀνεπαίσθητος ἡ λειτουργία καὶ ἡ δαπάνη. Διὰ δὲ τοῦτο οὐδὲ εὐθέως κελεύει εἰς μέσον ἀγαγεῖν, ἀλλὰ πολλὴν δίδωσι τὴν προθεσίαν, καὶ τὴν αἰτίαν τιθεῖς φησιν· *Ἴνα μὴ, ὅταν ἔλθω, τότε λογίαι γίνωται.* Τουτέστιν, Ἴνα μὴ ἐν τῷ καιρῷ τῆς εἰσφορᾶς, τότε ἀναγκάζησθε συλλέγειν. Καὶ τοῦτο δὲ οὐχ ὡς ἔτυχεν αὐτοὺς πάλιν πρὸς τρεῖς· ἢ γὰρ προδοξία Παύλου προθυμότερους

αὐτοὺς ἐποίησε. *Ὅταν δὲ ἔλθω, οὐς ἂν δοκιμάσητε. δι' ἐπιστολῶν τούτους πέμψω ἀπενεγκεῖν τὴν χάριν ὑμῶν εἰς Ἱερουσαλήμ.* Οὐκ εἶπεν, *Ὅ δεῖνα καὶ ὁ δεῖνα, ἀλλ', Ὅς ἂν ὑμεῖς δοκιμάσητε,* οὐς ἂν ἐλησθε, ὥστε ἀνύποπτον ποιῆσαι τὴν λειτουργίαν. Διὰ αὐτῶν ποιεῖται τὴν ψῆφον τῆς τῶν ἀποκομιζόντων αἰρέσεως. Οὐ γὰρ δήπου φησὶν· Ἡ μὲν εἰσφορὰ ὑμῶν, ἢ δὲ ἐξουσία τῆς ἐκλογῆς τῶν ἀποκομιζόντων, οὐχ ὑμῶν. Εἶτα ἵνα μὴ αὐτοῖς ἀπολιμπάνεσθαι δόξῃ, τὰ γράμματα προστίθῃσι, λέγων· *Ὅς ἂν δοκιμάσητε, δι' ἐπιστολῶν πέμψω.* Ὡς ἂν εἰ εἶλεγον, ὅτι Κἀγὼ συνέσομαι αὐτοῖς, καὶ κοινωθήσω τῆς λειτουργίας διὰ τῶν γραμμάτων. Καὶ οὐκ εἶπε, Τούτους πέμψω ἀπενεγκεῖν τὴν ἐλεημοσύνην ὑμῶν, ἀλλὰ, *τὴν χάριν ὑμῶν, ἵνα δεῖξῃ μεγάλα ἐργαζομένους, ἵνα δεῖξῃ αὐτοὺς κερδαίνοντας.* Ἀλλαχοῦ δὲ καὶ εὐλογοῖται καὶ κοινωνίαν καλεῖ· τὸ μὲν, ἵνα μὴ βραθυμότερους ποιῆσῃ, τὸ δὲ, ἵνα μὴ ἐπάρῃ· οὐδαμοῦ μέντοι γε ἐλεημοσύνην ὠνόμασεν. *Ἐάν δὲ ἢ ἄξιον τοῦ κάμει πορεύεσθαι, σὺν ἐμοὶ πορεύονται.* Ἐνταῦθα πάλιν εἰς δαψύλειαν αὐτοὺς προτρέπει. Ἐάν γὰρ τοσοῦτον ἦ, φησὶν, ὡς καὶ τῆς ἐμῆς δεῖσθαι παρουσίας, οὐδὲ τοῦτο παραιτήσομαι. Ἄλλ' εὐθέως μὲν τοῦτο οὐκ ἐπηγγείλατο, οὐδὲ εἶπεν, Ἐπειδὴν παραγένομαι, ἐγὼ ἀποκομιζῶ· οὐδὲ γὰρ ἂν οὕτως αὐτὸ ἠξίωσεν, εἰ ἐξ ἀρχῆς αὐτὸ τέθεικεν· ὕστερον μέντοι καλῶς καὶ εὐκαίρως αὐτὸ προστίθῃσι. Διὰ δὲ τοῦτο οὐκ εὐθέως [403] ὑπέσχετο, οὔτε καθάπαξ αὐτὸ ἀπεσιώπησεν, ἀλλ' εἰπὼν, ὅτι *Πέμψω,* τότε καὶ ἑαυτὸν προστίθῃσι. Καὶ ἐνταῦθα δὲ πάλιν κυρίως αὐτοὺς ἐποίησεν ἐν τῷ εἰπεῖν· *Ἐάν ἢ ἄξιον τοῦ κάμει πορεύεσθαι·* τοῦτο δὲ ἐπ' ἐκεῖνους ἔκειτο, τὸ πολὺ ποιῆσαι τὸ συλλεγόμενον, καὶ τοσοῦτον, ὡς δυσωπήσαι καὶ αὐτὸν ἀναστήναι. *Ἐλεύσομαι δὲ πρὸς ὑμᾶς,* φησὶν, *ὅταν Μακεδονίαν διέλθω.* Εἶπε καὶ ἀνωτέρω τοῦτο, ἀλλὰ τότε μὲν μετὰ θυμοῦ· προσέθηκε γοῦν· *Καὶ γνώσομαι οὐ τὸν λόγον τῶν περυσιωμένων, ἀλλὰ τὴν δύναμιν·* ἐνταῦθα δὲ προσηνέστερον, ἵνα καὶ ποθήσωσιν αὐτοῦ τὴν παρουσίαν. Εἶτα, ἵνα μὴ λέγωσι· Τί σὺν Μακεδόνας ἡμῶν προτιμᾶς; οὐκ εἶπεν, Ἐπειδὴν ἀπέλθω, ἀλλ', *Ἐπειδὴν διέλθω Μακεδονίαν. Μακεδονίαν γὰρ διελεύσομαι.* Πρὸς ὑμᾶς δὲ τυχὸν *Παραμενῶ,* ἢ καὶ *παραχειμᾶσω.* Οὐδὲ γὰρ ὁδοῦ βούλομαι ποιήσασθαι πάρεργον ὑμᾶς, ἀλλ' ἐνδιατρίψαι καὶ παραμεῖναι. Ὅτε γὰρ ταῦτα ἐπέστελλεν, ἐν Ἐφέσῳ ἦν, χειμῶνος ὄντος. Λέγει τοίνυν, ὅτι *Ἐως Περτηκοστῆς ἐν Ἐφέσῳ ἐπιμενῶ·* μετὰ δὲ ταῦτα ἀπελεύσομαι εἰς Μακεδονίαν, καὶ διελθὼν αὐτὴν, ἦξω πρὸς ὑμᾶς ταῦ θέρους· πολλὰκις δὲ καὶ τὸν χειμῶνα πρὸς ὑμᾶς ποιῆσω.

γ'. Τίνος δὲ ἔνεκεν εἶπε, *Τυχὸν,* καὶ οὐκ ἀπεφῆναι· Ὅτι οὐ πάντα προφηδεῖ Παῦλος, καὶ συμφερόντως. Διὰ τοῦτο οὐδὲ ἀπλῶς ἀποφαίνεται, ἵνα, κἂν μὴ γένηται, ἔχη καταφυγὴν, τότε ἀδιορίστως προειπεῖν, καὶ τὴν τοῦ Πνεύματος ἐξουσίαν ἀγούσαν αὐτὸν, ὅπουπερ ἐβούλετο, οὐκ ἔνθα αὐτὸς ἐπεθύμει· ὃ καὶ ἐν τῇ δευτέρᾳ τῆθῃσιν Ἐπιστολῇ, τῆς μελλήσεως

^a Savilius legendum suspicatur τὴν συμπόλιν, et hęc utique vera lectio est.

manet quidem symbolum, res autem nusquam est. Et scio quidem, quod multi ex iis, qui una assident, nos rursus reprehendent, cum de his disseramus dicentes: Ne, rogo, ne sis gravis et molestus auditoribus, sed permitte libero arbitrio et voluntati auditorum; nam nunc quidem nos pudore afficis et erubescere cogis: sed hæc verba non feram. Neque enim Paulum pudebat pro his assidue esse molestum, et mendicantium more loqui. Nam si hoc dicerem, Da mihi et depone in meis ædibus, pudendum forte esset quod dicerem; imo vero ne tunc quidem: nam *Qui altari, inquit, assident, altaris sunt participes* (1. Cor. 9. 13).

2. Cæterum fortasse quispiam me reprehenderet, ut qui pro me verba facerem: nunc autem supplico quidem pro egentibus; imo vero non pro egentibus, sed pro vobis qui præbetis: et ideo loquor libere. Quis est enim pudor dicere, Da Domino esurienti, indue illum nudum oberrantem, excipe peregrinum? Non erubescit Dominus tuus hæc dicere in orbe terrarum, *Esurivi, et non dedistis mihi quod comederem* (Matth. 25. 42); qui non erat indigens, nec ulla re opus habebat: et ego erubescam et dubitabo? Absit: diabolicarum insidiarum est hic pudor. Non ergo erubescam, sed libere dicam: Date egentibus, et majori voce quam qui egent. Nam si quispiam posset ostendere et probare, quod hæc dicentes, ad nos ipsos traheremus, et prætextu pauperum ipsi lucraremur, non solum probro ac dedecore digni essemus, sed qui vel a mille fulminibus feriremur, et qui hæc agerent ne mererentur quidem vivere: si autem Dei gratia pro nobis minime molesti sumus, sed sine sumptu vobis posuimus evangelium, non laborantes quidem sicut Paulus, sed contenti propriis, dicam cum omni fiducia: Date egentibus, nec cessabo hoc dicere, et eorum qui non dant, ero gravis accusator. Si enim essem dux exercitus et milites haberem, non me puderet alimenta petere pro militibus. Valde enim amo vestram salutem. Sed ut etiam efficacior sit oratio, assessore accepto Paulo, cum illo vobiscum agam dicens: *Unusquisque vestrum apud se seponat, recondens quod sibi videbitur*. Considera autem hinc quoque quam non sit hoc grave et molestum: non dixit, Tantum vel tantum, sed, *Quod videatur*, et recte habeat, sive sit multum, sive modicum: nec dixit, Quod quis lucratus fuerit, sed, *Quod videatur* et recte habeat, ostendens a Deo esse suppeditationem. Non hæc autem solum ratione, sed etiam eo, quod non uno tempore totum jubeat pendere, symbolum reddi facilem: eo enim quod paulatim colligatur, insensibilis est opera et suppeditatio. Propterea nec statim jubet in medium adducere, sed dat longum tempus constitutum, et causam afferens, dicit: *Ut non, cum venero, tunc collectæ fiant*. Hoc est, Ne in tempore illationis sive sumptus necesse habeatis colligere. Et ad hoc rursus eos non leviter est adhortatus: Pauli enim exspectatio eos faciebat promptiores et alacriores. 3. *Cum autem præsens fuero, quos probaveritis, per epistolas hos mittam deferre gratiam vestram in Jerusalem*. Non dixit, Hunc et illum, sed, *Quos vos probaveritis,*

quos elegeritis, ut ministerium careat suspicione. Quamobrem curat ut ipsi ferant suffragium electionis eorum qui latari sunt. Non enim dicit, Collatio quidem est vestra, eligendi autem potestas est eorum qui portant, non vestra. Deinde, ne ipsis videatur absesse, literas addit dicens: *Quos probaveritis, per epistolas mittam*. Quasi diceret: Ego quoque ero vobiscum, et muneris obeundi ero particeps per literas. Neque dixit, Eos mittam ut vestram deferant eleemosynam, sed, *Vestram gratiam*, ut ostendat eos magna operari, et inde lucrum consequi. Alibi autem appellat benedictionem et communicationem: illud quidem, ne redderet pigriores; hoc vero, ne nimis efferret: nusquam autem hoc nominavit eleemosynam. 4. *Quod si dignum fuerit ut ego eam, mecum ibunt*. Hic rursus eos hortatur ad largitatem et munificentiam. Nam si tanta res sit, inquit, ut mea opus sit presentia, ne hoc quidem recusabo. Sed statim non est hoc pollicitus, neque dixit, Postquam advenero, ipse feram: neque enim hoc adeo amplificasset, si ab initio id posuisset: postea autem pulchre et opportune id addit. Propterea non statim promisit, neque omnino id siliuit, sed cum dixisset se missurum, tunc quoque addit se ipsum. Hic quoque rursus in eorum ponit potestate, dum dixit: *Si operæ pretium fuerit ut ego eam*; hoc vero in illis situm erat multum facere quod colligebatur, et tantum ut eos flecteret ipsum surgere. 5. *Veniam autem ad vos, cum Macedoniam pertransiero*. Dixit hoc quoque superius, sed tunc quidem iracunde; addidit enim, *Et cognoscam non sermonem inflatorum, sed virtutem* (1. Cor. 4. 19): hic autem mitius, ut ejus desiderent presentiam. Deinde ne dicant: Cur ergo nobis præfers Macedones? non dixit, Postquam abiero, sed, *Cum Macedoniam pertransiero. Nam Macedoniam pertransibo*. 6. *Apud vos autem forsitan manebo, vel etiam hiemabo*. Neque enim volo vos invisere tanquam in transitu, sed vobiscum versari et apud vos manere. Nam quando hanc scribebat epistolam, erat Ephesi hiemis tempore. Dicit ergo: 8. *Permanebo autem Ephesi usque ad Pentecosten*: postea autem abibo in Macedoniam, et cum eam pertransiero, veniam ad vos æstate: forte autem et hiemem apud vos transigam.

3. Cur autem dixit *Forsitan*, et non affirmavit? Quoniam non omnia præsciebat Paulus; idque utiliter. Propterea neque absolute affirmat, ut si non factum fuerit, habeat effugium, quod tunc dixerit indefinite, et Spiritus potestatem quæ cum quo vellet duceret, non quo ipse coepiebat. Quod etiam ponit in secunda Epistola de mora se excusans et dicens: *Aut quæ cogito, secundum carnem cogito, ut sit apud me est est, et non non* (2. Cor. 11. 17). *Ut vos me deducatis quocumque iero*. Hoc quoque est caritatis et multæ dilectionis. 7. *Nolo enim vos modo in transitu videre: spero enim me aliquantulum temporis munere apud vos, si Dominus permiserit*. Hæc autem dicebat, simul et caritatem ostendens, et eos qui peccarent terrenis, non tamen aperte, sed amicitia nomine: *Permanebo autem Ephesi usque ad Pentecosten*. Me-

lito eis omnia dicit exacte, declarans tamquam amicis. Nam et hoc est amicitiae, dicere causam cur non advenerit, propter quam differat, et ubi versetur. 9. *Ostium enim mihi apertum est magnum et evidens, et adversarii multi.* Et, si magnum, quomodo adversarii? Propter hoc ipsum multi sunt adversarii, quoniam magna est fides, et latus ingressus. Quid est autem, *Ostium magnum?* Multi sunt parati ad fidem suscipiendam, multi debent accedere et converti: latus nihil patet aditus, crescente et vigente accedentium mente ad obediendum fidei. Propterea vehementer spirabat diabolus, quoniam videbat multos a se desciscere. Quamobrem propter utrumque manere oportebat, et quod multum esset lucri, et quod magnum certamen. Hoc autem quoque illis animos addebat, quod dixerit verbum jam ubique operari, et facile germinare. Si autem sunt multi qui insidiantur, hoc quoque signum est profectus evangelii. Numquam enim magis saevit ac furit sceleratus ille daemon, quam cum ex suis vasis et instrumentis multa videt diripi. Et nos ergo quando magnum aliquod et praclarum opus gerere voluerimus, ne hoc consideremus quod magni sit laboris, sed ad lucrum aspiciamus. Vide namque Paulum non propterea vereri ac dubitare, nec propterea refugere, quoniam multi sunt adversarii, sed quoniam magnum erat ostium, instare et permanere. Nam sicut dixi, hoc erat signum quod nudaretur et spoliaretur diabolus. Non est enim ejus qui parva gerat et mala, malam illam bestiam irritare. Quamobrem quando videris justum magna ac praecleara gerere et mala pati innumerabilia, ne mireris. Nam contra mirari oporteret, si diabolus multas accipiens plagas quiesceret et vulnera placide ferret. Neque enim, si serpens punctus continuo efferatur et pungendo insultet, mirari oportet. Quovis enim serpente gravius serpit diabolus, omnibus insultans, et surgit sicut scorpius in altum erecto stimulo. Ne hoc vos conturbet: cum enim, qui a bello et a victoria et eade revertitur, necesse est fuisse cruentatum, saepeque etiam vulnera exhibere. Et tu ergo cum videris aliquem eleemosynas facientem, et innumerabilia alia bona operantem, et sic vires diaboli frangentem, deinde incidere in tentationes et pericula, ne propterea conturberis: ideo enim incidit in tentationes, quod diabolum vehementer ferierit. Et quomodo, inquires, id permisit Deus? Ut magis coronetur, et majorem diabolus plagam accipiat. Nam quando, postquam bona fecerit, gravia et aspera patiens, perpetuo agit gratias, tunc feritur diabolus. Magnum quidem est etiam rebus secundis et prospere fluentibus, et misereri et virtutem amplecti; multo autem est majus, dura et gravia patientem, non desistere ab hac bona operatione. Is enim est, qui propter Deum haec maxime facit. Quamobrem etiamsi in periculum veniamus, dilecti, et quidvis patiamur, cum majori animi alacritate pro virtute labores suscipiamus. Non est enim hic tempus mercedis ac remunerationis. Ne hic ergo coronas exigamus, ne in tempore coronarum minor sit merces ac remuneratio.

Quemadmodum enim in artificibus, qui seipsos quidem alunt, majorem accipiunt mercedem; qui autem aluntur ab iis qui conduxerunt, non parvam partem de mercede detrahunt: ita etiam in sanctis, qui bona quidem facit innumerabilia et innumerabilia patitur mala, integram habet mercedem et longe majorem remunerationem, non pro bonis solum quae fecit, sed etiam pro malis quae passus est: qui autem hic fruitur quiete et deliciis, non tam praeclearas illic habet coronas. Ne hic ergo quaeramus remunerationem, sed tunc maxime laetemur, quando bona opera agentes male patimur. Non solum enim ex recte factis, sed etiam ex tentationibus Deus nobis illic recondit mercedem.

4. Ut autem quod dico fiat manifestius, sint duo divites misericordes, et dent pauperibus: deinde eorum alter quidem maneat in divitiis, et omnia prospere ei succedant; alter autem incidat in paupertatem et morbos et calamitates, et Deo agat gratias. Cum ergo ii hinc illic excesserint, quis majorem accipiet mercedem? annon perspicuum est quod qui aegrotat et affligitur, quoniam et bene faciens et male patiens, nihil passus est humanum? Id certe palam omnibus est. Illic enim est status adamantium, hic est servus gratus et benevolus. Si autem non propter spem regni oportet aliquid boni facere, sed propter id quod Deo videtur ac placet; quod quidem est majus quovis regno; quid meretur qui eo, quod non hic accipiat remunerationem, in exercenda virtute est pigrior? Ne ergo conturbemur, quando viderimus, quod hic aut ille advocans viduas, et pauperes frequentibus excipiens conviviis, incendio exustam domum amisit, aut aliquam aliam similem passus est calamitatem: propterea enim accipiet mercedem. Neque enim Job in tanta admiratione habebatur propter eleemosynas, in quanta propter ea quae passus postea. Propterea et vilipenduntur ejus amici, et nullius censentur esse pretii, quod praesentes quaerent remunerationes, et ideo in justum iniquam ferrent sententiam. Ne ergo hic quaeramus remunerationem, sed efficiamur pauperes et mendici. Hoc enim esset extremae vilitatis et abjectionis, cum caelum sit propositum, et quae supra caelum, quae hic sunt spectare. Ne sic ergo faciamus, sed quodcumque inexpectatum nobis jussum advenerit, nos Deum assidue colamus, et beato Paulo pareamus, pauperumque arculam domi faciamus, quae juxta locum in quo stas orans sita sit: et quoties ad orandum fueris ingressus, depone primum eleemosynam, et tunc emitte precationem: et sicut nolueris manibus illotis ad orandum accedere (a), sic neque absque eleemosyna. Neque enim minus est eleemosynam ibi depositam esse, quam evangelium juxta lectum appensum esse. Nam si evangelium quidem suspenderit nihil faciens, non adeo magnam accipies utilitatem: hanc autem habens arculam, habes arma adversus diabolum, precationem reddis alatum, sanctam domum constituis, quae habeat in-

(a) Ante precationem manus abluebantur.

ἀρπάσαι, πλεονεκτεῖται τῷ κελθῆναι τὸ παιδίον νεκρὸν ἐνταῦθα. Καὶ ἄλλως δὲ, ἐκείνῳ μὲν ἢ τοῦ κατορθώματος ἐλπίς ἔφερε παραμυθίαν, καὶ τὸ τῆς ἰδίας ἀνδρείας ἔργον εἶναι τὴν ἀριστείαν ἐκείνην, καὶ τὸ φωνῆς ἀνωθεν φερομένης ἀκοῦσαι προθυμότερον ἐποίησε· ἐνταῦθα δὲ οὐδὲν τοιοῦτόν ἐστιν. Ὅθεν ἀδελφὸς δεῖ ψυχῆς τῷ μονογενῆ παιδί, καὶ ἐν πλοῦτι τραφέντα, καὶ χρηστὰς ὑποφαινοντα ἐλπίδας, ἐπὶ τοῦ βόθρου κείμενον ὄρωντι καὶ τεταμένον, ὥστε πράως ἐνεγκεῖν τὸ συμβάν. Ὁ τοιοῦτος ἂν δυνηθῆ, τῆς φύσεως τὰ κύματα κατευνάσας, εἰπεῖν τὸ τοῦ Ἰωβ ἀδακρυτὴ, Ὁ Κύριος ἔδωκεν, ὁ Κύριος ἀφείλετο, μετὰ τοῦ Ἀβραάμ αὐτοῦ στήσεται, μετὰ τοῦ Ἰωβ ἀνακηρυχθήσεται ἀπὸ τοῦ βήματος τούτου μόνον. Κἂν τοὺς κωκυτοὺς τῶν γυναικῶν παύσας, καὶ τοὺς χοροὺς τῶν θρηνοῦσῶν διαλύσας, εἰς δοξολογίαν ἅπαντας διεγείρῃ, μυρία ἀνωθεν, μυρία κάτωθεν δέξεται [426] τὰ βραβεῖα, ἀνθρώπων αὐτὸν θαυμάζόντων, ἀγγέλων κροτούντων, τοῦ Θεοῦ στεφανοῦντος.

ς. Καὶ πῶς δυνατόν μὴ πενθεῖν ἄνθρωπον θνητὸν, φησὶν; Ἄν ἐννοήσης πῶς ὁ πατριάρχης, πῶς ὁ Ἰωβ, ἄνθρωποι θνητοὶ οἱ ἀμφοτέροι, οὐδὲν τοιοῦτον ἔπαθον, καὶ ταῦτα πρὸ νόμου καὶ χάριτος καὶ τῆς τσαυτῆς τῶν νόμων φιλοσοφίας ἐκάτερος αὐτῶν γενόμενος, ἂν λογίσῃ, ὅτι εἰς βελτίονα χώραν μετέστη β, καὶ πρὸς ἀμείνω λῆξιν ἀπεπήδησεν ὁ τελευτήσας, καὶ οὐκ ἀπώλεσας τὸν υἱὸν, ἀλλ' ἐν ἀσύλῳ λοιπὸν ἀπέθου χωρίῳ. Μὴ τοίνυν λέγε, ὅτι οὐκέτι καλοῦμαι πατήρ. Διὰ τί γὰρ οὐκέτι καλῆ τοῦ υἱοῦ μένοντος; μὴ γὰρ ἀπέδαλες τὸ παιδίον; μὴ γὰρ ἀπώλεσας τὸν υἱόν; Μᾶλλον ἐκτήσω, καὶ ἀσφαλέστερον ἔσχατος. Διὰ τοῦτο οὐκέτι ἐνταῦθα μόνον καλῆ πατήρ, ἀλλὰ καὶ ἐν τῷ οὐρανῷ· ὥστε οὐ τὸ πατήρ καλεῖσθαι ἀπώλεσας, ἀλλὰ τὸ μειζόνως καλεῖσθαι προσέλαδες· οὐ γὰρ θνητοῦ παιδίου λοιπὸν, ἀλλ' ἀθανάτου κληθήσῃ πατήρ, στρατιώτου γεωαίου, καὶ ἔνδον ἐστῶτος διηνεκῶς. Μὴ γὰρ, ἐπειδὴ μὴ πάρεστι, καὶ ἀπολωλῆναι αὐτὸν νόμιζε. Οὐδὲ γὰρ, εἰ ἀποδημῶν ἐτύγχανεν, ἀπέστη ἂν σου καὶ τούνομα τῆς συγγενείας μετὰ τοῦ σώματος. Μὴ δὴ τῆ ὄψει τοῦ κειμένου πρόσσεχε, ἐπεὶ ἀναρρίπιζεις τὸ πάθος, ἀλλ' ἄπαγε τὴν διάνοιαν ἀπὸ τοῦ κειμένου πρὸς τὸν οὐρανόν. Οὐχ οὗτός ἐστι τὸ παιδίον τὸ κείμενον, ἀλλ' ἐκεῖνος ὁ ἀποπτὰς καὶ ἀναδραμῶν εἰς ὕψος ἀπειρον. Ὅταν τοίνυν ἴδῃς τοὺς ὀφθαλμοὺς καθηρημένους, καὶ τὸ στόμα συνηρημένον, καὶ τὸ σῶμα ἀκίνητον, μὴ τοῦτο ἐννοεῖς, ὅτι τοῦτο τὸ στόμα οὐκέτι φθέγγεται, οὗτοι οἱ ὀφθαλμοὶ οὐκέτι βλέπουσιν, οὗτοι οἱ πόδες οὐκέτι βαδίζουσιν, ἀλλ' εἰς φθορὰν πάντα οἴχεται· μὴ ταῦτα λέγε, ἀλλὰ τάναντία τούτων, ὅτι τοῦτο μὲν τὸ στόμα ἄμεινον φθέγγεται, καὶ οἱ ὀφθαλ-

* Ms., εἶλανε.

* Sic ms. Editi vero, χώρον μέτεστι, male.

denique quidvis amittat, hoc tamen ad ciendum dolorem omnibus est violentius. *Pellem enim, inquit, pro pelle, et omnia quæ habet homo, dabit pro anima sua (Job. 2. 4)*. Nec quidquam corporis tormentis acerbius fingi potest. Sed tamen quæ vel auditu intoleranda sunt, ea ob gaudium illud, quod divinitus concipitur, tolerabilia atque etiam expetenda fiunt. Ac si a ligno, vel a sartagine, nonnihil adhuc spirantem martyrem eduxeris, tantum gaudium in eo situm comperies, quantum ne verbis quidem ullis exprimi possit. Et quid faciam, inquires, quando martyrii tempus nunc non est? Quid dicis? martyrii tempus nunc non adest? Numquam illud abest, sed semper ob oculos nostros versatur, si vigilantibus animis simus. Neque enim in ligno tantum pendere, martyrem facit: quoniam si ita res haberet, coronarum huiusmodi Job expers esset. Neque enim ad tribunal adductus est, nec iudicis vocem audivit, nec carnificem vidit; non enim e ligno sublimis pendens excarnificabatur: et tamen multis martyribus acerbiora passus est; ac voces illæ nuntiorum, qui alii aliis succedebant, eum quavis plaga acrius acerbiorque convulnerabant, atque undique lancinabant, vermiumque illorum ora omni ex parte ipsum immani, quam sexcenti carnifices, corrodabant.

5. Ecquem igitur martyrem hic non æquet? Imo vero sexcentos. Nam per omnia rerum genera tum luctabatur, tum palmam obtinebat, nimirum per opes, per liberos, per corpus, per uxorem, per amicos, per hostes, per servos; nam hi quoque in os ejus inspuabant; per famem, per somnia, per dolores, per fœtorem. Ob eamque causam dixi, eum non uni aut duobus aut tribus, sed sexcentis martyribus æquandum esse. Etenim una cum iis quæ commemorata sunt, tempus quoque magnum ipsius coronis emulcum addit: quippe quod ante legem et gratiam hæc peressus sit, quod multos menses, quod omnia supra modum, quod acerbitates omnes simul in eum impetum fecerint: quamquam unumquodque eorum vel solum intolerabile erat, ipsaque adeo divitiarum jactura, quæ reliquis tolerabilior esse videbatur. Multi quippe plagas quidem æquo animo tulerunt, qui tamen opum jacturam minime pertulerunt; verum earum causa flagris potius concidi, atque innumeris calamitatibus affici, quam aliquam earum partem projicere maluerunt, gravioremque eam plagam existimant, quæ ex opum detrimento capitur. Itaque hoc quoque aliud martyrii genus est, cum quis earum amissionem forti animo perfert. Et quoniam modo, inquiet aliquis, eam forti animo perferemus? Cum didiceris te per unicam vocem, qua Deo gratias agas, plus lucri facturum, quam damni feceris. Nam si audita earum amissione minime conturbemur, sed dicamus, Benedictus Deus; longe uberiores divitias lavemus. Neque enim tantum utilitatis capies, si opes tuas in egentes consumas, et obambules, ac pauperes conquiras, facultatesque tuas in eos qui fame laborant spargas, quantum per hoc unum verbum emolumentum feret. Quandoquidem et Jobum non

tam admiror, cum domum suam pauperibus apertam habet, quam eundem suspicio ac prædico, cum honorum ereptionem ita fert, ut gratias etiam agat. Quod etiam ipsum in liberorum amissione accidere cernere licet. Neque enim hac in re minorem mercedem capies, quam ille, qui filium suum adduxit atque immolavit, si cum filium morientem conspexeris, benigno Deo gratias agas. In quo enim is qui huiusmodi animo præditus est, Abrahamo inferior sit? Ille enim non mortuum humi stratum vidit, sed tantum exspectavit: quocirca si hac ratione superior est, quod filium mactare parabat, atque extensa manu gladium arripuerat, in hoc rursus inferior est, quod hic puer mortuus jaceat. Quinetiam alioqui præclari facinoris spes consolationem ipsi afferebat: atque illud item, quod strenuum huiusmodi facinus propriæ ipsius fortitudinis munus erat; ac præterea vox ea, quæ cælitus mittebatur, ab eo audita, promptiorem eum reddebat. Hic autem nihil ejusmodi est. Ex quo intelligitur, adamantina quadam anima opus esse, ut quispiam unicum filium, qui in divitiis educatus fuerat, lætamque de se spem afferbat, in tumultu jacentem et extentum conspiciens, casum hunc leniter ac placide ferat. Qui hoc animo est, si sedatis naturæ fluctibus illud Jobi siccis oculis dicere queat, *Dominus dedit, Dominus abstulit (Job 1. 21)*; ob hoc dumtaxat verbum una cum Abrahamo collocabitur, una cum Job victor prædicabitur. Quod si, compressis mulierum singultibus chorisque lugentium dissolutis, omnes ad celebrandas Dei laudes excitavit, innumera in cælo, innumera in terra præmia consequetur, hominibus eum admirantibus, angelis plaudentibus, Deo coronante.

6. Et qui fieri queat, dicet aliquis, ut qui homo est, non luceat? Nimirum si cogites, nec patriarchæ nec Jobo, cum homo uterque esset, quidquam tale accidisse, idque cum uterque ante legem et gratiam ac tantam legum philosophiam existisset: si præterea illud consideres, eum, qui vitam cum morte commutavit, ad meliorem regionem migrasse, atque ad præstantiorem sortem transiisse, teque non filium amisisse, sed in tuto jam loco collocasse. Quamobrem ne dixeris, Jam pater non vocor. Cur enim non jam voceris, cum filius tuus superstes sit? num puerum amisisti? nam filium perdidisti? Imo potius adeptus es, tutiusque possides. Ideo non jam hic solum pater vocaris, sed etiam in cælo. Quamobrem, tantum abest ut patris nomen amisseris, ut copiosius etiam illud tibi accesserit: neque enim jam mortalis, sed immortalis filii pater vocaberis, strenuique militis, atque intus perpetuo stantis. Neque enim est, quod eum idcirco tibi periisse putes, quia non adest. Etenim si peregre profectus fuisset, non propterea una cum corpore propinquitatis quoque nomen abscessisset. Quocirca ne jacentis vultum attende; sic enim ægritudinem exsuscitatis, verum da operam, ut mentem ab eo, qui jacet, ad cælum subducas. Non enim cadaver hoc, quod humi jacet, filius tuus est, sed ille, qui avolvit, atque in immensam altitudinem

ascendit. Cum itaque depressos oculos atque contractum os et corpus motu carens videris, cave hoc tibi in mentem veniat, quod os istud non jam loquitur, oculi isti non jam cernunt, pedes isti non jam ambulant, sed omnia in corruptionem abierunt: cave, inquam, ista dicas; verum his contraria, nempe, Os istud melius loquetur, oculi isti meliora cernent, et pedes in nubibus sublimes tollentur, ac denique corpus istud, quod nunc corrumpitur, immortalitatem induet, illustrioremque filium meum recipiam. Quod si mœrorem tibi ea, quæ cernis, afferunt, interim tecum ipse hæc loquere: Vestimentum hoc est; id exiit, ut ipsum præclarior recipiat: domus hæc est; ea eversa est, ut luculentior fiat. Quemadmodum enim nos, cum domum purgaturi sumus, eos qui intus habitant, non sinimus manere, sed ne quid pulveris contrahant ac tumultu offendantur, foras amandamus ac paulisper secedere jubemus; posteaquam autem domum tutam reddidimus, tum denique ipsos libere introire sinimus: eodem modo Deus quoque facit; everso enim putri ipsius tabernaculo, interim eum in paternam domum atque ad se introducit, ut posteaquam illud diruerit, atque instaurarit, tum demum splendidius id ei reddat. Quocirca ne dixeris,

Periit, nec jam est; eorum enim, qui fide carent, hæc verba sunt; verum hoc potius, Dormit, ac resurget; peregre abiit, atque cum Rege venturus est. Quis hoc sermone utitur? Is nempe, qui Christum in se loquentem habet. Si enim credimus, inquit, quod *Jesus mortuus est et resurrexit ac vivit; ita etiam Deus eos, qui obdormierunt, per Jesum adducet cum eo* (1. *Thess. 4. 14*). Quare si filium quæris, illic eum quære, ubi Rex est, ubi angelorum exercitus, non in sepulcro, non in terra, ne alioqui, eo usque adeo in altum erecto, ipse humi provolutus maneat. Si ad hunc modum philosophemur, omnem ejusmodi dolorem nullo negotio propellemus. Deus autem miserationum et Pater totius consolationis omnium nostrum corda consoletur, et eorum qui in ejusmodi doloribus versantur, et eorum qui alio mœroris genere tenentur, donetque ut omni mœstitia liberemur, ac spirituale gaudium percipiamus, futuraque bona consequamur: quæ detur omnibus nobis assequi, gratia et benignitate Domini nostri Jesu Christi, cum quo Patri simulque sancto Spiritui gloria, potestas, honor, nunc et semper, et in sæcula sæculorum. Amen.

HOMILIA II.

CAP. 1. v. 6. *Sive autem tribulamur, pro vestra consolatione et salute, quæ operatur in tolerantia earumdem passionum, quas et nos patimur: 7. et spes nostra firma est pro vobis.*

1. Postquam unam ac principem exhortationis atque consolationis causam protulit, nempe quod Christo communicemus, secundam quoque hanc ponit, nimirum quod discipulis ipsis hinc salus comparetur. Ne igitur animis concidatis, inquit, nec perturbemini ac metuatis, propterea quod affligimur: quandoquidem hoc ipso nomine æquius fuerit vos fiduciam concipere. Nam nisi affligeremur, hæc omnia vobis exitum attulissent. Qui tandem istud? Quoniam si animis fracti ac periculorum metu perterriti, fidei doctrinam vobis minime prædicavissemus, ut veram scientiam intelleretis, extremo in discrimine res vestræ sitæ essent. Vides rursus quanta Pauli vis sit atque contentio? ab his ipsis rebus, quæ metum ac perturbationem ipsis afferebant, eos consolatur. Quo etenim persequutiones nostræ magis ingravescent, inquit, eo magis bona vestra spes incrementum capere debet, quandoquidem tanto major saluti consolationique vestræ cumulus accedit. Quidnam enim tantam ad consolandum vim habebat, quam quod prædicationis beneficio tot bona conquebantur? Postea, ne universam laudem solus ipse sibi arrogare videatur, vide quomodo eos quoque in laudis societatem adseiscat. Postquam enim dixit, *Sive tribulamur, pro vestra consolatione et salute*, subjunxit, *Quæ operatur in tolerantia earumdem passionum, quas et nos patimur*. Ac dilucidius hoc quidem postea exprimit his verbis, *Sicut socii estis passionum, sic eritis et consolationis:*

interim autem hoc loco id subindicavit, cum dixit, *Earumdem passionum*, atque ita sermonem cum illis communicavit. Quod autem ait, hanc sententiam habet: Non nos soli vestræ salutis negotium agimus, sed et vos quoque. Siquidem et nos, dum prædicationis munus obimus, affligimur; et vos, qui sermonem excipitis, in iisdem calamitatibus versamini: nos videlicet, ut quæ accepimus vobis impertiamus; vos, ut quod datur accipiat nec amittatis. Quidnam igitur est, quod cum hac humilitate comparari possit; quippe cum eos, qui tanto intervallo ab eo dissiti erant, in eandem patientiæ laudem dignitatemque subvelat? inquit enim, *Quæ operatur in tolerantia earumdem passionum*. Neque enim per fidem dumtaxat salus vobis comparatur, verum per id etiam, quod easdem quas nos calamitates suffertis.

Justi virtus in ærumnis lucet et augetur.—Quemadmodum egregius athleta ob splendorem et probam corporis habitudinem, etiam cum artem in seipso continet, homines in admirationem trahit; at cum operatur et plagas perfert atque adversarium ferit, tum denique potissimum elucet, quoniam tum denique bona ipsius habitudo vim suam exserit, artisque præstantia declaratur: eodem modo salus nostra tum luculentius agitur, hoc est, ostenditur, augetur, amplificatur, cum tolerat et patitur, ac cuncta forti et strenuo animo subit. Ex quo colligitur, salutis negotium non in hoc consistere, ut quispiam alium malo afficiat, sed ut ipse afficiatur. Nec dixit, *ἐκπεριδοῦναι*, hoc est, quæ efficit, sed, *ἐκπεριδομένης*, id est, quæ efficitur: ut videlicet illud ostendat, quod ad eorum promptitudinem atque animi alacritatem divina quoque gratia adjun-

μὴ μείζονα ὕφονται, καὶ οἱ πόδες ἐπὶ νεφελῶν ἀρ-
θρήσονται, καὶ τὸ διαφθειρόμενον τοῦτο σῶμα ἀθανα-
σιαν ἐνδύσεται, καὶ λαμπρότερον τὸν υἱὸν ἀπολήψο-
μαι. Εἰ δὲ λυπεῖ σε τὰ ὁρώμενα, τῶς εἰπέ πρὸς ἑαυ-
τόν· Ἰμάτιον τοῦτο ἐστὶ, καὶ ἀπεδύσατο, ὥστε αὐτὸ
πολυτελέστερον ἀπολαβεῖν· οἰκία αὕτη ἐστὶ, καὶ καθ-
ηρέθη, ὥστε γενέσθαι αὐτὴν φαιδρότεραν. Καθάπερ
γὰρ ἡμεῖς, ἐπειδὴν μέλλωμεν καθαιρεῖν οἰκίας, οὐκ
ἀφιέμεν τοὺς ἔνδον οἰκοῦντας μένειν, ἀλλ' ὥστε ἀπ-
αλλαγῆναι τῆς κόνεως καὶ τοῦ θορούβου, [ἀλλὰ] κε-
λεύσαντες πρὸς βραχὺ μεταστῆναι, ἐπειδὴν κατα-
σκευάσωμεν ἀσφαλῆς τὸ δωματίον, τότε αὐτοὺς μετὰ
ἀδειῶς εἰσάγομεν· οὕτω καὶ ὁ Θεὸς ποιεῖ, καθελὼν
αὐτοῦ τὴν σαθρὰν σκηνήν, τῶς εἰς τὴν πατρικὴν αὐ-
τὸν ἔλαβεν οἰκίαν καὶ πρὸς ἑαυτὸν, ἵν' ὅταν καθαιρε-
θῇ αὕτη καὶ οἰκοδομηθῇ, λαμπρότεραν αὐτὴν ἴσται
αὐτῷ ἀποδοῦ. Μὴ τοίνυν εἴπησ, ὅτι Ἀπόλωλε καὶ
οὐκέτι ἔσται· καὶ γὰρ ἀπίστων τὰ ῥήματα ταῦτα·
[427] ἀλλ' εἰπέ, Καθεύδει καὶ ἀναστήσεται, ἀπεδή-
μησε καὶ ἤξει μετὰ τοῦ Βασιλέως. Τίς ταῦτα φησιν;
Ὁ τὸν Χριστὸν ἔχων ἐν ἑαυτῷ λαλοῦντα. Εἰ γὰρ πι-

στεύομεν, φησιν, ὅτι Ἰησοῦς ἀπέθανε καὶ ἀνέστη
καὶ ἔζησεν, οὕτως ὁ Θεὸς καὶ τοὺς κοιμηθέντας
διὰ τοῦ Ἰησοῦ ἄξει σὺν αὐτῷ. Εἰ τοίνυν ζητεῖς
τὸν υἱὸν, ἐκεῖ ζῆται ἔνθα ὁ Βασιλεὺς, ἔνθα τὸ τῶν
ἀγγέλων στρατόπεδον· μὴ ἐν τῷ τάφῳ μηδὲ ἐν τῇ γῆ,
ἵνα μὴ, ἐκείνου τοσοῦτον ὑψωθέντος, αὐτὸς μένης
ἐπὶ τῆς γῆς συρόμενος. Ἄν τοίνυν οὕτω φιλοσοφώ-
μεν, πᾶσαν τοιαύτην ἐδύνην εὐκόλως διακρουσόμεθα.
Ὁ δὲ Θεὸς τῶν οἰκτιρμῶν καὶ Πατὴρ πάσης παρα-
κλήσεως, παρακαλέσει τὰς καρδίας πάντων ἡμῶν,
καὶ τῶν τὰ τοιαῦτα ὀδυρωμένων^α, καὶ τῶν ἐτέρῃ
λύπη κατεχομένων, καὶ ἀθυμίας ἀπαλλαγῆναι δόξη
πάσης, καὶ πνευματικὴν καρπώσασθαι χαρὰν, καὶ
τῶν μελλόντων ἀγαθῶν ἐπιτυχεῖν· ὧν γένοιτο
πάντας ἡμᾶς ἐπιτυχεῖν, χάριτι καὶ φιλανθρωπίᾳ
τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, μεθ' οὗ τῷ
Πατρὶ ἅμα τῷ ἁγίῳ Πνεύματι δόξα, κράτος, τιμὴ,
νῦν καὶ ἀεὶ, καὶ εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰῶνων.
Ἄμην.

^α Ms., ὀδυρωμένων.

ΟΜΙΛΙΑ Β'.

*Ἔτε δὲ θλιδόμεθα, ὑπὲρ τῆς ὑμῶν παρακλήσεως
καὶ σωτηρίας, τῆς ἐνεργουμένης ἐν ὑπομονῇ
τῶν αὐτῶν παθημάτων, ὧν καὶ ἡμεῖς πάσχο-
μεν· καὶ ἡ ἑλλίς ἡμῶν βεβαία ὑπὲρ ὑμῶν.*

α'. Εἰπὼν μίαν καὶ πρώτην παρακλήσεως καὶ πα-
ραμυθίας ἀφορμὴν (αὕτη δὲ ἦν τὸ τῷ Χριστῷ κοινω-
εῖν), τίθησι καὶ δευτέραν ταύτην ἦν φησιν. Ἔστι δὲ
αὕτη, τὸ αὐτῶν τῶν μαθητευομένων ἐντεῦθεν κατα-
σκευάζεσθαι τὴν σωτηρίαν. Μὴ τοίνυν καταπέσῃτε,
φησιν, ἐπειδὴ θλιδόμεθα, μηδὲ θοροθηθῆτε καὶ δει-
σητε· καὶ γὰρ δι' αὐτὸ τοῦτο μᾶλλον ἂν εἴη δικαίον
ὑμᾶς θαρσύνειν. Εἰ γὰρ μὴ ἐθλιδόμεθα, πάντας ἂν ὑμᾶς
ταῦτα ἀπόλωσε. Πῶς καὶ τίνα τρόπον; Ὅτι εἰ μαλα-
κισθέντες καὶ τὰ δεινὰ δέισαντες, μὴ ἐκηρύξαμεν
ὑμῖν τὸν λόγον, ὥστε μαθεῖν τὴν ἀληθῆ γνῶσιν, ἐν
ἐσχάτοις ἦν τὰ ὑμέτερα. Εἶδες πάλιν Παύλου τὴν
βίαν καὶ τὴν φιλονεικίαν; ἀφ' ὧν ἐθοροῦντο^α, ἀπὸ
τούτων αὐτοὺς παραμυθεῖται. Ὅσῳ γὰρ ἂν ἐπιτείνη-
ται τὰ τῶν διωγμῶν τῶν ἡμετέρων, φησὶ, τοσοῦτον
μᾶλλον ἐπιδιδόναί σε τὰ τῆς χρηστῆς ἐλπίδος ὑμῖν·
ἐπειδὴ καὶ τοσοῦτον μᾶλλον αὐξεται τὰ τῆς σωτηρίας
τῆς ὑμετέρας, καὶ τὰ τῆς παρακλήσεως. Τί γὰρ ἴσον
εἰς παρακλήσεως λόγον τοῦ τοσοῦτον ἐπιτυχεῖν ἀγα-
θῶν διὰ τοῦ κηρύγματος; Εἶτα ἵνα μὴ δόξη εἰς ἑαυ-
τὸν μόνον τὸ ἐγκώμιον περιεστῆν, ὅρα πῶς καὶ ἐκεί-
νους ποιεῖ τῶν ἐπαίνων τούτων [428] κοινωνοὺς.
Εἰπὼν γὰρ, *Εἴτε δὲ θλιδόμεθα, ὑπὲρ τῆς ὑμῶν
παρακλήσεως καὶ σωτηρίας*, ἐπήγαγε, *Τῆς ἐνε-
ργουμένης ἐν ὑπομονῇ τῶν αὐτῶν παθημάτων, ὧν
καὶ ἡμεῖς πάσχομεν*. Σαφέστερον μὲν οὖν αὐτὸ τί-
θησιν ὕστερον λέγων οὕτως· ὅτι Ὅσπερ κοινωνοί

ἔστε τῶν παθημάτων, οὕτω καὶ τῆς παρακλή-
σεως· ἐνταῦθα δὲ τῶς αὐτὸ ἠνίκατο εἰπὼν, *Τῶν αὐ-
τῶν παθημάτων*, καὶ κοινώσας τὸν λόγον. Ὁ δὲ λέ-
γει, τοῦτο ἐστίν· Οὐχ ἡμῶν ἔργον ἡ ὑμέτερα σωτη-
ρία μόνον, ἀλλὰ καὶ ὑμῶν αὐτῶν. Καὶ γὰρ καὶ ἡμεῖς
κηρύττοντες θλιδόμεθα, καὶ ἡμεῖς δεχόμενοι τὸν λό-
γον, τὰ αὐτὰ πάσχετε· ἡμεῖς μὲν, ἵνα μεταδώμεν
ἅπερ ἐλάβομεν· ὑμεῖς δὲ, ἵνα τὸ διδόμενον δέξησθε,
καὶ μὴ ἀποβάλητε. Τί τοίνυν ἴσον τῆς ταπεινοφροσύ-
νης ταύτης γένοιτ' ἂν, ὅταν καὶ τοὺς τοσοῦτον αὐτοῦ
ἀποδέοντας, εἰς τὸ αὐτὸ ἀξίωμα τῆς ὑπομονῆς ἀνάγη;
Τῆς ἐνεργουμένης γὰρ, φησιν, *ἐν ὑπομονῇ τῶν
αὐτῶν παθημάτων*. Οὐ γὰρ διὰ τοῦ πιστεύσαι μόνον
ἡ σωτηρία ὑμῶν γίνεται, ἀλλὰ καὶ διὰ τοῦ πάσχειν
τὰ αὐτὰ ἡμῖν καὶ ὑπομένειν.

Καθάπερ γὰρ παγκρατιαστῆς θαυμαστὸς μὲν ἐστὶ,
καὶ φαινόμενος καὶ εὐεκτὸν καὶ τὴν τέχνην ἔχων ἐν
ἑαυτῷ, ὅταν δὲ ἐνεργῇ καὶ φέρῃ πληγὰς καὶ πλήτη
τὸν ἀντίπαλον, τότε μάλιστα ἀπολάμπει, ἐπειδὴ καὶ
τότε μάλιστα ἐνεργεῖται αὐτοῦ ἡ εὐεξία, καὶ διαδει-
κνυται τῆς τέχνης ἡ δοκιμὴ· οὕτω δὲ καὶ ἡ σωτηρία
ὑμῶν τότε ἐνεργεῖται μειζόνως, τουτέστι, δείκνυται,
αὐξεται, ἐπιτείνεται, ὅταν ὑπομονὴν ἔχη, ὅταν πάσχη
καὶ γενναίως ἅπαντα φέρῃ. Ἄρα ἐνέργεια σωτηρίας,
οὐ τὸ ποιεῖν κακῶς, ἀλλὰ τὸ πάσχειν κακῶς. Καὶ οὐκ
εἶπε, *Τῆς ἐνεργούσης*, ἀλλὰ, *Τῆς ἐνεργουμένης*, δει-
κνὺς ὅτι μετὰ τῆς αὐτῶν προθυμίας καὶ ἡ χάρις
πολλὰ εἰσέφερεν ἐνεργοῦσα ἐν αὐτοῖς. Καὶ ἡ ἑλλίς
ἡμῶν βεβαία ὑπὲρ ὑμῶν. Τουτέστιν, ὅτι Κἂν μὴ
πάσχητε δεινὰ, θαρρῶμεν ὅτι οὐ περιτραπήσεσθε,
οὔτε ἐπὶ τοῖς ὑμετέροις διωγμοῖς. Τοσοῦτον γὰρ ἀπ-
έχομεν ὑποπεύειν ὑμᾶς, ἐφ' οἷς αὐτοὶ πάσχομεν, ὡς

^α Ms. et marg. Savil., ἐθοροῦντο. Editi ἐφοῦντο.

θορνουμένων, ὅτι ἤνικα ἂν αὐτοὶ νινδουεύητε, καὶ ὥστε θαρβόυμεν. Εἶδες ὅση γέγονεν αὐτῶν ἐπίδοσις ἀπὸ τῆς προτέρας Ἐπιστολῆς; Πολὺ γὰρ μείζονα αὐτοῖς ἔμαρτύρησε Μακεδόνων, οὓς ἐπαίρει καὶ ἐγκωμιάζει Ἐπανταχοῦ τῆς ἐπιστολῆς ἐκείνης. Ὑπὲρ μὲν γὰρ ἐκείνων δέδοικε, καὶ φησὶν· *Ἐπέψαμεν ὑμῖν Τιμόθεον εἰς τὸ στηριξοῦ ὑμᾶς, καὶ παρακαλέσοι ὑπὲρ τῆς πίστεως, εἰς τὸ μηδένα σαλθεσθαι ἐν ταῖς θλίψεσι ταύταις· αὐτοὶ γὰρ οἴδατε, ὅτι εἰς τοῦτο κείμεθα· καὶ πάλιν, Διὰ τοῦτο μηκέτι στέγων, ἐπεψά εἰς τὸ γνώσει τὴν πίστιν ὑμῶν, μὴ πως ἐκείρασεν ὑμᾶς ὁ πειράζων, καὶ εἰς κενὸν γένηται ὁ κόπος ἡμῶν.* [429] Περὶ δὲ τούτων οὐδὲν τοιοῦτόν φησιν, ἀλλὰ καὶ τούναντιον, ὅτι *Ἡ ἐλλοις ἡμῶν βεβαία ὑπὲρ ὑμῶν. Εἰτε παρακαλοῦμεθα, ὑπὲρ τῆς ὑμῶν παρακλήσεως καὶ σωτηρίας· εἰδότες ὅτι ὡσπερ κοινωροὶ ἐστε τῶν παθημάτων, οὕτω καὶ τῆς παρακλήσεως.* Ὅτι μὲν γὰρ δι' αὐτοὺς ἐθλίβοντο οἱ ἀπόστολοι, ἀπέδειξεν εἰπὼν, ὅτι *Εἰτε θλιβόμεθα, ὑπὲρ τῆς ὑμῶν παρακλήσεως καὶ σωτηρίας.* Βούλεται δὲ δεῖξαι, ὅτι καὶ δι' αὐτοὺς παρεκαλοῦντο. Εἶπε μὲν οὖν αὐτὸ καὶ ἄνωτέρω, εἰ καὶ ἀδιορίστως· *Ἐύλογητός γὰρ, φησὶν, ὁ Θεὸς ὁ παρακαλῶν ἡμᾶς ἐν πάσῃ θλίψει, εἰς τὸ δύνασθαι ἡμᾶς παρακαλεῖν τοὺς ἐν πάσῃ θλίψει.* Λέγει δὲ αὐτὸ καὶ ἐνταῦθα πάλιν ἐτέρως, σαφέστερόν τε καὶ θεραπευτικώτερον. *Εἰτε γὰρ παρακαλοῦμεθα, φησὶν, ὑπὲρ τῆς ὑμῶν παρακλήσεως.* Ὅ δὲ λέγει, τοῦτό ἐστιν· Ἡ παράκλησις ἡμῶν, ὑμῶν γίνεται παραψυχή, καὶ χωρὶς τοῦ διὰ λόγου παρακαλεῖν ὑμᾶς. Ἄν μικρὸν ἀναπνεύσωμεν μόνον ἡμεῖς, ἀρκεῖ τοῦτο εἰς παραμυθίαν ὑμῖν· κἂν αὐτοὶ παρακληθῶμεν, ὑμετέρα τοῦτο παράκλησις γίνεται. Ὅσπερ γὰρ τὰ παθήματα τὰ ἡμέτερα ὑμετέρα εἶναι νομίζετε· οὕτω καὶ τὴν παράκλησιν τὴν ἡμετέραν ὑμετέραν ἡγεῖσθε. Οὐ γὰρ δὴ ποτε ἐν τοῖς δυσχερέσει κοινωνοῦντες, ἐν τοῖς χρηστοτέροις οὐ κοινωνήσετε. Εἰ τοίνυν ἐν πάσι κοινωνεῖτε, καὶ ἐν θλίψει καὶ ἐν παρακλήσει· οὐδὲν ἡμῖν ἐγκαλέσετε ὑπὲρ τῆς μελλήσεως καὶ τῆς βραδύτητος ταύτης· καὶ γὰρ θλιβόμεθα ὑπὲρ ὑμῶν, καὶ παρακαλοῦμεθα δι' ὑμᾶς. Ἴνα γὰρ μὴ τις νομίση βαρὺ τὸ εἰπεῖν, ὅτι δι' ὑμᾶς ταῦτα πάσχομεν, λέγει ὅτι *Καὶ δι' ὑμᾶς παρακαλοῦμεθα· καὶ οὔτε μόνον κινδυνεύομεν ἡμεῖς· καὶ γὰρ καὶ ὑμεῖς κοινωνοὶ ἐστε τῶν αὐτῶν παθημάτων, φησὶν.*

β'. Ὅστε καὶ τὸ κοινωνοῦς αὐτοὺς λαβεῖν τῶν κινδύνων, καὶ τῆς παρακλήσεως αὐτῶν αὐτοῖς ἀναθεῖναι τὴν αἰτίαν, καταπραυνεῖν τὸν λόγον. Ἄν τε οὖν ἐπιβουλευόμεθα, θαρβέετε· Ἴνα γὰρ ἡ πίστις ὑμῶν δυνατωτέρα γίνηται, τοῦτο ὑπομένομεν· κἂν παρακαλώμεθα, ὑμεῖς ἐναδρύνεσθε καὶ τούτω· καὶ γὰρ δι' ὑμᾶς τοῦτων ἀπολαύομεν, ὥστε κἀντεῦθεν ὑμῖν γενέσθαι τινὰ παραμυθίαν κοινωνοῦσιν ἡμῖν τῆς ἡδονῆς. Καὶ ὅτι τοῦτον λέγει τὸν τρόπον τῆς παρακλήσεως νῦν, ὅν

ἐκαρποῦτο, οὐ διὰ τοῦ παρκαλεῖσθαι παρ' αὐτῶν μόνον, ἀλλὰ καὶ διὰ τοῦ μανθάνειν αὐτοὺς ἐν ἀνέσει ὄντας, ἀκουσον τῶν ἐξῆς, δι' ὧν αὐτὸ ἐξεκάλυψεν εἰπὼν· *Εἰδότες ὅτι ὡσπερ κοινωροὶ ἐστε τῶν παθημάτων, οὕτω καὶ τῆς παρακλήσεως.* Ὅσπερ γὰρ διωκομένων ἡμῶν ἀλγείτε, ὡς αὐτοὶ τοῦτο πάσχοντες· οὕτως ἴσμεν ὅτι καὶ παρακαλοῦμένων, αὐτοὶ τοῦτων παραπολαύειν νομίζετε. Τί ταύτης ταπεινοφρονέστερον τῆς ψυχῆς; ὅς ἐν μὲν τοῖς κινδύνοις τοσοῦτον πλεονεκτῶν, κοινωνοῦς καλεῖ τοὺς οὐδὲ πολλοστὸν αὐτῶν ὑπομένοντας· ἐν δὲ τῇ παρακλήσει τὴν αἰτίαν ἄπασαν ἐκείνοις λογιζεται, οὐ τοῖς οἰκείοις πόνοις. Εἶτα, ἐπειδὴ περὶ θλίψεων ἀδιορίστως ἔλεγε, λέγει [430] λοιπὸν καὶ τὸν τόπον, καθ' ὃν ταῦτα ὑπέμενον· *Οὐ γὰρ θέλομεν ὑμᾶς ἀγνοεῖν, ἀδελφοί, περὶ τῆς θλίψεως ἡμῶν τῆς γενομένης ἡμῖν ἐν τῇ Ἀσίᾳ.* Ταῦτα δὲ λέγομεν, φησὶν, ἵνα μὴ ἀγνοῆτε τὰ συμβάντα ἡμῖν. Καὶ γὰρ βουλόμεθα ὑμᾶς εἰδέναι τὰ ἡμέτερα, καὶ σφόδρα τοῦτο ἐσπουδάκαμεν· ὅπερ μέγιστον ἀγάπης σημεῖόν ἐστι. Τοῦτο δὲ καὶ ἐν τῇ προτέρᾳ ἦν Ἐπιστολῇ προμηνύσας, καὶ εἰπὼν, ὅτι *Θύρα γὰρ μοι ἀνέσχετο μερᾶλη καὶ ἐνεργῆς, καὶ οἱ ἀντικείμενοι πολλοὶ ἐν τῇ Ἐφέσῳ.* Ἐκείνων οὖν αὐτοὺς ἀναμνησκῶν, καὶ διηγούμενος ὅσα ἔπαθε, φησὶν· *Οὐ θέλω ὑμᾶς ἀγνοεῖν ὑπὲρ τῆς θλίψεως τῆς γενομένης ἡμῖν ἐν τῇ Ἀσίᾳ.* Τοῦτο δὲ καὶ Ἐφεσίοις ἐπιστέλλων ἔλεγε· *Τυχικὸν γὰρ ἀποσταλίας πρὸς αὐτοὺς, ταύτην ἔφη τῆς ἀποδημίας εἶναι τὴν αἰτίαν αὐτῶν διὸ καὶ ἔλεγεν· Ἴνα δὲ εἰδῆτε καὶ ὑμεῖς τὰ κατ' ἐμὲ, τί πρόσσω, πάντα ὑμῖν γνωρίσει Τυχικὸς, ὁ ἀγαπητὸς ἀδελφὸς καὶ πιστὸς διάκονος ἐν Κυρίῳ, ὃν ἐπεψά πρὸς ὑμᾶς εἰς αὐτὸ τοῦτο, ἵνα γνώτε τὰ περὶ ἡμῶν, καὶ παρακλήσῃ τὰς καρδίας ὑμῶν.* Καὶ ἐν ἄλλαις δὲ Ἐπιστολαῖς αὐτὸ τοῦτο ποιεῖ. Καὶ οὐκ ἔστι παρῆλκον, ἀλλὰ καὶ σφόδρα ἀναγκαῖον· τοῦτο μὲν διὰ τὴν ἀγάπην, ἣν σφόδρα περὶ τοὺς μαθητὰς εἶχε, τοῦτο δὲ διὰ τοὺς συνεχεῖς πειρασμοὺς, ἐν οἷς μεγίστη ἦν παραμυθία τὸ τὰ ἀλλήλων εἰδέναι, ὥστε καὶ λυπηρῶν ὄντων παρασκευάζεσθαι καὶ ἐναγωνίους εἶναι καὶ ἀσφαλεστέρους, καὶ χρηστῶν ὄντων συνήδεσθαι. Ἐνταῦθα μέντοι καὶ ἀπλλαγὴν καὶ ἐπαγωγὴν μνησθεῖ πειρασμῶν λέγων· *Ὅτι καθ' ὑπερβολὴν ἐεαρήθημεν ὑπὲρ δύναμιν· καθάπερ φορτίῳ τινὶ μεγάλῳ βαπτίζόμενον πλοῖον.* Καὶ δοκεῖ μὲν ἔν τι εἰρηκέναι, εἰπὼν, *Καθ' ὑπερβολὴν, καί, Ὑπὲρ δύναμιν·* οὐκ ἔστι δὲ ἐν, ἀλλὰ δύο ταῦτα. Ἴνα γὰρ μὴ τις λέγῃ, *Τί γὰρ, εἰ καθ' ὑπερβολὴν μὲν ὁ κίνδυνος ἦν, ὑμῖν δὲ οὐ μέγας ἦν;* ἐπιτήγαγεν, ὅτι *Καὶ μέγας ἦν καὶ τὴν δύναμιν ἐνίκα τὴν ἡμετέραν, καὶ οὕτως ἐνίκα, ὡς ἐξαπορηθῆναι ἡμᾶς καὶ τοῦ ζῆν, τουτέστι, μὴδὲ προσδοκῆσαι λοιπὸν ἡμᾶς ζῆν.* Ὅπερ ὁ Δαυὶδ πύλας ἄου καλεῖ, καὶ ὠδίννας καὶ σιανὸν θανάτου, τοῦτο δὴ καὶ αὐτὸς φησιν, ὅτι *Κίνδυνον ὑπεμείναμεν πάντως θάνατον τί-*

cta, multas utilitates afferebat, dum in illis operaretur. *Et spes nostra firma est pro vobis.* Hoc est, etiam si innumeras rerum acerbitates perpetiamini, confidimus tamen fore, ut ne ob vestras quidem persecutiones concidatis. Tantum enim abest, ut sinistri quicquam de vobis ob ea quæ patimur suspicemur, ut cum ipsi periclitamini, tum quoque bono animo simus. Vides quantum illi ex priorē epistola profecerint? Etenim multo majora ipsis pro testimonio tribuit, quam Macedonibus, quos tamen alioqui passim per totam epistolam laudibus tollit. Nam illorum quidem causa in metu erat, atque aiebat: *Misimus vobis Timotheum ad confirmandos vos et exhortandos pro fide vestra, ut nemo moveatur in tribulationibus istis; ipsi enim scitis quod in hoc positi sumus (1. Thess. 5. 2. 5):* ac rursus: *Propterea et ego amplius non sustinens, nisi ad cognoscendam fidem vestram, ne forte tentaverit vos is qui tentat, et inanis fiat labor noster (Ibid. v. 5).* De his autem nil tale loquitur, sed plane contra: *Spes nostra firma est pro vobis. Sive consolamur, pro vestra consolatione et salute; scientes quod sicut estis socii passionum, ita eritis consolationis.* Nam quod eorum causa apostoli premerentur, his verbis indicavit, *Sive tribulamur, pro vestra consolatione et salute.* Vult item ostendere, quod eorum etiam causa consolatione afficerentur. Atque hoc quidem superius quoque dixit, tametsi indefinite: *Benedictus enim, inquit, Deus qui consolatur nos in omni tribulatione, ut possimus et ipsi consolari eos, qui in omni pressura sunt.* Ait rursus idem hoc quoque loco apertius, atque ad eorum animos curandos efficacius: *Sive enim consolamur, inquit, pro vestra consolatione.* Quorum verborum hic sensus est: Consolatio nostra, consolatio vestra existit, etiam si vos minime sermone consolemur. Nam si paulum ipsi respiremus, id vobis ad consolationem satis est; ac si nos solatio afficiamur, in consolationem vestram hoc cedit. Quemadmodum enim calamitates nostras vestras esse ducitis: sic etiam nostram consolationem vestram esse censetis. Neque enim certe, cum in adversis rebus socii mihi sitis, in lætis item ac secundis socii non eritis. Quocirca cum in omnibus rebus socios vos habeam, et in tribulatione et in consolatione, non est quod me lujuse tarditatis ac moræ nomine accusetis: nam pro vobis affligimur, et propter vos consolatione afficimur. Ne quis enim grave ac molestum id esse existimaret, quod dixerat, Propter vos hæc patimur, illud etiam addit, Et propter vos consolatione afficimur; ac ne nos quidem soli periclitamur, cum ipsi quoque in earundem calamitatum partem veniat.

2 Itaque tum ex eo quod periculorum socios ipsos assumpsit, tum ex eo quod consolationis suæ causam ipsis adscribit, orationem lenit. Ac propterea, sive insidiis appetamur, firmo animo estote; nam ut fides vestra plus roboris colligat, hoc patimur; sive solatium accipimus, hoc quoque nomine gloriamini: nam propter vos eo fruimur, ut hinc etiam consolationis nonnihil ad vos redeat, dum lætitiæ nostræ participes estis. Atque ut intelligas quod de hoc con-

solationis modo nunc loquatur, quem ipse percipiebat, non hinc tantum quod consolatione ab ipsis afficeretur, verum etiam quia eos ab afflictione liberos esse intelligeret, audi quæ deinceps sequuntur. per quæ hoc aperte declaravit, cum dixit, *Scientes quod sicut socii estis passionum, ita eritis et consolationis.* Sicut enim, cum nos persecutionem patimur, vos perinde doletis ac si ipsi eam subiretis: sic non dubitamus, quin, cum solatium accipimus, vos eo frui existimetis. Quid hoc animo humiliter fingi possit? quippe qui periculis tanto eos intervallo superans, socios tamen eos vocat, qui ne minimam quidem eorum partem sustinebant; in consolatione autem universam ipsis causam, non suis laboribus adscribit. Deinde quoniam de afflictionibus generatim loquebatur, jam locum quoque narrat, in quo hæc peressus sit. 8. *Non enim volumus vos ignorare, fratres, de tribulatione nostra quæ facta est nobis in Asia.* Hæc, inquit, idcirco dicimus, ne ea, quæ nobis acciderunt, ignoretis. Siquidem rerum nostrarum statum vobis exploratum esse cupimus, atque id summo studio curamus: quod quidem maximum est dilectionis argumentum. Hoc autem in superiore quoque epistola his verbis prius significarat: *Ostium mihi apertum est magnum et evidens, et adversarii multi Ephesi (1. Cor. 16. 9).* Hæc igitur in memoriam ipsis redigens, atque exponens quæ subiecit, ait, Nolo vobis ignotam esse afflictionem eam quæ mihi in Asia contigit. Quod etiam ipsum, cum ad Ephesios scriberet, dicebat. Nam cum Tychicum ad eos misisset, hanc ipsi protectionis causam fuisse commemorat: ideoque dicebat: *Ut autem sciatis et vos quæ circa me sunt, quid faciam, omnia vobis nota faciet Tychicus, carissimus frater et fidelis minister in Domino quem misi ad vos in hoc ipsum, ut cognoscatis quæ circa nos sunt, et consoletur corda vestra (Ephes. 6. 21. 22).* In aliis quoque epistolis hoc ipsum fecit. Neque id supervacaneum est, sed perquam etiam necessarium: partim ob ingentem caritatem qua discipulos prosequabatur, partim ob assiduas tentationes, in quibus permagna consolatio erat, compertum habere quoniam statu utraque ex parte res se haberent: quo nimirum, si tristes et acerbæ essent, ad eas perferendas se compararent, atque in sollicitudine cautioreque essent; sin autem lætæ ac jucundæ, simul gauderent. Cæterum hoc loco et tentationum invectionem, et quo pacto his liberatus sit, simul exponit. *Quoniam supra modum gravati sumus supra virtutem; non secus videlicet ac navis aliqua, quæ gravi quodam onere demergitur. Atque unam quidem et eandem rem his verbis intelligere videtur, cum dixit, Supra modum, et, Supra virtutem; non tamen una est, sed duæ. Etenim ne quis dicat, Quid enim, si supra modum quidem erat periculum, vobis autem non magnum erat? idcirco subdit, Et magnum erat et vires nostras superabat, atque usque adeo superabat, ut etiam vivere nos tæderet: hoc est, nullam spem et expectationem haberemus nos amplius victuros. Id quod David inferorum portas,*

ac partus dolores, et mortis umbram appellat, hoc nimirum hic quoque Paulus dicit, Ejusmodi periculum subiimus, quod omnino mortem afferret. 9. *Sed ipsi in nobis ipsis responsum mortis habuimus, ut non simus fidentes in nobis, sed in Deo qui suscitavit mortuos.* Quid est, *Responsum mortis habuimus?* Sententiam, iudicium, expectationem. Talem enim res ipsæ vocem mittebant, tale responsum dabant ea quæ evenerant, nempe quod certissime morituri essemus. Verum id usque ad rem ipsam minime processit, sed intra suspicionem nostram substitit. Quamquam enim rerum natura hoc pronuntiaverat, tamen Dei potentia sententiam in opus exire non passa est, sed in sola nostra cogitatione atque in expectatione hoc contingere permisit: ideoque ait, *In nobis ipsis responsum mortis habuimus*, non in re ipsa. Cur autem tantum periculum nobis creari permiserit, ut vite spes omnis nobis erepta esset? *Ne*, inquit, *fidentes simus in nobis, sed in Deo.*

3. His autem verbis Paulus, non quod ipse ita affectus esset, absit hoc, sed ut alios per ea, quæ de seipso dicebat, institueret, simulque etiam modestiæ studio ductus, utebatur: quandoquidem in progressu quoque ait, *Datus est mihi stimulus carnis* (2. Cor. 12. 7), hoc est, tentationes, ut ne extollar. Atqui Deus non ideo se permisisse ait, sed alteram ob causam. Quam tandem? Nimirum ut ipsius potentia magis eluceret: *Sufficit enim tibi*, inquit, *gratia mea; nam virtus mea in infirmitate perficitur* (Ibid. v. 7). Verum, ut a me dictum est, nusquam mores suos obliviscitur, seipsum inter eos, qui longe inferiores erant ac multa disciplina et correctione opus habebant, accensus. Nam alioqui, cum ad meliorem mentem revocandos etiam vulgares homines, una aut altera tentatio coorta sufficiat; quoniam tandem modo is, qui supra mortales omnes humilitatem per omnem vite cursum coluerat, pluraque quam quisquam alius perperus fuerat, post tot annos ac cælis dignam philosophiam, hac admonitione opus haberet? Ex quo perspicuum illud est, cum hoc loco partim modestiæ studio, partim ut eos, qui de seipsis magnifice sentiebant atque arroganter se jactabant, deprimeret ac coerceret, his verbis usum fuisse, *Ut non simus fidentes in nobis, sed in Deo.* Ac vide quomodo hac quoque ratione animos eorum deliniat. Tentationes enim, inquit, vestra causa nobis inferri permissæ sunt; tanto in pretio vos Deus habet: *Si enim tribulamur*, inquit, *pro vestra consolatione et salute: at immodica calamitatum magnitudo propter nos contigit, ne magnifice sentiamus: Nam supra vires aggravati sumus, ut ne fidentes simus in nobis ipsis, sed in Deo qui suscitavit mortuos.* Rursus doctrinam de resurrectione, de qua tot in priori epistola verba fecerat, in memoriam ipsis revocat, atque a presentibus rebus ei fidem adstruit: unde etiam subjunxit, 10. *Qui de tantis mortibus nos eripuit.* Non dixit, *Ex tot periculis: quo simul et intolerandam tentationum acerbiter ostendat, et illum quem dixi sermonem confirmet.* Quoniam futura res erat resurrectio, id-

circo hanc quotidie fieri ostendit. Nam cum Deus hominem, de quo spes omnis jam abjecta erat, quique ad ipsas usque mortis portas accesserat, in sublime revocat, nihil aliud quam resurrectionis specimen præbet, ab ipsis mortis faucibus eum retrahens, qui in eas inciderat. Quo etiam fit, ut de multis, qui cum ab omnibus deplorati fuerint, ac deinde ex gravi morbo aut intolerandis quibusdam tentationibus emergerint, illud usurpari soleat: *Mortuorum resurrectionem in hoc homine vidimus.* *In quem speramus quoniam et adhuc eripiet, 11. adjuvantibus etiam vobis in oratione pro nobis: ut ex multorum personis ejus, quæ in nobis est, donationis per multos gratiæ agantur pro nobis.* Quoniam id quod dixerat, *Ut ne simus fidentes in nobis ipsis*, commune crimen et accusatio esse videbatur, quæ nonnullos eorum perstringeret, mitigat rursus id quod dixit, preces ipsorum ingentis præsidii loco implorans, illudque simul indicans, vitam nostram in perpetua cura et sollicitudine esse oportere. Nam dum ait, *Speramus autem quoniam et adhuc eripiet*, multarum tentationum agmen prænuntiat, nec tamen usquam derelictionem, sed auxilium ac suppetias. Deinde, ne ideo animis consternantur, quod audiant fore, ut in perpetuis periculis versentur, prius quidam pericula utilitatis afferant demonstravit, nempe, *Ne simus fidentes in nobis ipsis*, hoc est, ut Deus nos in perpetua humilitate contineat; et ut salus eorum procuretur, atque alia etiam plura existant, velut Christo communicare; *Abundant enim*, inquit, *passiones Christi in nobis*; et pro fidelibus pati; *Sive enim tribulamur*, inquit, *pro vestra consolatione ac salute*; tum etiam quod hæc ipsa magis eluceat; sic enim ait, *Quæ operatur in tolerantia earundem passionum*; illud item, quod hinc fortes ac tolerantes efficiantur; ac præterea, quod resurrectionem ante oculos suos effulgentem cernant; *Ex tantis enim*, inquit, *mortibus nos eripuit*; ad hæc quod ea ratione solliciti reddantur, atque in eum semper respiciant: *Speramus enim*, inquit, *quod eripiet*; ac denique, quod precibus affixi sint; *Adjuvantibus enim*, inquit, *vobis in oratione pro nobis.* Posteaquam igitur afflictionum utilitatem ostendit, ac deinde sollicitudinem ipsis iniecit, rursus eorum animos acuit atque ad virtutem promptiores efficit, magnum ipsorum precibus testimonium tribuens, si quidem ob eas Paulum ipsis donarint: *Adjuvantibus enim*, inquit, *vobis in oratione.* Quid autem est, *Ut in multis personis ejus, quæ in nobis est, donationis per multos gratiæ agantur pro nobis?* Ex mortibus illis nos eripuit, adjuvantibus etiam vobis in oratione, inquit: hoc est, vobis omnibus nostra causa deprecantibus. Beneficium enim in nos collatum, hoc est, salutem nostram, vobis omnibus largiri voluit: ut multe personæ gratias ipsi agant, quandoquidem multe quoque gratiam acceperunt.

4. Hæc porro eo dicebat, partim ut ipsos ad preces aliorum quoque causa fundendas excitaret, partim item ut pro iis etiam calamitatibus, quibus alii afficerentur, gratis Deo semper agendis ipsos assue-

κτορτι. Ἄλλ' αὐτοὶ ἐν ἑαυτοῖς τὸ ἀπόκριμα τοῦ θανάτου ἐσχίκαμεν, ἵνα μὴ πεποιθότες ὦμεν ἐφ' ἑαυτοῖς, ἀλλ' ἐπὶ τῷ Θεῷ τῷ ἐγείροντι τοὺς νεκρούς. Τί ἐστι, τὸ ἀπόκριμα τοῦ θανάτου; Τὴν ψῆφον, τὴν κρίσιν, τὴν προσδοκίαν. Τοιαύτην γὰρ ἤφειε τὰ πράγματα φωνῆν, τοιαύτην ἀπόκρισιν ἐδίδου τὰ συμβάντα, ὅτι ἀποθανούμεθα πάντως. Οὐ μὴν μέχρι τῆς πείρας ἐξέβη τοῦτο, ἀλλὰ μέχρι τῆς ὑπονοίας ἔστη τῆς ἡμετέρας. Ἡ μὲν γὰρ τῶν πραγμάτων φύσις τοῦτο ἀπεφάνετο· ἡ δὲ τοῦ Θεοῦ δυνάμις οὐκ ἀφῆκε τὴν ἀπόφασιν εἰς ἔργον ἐξελεῖν, ἀλλ' ἐν τῇ διανοίᾳ μόνῃ τῇ ἡμετέρᾳ καὶ ἐν τῇ προσδοκίᾳ τοῦτο συμβῆναι συνεχώρησε· διό [431] φησὶν· Ἐν ἑαυτοῖς τὸ ἀπόκριμα τοῦ θανάτου ἐσχίκαμεν, οὐκ ἐν τῇ πείρᾳ. Καὶ τίνας ἔνεκεν συνεχώρησε τοσοῦτον κίνδυνον, ὡς ἀπελπίσαι ἡμᾶς καὶ ἀπογνῶναι; Ἴνα μὴ πεποιθότες ὦμεν ἐφ' ἑαυτοῖς, φησὶν, ἀλλ' ἐπὶ τῷ Θεῷ.

γ'. Ταῦτα δὲ ἔλεγεν ὁ Παῦλος, οὐκ ἐπειδὴ αὐτὸς οὕτω διέκειτο, ἀπαγε, ἀλλὰ τοὺς ἄλλους ἐν τοῖς περὶ αὐτοῦ λεγομένοις ρυθμίζων, ἅμα δὲ καὶ μετριάζειν ἐσπουδακῶς· ἐπεὶ καὶ προΐων φησὶν· Ἐδόθη μοι σκόλοψ τῇ σαρκί, τοὺς πειρασμοὺς λέγων, Ἴνα μὴ υπεραιρώμαι. Καίτοι ὁ Θεὸς οὐ διὰ τοῦτό φησιν αὐτοὺς συγκεχωρηκέναι, ἀλλὰ δι' ἑτέραν αἰτίαν. Ποίαν δὲ ταύτην; Ἴνα ἡ δύναμις αὐτοῦ διαλάμψῃ μειζόνως· Ἄρκει γὰρ σοι, φησὶν, ἡ χάρις μου· ἡ γὰρ δύναμις μου ἐν ἀσθενείᾳ τελειοῦται. Ἄλλ', ὅπερ ἔφη, οὐδαμοῦ ἐπιλανθάνεται τοῦ οἰκείου ἤθους, ἐν τοῖς σφόδρα καταδεστέροις ἑαυτὸν ἀριθμῶν, καίτοι πολλῆς δεομένοις παιδαγωγίας καὶ διορθώσεως. Εἰ γὰρ καὶ τοὺς τυχόντας εἰς καὶ δεύτερος πειρασμὸς ἱκανὸς ἐπέλθων σωφρονίσει· πῶς ἐκεῖνος ὁ πάντων ἀνθρώπων μάλιστα ταπεινοφροσύνην ἀσκήσας διὰ παντὸς τοῦ βίου, καὶ τοσαῦτα παθὼν ὡς μηδεὶς ἀνθρώπων, μετὰ τοσαῦτα ἔτη καὶ φιλοσοφίαν τῶν οὐρανῶν ἀξίαν, ταύτης ἔδειτο τῆς νοουθεσίας; Ὅθεν δῆλον ὅτι καὶ μετριάζων ἐνταῦθα, καὶ τοὺς ἐφ' ἑαυτοῖς μέγα φρονούντας καὶ ἀλαζονευομένους καταστέλλων λέγει· Ἴνα μὴ πεποιθότες ὦμεν ἐφ' ἑαυτοῖς, ἀλλ' ἐπὶ τῷ Θεῷ. Καὶ ὅρα πῶς αὐτοὺς καὶ ταύτην θεραπεύει. Οἱ μὲν γὰρ πειρασμοί, φησὶ, δι' ὑμᾶς ἡμῖν ἐπενεχθῆναι συνεχωρήθησαν· τοσοῦτου τιμᾶται ὑμᾶς ὁ Θεός· Ἐἴτε γὰρ θλιβόμεθα, φησὶν, ὑπὲρ τῆς ὑμῶν παρακλήσεως καὶ σωτηρίας· ἡ δὲ ὑπερβολὴ δι' ἡμᾶς, ἵνα μὴ μέγα φρονώμεν· καθ' ὑπερβολὴν γὰρ ἐδαρήθημεν καὶ ὑπὲρ δύναμιν, ἵνα μὴ πεποιθότες ὦμεν ἐφ' ἑαυτοῖς, ἀλλ' ἐπὶ τῷ Θεῷ τῷ ἐγείροντι τοὺς νεκρούς. Πάλιν τοῦ περὶ ἀναστάσεως ἀναμνησθεὶς λόγου, ὑπὲρ οὗ τοσαῦτα εἶπεν ἐν τῇ προτέρᾳ Ἐπιστολῇ, καὶ ἀπὸ τῶν παρόντων αὐτὴν βε-

βαιῶν διὸ καὶ ἐπηγάγεν· Ὅς ἐκ τηλικούτων θανάτων ἐρρύσατο ἡμᾶς. Οὐκ εἶπεν, Ἐκ τοσοῦτων κινδύνων, ὁμοῦ μὲν· δεικνύς τὸ ἀφόρητον τῶν πειρασμῶν, ὁμοῦ δὲ ἐκεῖνον, ὄνπερ ἔφη, πιστούμενος τὸν λόγον. Ἐπειδὴ γὰρ μέλλον πρᾶγμα ἡ ἀνάστασις ἦν, δεικνυσὶν ὅτι τοῦτο καθ' ἑκάστην γίνεται τὴν ἡμέραν. Ὅταν γὰρ ἀνθρωπὸν ἀπογνωσθέντα, καὶ πρὸς αὐτὰς ἐλθόντα τοῦ ἄδου τὰς πύλας ἀνεκλύσῃ, οὐδὲν ἕτερον ἢ ἀνάστασιν ἐπιδεικνυται, ἀπ' αὐτοῦ τοῦ στόματος ἀνασπῶν τοῦ θανάτου τὸν ἐμπεσόντα. Διὸ καὶ τοῖς πολλοῖς ἐπὶ τῶν ἀπογνωσθέντων, εἴτα ἀνενεγκόντων^a ἐξ ἀβρωστίας χαλεπῆς, ἢ ἐκ πειρασμῶν ἀφορητῶν, ἔθος τοῦτο λέγειν· Ἀνάστασιν νεκρῶν ἐωράκαμεν ἐπὶ τοῦδε. Ἠλλίκαμεν δὲ ὅτι καὶ ἐτι ρύσεται, συνυπουργούντων καὶ ὑμῶν τῇ [432] δεήσει ὑπὲρ ἡμῶν ἵνα ἐν πολλῷ προσώπῳ^b τὸ εἰς ἡμᾶς χάρισμα διὰ πολλῶν εὐχαριστηθῇ ὑπὲρ ἡμῶν. Ἐπειδὴ τὸ, Ἴνα μὴ πεποιθότες ὦμεν ἐφ' ἑαυτοῖς, κοινὸν ἔδοκει εἶναι Ἐγκλημα καὶ κατηγορία καὶ ἐκλείων ἐνίους αἰνιτομένην, παραμυθεῖται πάλιν τὸ εἰρημένον, τὰς εὐχὰς τὰς ἐκείνων ἀντὶ προστασίας μεγάλης καλῶν καὶ δεικνύς ἅμα, ὅτι διαπαντὸς ἐναγωνιον εἶναι χρὴ τὸν βίον τὸν ἡμέτερον. Τῷ γὰρ εἰπεῖν, Ἠλλίκαμεν δὲ ὅτι καὶ ρύσεται, πολλῶν προαναφωνεῖ πειρασμῶν νιφάδας, οὐ μὴν ἐγκατάλειψιν οὐδαμοῦ, ἀλλὰ βοήθειαν πάλιν καὶ συμμαχίαν. Εἴτα, ἵνα μὴ, ἀκούοντες ὅτι διηνεκῶς μέλλουσι κινδυνεύειν, καταπέσωσιν, ἔδειξε πρότερον τῶν κινδύνων τὸ ὄφελος, οἷον τὸ, Ἴνα μὴ πεποιθότες ὦμεν ἐφ' ἑαυτοῖς· τούτέστιν, Ἴνα ἐν διηνεκῇ ταπεινοφροσύνη κατέχη ἡμᾶς· καὶ ἵνα ἡ σωτηρία αὐτῶν ἐνεργῆται, καὶ ἕτερα γούν πλείονα· τὸ τῷ Χριστῷ κοινωνεῖν· Περισεύει γὰρ, φησὶ, τὰ παθήματα τοῦ Χριστοῦ ἐν ἡμῖν· τὸ ὑπὲρ τῶν πιστῶν πάσχειν· Εἴτε γὰρ, φησὶ, θλιβόμεθα, ὑπὲρ τῆς ὑμῶν παρακλήσεως καὶ σωτηρίας· τὸ καὶ αὐτὴν ταύτην διαλάμπειν μειζόνως· Τῆς ἐνεργουμένης γὰρ, φησὶν, ἐν ὑπομονῇ τῶν αὐτῶν πυθιμάτων· τὸ καρτερικὸς γίνεσθαι· καὶ ἐτι πρὸς τοῦτοις, τὸ τὴν ἀνάστασιν ὄρᾶν πρὸ τῶν ὀφθαλμῶν διαλάμπουσαν· Ἐκ τηλικούτων γὰρ θανάτων ἐρρύσατο ἡμᾶς· τὸ ἐναγωνίους εἶναι καὶ πρὸς αὐτὸν διηνεκῶς ὄρᾶν· Ἠλλίκαμεν γὰρ, φησὶν, ὅτι καὶ ρύσεται· τὸ εὐχαῖς προσηλωσθαι· Συνυπουργούντων γὰρ, φησὶ, καὶ ὑμῶν τῇ δεήσει ὑπὲρ ἡμῶν. Δείξας τοίνυν τὸ κέρδος τῶν θλίψεων, εἴτα ἐναγωνίους ποιήσας, ἀλείφει πάλιν αὐτῶν τὰ φρονήματα, καὶ προθυμοτέρους εἰς ἀρετὴν ποιεῖ, μέγала αὐτῶν μαρτυρῶν ταῖς εὐχαῖς, εἰ γὰρ ταῦταις Παῦλον ἐχαρίσαντο· Συνυπουργούντων γὰρ ὑμῶν ὑπὲρ ἡμῶν τῇ δεήσει, φησὶ. Τί δὲ ἐστίν, Ἴνα ἐν πολλῷ προσώπῳ τὸ εἰς ἡμᾶς χάρισμα διὰ πολλῶν εὐχαριστηθῇ ὑπὲρ ἡμῶν; Ἐρρύσατο ἡμᾶς ἐκ τῶν θανάτων ἐκείνων, συνυπουργούντων καὶ ὑμῶν τῇ δεήσει, φησὶ· τούτέστιν, Εὐχομένων πάντων ὑμῶν ὑπὲρ ἡμῶν. Τὸ γὰρ εἰς ἡμᾶς χάρισμα, τούτέστι, τὴν σωτηρίαν τὴν ἡμε-

^a Ms., ἀνεστηκόντων.

^b In editis Graecis Novi Testamenti legitur ἐκ πολλῶν προσώπων.

τέραν ἐβουλήθη πᾶσιν ὑμῖν χαρίσασθαι, ἵνα τὰ πολλὰ πρόσωπα αὐτῷ εὐχαριστήσῃ, ἐπειδὴ καὶ τὰ πολλὰ τῆν χάριν ἔλαβε.

δ'. Ταῦτα δὲ ἔλεγεν, ὁμοῦ μὲν καὶ εἰς τὰς ὑπὲρ ἐτέρων εὐχὰς αὐτοὺς διεγείρων, ὁμοῦ δὲ ἐθίζων καὶ ὑπὲρ ὧν ἂν ἔτεροι πάθωσι, εὐχαριστεῖν αἰεὶ τῷ Θεῷ, δεικνύς ὅτι μάλιστα τοῦτο βούλεται καὶ αὐτός. Οἱ γὰρ μελετήσαντες ὑπὲρ ἐτέρων ταῦτα ποιεῖν, πολλῶ μᾶλλον ὑπὲρ ἑαυτῶν ἐπιδείξονται ταῦτα ἀμφοτέρω. Πρὸς δὲ τούτοις, καὶ ταπεινοφροσύνην αὐτοὺς διδάσκει, καὶ εἰς ἀγάπην ἀγει θερμοτέραν. Εἰ γὰρ αὐτός ὁ τοσοῦτον αὐτῶν ὑψηλότερος ὢν, ἐκ τῶν εὐχῶν ἐκείνων σεσῶσθαι φησι, καὶ χάρισμα αὐτῶν ταῖς δεήσεσι δεδῶσθαι [433] αὐτῷ παρὰ τοῦ Θεοῦ, ἐνόησον πῶς ἐκείνους ἔδει διακεισθαι καὶ μετριάξαι. Σὺ δέ μοι κάκεινο σκόπει, ὅτι κἂν ἀπὸ οἰκτιρῶν ὁ Θεός τι ποιῇ, μεγάλη ἐνταῦθα καὶ ἡ εὐχὴ συμβάλλεται. Ἀρχόμενος μὲν γὰρ, τοῖς οἰκτιρμοῖς αὐτοῦ τὴν σωτηρίαν ἐλογίσατο. Ὁ Θεός γὰρ, φησί, τῶν οἰκτιρῶν, αὐτός ἡμᾶς ἐβρύσατο· ἐνταῦθα δὲ καὶ ταῖς εὐχαῖς· ἐπεὶ κάκεινον τὸν τὰ μύρια ὀφείλοντα τάλαντα, μετὰ τὸ προσπεσεῖν ἠλέησε, καίτοι γε εἴρηται, ὅτι *Σπλαγχνισθεὶς ἀπέλυσεν αὐτόν*· καὶ τῇ *Καναναίᾳ*^a δὲ μετὰ τὴν πολλὴν προσεδρίαν ἐκείνην καὶ καρτερίαν τότε ἐχαρίσατο τῆς θυγατρὸς τὴν σωτηρίαν, καίτοι γε ἀπὸ ἑλέου αὐτὴν ἔσωσεν. Ἀπὸ τοῦτου τοίνυν μανθάνομεν, ὅτι κἂν ἔλθεισθαι μέλλωμεν, ἀξίους τοῦ ἑλέου πρότερον παρέχειν ἡμᾶς ἑαυτοὺς χρῆ. Κἂν γὰρ ἔλεος ᾗ, τοὺς ἀξίους ἐπιζητεῖ· οὐ γὰρ ἀπῶς ἐπισιν ἅπασι, καὶ τοῖς ἀναισθήτως διακειμένοις· *Ἐλεήσω γὰρ, φησὶν, ὃν ἂν ἐλεῶ, καὶ οἰκτιρήσω, ὃν ἂν οἰκτιρῶ*. Ὅρα γοῦν καὶ ἐνταῦθα τί φησι· *Συνυπουργοῦντων καὶ ὑμῶν τῇ θεήσει*. Καὶ οὕτε τὸ πᾶν αὐτοῖς ἔδωκεν, ἵνα μὴ αὐτοὺς ἐπάρη, οὕτε πάντῃ ἠλλοτρίωσεν αὐτοὺς τοῦ κατορθώματος, ἵνα προτρέψῃ καὶ προθυμότερους ἐργάσθαι καὶ συναγάγῃ πρὸς ἀλλήλους αὐτούς. Διδὸν καὶ ἔλεγεν, ὅτι *Ἑμῖν ἐχαρίσατό μου τὴν σωτηρίαν*. Καὶ γὰρ καὶ πλήθος δυσωπεῖται πολλᾶκις ὁ Θεὸς ὁμοουῶν καὶ συμφωνοῦν εἰς εὐχὴν· διὸ καὶ πρὸς τὸν προφήτην ἔλεγεν· *Ἐγὼ δὲ οὐ φείσομαι τῆς πόλεως ταύτης, ἐν ἣ κατοικοῦσι πλείους ἢ δώδεκα μυριάδες ἀνθρώπων*; Εἶτα ἵνα μὴ νομίτῃ, ὅτι πλήθος αἰδεῖται μόνον, φησὶν· *Ἐὰν ἢ ὁ ἀριθμὸς τοῦ Ἰσραὴλ ὡς ἡ ἄμμος τῆς θαλάσσης, τὸ κατὰλειμμα σωθήσεται*. Πῶς οὖν Νινευίτας ἔσωσεν; Ὅτι οὐ πλήθος μόνον ἦν, ἀλλὰ πλήθος μετὰ ἀρετῆς· μετενόησε γὰρ ἕκαστος ἀπὸ τῆς ὁδοῦ αὐτοῦ τῆς πονηρᾶς. Καὶ σώζων δὲ αὐτούς ἔλεγεν, ὅτι *Οὐκ ἔγνωσαν δεξιὰν ἢ ἀριστεράν*. Ὅθεν δὴλον, ὅτι καὶ τὰ πρότερα ἐξ ἀφελείας μᾶλλον ἔπασιον, ἢ πονηρίας· καὶ δὴλον, ἐξ ὧν μετεβάλλοντο, ἔλιγων ῥημάτων ἀκούσαντες. Εἰ δὲ τὸ δώδεκα μυριάδας εἶναι μόνον ἴσχυσεν εἰς τὸ σῶσαι αὐτούς, τί καὶ πρὸ τούτου αὐτοὺς σωθῆναι ἐκώλυσε; Καὶ τίνας ἔνεκεν οὐκ εἶπε πρὸς αὐτόν, Ἐγὼ δὲ οὐ φείσομαι τῆς πόλεως ταύτης τῆς οὕτω μεταβαλλο-

μένης; ἀλλὰ τὰς μυριάδας παράγει; Ἐκ περιουσίας καὶ τοῦτο τιθεῖς. Τὸ μὲν γὰρ ἦν δῆλον, ἡ μεταβολή· ὁ δὲ ἀριθμὸς καὶ ἡ ἀφέλεια, ἀδηλα τῷ προφήτῃ. Πάνταθεν τοίνυν αὐτοὺς καταμαλάξει βούλεται· ἰσχύει γὰρ καὶ πλήθος, ὅταν καὶ ἀρετῆ ᾖ.

[434] Τοῦτο γοῦν καὶ ἀλλαχθῶ δηλοῖ λέγουσα ἡ Γραφή· *Προσευχὴ δὲ ἦν ἐκτενης ὑπὸ τῆς Ἐκκλησίας πρὸς τὸν Θεὸν γινόμενη ὑπὲρ αὐτοῦ*· καὶ τοσοῦτον ἴσχυσεν, ὡς, κακλεισμένων τῶν θυρῶν, καὶ ἀλύσεων ἐπικειμένων, καὶ φυλάκων ἐκατέρωθεν παρακαθευδόντων, ἐξαγαγεῖν τὸν Ἀπόστολον καὶ ἀπαλλάξαι πάντων ἐκείνων. Ἄλλ' ὥσπερ, ἀρετῆς οὐσης, μέγα δύναται· οὕτω, κακίας οὐσης, οὐδὲν ὀνίνησι τὸ πλήθος. Καὶ γὰρ οἱ Ἰσραηλίται, περὶ ὧν φησὶν, ὅτι ὁ ἀριθμὸς αὐτῶν ἦν ὡς ἡ ἄμμος τῆς θαλάσσης, πάντες ἀπόλωντο· καὶ οἱ ἐπὶ Νῦε δὲ πολλοὶ καὶ ἄπειροι ἦσαν, καὶ οὐδὲν αὐτοὺς τοῦτο ὤνησε· καθ' ἑαυτὸ γὰρ οὐδὲν δύναται πλήθος, ἀλλ' ἐν προσθήκῃς μέρει. Σπουδάζωμεν οὖν συνίναμι ἐν ταῖς δεήσεσι, καὶ ὑπὲρ ἀλλήλων εὐχόμεθα, καθάπερ ὑπὲρ τῶν ἀποστόλων ἐκείνοι. Καὶ γὰρ ἐντολὴν πληροῦμεν, καὶ εἰς ἀγάπην ἀλειφόμεθα· ὅταν δὲ ἀγάπην εἶπω, πάντα λέγω τὰ ἀγαθὰ· καὶ εὐχαριστεῖν σπουδαιότερον μανθάνομεν. Οἱ γὰρ ὑπὲρ τῶν ἄλλοτριων εὐχαριστοῦντες, πολλῶ μᾶλλον ὑπὲρ τῶν ἰδίων. Τοῦτο καὶ ὁ *Δαυὶδ* ἐποίησε λέγων· *Μεγαλύνατε τὸν Κύριον σὺν ἐμοί, καὶ ὑψώσωμεν τὸ ὄνομα αὐτοῦ ἐπὶ τὸ αὐτό*· τοῦτο καὶ ὁ Ἀπόστολος πανταχοῦ ζητεῖ· τοῦτο καὶ ἡμεῖς ἐργαζώμεθα, καὶ εἰς πάντας τοῦ Θεοῦ τὴν εὐεργεσίαν ἐκφέρωμεν, ἵνα κοινωνοὺς λάβωμεν τῆς εὐφροσύνης. Εἰ γὰρ παρὰ ἀνθρώπων τι παθόντες ἀγαθὸν, ὅταν ἀνακηρύξωμεν, προθυμότερους αὐτοὺς ποιῶμεν· πολλῶ μᾶλλον τοῦ Θεοῦ τὰς εὐεργεσίας ἀναγορεύοντες, εἰς πλείονα αὐτὸν ἐπισπασόμεθα εἰσίοιαν. Καὶ εἰ παρὰ ἀνθρώπων εὐεργετηθέντες, καὶ ἄλλους διεγειρόμεν εἰς τὴν κοινωνίαν τῆς εὐχαριστίας· πολλῶ μᾶλλον τῷ Θεῷ πολλοὺς προσάγειν χρῆ τοὺς ὑπὲρ ἡμῶν εὐχαριστήσαντας. Εἰ γὰρ Παῦλος τοῦτα ποιεῖ, τοσαύτην ἔχων τὴν παρῆρσιαν, πολλῶ μᾶλλον ἡμᾶς ἀναγκαῖον τοῦτο ποιεῖν.

ε'. Παρακαλῶμεν τοίνυν τοὺς ἁγίους ὑπὲρ ἡμῶν εὐχαριστεῖν, καὶ αὐτοὶ ὑπὲρ ἀλλήλων τοῦτο ποιῶμεν. Τοῦτο ἱερῶν μάλιστα ἐστὶ κατορθώμα, ἐπειδὴ μέγιστον ἀγαθόν. Προσιόντες γὰρ, πρότερον ὑπὲρ τῆς οἰκουμένης καὶ τῶν κοινῶν εὐχαριστοῦμεν ἀγαθῶν. Εἰ γὰρ καὶ κοινὰ αἱ εὐεργεσίαι τοῦ Θεοῦ, ἀλλὰ καὶ σὺ ἐν τῷ κοινῷ ἐσώθης. Ὡστε καὶ ὑπὲρ τῆς ἰδίας κοινῆς ὀφείλεις χάριν, καὶ ὑπὲρ τῆς κοινῆς ἰδιάζουσας δικαιοῦς ἂν εἴης ἀναφέρειν εὐφρομίαν. Καὶ γὰρ τὸν ἦλιον ἀνήψεν οὐ σοὶ μόνῃ, ἀλλὰ καὶ τῷ κοινῷ· ἀλλ' ὅμως ἐν τῷ μέρει τὸ ὅλον ἔχεις· καὶ γὰρ τοσοῦτος γέγονε διὰ τὸ κοινόν· καὶ ὄρθς σὺ μόνος τοσοῦτον, ὅσον εἶδον πάντες ἄνθρωποι. Ὡστε τοσαύτην ὀφείλεις εὐχαριστίαν, ὅσην ἅπαντες· καὶ ὑπὲρ τῶν κοινῶν εὐχαριστεῖν ἂν εἴης δικαιοῦς, καὶ ὑπὲρ τῆς ἐτέρων ἀρετῆς. Πολλὰ γὰρ καὶ δι' ἄλλους πάσχομεν καλῶς. Καὶ γὰρ εἰ δεῖκα μόνον ἐν Σοδόμοις ἐρέθησαν δίκαιοι, οὐκ ἂν ἔπαθον, [435] ἄπερ ἔπαθον. Ὡστε καὶ ὑπὲρ τῆς

^a Ms., τῆς Καναναίας.

ceret : ostendens videlicet, id ipsiquoque quam gratissimum esse. Nam qui hæc aliorum causa facere consueverint, multo sane magis utraque hæc ipsi sua causa præstaturi sunt. Quinetiam eos ad humilitatem erudit, atque ad ferventiorum caritatem ducit. Nam cum ipse, qui tot partibus sublimior illis erat, eorum precibus salutem se consequutum esse, ac propter ipsorum orationes beneficium accepisse dicat, velim tecum reputes, quo eos animo quamque modesto esse oportebat. Quin illud quoque animadvertite, quod etiamsi Deus misericordia permotus aliquid faciat, tamen hic quoque precatum multum adjumenti affert. Etenim in principio salutem suam Dei miserationibus acceptam retulit; *Deus enim miserationum*, inquit, *nos eripuit*; hic autem eandem ipsorum quoque precibus adscripsit. Nam etiam illum, qui talentorum decem millia debebat, postquam ad ipsius pedes accessisset, miseratus est : et tamen dictum est, *Misericordia motus dimisit eum*. Atque item Chananaeæ post nullam illam assiduitatem ac tolerantiam, tum denique filia salutem concessit (*Matth. 15. 28*) : etiamsi alioqui misericordia ductus ipsi salutem attulerit. Ex quo nimirum discimus, quamvis Deus misericordiam erga nos adhibiturus sit, nobis tamen istud prius faciendum esse, ut misericordia dignos nos ipsos præstemus. Quamvis enim misericordia sit, dignos tamen requirit : non enim temere quibusvis obtingit, etiam stupore laborantibus : *Miserebor enim*, inquit, *cujus miserebor*; et *misericordiam præstabo ei, cui miserebor* (*Exod. 33. 19*). Vide quippe quidnam hic quoque dicat : *Adjutantibus et vobis in oratione*. Nam nec totum ipsis tribuit, ne eorum animos efferat; nec rursus eos omni ex parte ab hujus beneficii laude submovit, ut eos incitet alacrioresque efficiat, atque inter se devinciatur. Unde etiam dicebat, Salutem meam vobis donavit. Nam persæpe quoque Deus quasi pudore commoveatur, cum multitudinem ad preceationem concordem atque conspirantem cernit : ideoque propheta dicebat, *Ego autem non parcam huic civitati, in qua habitant plus quam centum viginti millia hominum* (*Jonæ 4. 11*). Deinde, ne putes Deum ob multitudinem duntaxat ad misericordiam inflecti, his verbis utitur : *Si fuerit numerus Israel tanquam arena maris, reliquæ salvæ fient* (*Isai. 10. 22*). Qui factum est igitur, ut Ninivitas servavit? Nempe quia non multitudo solum erat, sed multitudo virtute prædita : pœnitentiam enim unusquisque egit, et a via sua prava recessit. Atque etiam ipse, dum salutem ipsis afferret, aiebat : *Nesciunt quid sit inter dextram et sinistram* (*Jon. 1. c.*). Ex quo perspicuum est, eos in priora peccata simplicitate potius quam animi perversitate lapsos fuisse : idque ex eo constat, quod paucis verbis auditis ad meliorem mentem se receperunt. Quod si ad eos servandos hoc satis virium habuisset, quod centum viginti hominum millia erant, quidnam prius quoque prohibuisset, quin salutem adipiscerentur? Cur igitur non dixit ei, Ego autem non parcam civitati huic ita immutatæ, sed tot millia profert? Ex abundanti hoc facit : nam

mutatio quidem manifesta erat, numerus autem et simplicitas civium propheta: ignota erant. Undique igitur eorum animos enollire studet : nam tum viribus pollet multitudo, cum virtus insuper accedit.

Orationis vis. — Hoc etiam alio loco Scriptura his verbis declarat : *Oratio autem fiebat sine intermissione ab Ecclesia ad Deum pro eo* (*Act. 12. 5*) : tantamque vim habuit, ut quamvis etiam fores clausæ essent, et catenæ apostolum stringerent, custodesque utrinque ad ipsius latus dormirent, eum tamen eduxerit atque ex omnibus illis difficultatibus liberarit. Verum quemadmodum, si virtus adsit, magnam vim habet multitudo : ita si vitium adsit, nullam utilitatem affert. Siquidem et Israelitæ, quos arenæ maris numerum adæquasse Scriptura refert, omnes perierunt; atque etiam tempore Noe permulti, imo innumeri erant, nec tamen eos quidquam hoc juvit : sola enim multitudo nihil potest, verum tum demum cum accessionis loco est. Demus igitur operam, ut in precibus coeamus, alii pro aliis precemur, quemadmodum illi pro apostolis. Sic enim et mandatum explemus, et ad caritatem incitatur : cum autem caritatem dico, omnia bona hoc vocabulo complector : atque etiam majore studio gratias agere discamus. Nam qui pro alienis gratias Deo agunt, multo magis id pro suis faciunt. Hoc David quoque faciebat, cum diceret, *Magnificate Dominum mecum, et exaltemus nomen ejus in idipsum* (*Psal. 33. 4*) : hoc et apostolus passim exposcit : hoc nos item faciamus, atque apud omnes Dei beneficium prædicemus, ut eos laudationis socios assumamus. Nam si, cum beneficium aliquod ab hominibus accepimus atque id celebramus, promptiores eos ad bene de nobis merendum reddimus : multo magis, Dei beneficia prædicantes, ad majorem benevolentiam ipsum atrahemus. Et si, cum beneficium aliquod ab hominibus consequuti sumus, ad gratias nobiscum agendas alios etiam excitamus, multo profecto magis nobis curandum est, ut multos, qui gratias pro nobis agant, ad Deum adhibeamus. Cumque Paulus, qui tantam fiduciam obtinebat, hoc faciat, tanto magis hoc a nobis fieri necesse est.

5. Quocirca sanctos viros etiam atque etiam obsecremus, ut pro nobis gratias agant, atque etiam ipsi pro nobis hoc invicem faciamus. Istud præsertim sacerdotum munus est, utpote bonum omnium præstantissimum. Accedentes enim, primum pro universo orbe communibusque commodis gratias agimus. Nam etsi communia Dei beneficia sunt, tamen tu quoque in communi salutem es consequutus. Itaque tum pro privata tua communem gratiarum actionem debes, tum pro communi privatam Deo laudem abs te offerri æquum fuerit. Etenim solem non tibi uni accendit, sed etiam communiter omnibus; et tamen in parte totum habes : nam ob communem omnium utilitatem tanta magnitudine creatus est; tu tamen solus tantum vides, quantum universi mortales videre queant. Ex quo efficitur, ut tantam gratiarum actionem debeas, quantam universi; ac te et pro communibus beneficiis gratias agere par est, et pro aliorum virtuta-

Multis enim etiam propter alios beneficiis afficiuntur. Etenim si vel decem soli justi viri in Sodomis inventi fuissent, non in eas, quas pertulerunt, calamitates incidissent. Quamobrem pro aliorum quoque apud Deum libertate ac fiducia gratias agamus: siquidem prisca lex hæc est, atque antiquitas in Ecclesia instituta. Sic Paulus pro Romanis, pro Corinthiis, pro universo orbe gratias agit. Nec vero illud mihi dixeris: Hoc præclarum facinus meum non est. Quamvis enim tuum non sit, sic quoque tamen gratias agere debes, quod membrum tuum tale sit. Alioquin etiam tuum illud facis, cum laudas et in coronarum partem ipse etiam venis, atque eandem gratiam percipis.

Preces pro catechumenis. — Ob eam causam Ecclesiæ leges ad hunc modum preces fieri jubent: non eas dumtaxat quæ pro fidelibus, sed eas etiam quæ pro catechumenis adhibentur: siquidem lex ad supplicandum pro his, qui nondum initiati sunt, fideles excitat. Nam cum diaconus ait, *Pro catechumenis intente oremus*, nihil aliud facit, quam ut universam fidelium multitudinem ad preces pro illis obeundas excitet. Atqui alieni adhuc sunt catechumeni: nondum enim corpori Christi insiti sunt, nec mysteriorum participes effecti, verum a spirituali grege adhuc divisi. Quod si ergo pro his orandum est, multo sane magis pro nostris membris. Ob idque etiam ait, *Intente oremus*, ne videlicet eos tamquam alienos abdicet ac rejicias, ne tamquam peregrinos non agnoscas. Nondum enim lege sancitam, atque a Christo inventam precationem habent; nondum liberius orandi potestatem nacti sunt, sed aliorum, qui mysteriis initiati sint, ope indigent. Etenim extra vestibula regia stant, longeque a sacris cancellis: eaque etiam de causa, cum tremendæ preces fiunt, ablegantur. Quo fit, ut te quoque hortetur, ut pro illis ores, quo membra tua fiant, nec jam peregrini atque alieni sint. Illud enim, *Oremus*, non ad sacerdotes tantum, sed etiam ad populum spectat. Nam cum ait, *Recte stemus, oremus*, omnes ad precandum hortatur; ac tum precationem auspiciens, ait, *Ut misericordissimus ac miserator Deus orationes eorum exaudiat*. Etenim ne dicas, Quid est quod oremus? alieni sunt, nondum nobiscum conjuncti: unde Deum permovere possum? unde cum adducere, ut misericordiam ac veniam illis impertiat? ne, inquam, hæc quærens hæreas, vide quomodo his verbis dubitationem tuam discutiat: *Ut misericordissimus ac miserator Deus*. Audisti, Misericordissimus Deus? Perplexo jam animo esse desine: misericordissimus enim ille, omnium, hoc est, tam peccatorum quam amicorum, miseretur. Quocirca ne dixeris, Quonam modo eorum causa Deum adibo? ipse enim eorum preces exaudiet. Quænam porro alia catechumenorum precatio fuerit, quam ut ne catechumeni maneant? Mox supplicationis quoque modum dicit. Quisnam autem ille est? *Ut cordium ipsorum aures aperiat*. Occlusæ enim et obturatæ adhuc sunt. Aures porro non externas hasce, sed mentis intelligit. *Ut audiant quæ oculus non vidit, nec auris audivit,*

nec in cor hominis ascenderunt. Neque enim arcana mysteria audierunt, sed procul et eminus stant. Atque etiam si audiant, haud tamen quid dicatur intelligunt: siquidem ea ingentem sagacitatem et intelligentiam requirunt, non autem ut dumtaxat audiantur; ipsi vero internas aures nondum acceperunt. Unde etiam prophetiæ gratiam ipsis optat: siquidem propheta ad hunc modum loquebatur: *Dominus dat mihi linguam eruditam, ut sciam quando oporteat proferre sermonem: quoniam ipse aperit os meum, posuit me mane, apposuit mihi aurem audientem* (Isai. 50. 4. 5). Quemadmodum enim prophetæ alio modo ac reliqui homines audiebant: sic fidelis quoque alio modo quam catechumeni. Atque hinc etiam docetur catechumenus, se ab hominibus hæc non discere, neque audire (*Nolite enim, inquit, vocare vobis magistrum in terra* [Matth. 23. 8]), sed sublimitus atque e cælis: *Erunt enim omnes, inquit Scriptura, docibiles Dei* (Isai. 54. 13). Atque idcirco ait, *Et instillet ipsis verbum veritatis*: ita ut interne in ipsos infundatur. Necdum enim, ut par est, veritatis verbum norunt. *Ut timorem suum in ipsis seminet*. At hoc minime sufficit: alia enim ceciderunt secus viam, alia super petras.

6. Verum nos non ad hunc modum postulamus; sed sicut aratrum in pingui terra sulcos aperit, sic etiam hic ut fiat precamur, nempe ut in mentis imò innovati, semina injecta excipiant, ac quicquid audierint accurate retineant. Unde etiam hæc verba subnectit, *Et confirmet fidem suam in animis eorum*. Hoc est ut ne in superficie jaceat, sed alte radices agat. *Ut justitiæ evangelium ipsis revelet*. Duplex velamen esse ostendit; alterum quia mentis ipsorum oculi clausi sunt, alterum quia opertum illis est evangelium. Ac proinde superius quidem dicebat, *Ut aperiat aures cordis ipsorum*; hic autem, *Ut justitiæ evangelium ipsis detegat*; hoc est, ut sapientes eos et ad illud excipiendum idoneos reddat, atque ut doceat ac semina jaciatur. Nam sive idonei sint, nihil tamen id ipsis emolumenti attulerit, nisi Deus detexerit: sive Deus detegat, ipsi autem repudient, in idem rursus detrimentum prolabantur. Hac de causa utrumque petimus, nempe ut et corda aperiat, et evangelium patefaciat. Neque enim si regium paludamentum superjecto velo tectum jaceat, quicquam hoc intuentium oculis profuerit: quemadmodum rursus nil detectum illud esse juverit, si oculi minime vigilant. Ambo porro ista contingent, si illi prius voluerint. Quidam autem est, *Justitiæ evangelium*? Nimirum quod justos efficit. His enim verbis baptismi desiderium in ipsis ciet, dum illud ostendit, evangelium non tantum peccata remittere, sed justitiam etiam afferre. *Ut det illis mentem divinam, castam cogitationem, vitam cum virtute conjunctam*. Audiant hæc fideles, qui vitæ hujusce negotiis affixi sunt. Nam si iis, qui minime initiati sunt, hæc postulare jubemur, animadvertas velim, quales nosipsos esse oporteat qui hæc aliis postulamus: siquidem id agendum est, ut vita nostra evangelio respondeat. Quo etiam fit, ut precationis lex a doctrina ad vitam transeat. Postquam enim dixit, *Ut justitiæ*

ἐτέρων παρρησίας εὐχαριστῶμεν. Καὶ γὰρ ἀρχαῖος οὗτος ὁ νόμος ἐστίν, ἀνωθεν ἐν τῇ Ἐκκλησίᾳ πεφυτευμένος. Οὕτω καὶ Παῦλος εὐχαριστεῖ ὑπὲρ Ῥωμαίων, ὑπὲρ Κορινθίων, ὑπὲρ τῆς οἰκουμένης ἀπάσης. Καὶ μὴ μοι λέγε· Οὐκ ἐστὶν ἐμὸν τὸ κατόρθωμα. Κἂν γὰρ μὴ σὸν ἦ, καὶ οὕτως εὐχαριστεῖν ὀφείλεις, ὅτι τὸ μέλος σου τοιοῦτόν ἐστιν. Ἄλλως δὲ καὶ σὸν αὐτὸ παιεῖς διὰ τῆς εὐφημίας, καὶ κοινωνεῖς τῶν στεφάνων, καὶ λήψῃ καὶ αὐτὸς τὸ χάρισμα.

Διὰ τοι τοῦτο καὶ τὰς εὐχὰς οὕτω γίνεσθαι* κελεύουσιν οἱ τῆς Ἐκκλησίας νόμοι, οὐ τὰς ὑπὲρ τῶν πιστῶν μόνον, ἀλλὰ καὶ τὰς ὑπὲρ τῶν κατηχομένων. Τοὺς γὰρ πιστοὺς ὁ νόμος διεγείρει πρὸς τὴν τῶν ἀμυήτων ἱκετηρίαν. Ὅταν γὰρ ὁ διάκονος λέγῃ, Ἵπὲρ τῶν κατηχομένων ἐκτενῶς δεηθῶμεν, οὐδὲν ἄλλο ἢ τὸν δῆμον ἅπαντα τῶν πιστῶν διανίστησιν εἰς τὰς ὑπὲρ ἐκείνων εὐχὰς. Καίτοι γε ἀλλότριον τῶς εἰσὶν οἱ κατηχοόμενοι. Οὐδέπω γὰρ τοῦ σώματος εἰσι τοῦ Χριστοῦ, οὐδέπω μυστηρίων ἐκοινωνήσαν, ἀλλ' ἐτι διηρημένοι τυγχάνουσι τῆς ἀγάλης τῆς πνευματικῆς. Εἰ δὲ ὑπὲρ τούτων παρακαλεῖν δεῖ, πολλῶ μᾶλλον ὑπὲρ τῶν μελῶν τῶν ἡμετέρων. Διὰ γὰρ τοῦτο καὶ, Ἐκτενῶς, φησὶ, δεηθῶμεν, ἵνα μὴ ὡς ἀλλοτρίους ἀποποιήσῃ, ἵνα μὴ ὡς ξένους ἀγνοήσῃ. Οὐδέπω γὰρ εὐχὴν ἔχουσι τὴν νενομισμένην καὶ εἰσενεχθεῖσαν ὑπὸ τοῦ Χριστοῦ· οὐδέπω παρρησίαν κέκτηνται, ἀλλ' ἐτέρων δέονται τῶν μυσταγωγηθέντων. Ἐξω γὰρ τῶν βασιλικῶν ἐστήκασιν αὐλῶν, πόρρω τῶν ἱερῶν περιθάλων. Διὰ τοῦτο καὶ ἀπελαύνονται, τῶν φρικτῶν εὐχῶν ἐκείνων γινομένων. Διὰ τοῦτο καὶ σὲ παρακαλεῖ δεῖσθαι ὑπὲρ αὐτῶν, ἵνα μέλη γένωνται σά, ἵνα μὴ ἐτι ὡς ξένοι καὶ ἠλλοτριωμένοι. Τὸ γὰρ, δεηθῶμεν, οὐ τοῖς ἱερεῦσι λέγεται μόνον, ἀλλὰ καὶ τοῖς εἰς τὴν λαὸν συντελοῦσιν. Ὅταν γὰρ εἴπῃ, Στῶμεν καλῶς, δεηθῶμεν, πάντας, εἰς τὴν εὐχὴν παρακαλεῖ. Εἶτα ἀρχόμενος τῆς εὐχῆς φησιν· Ἴνα ὁ πανελεήμων καὶ οἰκτίρμων Θεὸς ἐπακουσῇ τῶν δεήσεων αὐτῶν. Ἴνα γὰρ μὴ λέγῃς, Τί δεηθῶμεν; ἠλλοτριωμένοι εἰσὶν, οὐδέπω συνημμένοι· πόθεν ἔχω δυσωπήσει τὸν Θεόν; πόθεν ἔχω πείσαι μεταδοῦνα· ἔλεος καὶ συγγνώμη αὐτοῖς; Ἴνα μὴ ταῦτα ζητῶν ἀπορῆς, ὅρα πῶς σου λύει τὴν ἀπορίαν λέγων· Ἴνα ὁ πανελεήμων καὶ οἰκτίρμων Θεός. Ἦκουσας, Πανελεήμων Θεός; Μὴ ἀπόρει λοιπὸν ὁ γὰρ πανελεήμων πάντας ἔλειψ, καὶ ἀμαρτωλοὺς καὶ φίλους. Μὴ τοίνυν λέγε, Πῶς ὑπὲρ αὐτῶν προσέλθω; αὐτὸς ἐπακούσει τῶν δεήσεων αὐτῶν. Δέησις δὲ κατηχομένων τίς ἂν εἴη, ἀλλ' ἢ ὥστε μὴ μεῖναι κατηχομένους; Εἶτα καὶ ὑπαγορεύει τῆς ἱκετηρίας τὸν τρόπον. Τίς δὲ οὗτός ἐστιν; Ἴνα διαπορίξῃ τὰ ὦτα τῶν καρδιῶν αὐτῶν. Μέμυκε ἔτι, καὶ βέβυσται. Ὅσα δὲ οὐ ταῦτ' αὖ φησι τὰ ἐξωθεν, ἀλλὰ τὰ [436] τῆς διανοίας. Ὅστε ἀκοῦσαι ἢ ὀφθαλμὸς οὐκ εἶδε, καὶ οὖς οὐκ ἤκουσε καὶ ἐπὶ καρδίαν

ἀνθρώπου οὐκ ἀνέβη. Οὐδὲ γὰρ ἤκουσαν τῶν ἀπορρήτων μυστηρίων, ἀλλὰ πόρρω που καὶ μακρὰν ἐστήκασιν. Κἂν ἀκούσῃσι δὲ, οὐκ ἴσασιν τὰ λεγόμενα· συνέσεως γὰρ δεῖται πολλῆς ἐκεῖνα, οὐκ ἀκροάσεως μόνης· τὰς ἐνδὸν δὲ οὐδέπω ἔχουσιν ἀκοάς. Διὸ καὶ προφητικὸν αὐτοῖς ἐπεύχεται χάρισμα· καὶ γὰρ ὁ προφήτης οὕτως ἔλεγεν· Ὁ Θεὸς δίδωσί μοι γλῶσσαν παιδείας, τοῦ γινῶναι ἡλίκα δεῖ εἰπεῖν λόγον· ὅτι αὐτὸς ἀνολίγει μου τὸ στόμα, ἔδωκέ μοι πρῶτ', προσέθηκέ μοι ὡτίον ἀκούειν^c. Ὅσπερ γὰρ οἱ προφήται ἄλλως ἤκουον παρὰ τοὺς πολλοὺς, οὕτω καὶ οἱ πιστοὶ παρὰ τοὺς κατηχομένους. Ἐντεῦθεν μανθάνει καὶ ὁ κατηχοούμενος, μὴ παρὰ ἀνθρώπων ταῦτα μανθάνειν, μηδὲ ἀκούειν (Μὴ καλέσητε γὰρ, φησὶ, διδάσκαλον ἐπὶ τῆς γῆς), ἀλλ' ἀνωθεν ἐκ τῶν οὐρανῶν· Ἐσονται γὰρ πάντες διδασκαλοὶ Θεοῦ. Διὸ φησὶ· Καὶ κατηχήσῃ αὐτοὺς τὸν λόγον τῆς ἀληθείας· ὥστε ἐνδοθεν αὐτοῖς ἐνηχεῖσθαι. Ὡς γὰρ εἰδέναι χρῆ, οὐδέπω ἴσασιν τὸν λόγον τῆς ἀληθείας. Ἴνα καταπειρῇ τὸν φόβον αὐτοῦ ἐν αὐτοῖς. Ἄλλ' οὐκ ἀρκεῖ τοῦτο· τὰ μὲν γὰρ ἔπεσε παρὰ τὴν ὁδόν, τὰ δὲ ἐπὶ τῆς πέτρας.

ς'. Ἄλλ' ἡμεῖς οὐχ οὕτως αἰτοῦμεν· ἀλλ' ὥσπερ ἐπὶ γῆς λιπαρὰς ἀνοίγει τὰς αὐλακὰς τὸ ἄροτρον, οὕτω καὶ ἐνταῦθα γενέσθαι δεόμεθα, ὥστε νεωθέντας ἐν τῷ βάθει τῆς διανοίας δέξασθαι τὰ καταβαλλόμενα, καὶ πᾶν ὅπερ ἤκουσαν μετὰ ἀκριβείας κατασχέειν. Διὸ καὶ ἐπάγει λέγων· Καὶ βεβαιώσῃ τὴν πίστιν αὐτοῦ ἐν ταῖς διανοίαις αὐτοῦ. Τουτέστιν, ἵνα μὴ ἐξεπιπολῆς κέηται, ἀλλ' ἵνα κατὰ βάθους βάλῃ τὴν ρίζαν. Ἴνα ἀποκαλύψῃ αὐτοῖς τὸ εὐαγγέλιον τῆς δικαιοσύνης. Δείκνυσι διπλοῦν τὴ κάλυμμα· τὸ μὲν διὰ τὸ μεμυκέναι αὐτῶν τοὺς ὀφθαλμοὺς τῆς διανοίας, τὸ δὲ διὰ τὸ κεκαλύφθαι αὐτοῖς τὸ εὐαγγέλιον. Διὸ ἀνωτέρω μὲν ἔλεγεν· Ἴνα διαπορίξῃ τὰ ὦτα τῶν καρδιῶν αὐτῶν· ἐνταῦθα δὲ, Ἴνα ἀποκαλύψῃ αὐτοῖς τὸ εὐαγγέλιον τῆς δικαιοσύνης· τουτέστιν, ἵνα καὶ αὐτοὺς σοφοῦς ἐργάσῃται καὶ ἐπιτηδεῖους πρὸς ὑποδοχὴν, καὶ ἵνα διδάξῃ, καὶ καταβάλῃ τὰ σπέρματα. Ἄν τε γὰρ ἐπιτήθειοι ὦσιν, οὐδὲν ὄφελος, τοῦ Θεοῦ μὴ ἐκκαλύπτοντος· ἂν τε ἀποκαλύψῃ, μὴ δέξωνται δὲ, πάλιν εἰς τὸ αὐτὸ ἡ ζημία περιίσταται. Διὰ τοῦτο ἀμφοτέρω αἰτοῦμεν, ἵνα καὶ ἀνοίξῃ τὰς καρδίας, καὶ ἀποκαλύψῃ τὸ εὐαγγέλιον. Οὐδὲ γὰρ, εἰ κόσμος κείναι βασιλικὸς ἀνωθεν κεκαλυμμένος, ἔσται τι πλέον ὀφθαλμῶν βλεπόντων· ὥσπερ οὖν οὐδὲ γεγυμνωμένου, τούτων μὴ ἐγρηγορότων. Ταῦτα δὲ ἀμφοτέρω γίνεται, ἂν ἐκείναι ἔλκωνται πρότερον. Τί δὲ ἐστίν, εὐαγγέλιον δικαιοσύνης; Τὸ ποιοῦν δικαίους. Διὰ τούτων γὰρ εἰς ἐπιθυμίαν αὐτοὺς ἄγει τοῦ βαπτίσματος, δεικνύς ὅτι οὐχ ἀμαρτημάτων ἀφέσεώς ἐστι μόνον τὸ εὐαγγέλιον, ἀλλὰ καὶ δικαιοσύνης [437] ποιητικόν. Ἴνα αὐτοῖς δοίῃ ροὴν ἐνθεον, σώφρονα λογισμῶν, καὶ ἐνδρετον πολιτείας. Ἀκουέτωσαν οἱ πιστοὶ, ὅσοι τοῖς βιωτικοῖς εἰς· προσηλωμένοι πράγμασιν. Εἰ γὰρ τοῖς ἀμυήτοις

* Ms., οὕτω τῶν ἄσθαι. Editi, οὕτω γίνεσθαι. Quae de catechumenis hic dicuntur, diuini disquisita reperies in Praelatione generali.

b Ms., βέβυκε. Error ortus ex similitudine litterarum β et μ, in ms. xvi cuiusdam ut videre possis in Palaeographia nostra p. 556.

c Ms., ἀκούειν, et ita legitur in Bibl. Editi., ἀκούων.

καλυόμεθα ταῦτα αἰτεῖν, ἐννόησον ἐν τίσιν ἡμᾶς εἶναι χρῆ, τοὺς ταῦτα ἐτέροις αἰτοῦντας· καὶ γὰρ ἐφάμιλλον δεῖ τῷ Εὐαγγελίῳ τὴν πολιτείαν ἔχειν. Διὸ δὴ καὶ τῆς εὐχῆς ὁ νόμος ἀπὸ τῶν δογμάτων ἐπὶ τὴν πολιτείαν μεταβαίνει. Εἰπὼν γὰρ, *Ἴνα ἀποκαλύψῃ αὐτοῖς τὸ εὐαγγέλιον τῆς δικαιοσύνης, ἐπήγαγεν· Ἴνα δὲ αὐτοῖς τοῦ ἐνθεοῦ. Τί δὲ ἐστίν, ἐνθεοῦ;* Ἴνα ὁ Θεὸς οἰκῆ ἐν αὐτῷ· *Ἐνοικήσω γὰρ, φησὶν, ἐν αὐτοῖς καὶ ἐμπεριπατήσω.* Ὅταν γὰρ γένηται δίκαιος ὁ νοῦς, ὅταν ἀποδύσῃται τὰ ἁμαρτήματα, οἶκος γίνεται τοῦ Θεοῦ· ὅταν δὲ ὁ Θεὸς ἐνοική, οὐδὲν ἀνθρώπινον ἔσται λοιπόν. Καὶ οὕτω γίνεται ἐνθεοῦ ὁ νοῦς, ἅπαντα φθεγγόμενος ἐκεῖθεν, ὡσπερ οὖν καὶ οἶκος τοῦ Θεοῦ ἐνδοῦ οἰκοῦντος. Ὁ αἰσχρολογῶν ἄρα οὐκ ἔχει ἐνθεοῦ νοῦν, οὐδὲ ὁ εὐτραπέλις καὶ γέλωτι χαίρων. *Σώφρονα λογισμὸν.* Καὶ τί ποτέ ἐστι σὺφρονα λογισμὸν ἔχειν; Τὸ τὴν ὑγίαν κεκτηθῆσαι τὴν κατὰ ψυχὴν ὡς ὁ γε κατεχόμενος ἐπιθυμία πονηρίας, καὶ πρὸς τὰ παρόντα ἱπποχρήματος, οὐκ ἂν εἴη σὺφρον, τούτεστιν, ὑγιής. Καὶ ὡσπερ ὁ νοῦν καὶ τῶν οὐ προστηκόντων ἐπιθυμῆι, οὕτω καὶ οὗτος. *Καὶ ἐνάρετον πολιτείαν.* Τὰ γὰρ δόγματα πολιτείας χρεῖαν ἔχει. Ἀκούσατε τούτων, οἱ πρὸς τῷ τέλει τοῦ βίου ἐπὶ τὸ βάπτισμα ἰόντες. Ἡμεῖς μὲν γὰρ εὐχόμεθα, ἵνα μετὰ τὸ βάπτισμα καὶ πολιτείαν σχῆτε· σὺ δὲ σπεύδεις καὶ πάντα ποιεῖς, ὥστε πολιτείας ἔρημος ἀπελθεῖν. Τί γὰρ, εἰ καὶ δίκαιος γίνῃ, ἀλλ' ἀπὸ τῆς πίστεως μόνης; Ἡμεῖς δὲ καὶ τὴν ἀπὸ τῶν κατορθωμάτων εὐχόμεθα σχεῖν παρρησίαν. *Διαπαντὸς τὰ αὐτοῦ ροεῖν, τὰ αὐτοῦ φρονεῖν, τὰ αὐτοῦ μελετᾶν.* Σὺφρονα γὰρ λογισμὸν καὶ ἐνάρετον πολιτείαν οὐ μίαν ἡμέραν οὐδὲ δύο καὶ τρεῖς αἰτοῦμεν μόνον, ἀλλὰ διὰ παντὸς τοῦ βίου καὶ τῆς ζωῆς, καὶ τὴν ὑπόθεσιν τῶν ἀγαθῶν ἀπάντων, τὸ τὰ αὐτοῦ φρονεῖν. *Οἱ γὰρ πολλοὶ τὰ ἑαυτῶν ζητοῦσιν, οὐ τὰ Ἰησοῦ Χριστοῦ.* Πῶς οὖν τοῦτο ἂν γένοιτο; δεῖ γὰρ μετὰ τῆς εὐχῆς καὶ τὰ παρ' ἑαυτῶν συνεισφέρειν. Ἐάν ἐν τῷ νόμῳ αὐτοῦ καταγινώμεθα ἡμέρας καὶ νυκτὸς· διὸ καὶ ἐπάγει τοῦτο αὐτῶν· *Ἐν τῷ νόμῳ αὐτοῦ καταγίνεσθαι.* Καὶ ὡσπερ ἄνω τὸ, *Διαπαντὸς*, εἶπεν, οὕτως ἐνταῦθα, *Ἡμέρας καὶ νυκτὸς.* Διὸ καὶ αἰσχύνομαι διὰ τοὺς ἅπαξ τοῦ ἐνιαυτοῦ μόλις ἐν ἐκκλησίᾳ φαινομένου. Τίνα γὰρ σχοίεν ἀπολογίαν οἱ δι' ἡμέρας καὶ νυκτὸς οὐχ ἀπλῶς ὁμιλεῖν τῷ νόμῳ, ἀλλὰ καταγίνεσθαι κελεύομενοι, τούτεστι προσαδολεσχεῖν, καὶ μὴδὲ τὸ πολλοστὸν μέρος τῆς ζωῆς τοῦτο ποιούντες, τῶν ἐντολῶν αὐτοῦ μνημονεύειν, τὰ δικαιώματα αὐτοῦ φυλάσσειν;

ζ. Εἶδες σειρὰν ἀρίστην, καὶ πῶς ἕκαστον αὐτῶν τοῦ [438] πλησίον ἔχεται, πάσης χρυσῆς ἀλύσειος ἀσφαλῆστερον τοῦ νεο ἐν εὐπρεπέστερον συγκείμενον; Αἰτήσας γὰρ νοῦν ἐνθεοῦ, λέγει πῶς ἂν γένοιτο οὗτος. Πῶς δ' ἂν γένοιτο; Ἐκ τοῦ διαπαντὸς αὐτὸν μελετᾶν. Τοῦτο δὲ πῶς ἂν συμβαίῃ; Ἐκ τοῦ τῷ νόμῳ προσέχειν διηνεκῶς. Πῶς δ' ἂν πεισθεῖσαν ἀνθρωποι τοῦτο, εἰ τὰς ἐντολάς αὐτοῦ τηροῖεν· μᾶλλον δὲ ἐκ τοῦ τῷ νόμῳ προσέχειν, καὶ τὸ τὰς ἐντολάς τηρεῖν γίνεται· ὡσπερ οὖν καὶ ἐκ τοῦ τὰ αὐτοῦ φρονεῖν καὶ ἐνθεοῦ ἔχειν νοῦν, τὸ τὰ αὐτοῦ μελετᾶν. Ἐκαστον

γὰρ τῶν εἰρημένων καὶ συγκατασκευάζει τὸ πλησίον, καὶ συγκατασκευάζεται παρ' αὐτοῦ, συνεχόντε αὐτὸ καὶ συνεχόμενον παρ' αὐτοῦ. *Ἐτι ἐκτενέστερον ὑπὲρ αὐτῶν παρακαλέσωμεν.* Ἐπειδὴ γὰρ ἐν τῷ μακρῷ λόγῳ καταδαρθάνειν· εἰσωθεν ἡ ψυχὴ, πάλιν αὐτὴν διανίστασι. Μεγάλα γὰρ βούλεται τινα αἰτῆσαι πάλιν καὶ ὑψηλά· διὸ φησὶν· *Ἐτι ἐκτενέστερον ὑπὲρ αὐτῶν παρακαλέσωμεν.* Τί δὲ τοῦτο ἐστίν; *Ἴνα ἐξέλθῃται αὐτοὺς ἀπὸ παντὸς πονηροῦ καὶ ἀτόπου πράγματος.* Ἐνταῦθα τὸ μὴ εἰσελθεῖν εἰς πειρασμὸν καὶ τὸ πάσης ἐπιβουλῆς ἀπαλλαγῆναι αἰτοῦμεν αὐτοὺς σωματικῶν τε ὁμοῦ καὶ πνευματικῶν· διὸ καὶ ἐπάγει λέγων· *Ἀπὸ παντὸς ἁμαρτήματος διαβολικοῦ, καὶ πάσης περιστάσεως τοῦ Ἀντικειμένου·* τοὺς πειρασμοὺς δηλῶν καὶ τὰς ἁμαρτίας.

Εὐπερίστατον γὰρ ἡ ἁμαρτία, πάντοθεν ἱσταμένη, ἐμπροσθεν, ὀπισθεν, καὶ οὕτως ἡμᾶς καταβάλλουσα. Ἐπειδὴ γὰρ εἶπεν ἃ δεῖ γενέσθαι παρ' ἡμῶν, ἐν τῷ νόμῳ αὐτοῦ καταγίνεσθαι, τῶν ἐντολῶν αὐτοῦ μνημονεύειν, τὰ δικαιώματα αὐτοῦ φυλάττειν· πείθει λοιπὸν, ὅτι οὐδὲ ταῦτα ἀρκεῖ, ἂν μὴ αὐτὸς παρῆ καὶ βοηθῆ. *Ἐάν γὰρ μὴ Κύριος οἰκοδομήσῃ οἶκον, εἰς μάτην ἐκοκίασαν οἱ οἰκοδομοῦντες αὐτόν·* καὶ μάλιστα ἐπὶ τούτων, οἱ εἰς πρόκεινται τῷ διαβόλῳ, καὶ ὑπὸ τὴν ἀρχὴν εἰσι τὴν αὐτοῦ. Καὶ ἴστε ταῦτα οἱ μεμνημένοι. Ἀναμνήσθητε γοῦν τῶν βημάτων ἐκείνων, δι' ὧν ἀπετάξαθε αὐτοῦ τῆ τυραννίδι, γόνυ κλίναντες, καὶ πρὸς τὸν Βασιλέα σύμολήσαντες, καὶ τὰ φρικώδη ἐκεῖνα φεγγάμενοι βήματα, δι' ὧν παιδεύομεθα μὴδὲν αὐτῷ καθόλου πειθεσθαι. Ἀντικείμενον δὲ αὐτὸν καλεῖ καὶ διάβολον, ἐπειδὴ καὶ Θεὸν πρὸς ἀνθρώπους διαβάλλει, καὶ ἡμᾶς πρὸς Θεὸν, καὶ πάλιν ἡμᾶς αὐτοὺς πρὸς ἀλλήλους· ποτέ μὲν γὰρ τὸν Ἰωὴ πρὸς τὸν Θεὸν, λέγων· *Μὴ δωρεὰν σέβεται Ἰωὴ τὸν Κύριον;* καὶ πάλιν τὸν Θεὸν πρὸς τὸν Ἰωὴ· *Πῦρ κατήλθεν ἐκ τοῦ οὐρανοῦ·* καὶ πρὸς τὸν Ἀδὰμ πάλιν τὸν Θεὸν, ὅτε εἶπε διανοιχθήσεσθαι αὐτῶν τοὺς ὀφθαλμούς· καὶ πρὸς πολλοὺς τῶν νῦν ἀνθρώπων, λέγων· *Οὐ προνοεῖ Θεὸς τῶν ὀρμημένων, ἀλλὰ δαίμοσιν ἀφῆκε τὰ καθ' ὑμᾶς·* καὶ πρὸς πολλοὺς δὲ τῶν Ἰουδαίων τὸν Χριστὸν διέβαλε, πλάνον καὶ γόητα καλῶν. Πῶς δὲ ἐνεργεῖ, ἴσως βούλεται τις [439] ἀκοῦσαι. Ὅταν μὴ εὐρῆ νοῦν ἐνθεοῦ, ὅταν μὴ σὺφρονα ψυχὴν, ὅταν μὴ μνημονεύῃ τῶν ἐντολῶν τοῦ Θεοῦ, μὴδὲ φυλάσῃ τὰ δικαιώματα αὐτοῦ, τότε αἰχμάλωτον λαβὼν ἄπεισιν. Ὁ γοῦν Ἀδὰμ εἰ ἐμνημόνευε τῆς ἐντολῆς λεγοῦσης, *Ἀπὸ παντὸς ξύλου γαγῆ, εἰ ἐφύλασσε τὸ δικαίωμα τὸ λέγον, Ἥ ἂν ἡμέρα φάγητε, τότε θανάτῳ ἀποθαρτεῖσθε·* οὐκ ἂν ἔπαθεν ἅπερ ἔπαθεν. *Ἴνα καταξίωσῃ αὐτοὺς ἐκ καιρῷ εὐθέτω τῆς τοῦ Λουτροῦ καλλιγενεσίας, τῆς ἀφέσεως τῶν ἁμαρτιῶν.* Τὰ μὲν γὰρ παρόντα αἰτοῦμεν, τὰ δὲ μέλλοντα· καὶ φιλοσοφούμεν ὑπὲρ τοῦ λουτροῦ, καὶ ἐν τῇ αἰτήσει παιδεύομεν αὐτοὺς εἰδέναι αὐτοῦ τὴν ἰσχύν. Ἐντεῦθεν γὰρ ἤδη ὁ λόγος

* Editi, λόγῳ καταδαρθάνειν. M., λόγῳ κατακτεταῖν.

h Ms. sic melius quam editi, σωματικῶν τε ὁμοῦ καὶ πνευματικῶν.

evangelium ipsis delegat, subjunxit, *Ut det ipsis mentem divinam*. Quid est, *divinam*? Hoc est, *ut Deus in ea habitet*: *Inhabitabo enim in ipsis*, inquit, *et inhabitabo* (*Lev. 26. 12*). Nam cum mens justitia prædita est ac peccata exiit, Dei domus efficitur: cum autem in ea domicilium sibi constituerit, nihil posthac humanum erit. Sic divina mens redditur, divinitus omnia proloquens, ac velut domus Dei in ea habitantis. Ex quo colligitur eum mentem divinam non habere, qui turpibus sermonibus utitur, aut scurrilitate ac risu delectatur. *Castam cogitationem*. Quidnam autem est castam cogitationem habere? Nempe spirituali sanitate præditum esse. Etenim is, qui vitii cupiditate correptus tenetur, præsentiaque ad stuporem usque miratur, castus, hoc est sanus, esse nequit. Quemadmodum enim qui in morbo versatur, ea etiam appetit, quæ minime convenit: eodem hic quoque modo. *Vitam cum virtute conjunctam*. Doctrina quippe vitam etiam desiderat. Audite hæc, qui sub vitæ fluem ad baptismum acceditis. Nam nos quidem id precibus a Deo contendimus, ut post baptismum quoque probam vitam habeatis: tu contra in hoc incumbis, nihilque non facis, ut sine proba vita hinc excedas. Quid enim, si justus quidem fias, sed a fide dumtaxat? At nos ut a virtutum quoque muneribus tibi fiducia comparetur, oramus. *Perpetuo quæ ipsius sunt cogitare, quæ ipsius sunt sapere, quæ ipsius sunt meditari*. Castam enim cogitationem atque honestam vitam, non ad unum dumtaxat aut duos aut tres dies, sed per universum vitæ curriculum petimus, et, quod honorum omnium causa est, quæ ipsius sunt sapere. *Plerique enim quæ sua sunt quærunt, non quæ Jesu Christi* (*Philipp. 2. 21*). Quonam igitur modo hoc fieri possit? ad precem enim hoc quoque accedat oportet, ut quæ nostra sunt præstemus. Si in ipsius lege dies noctesque versemur: unde etiam deinceps hoc petit, *In ipsius lege die ac nocte morari*. Et quemadmodum superius dixerat, *Perpetuo*: eodem modo hic, *Die ac nocte*. Itaque eorum me puget, qui toto anno vix semel in ecclesia conspiciuntur. Quam enim excusationem nancisci queant, qui cum die ac noctu in Dei lege, non dicam versari, sed morari, hoc est semper meditari jubeantur, tamen ne minimam quidem vitæ partem in hoc impendunt, ut ipsius mandata memoria usurpent, atque ipsius justificationes custodiant?

7. Videsne catenam optimam, quamque apte singula hæc inter se cohaereant, atque quavis aurea catena firmiter et elegantius? Postquam enim mentem divinam postulavit, exponit quonam pacto talis esse queat. Quomodo autem? Nimirum si quis perpetuo ea, quæ Dei sunt, meditetur. Hoc autem quam ratione quispiam consequi possit? Si divinæ legi operam dare numquam intermittat. Quonam pacto id mortalibus persuaderi queat? Si mandata ipsius observent: quin potius ex eo ipso, quod legi divinæ quispiam studeat, id consequitur, ut mandata servet; quemadmodum scilicet ex eo, quod quis ea quæ ipsius sunt sapit, ac mentem divinam habet, illud adipiscitur ut quæ ipsius sunt meditetur. Singula

enim ex his quæ diximus, et id quod vicinum est efficiunt, et ab eo efficiuntur; et ipsum continent, et ab ipso continentur. *Intensius adhuc pro ipsis rogemus*. Quoniam animus in proluxa oratione obdormiscere consuevit, rursus eum excitat. Magna enim rursus atque excelsa postulare vult: ideoque ait, *Intensius adhuc pro ipsis rogemus*. Quidnam autem hoc est? *Ut eripiat eos ab omni malo et absurdo negotio*. Hoc loco id ipsius petimus, ut ne intrent in tentationem, atque ut ab omnibus tam corporeis quam spiritualibus insidiis liberentur. Ob id etiam hæc verba subjunxit, *Ab omni peccato diabolico, et omni obsidione adversarii*. Quibus verbis tentationes ac peccata significat.

Peccati natura. — Peccati enim ea natura est, ut facile hominem obsideat atque undique stet, a fronte nempe et a tergo, sicque nos dejiciat. Postquam enim quæ a nobis præstanda sint exposuit, hoc est, ut in ejus lege versemur, ipsius mandata memoria teneamus, justificationes ejus custodiamus, hoc jam admonet, ne ista quidem sufficere, nisi adsit ipse atque opem ferat. *Nisi enim Dominus ædificaverit domum, in vanum laboraverunt qui ædificant eam* (*Psal. 126. 1*): ac præsertim in iis, qui diabolo adhuc objecti sunt, ac sub ipsius imperio et ditone. Ac vos hæc nostis, qui sacris initiati estis. Facile enim illa verba vobis in memoriam redeant, per quæ ipsius tyrannidi nuntium remisistis, cum flexo genu ad Regem transfugistis, ac tremenda illa verba protulistis, quibus tyranno nullo prorsus modo obsequi docemur. Adversarium porro ac diabolium ipsum appellat, quoniam et Deum apud homines, et homines apud Deum, ac nos ipsos inter nos criminatur. Etenim ipse olim Jobum apud Deum in crinen vocabat, cum diceret, *Num Job frustra colit Deum* (*Job. 1. 9. 16*)? ac rursus Deum apud Jobum his verbis, *Ignis descendit de celo*: atque item Deum apud Adamum, cum diceret fore, ut eorum oculi aperirentur (*Gen. 3. 5*): ac nunc etiam apud plerosque mortalium, dicens: Deus iis, quæ oculis cernuntur non prospicit, sed res vestras dæmonibus permisit. Quin apud complures quoque Judæos Christum traducebat, impostorem ac præstigiatores eum appellans. Quonam autem modo operetur, audire fortasse aliquis cupit. Cum mentem non divinitus afflatam et non sobriam cogitationem invenit, quæ Dei mandata non recorderetur, nec ipsius justificationes custodiat, tum demum captivam eam secum abducit. Adamus quippe, si hujusce mandati meminisset, *De omni ligno comede*, si legem eam servasset quæ dicebat, *In quacumque die comederitis, morte moriemini* (*Gen. 2. 17*); non ea, quæ passus est, passus fuisset. *Ut dignetur eos in tempore opportuno lavacro regenerationis, et remissione peccatorum*. Quædam enim præsentia petimus, quædam futura: ac de lavacro philosophamur, atque in ipsa petitione docemus eos vim baptismi cognitam habere. Hinc enim jam sermo eos assuefacit, ut intelligant rem eam regenerationem esse, nosque ut a vulva, sic ab aquis denuo gigni:

ut ne illi cum Nicodemo dicant, *Quomodo potest homo nasci cum sit senex? potestne in ventrem matris suæ introire, ac nasci denuo* (Joan. 3. 4)? Deinde postquam peccatorum remissionem dixit, per ea quæ sequuntur ipsam confirmat dicens: *Indumento incorruptionis*. Etenim qui filii dignitatem induit, procul dubio incorruptibilis efficitur. Quid autem est, *In tempore opportuno*? Nimirum cum quis probe affectus est, cum animo alacri et cum fide accedit: fidelis etenim hominis opportunum tempus hoc est. *Ut benedicat introitus et exitus eorum, omnem vitam ipsorum*. Hoc loco aliquid, quod ad corpus spectet, petere jubentur, ut qui adhuc imbecilles sint. *Donos eorum et habitationes*. Hoc est, sive famulos habeant, sive cognatos, sive alios quosdam necessarios. Hæc enim erant Veteris Testamenti præmia: nec quidquam perinde grave, atque acerbum esse videbatur, ut viduitas, ut sterilitas, ut præmatura funera, ut fames, et adversi rerum successus. Ob eam causam in petitionibus ad corpus pertinentibus eos immorari sinit, paulatim ipsos in altum subvehens. Hoc enim et Christus facit et Paulus, antiquas videlicet benedictiones uterque in memoriam revocans: Christus nempe, cum ait, *Beati miles, quoniam ipsi possidebunt terram* (Matth. 5. 4): Paulus autem, *Honora patrem tuam et matrem tuam, ut sis longævus super terram. Filios eorum, ut eos augeas et benedicas, atque ad mensuram ætatis perductos sapientia instruas* (Ephes. 6. 2. 3).

8. Illic rursus partim corporeum, partim spirituale beneficium ipsis poscit, utpote puerili adhuc animo præditis. Quod autem sequitur, omni ex parte spirituale est, *Ut omnia quæ ipsis proposita erunt, ad utilitatem dirigat*. Non enim simpliciter quæ proposita erunt, sed quæ ad utilitatem. Sæpe enim peregrinatio aliqua instituitur, sed minime conducit; atque aliud quiddam simile, quod nec item utile est. Ex quibus hoc discunt, Deo in omnibus rebus gratias agere, ut quæ ad eorum commodum et utilitatem fiant. Post hæc omnia jam eos surgere jubet. Nam cum prius eos humi prostratos tenuisset, posteaquam ea petierunt quæ petierunt, ac fiducia repleti sunt, jam eos sermo erigit, ac deinceps ipsos quoque precationem ad Deum amplecti jubet. Siquidem quædam nos dicimus, quædam rursus ipsis committimus, petitionis nempe januas ipsis aperientes: non secus videlicet ac pueros primum ipsi docemus, post autem ipsos quoque loqui jubemus. Itaque hoc ipsis dicimus, *Angelum pacis petite, o catechumeni*. Est quippe angelus etiam cruciatum inferens, ut cum ille ait, *Immissionem per angelos malos* (Psal. 77. 54). Est et angelus exterminator. Ac provide eos angelum pacis petere jubemus, docentes eos, id quod bonorum omnium vinculum est, hoc est, pacem postulare: ita ut ab omni pugna, ab omni bello, et ab omni dissidio absint. *Pacifica vobis omnia quæ proponuntur*. Utcumque enim grave aliquid sit, dum tamen pacem quis-

piam habeat, leve est. Eoque etiam nomine Christus dicebat, *Pacem meam do vobis* (Joan. 14. 27). Neque enim ullum armorum genus diabolo æque firmum ac validum est, ut pugna et simultas ac bellum. *Pacificum hunc diem, atque omnes vitæ vestræ dies postulate*. Vidistin' rursus quomodo universam vitam in virtute transigi jubeat? *Christianos vestros fines*; et quod bonorum caput est, *quod honestum est et quod utile*. Nam quod honestum non est, id ne utile quidem esse potest. Alia enim rerum utilium apud nos natura est, quam vulgus opinatur. *Vos ipsos Deo viventi ac Christo ipsius commendate*. Nondum enim hoc illis committimus, ut pro aliis orent, sed præclare agi putamus, si pro seipsis orare queant. Videsne quam plena et numeris omnibus absoluta precatio sit, sive doctrinam sive vitam consideres? Nam cum evangelium dicimus, cum incorruptionis indumentum, cum regenerationis lavacrum, doctrinam universam his verbis complectimur. Rursus cum mentem divino numine afflatam, cum sobriam cogitationem, cum denique cætera, quæ a nobis commemorata sunt, vitam significamus. Demum eos capita inclinare jubemus, hoc videlicet argumento preces exauditas esse stuentes, quod Deus eos benedicat. Neque enim homo est qui benedicat, sed per illius manum ac linguam regi ipsi capita eorum, qui adsunt, offerimus. Ac tum inclamant omnes, *Amen*. Hæc autem omnia quorsum tandem a me dicta sunt? Ut doceam nos aliorum commoda quærere debere, ac ne putent fideles hæc, cum recitantur, nihil ad se pertinere. Neque enim ad parietes diaconus loquitur, cum ait, *Oremus pro catechumenis*. Verum nonnulli adeo amentes, atque ignavi ac dissoluti sunt, ut non modo in catechumenorum, sed etiam fidelium tempore stent atque confabulentur. Hinc omnia subversa sunt, hinc omnia perierunt: quia quo tempore maxime curandum est ut Deum nobis reconciliemus, hoc ipso ita discedimus, ut ejus iram in nos concitemus. Siquidem eorum fidelibus pro episcopis, pro presbyteris, pro regibus, pro imperatoribus, pro terra et mari, pro aeris temperie, denique pro universo terrarum orbe benignum Dominum adire jubemur. Quamobrem cum nos, qui tanta fiducia præditi esse debemus, ut etiam pro aliis oremus, ne pro nobis quidem attento ac vigilantissimo animo precemur, quinam excusationis, quinam veniæ nobis locus esse possit? Ac proinde obsecro, ut hæc omnia animo ac mente complectentes, precationis tempus agnoscamus, sublimesque efferamus atque a terra excedamus, ipsumque cæli fornitem attingamus, ut Deum nobis propitium et placidum reddere, ac promissa bona consequi possimus: quæ utinam consequi nobis contingat, per gratiam ac misericordiam Domini nostri Jesu Christi, quicum Patri et Spiritui sancto gloria, imperium, honor, nunc et semper, et in sæcula sæculorum. Amen.

αὐτοὺς συνεθίζει εἰδέναι, ὅτι ἀναγένησαι; τὸ πρᾶγμα ἐστὶ, καὶ πάλιν γεννώμεθα, ὡσπερ ἀπὸ τῆς μήτρας, οὕτως ἀπὸ τῶν ὑδάτων· ἵνα μὴ λέγωσι κατὰ τὸν Νικηδόμημον, *Πῶς δύναται τις γεννηθῆναι γέρον ὦν; μὴ δύναται εἰς τὴν κοιλίαν τῆς μητρὸς αὐτοῦ εἰσελθεῖν, καὶ γεννηθῆναι ἄνωθεν*; Εἶτα, ἐπειδὴ ἄφραστοι εἶπεν ἀμαρτιῶν, διὰ τῶν ἐξῆς αὐτὴν πιστοῦται λέγων· *Τοῦ ἐνδύματος τῆς ἀφθαρσίας*. Ὁ γὰρ υἱότης ἐνδύμενος, δῆλον ὅτι ἀφθαρτος γίνεται. Τί δὲ ἐστίν, *Ἐν καιρῷ εὐθέτω*; Ὅταν εὖ διακείμενος ᾖ, ὅταν μετὰ προθυμίας καὶ πίστεως προσή· τοῦ γὰρ πιστοῦ καιρὸς εὐθετος οὗτός ἐστιν. *Ἴνα εὐλογησῆται τὰς εισόδους αὐτῶν καὶ τὰς ἐξόδους, πάντα τὸν βίον αὐτῶν*. Ἐνταῦθα δὲ καὶ σωματικὸν τι αἰτεῖν κελεύονται, ὡς ἔτι ἀσθενέστεροι ὄντες. *Τοὺς οἴκους αὐτῶν, καὶ τὰς οἰκειάς*. Τοῦτέστιν, ἂν τε θεράποντας ἔχωσιν, ἂν τε συγγενεῖς, ἂν τε ἐτέρους τινας προσήκοντας. Ταῦτα γὰρ ἦν τῆς Παλαιᾶς τῆς ἑπαθλα· καὶ οὐδὲν οὕτω δεῖν ἐδόκει εἶναι, ὡς χρεῖα, ὡς ἀπαιδία, ὡς τὰ πένθη τὰ ἄωρα, ὡς τὸ ἐν λιμῇ εἶναι, ὡς τὸ μὴ εἶ οὐρίας τὰ πρᾶγματα αὐτοῖς φέρσθαι. Διὰ δὴ τοῦτο καὶ τοῦτους ἀφήσιν ἐμφιλοχωρεῖν ταῖς αἰτήσεσι ταῖς σωματικωτέροις, κατὰ μικρὸν αὐτοὺς ἀναδιβάξω. Τοῦτο γὰρ καὶ ὁ Χριστὸς ποιεῖ, τοῦτο καὶ ὁ Παῦλος, παλαιῶν μεμνημένος εὐλογιῶν· ὁ μὲν Χριστὸς, ὅταν λέγῃ· *Μακάριοι οἱ πραεῖς, οἱ αὐτοὶ κληρονομήσουσι γῆν*· ὁ δὲ Παῦλος, *Τίμα τὸν πατέρα σου καὶ τὴν μητέρα σου, καὶ ἔση μακροχρόνιος ἐπὶ τῆς γῆς. Τὰ τέκνα αὐτῶν ἵνα αὐξήσῃς εὐλογησῆσαι, καὶ εἰς μέτρον ἡλικίας ἀγαθῶν σοφίῃ*.

Ἡ· Πάλιν ἐνταῦθα καὶ σωματικὸν καὶ πνευματικὸν, ἔτε νηπιωδέστερον διακείμενοις. Εἶτα τὸ ὑστερον καθόλου πνευματικόν· *Ἴνα κατευθῆναι αὐτοῖς πάντα τὰ προκειμένα πρὸς τὸ συμφέρον*. Οὐ γὰρ ἀπλῶς τὰ προκειμένα, ἀλλὰ πρὸς τὸ συμφέρον. Πολλάκις γὰρ πρόκειται ἀποδημία, ἀλλ' οὐ συμφέρει· ἕτερόν τι τοιοῦτον, ἀλλ' οὐκ ἐστὶ λυσιτελοῦν. Ἀπὸ τούτων παιδεύονται ἐν πᾶσιν εὐχαριστεῖν τῷ Θεῷ, ὡς συμφερόντως γινόμενοις. Καὶ μετὰ ταῦτα πάντα ἐγείρεσθαι κελεύει λοιπόν. Πρότερον γὰρ αὐτοὺς χαμαὶ ῥίψας, ὅτε ἤτησαν ἄπερ ἤτησαν καὶ παρρησίας ἐνεπλήσθησαν, [440] ἀνίστησιν αὐτοὺς ὁ λόγος, καὶ κελεύει λοιπόν καὶ αὐτοὺς ἔχεσθαι τῆς πρὸς τὸν Θεὸν ἐκετηρίας. Τὰ μὲν γὰρ ἡμεῖς λέγομεν, τὰ δὲ αὐτοῖς ἐπιτρέπομεν, ἥδη τὰς θύρας αὐτοῖς ἀνοίγοντες τοῦ αἰτεῖν· καθάπερ τοὺς παῖδας πρότερον μὲν αὐτοὶ διδάσκομεν, ἔπειτα δὲ καὶ δι' ἑαυτῶν φθέγγεσθαι κελεύομεν λέγοντες· *Τὸν ἀγγελον τῆς εἰρήνης αἰτήσατε, οἱ κατηχούμενοι*. Ἔστι· γὰρ ἄγγελος; κόλασιν ἔχων, ὡς ὅταν λέγῃ· *Ἀποστολήν δι' ἀγγέλων πορησῶν*. Ἔστιν ὀλοθρευτής. Διὰ τοῦτο τὸν ἀγγελον τῆς εἰρήνης κελεύομεν αἰτεῖν, παιδεύοντες, ὅ πάντων ἐστὶ σύνδεσμος τῶν ἀγαθῶν, εἰρήνη, τοῦτο ζητεῖν, ὥστε πάσης ἀπηλλάχθαι μάχης, παντὸς πολέμου, πάσης στάσεως. *Εἰρηνικά ὑμῖν πάντα τὰ προκειμένα*. Κἂν

γὰρ φορτικὸν ἦ τι, εἰρήνην δὲ ἔχη, κοῦφόν ἐστι. Διὰ τοῦτο καὶ ὁ Χριστὸς· ἔλεγεν· *Εἰρήνην τὴν ἑμὴν δίδωμι ὑμῖν*. Οὐδὲν γὰρ οὕτως ὄπλον ἰσχυρὸν τῷ διωδῶν, ὡς μάχη καὶ ἔχθρα καὶ πόλεμος. *Εἰρηνηκὴν τὴν παρούσαν ἡμέραν, καὶ πάσας τὰς ἡμέρας τῆς ζωῆς ὑμῶν αἰτήσασθε*. Εἶδες πῶς πάλιν ὀλοκληρον τὸν βίον ἐν ἀρετῇ κελεύει εἶναι; *Χριστιανὰ ὑμῶν τὰ τέλη*· τὸ κεφάλαιον τῶν ἀγαθῶν, τὸ καλὸν καὶ τὸ συμφέρον. Ὁ γὰρ μὴ καλὸν, οὐδὲ συμφέρον. Ἄλλη γὰρ παρ' ἡμῖν τῶν συμφερόντων ἡ φύσις παρὰ τὴν τῶν πολλῶν ὑπόληψιν. Ἐαυτοὺς τῷ ζῶντι Θεῷ καὶ τῷ Χριστῷ αὐτοῦ παραθέσθαι. Οὕτω γὰρ τῶν ὑπὲρ ἐτέρων αὐτοῖς ἐπιτρέπομεν, ἀλλ' ἀγαπητὸν ὑπὲρ αὐτῶν δύνασθαι δεῖσθαι. Εἶδες εὐχὴν ἀπρητιζμένην, καὶ δογματῶν ἕνεκεν καὶ πολιτείας; Ὅταν γὰρ εὐαγγέλιον εἰπώμεν, ὅταν ἐνδύμα ἀφθαρσίας, ὅταν λουτρὸν παλιγγενεσίας, τὰ δόγματα εἰπώμεν πάντα· ὅταν νοῦν ἐνθεον, ὅταν σώφρονα λογισμὸν, ὅταν τὰ ἄλλα ἄπερ εἰρήκαμεν, τὴν πολιτείαν ἠνιξάμεθα. Εἶτα κλίνει τὰς κεφαλὰς κελεύομεν, τεκμήριον τοῦ τὰς εὐχὰς ἀκουσθῆναι ποιούμενοι τὸ τὸν Θεὸν εὐλογεῖν. Οὐ γὰρ δὴ ἀνθρωπῶς ἐστὶν ὁ εὐλογῶν, ἀλλὰ διὰ τῆς ἐκεῖνου χειρὸς καὶ γλώττης αὐτῷ προσάγομεν τῷ Βασιλεῖ τὰς κεφαλὰς τῶν παρεστῶτων^b. Καὶ ἐπιβῶσιν ἅπαντες τὸ, Ἀμήν. Ταῦτα δὲ μοι πάντα τίνος ἕνεκεν εἰρηται; Ἴνα διδάξω ὅτι τὸ ἐτέρων δεῖ ζητεῖν, ἵνα μὴ νομίσωσιν οἱ πιστοὶ μὴδὲν εἶναι πρὸς αὐτοὺς, ὅταν ταῦτα λέγῃται. Οὐ γὰρ δὴ τοῖς τοίχοις ὁ διάκονος λέγει· *Δεσθῶμεν ὑπὲρ τῶν κατηχουμένων*. Ἀλλὰ τινες οὕτως εἰσὶν ἀνόητοι καὶ βλάκες καὶ διαλελυμένοι, ὡς μὴ μόνον ἐν τῷ καιρῷ τῶν κατηχουμένων, ἀλλὰ καὶ ἐν τῷ καιρῷ τῶν πιστῶν ἐστάναι καὶ διαλέγεσθαι. Ἐντεῦθεν πάντα διέστραπται, ἐντεῦθεν πάντα ἀπόλωλεν, ὅτι ἐν τῷ καιρῷ, ἐν ᾧ μάλιστα δεῖ τὸν Θεὸν καταλλάττειν, ἐν τούτῳ παροξύνοντες^c ἄπιμεν. Καὶ γὰρ ἐπὶ τῶν πιστῶν ὑπὲρ ἐπισκόπων, ὑπὲρ πρεσβυτέρων, ὑπὲρ βασιλέων, ὑπὲρ τῶν κρατούντων, ὑπὲρ γῆς καὶ θαλάσσης, ὑπὲρ ἀέρων, ὑπὲρ τῆς οἰκουμένης ἀπάσης [441] κελεύομεθα προσεῖναι τῷ φιλανθρώπῳ Θεῷ. Ὅταν οὖν οἱ τοσαύτην ὀφειλοντες ἔχειν παρρησίαν, ὡς ὑπὲρ ἄλλοτριῶν δεῖσθαι, μὴδὲ ὑπὲρ ἑαυτῶν νήφοντες προσευχόμεθα, τίς ἡμῖν ἡ ἀπολογία; ποῖα συγγνώμη; Διὸ δὴ παρακαλῶ ταῦτα πάντα ἐννοήσαντας, εἰδέναι καιρὸν εὐχῆς, καὶ μεταρσίους γίνεσθαι, καὶ ἀπαλλάττεσθαι τῆς γῆς, καὶ αὐτῶν ἄπτεσθαι τῶν ἀψίδων τοῦ οὐρανοῦ, ἵνα δυνηθῶμεν τὸν Θεὸν ἴδωσιν ποιῆσαι, καὶ τυχεῖν τῶν ἐπηγελημένων ἀγαθῶν· ὧν γένοιτο πάντας ἡμᾶς· ἐπιτυχεῖν, χάριτι καὶ φιλανθρωπίᾳ τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, μεθ' οὗ τῷ Πατρὶ ἅμα τῷ ἁγίῳ Πνεύματι δόξα, κράτος, τιμὴ, νῦν καὶ ἀεὶ, καὶ εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰῶνων. Ἀμήν.

^a Savil. legendum conjicit ἐπιτρέπομεν εὐχῆν, ἀλλ'.

^b Ms. et marg. Savil., τῶν προσεστῶτων.

^c Ms., παροξύνοντες.

ΟΜΙΑΙΑ Γ'.

Ἡ γὰρ καύχησις ἡμῶν αὕτη ἐστὶ, τὸ μαρτύριον τῆς συνειδήσεως ἡμῶν, ὅτι ἐν ἀπλότῃτι καὶ εὐκρίτειᾳ, οὐκ ἐν σοφίᾳ σαρκικῇ, ἀλλ' ἐν χάριτι Θεοῦ ἀνεστράφημεν ἐν τῷ κόσμῳ.

α'. Ἐνταῦθα πάλιν καὶ ἑτέραν παρακλήσεως ὑπόθεσιν οὐ μικρὰν ἡμῖν ἀνακαλύπτει, ἀλλὰ καὶ σφόδρα μεγάλην, καὶ ἱκανὴν ἀνορθῶσαι διάνοιαν ὑπὸ κινδύνων βαπτιζομένην. Ἐπειδὴ γὰρ εἶπεν, ὅτι Ὁ Θεὸς ἡμᾶς ἐβρύσατο, καὶ τοῖς οἰκτιρμοῖς αὐτοῦ καὶ ταῖς εὐχαῖς τούτων τὸ πᾶν ἀνέθηκεν· ἵνα μὴ ταύτη τὸν ἀκροατὴν ὑπτιον ποιήσῃ, τῷ ἐλέῳ τοῦ Θεοῦ μόνον καὶ ταῖς ἑτέρων εὐχαῖς θαρρῶντα, δείκνυσιν ὅτι καὶ αὐτοὶ οὐ μικρὸν οἰκοθεν συνεισήνεγκαν. Καὶ ἐδήλωσε μὲν αὐτὸ καὶ ἔμπροσθεν εἰπὼν, ὅτι *Καθὼς περισσεύει τὰ παθήματα τοῦ Χριστοῦ, περισσεύει καὶ ἡ παράκλησις ἡμῶν*· ἐνταῦθα δὲ καὶ ἕτερον τι λέγει οἰκείον κατόρθωμα. Ποῖον δὴ τοῦτο; Ὅτι ἐν καθαρῷ συνειδῶσι καὶ ἀδόλω πανταχοῦ τῆς οἰκουμένης ἀναστρεφόμεθα, φησὶν. Οὐ μικρὸν δὲ τοῦτο ἡμῖν εἰς παραμυθίαν καὶ παράκλησιν· μᾶλλον δὲ οὐκ εἰς παράκλησιν μόνον, ἀλλὰ καὶ εἰς ἕτερον, ὃ πολλῶ μείζον τῆς παρακλήσεως ἐστὶ, καὶ εἰς καύχησιν. Ταῦτα δὲ ἔλεγε, κάκεινους παιδεύων ἐν ταῖς θλίψεσι μὴ καταπίπτειν, ἀλλὰ καὶ ἐναθρύνεσθαι, ὅταν καθαρὸν ἔχουσι συνειδῶς, καὶ ἡρέμα καθαπτόμενος τῶν ψευδαποστόλων. Καὶ ὡς περ ἐν τῇ προτέρᾳ φησὶν, ὅτι *Ἀπέστειλέ με Χριστὸς εὐαγγελίζεσθαι, οὐκ ἐν σοφίᾳ λόγου, ἵνα μὴ κενωθῆ ὁ σταυρὸς τοῦ Χριστοῦ*· καὶ, *Ἴνα ἡ πίστις ὑμῶν μὴ ᾗ ἐν σοφίᾳ ἀνθρώπων, ἀλλ' ἐν δυνάμει Θεοῦ*· οὕτω καὶ ἐνταῦθ' αὖ φησὶν· *Οὐκ ἐν σοφίᾳ, ἀλλ' ἐν χάριτι Χριστοῦ*. Καὶ ἕτερον δὲ τι ἠνίκατο εἰπὼν, *Οὐκ ἐν σοφίᾳ*, τουτέστιν, οὐκ ἐν ἀπάτῃ, καὶ ταύτῃ βάλλων τὴν ἐξω παιδεύσιν. Ἡ γὰρ καύχησις ἡμῶν αὕτη ἐστὶ, φησὶ, *τὸ μαρτύριον τῆς συνειδήσεως ἡμῶν*· τουτέστιν, Ἡ συνειδήσις [442] ἡμῶν, οὐκ ἔχουσα ἡμᾶς καταδικάζειν, ὡς ἐπὶ πονηροῖς πράγμασιν ἐλαυνομένης. Κἂν γὰρ μυρία πάσχωμεν δεινὰ, κἂν πάντοθεν βαλλώμεθα καὶ κινδυνεύωμεν, ἀρκεῖ εἰς παραμυθίαν ἡμῖν, μᾶλλον δὲ οὐ μόνον εἰς παραμυθίαν, ἀλλὰ καὶ εἰς τὸ στεφανοῦσθαι, τὸ συνειδῶς, καθαρὸν ὄν καὶ μαρτυροῦν ἡμῖν, ὅτι δι' οὐδὲν πονηρὸν, ἀλλὰ διὰ τὸ τῷ Θεῷ δοκοῦν ταῦτα πάσχωμεν, δι' ἀρετὴν, διὰ φιλοσοφίαν, διὰ τὴν τῶν πολλῶν σωτηρίαν. Ἐκεῖνη μὲν οὖν ἡ προτέρα παράκλησις παρὰ τοῦ Θεοῦ ἦν· αὕτη δὲ παρ' αὐτῶν καὶ τῆς τοῦ βίου καθαρότητος συνειδήγετο. Διδὸ καὶ καύχησιν αὕτην καλεῖ, ὅτι τῆς οικείας αὐτῶν ἀρετῆς κατόρθωμα ἦν. Τίς οὖν ἐστὶν ἡ καύχησις, καὶ τί μαρτυρεῖ ἡμῖν τὸ συνειδῶς ἡμῶν, Ὅτι ἐν ἀπλότῃτι καὶ ἐν εὐκρίτειᾳ; Τουτέστιν, οὐδὲν βολερὸν, οὐχ ὑπόκρισιν, οὐκ εἰρωνείαν, οὐ κολακίαν, οὐκ ἐπιβολὴν καὶ ἀπάτην, οὐκ ἄλλο τι τῶν τοιούτων οὐδὲν, ἀλλ' ἐν ἐλευθερίᾳ πάσῃ, ἐν ἀπλότῃτι, ἐν ἀληθείᾳ, ἐν καθαρῇ καὶ ἀπονήρῳ γνώμῃ, ἐν ἀδόλῳ διανοίᾳ, οὐδὲν ἔχοντες συν-

εσκιασμένον, οὐδὲ ὑποκλον. Οὐκ ἐν σοφίᾳ σαρκικῇ. Τουτέστιν, οὐκ ἐν κακουργίᾳ οὐδὲ πονηρίᾳ, οὐδὲ ἐν δεινότητι λόγων ἢ ἐν συμπλοκῇ σοφισμάτων· ταύτην γὰρ λέγει σοφίαν σαρκικὴν. Καὶ ἐφ' ᾧ μέγα ἐφρόνου ἐκεῖνοι, τοῦτο οὗτος ἀρνείται καὶ διωθεῖται, δεικνύς ἐκ πολλοῦ τοῦ περιόντος οὐκ ὄν ἄξιον καυχῆσεως τοῦτο, καὶ ὅτι οὐ μόνον αὐτὸ οὐ ζητεῖ, ἀλλὰ καὶ διακρούεται καὶ ἐπαισχύνεται. *Ἀλλ' ἐν χάριτι Θεοῦ ἀνεστράφημεν ἐν τῷ κόσμῳ*. Τί ἐστὶν. Ἐν χάριτι Θεοῦ; Τὴν παρ' αὐτοῦ σοφίαν, τὴν παρ' αὐτοῦ δύναμιν δεδομένην ἡμῖν ἐνδεικνύμενοι διὰ τῶν σημείων, διὰ τοῦ περιγενέσθαι σοφῶν, ρητόρων, φιλοσόφων, βασιλέων, δῆμων, ἰδιῶται τυγχάνοντες, καὶ μὴδὲν τῆς ἐξωθεν σοφίας ἐπιφερόμενοι. Οὐχ ἡ τυχοῦσα δὲ αὕτη παράκλησις τε καὶ καύχησις τοῦ συνειδέναί· ἑαυτοῖς, ὅτι οὐκ ἀνθρωπίνῃ δυνάμει ἐκέχρητο, ἀλλὰ θεῖα χάριτι πάντα κατόρθωσεν. Ἐν τῷ κόσμῳ. Οὕτως οὐκ ἐν Κορίνθῳ μόνον, ἀλλὰ καὶ πανταχοῦ τῆς οἰκουμένης. *Περισσότερως δὲ πρὸς ὑμᾶς*. Τί περισσότερως πρὸς ὑμᾶς; Ἐν χάριτι Θεοῦ ἀνεστράφημεν. Καὶ γὰρ σημεία καὶ θαύματα παρ' ὑμῖν ἐπεδειξάμεθα, καὶ πλείονα ἀκρίβειαν καὶ βίον ἀληπτον. Καὶ γὰρ καὶ τοῦτο χάριν Θεοῦ καλεῖ, καὶ τὰ οἰκεία κατορθώματα αὕτῃ λογιζόμενος. Ἐκεῖ γὰρ καὶ τὰ σκάμματα ὑπερέβη, ἀδάπανον τιθεὶς τὸ εὐαγγέλιον, διὰ τὸ τῆς ἀσθενείας αὐτῶν φείδεσθαι. Οὐ γὰρ ἄλλα γράζομεν ὑμῖν, ἀλλ' ἢ ὃ ἀναγινώσκετε ἢ καὶ ἐπιγινώσκετε. Ἐπειδὴ γὰρ μεγάλη ἐφθέγγετο ὑπὲρ ἑαυτοῦ, καὶ ἔδοξεν ἑαυτῷ μαρτυρεῖν, ὅπερ ἦν φορτικόν, πάλιν αὐτοὺς παράγει μάρτυρας τῶν λεγομένων. Μὴ γὰρ τις νομιζέτω πραγμάτων εἶναι κόμπον· ἐξ λεγόμενα, φησὶ· ταῦτα γὰρ ὑμῖν δηλοῦμεν, ἃ αὐτοὶ ὑμεῖς ἴστε· καὶ ὅτι οὐ [443] ψευδόμεθα, πρὸ τῶν ἄλλων ἂν ἡμῖν μαρτυρήσετε. Ἀναγινώσκοντες γὰρ ἐπιγινώσκετε, ὅτι ἃ σίνιστε ἡμῖν ἐν τοῖς ἔργοις, ταῦτα καὶ ἐν τοῖς γράμμασι λέγομεν· καὶ οὐκ ἐναντιοῦτα· ὑμῶν ἡ μαρτυρία ταῖς Ἐπιστολαῖς, ἀλλὰ συνῄδει τῇ ἀναγνώσει ἢ γνώσει, ἣν προλαβόντες εἴχετε περὶ ἡμῶν. *Καθὼς καὶ ἐπέρωτες ἡμῶς ἀπὸ μέρους*. Οὐδὲ γὰρ ἐξ ἀκοῆς ἴστε, φησὶ, τὰ καθ' ἡμᾶς, ἀλλ' ἀπ' αὐτῆς τῆς πείρας. Τὸ δὲ, *Ἀπὸ μέρους*, μετριάζων εἶπεν. Ἔθος γὰρ αὐτῷ τοῦτο, ἐπειδὴν μέγα τι φθέγγεται κατεπειγούσης ἀνάγκης (οὐδὲ γὰρ ἄλλως αὐτὸ ποιεῖ), ταχέως συστέλλειν πάλιν τὸν ἐκ τῶν εἰρημένων δγκον βουλόμενος. *Ἐλπίζω δὲ ὅτι καὶ ἔως τέλους ἐπιγινώσεσθε*

β'. Εἶδες πάλιν ἀπὸ τῶν παρελθόντων τὰ μέλλοντα πιστούμενον, καὶ οὐκ ἀπὸ τῶν παρελθόντων μόνον, ἀλλὰ καὶ ἀπὸ τῆς τοῦ Θεοῦ δυνάμεως; Οὐ γὰρ ἀπλῶς ἀπεφῆματο, ἀλλὰ τὸ πᾶν ἐπ' αὐτὸν ἔβριψε καὶ

* Mss., τὸ συνειδέναί.

ῃ Forte melius ῥημάτων εἶναι κόμπον, quod conjicit Savilei sic legit interpres Latinus.

HOMILIA III.

CAP. 1. v. 12. *Nam gloria nostra hæc est, testimonium conscientiæ nostræ, quod in simplicitate et sinceritate Dei, et non in sapientia carnali, sed in gratia Dei conversati sumus in mundo.*

1. *Ex pura conscientia quanta consolatio oriatur.* — Illic rursus aliud quoque non parvum consolationis argumentum nobis aperit, imo perquam ingens, quodque animum in periculis demersum erigere queat. Quoniam enim dixerat, *Deus nos eripuit*, atque id totum miserationibus Dei precibusque ipsorum adscripserat; ne hac ratione auditoris animum supinum ac languidum redderet, utpote Dei misericordiæ dumtaxat aliorumque precibus confidentem, ostendit ipsos quoque non parum ex se præstitisse. Atque id quidem prius etiam his verbis declaravit, *Sicut abundant passiones Christi in nobis, sic etiam abundat consolatio nostra*: hic autem aliud a se recte factum commemorat. Quodnam hoc? Quoniam in pura conscientia minimeque ficta mente ubique terrarum conversati sumus, inquit. Hoc porro ad nostram consolationem et cohortationem non parum momenti habet; nec ad consolationem tantum, sed ad aliud etiam iusuper, quod consolatione longe præstantius est, hoc est, ad gloriationem. His autem verbis partim eos docet, ut in afflictionibus minime animis frangantur, sed potius glorientur, cum puram conscientiam habeant: partim etiam falsos apostolos tacite perstringit. Et quemadmodum in superiore epistola ait, *Misit me Christus ut evangelizem, non in sapientia sermonis, ne evacuetur crux Christi* (1. Cor. 1. 17); et, *Ut fides vestra non sit in sapientia hominum, sed in potentia Dei* (1. Cor. 2. 5): sic etiam hoc loco ait, *Non in sapientia, sed in gratia Christi*. Quin aliud quoque his verbis subindicavit, *Non in sapientia*, hoc est, non in fraude: nimirum hic quoque profanam eruditionem impetens. *Gloria enim nostra hæc est, inquit, testimonium conscientiæ nostræ*. Hoc est, conscientia nostra, quæ nos condemnare nequit, tanquam qui ob improba facinora exagitemur. Quamvis enim innumeris calamitatibus afficiamur, atque undique impetamur et periclitemur, nobis tamen ad consolationem, nec ad consolationem tantum, sed etiam ad coronam sufficit conscientia quæ pura est, nobisque hoc testificatur, nos non sceleris ullius causa, sed ob Dei voluntatem, ob virtutem, ob philosophiam, ob multorum salutem hæc pati. Ac prior quidem illa consolatio a Deo manabat; hæc autem ab ipsis atque a vitæ puritate colligebatur. Unde etiam gloriam ipsam vocat, quoniam propria eorum virtute comparabatur. Quænam igitur est hæc gloria, et quidnam nobis conscientia nostra testificatur, *Quoniam in simplicitate et in sinceritate*? Hoc est, nihil fraudulentum, nihil per hypocrisim, per simulationem, per assentationem, per insidias, per fallaciam, ac per aliud quiddam ejusmodi fecimus; sed in omni libertate, in veritate, in pura minimeque maligna volun-

tate, in mente ab omni dolo vacua, nihil tectum et adumbratum, nihil fucatum ac veteratorum habentes. *Non in sapientia carnali*. Hoc est, non in vafricitate et improbitate, nec in sermonis facundia nexuque sophismatum: hæc enim per carnalem sapientiam intelligit. Atque id, unde illi magnopere gloriabantur, inficiatur ipse ac rejicit: ex abundantia videlicet ostendens, haud dignum istud esse, de quo quisquam gloriatur; quippe cum ipse non modo id non requirat, verum etiam submoveat ac probro ducat. *Sed in gratia Dei conversati sumus in mundo*. Quid est, *In gratia Dei*? Hoc est, sapientiam ac potentiam ipsius beneficio nobis concessam per miracula declarantes: atque hinc etiam, quod, cum rudes essemus nihilque externæ doctrinæ nobiscum afferremus, doctos tamen, oratores, philosophos, reges ac populos vicerimus. Porro non vulgaris est hæc consolatio ac gloriatio, nempe quod ipsi sibi conscii essent, se non humanam potentiam adhibere, sed divina gratia omnia conficere. *In mundo*. Ita non Corinthi tantum, sed passim quoque toto terrarum orbe. *Abundantius autem apud vos*. Quid abundantius ad vos? *In gratia Dei conversati sumus*. Nam et signa et miracula apud vos edidimus, et diligentiam majorem adhibuimus vitamque ab omni reprehensione alienam. Nam hoc quoque gratiam Dei vocat, nimirum ea etiam, quæ cum virtute gessit, ipsi adscribens. Illic enim ultra septa prosiliit, dum sine sumptu evangelium poneret, ut eorum imbecillitati consulere. 13. *Non enim alia scribimus vobis, quam quæ legitis et agnoscitis*. Quoniam magna de se proloquutus fuerat sibi que ipsi testimonium dixerat, id quod importunum erat, rursus eorum quæ dicit ipsos testes producit. Ne quis enim, inquit, existimet ea, quæ a me dicuntur, verborum dumtaxat pompam esse: hæc enim vobis commemoramus, quæ vobis ipsis explorata sunt; quodque nos minime mentiamur, præ cæteris ipsi testes esse queatis. Legentes enim agnoscitis, quod, quæ nos re ipsa præstitisse compertum habetis, ea per literas quoque prædicamus: nec testimonium vestrum literis nostris repugnat, sed earum ipsarum lectioni consonat hæc cognitio, quam ante de nobis habebatis. 14. *Sicut et cognovistis nos ex parte*. Neque enim ex aliorum sermone res nostras cognovistis, sed ex ipsa experientia. Illud autem, *Ex parte*, modestiæ causa dixit. Hoc enim ipsi in more positum est, cum necessitate adductus (neque enim alias hoc facit) magni de se quiddam pronuntiarit, ut eorum quæ dixit tumorem statim retundat. *Spero autem quod etiam usque in finem cognoscetis*.

Vides rursus quo pacto a præteritis fidem futuris adstruat, nec a præteritis tantum, sed etiam a Dei potentia? Neque enim absolute affirmavit, sed hoc totum ad ipsum spemque, quam in ipso positam habet, relegavit. *Quod gloria vestra sumus, sicut et vos nostra in die Domini nostri Jesu Christi*. Hoc loco

invidiam, quam ea quæ superius dixerat ipsi concitare poterant, succidit, dum ad eorum quæ recte et cum virtute gesserat consortium ac societatem ipsos adsciscit. Non enim intra nos constituerunt, sed ad vos quoque dimanant, ac vicissim a vobis ad nos. Quoniam enim seipsum extulerat, ac præteritorum argumentum exhibuerat, et de futuris sponderat, ne auditores eum tamquam magna de se prædicantem incesserent, atque in invidiam, ut dixi, prolaberentur, gloriationem cum ipsis communicat, atque hanc laudum coronam ad ipsos pertinere ait. Nam si tales appareamus, inquit, nostra laus vestra gloria est: quemadmodum scilicet nos quoque, dum vos laude atque gloria floretis, exultamus, gestimus et coronamur. Atque hic quoque rursus per ea quæ dixit, ingentem humilitatis suæ significationem præbet. Non enim ut Magister ad discipulos, sed ut discipulus discipulos alloquens, ita sermonem exepulatus. Ac vide quo pacto eos sublimes efficiat, ac philosophia impleat, dum ipsos ad illum diem transmittit. Ne enim mihi præsentia commemoretis, inquit, hoc est probra, convicia, scommata, quæ vobis a plerisque inferuntur; neque enim quidquam hic magni momenti est, non læta, non molesta, non scommata, non humanæ laudes: verum tremendi illius atque horrendi diei vobis in mentem veniat, in quo omnia aperta erunt. Tum enim et nos in vobis, et vos in nobis gloriabimini, cum et vos tales magistros habuisse perspicuum erit, qui nec humani quidquam docuerint, nec improbe ac flagitiose vixerint, nec ullam vitii ansam cuiquam porrexerint, ac nobis rursus tales discipulos fuisse, qui nec humani aliquid passi fuerint, nec vacillarint, sed alacri ac prompto animo cuncta exceperint, nec ulla ex parte fallaciam sibi fieri permiserint. Et hæc quidem nunc mente præditis manifesta sunt, tum autem cunctis erunt. Itaque etiamsi nunc affligimur, non mediocri hæc quoque nobis consolatio suppetit: quæ quidem nunc a conscientia proficiscitur, tum autem ab ipsa manifestatione. Nunc enim conscientia quidem nostra hoc perspectum habet, nos Dei gratia omnia efficere, quemadmodum ipsi quoque scitis ac sciatis: at tum omnes etiam mortales, tam nostra, quam vestra cognoscent, nosque mutuo alios ab aliis celebrari perspicient. Etenim ne solus ipse splendorem ex gloria-tione consequi videatur, ipsis quoque gloriandi causam præbet, atque a præsentibus molestiis eos avocatur. Quodque in consolatione fecerat, cum diceret, Propter vos consolatione afflicimur, hoc etiam hic facit, cum ait, Propter vos gloriamur, quemadmodum vos quoque propter nos: ubique scilicet eos rerum omnium socius adhibens, consolationis, passionum, suæ denique salutis: nam hanc salutem precibus quoque ipsorum assignat: *Adjuvantibus enim, inquit, vobis in oratione, Deus nos eripuit.* Ad hunc igitur modum ea quoque, ob quæ gloriatur, communia cum ipsis facit. Ut enim illic ait, *Scientes quoniam sicut socii estis passionum, et consolationis:* eodem hic quoque modo, *Gloria vestra sumus, ut et vos nostra.* 15. *Et hac confi-*

dentia volebam prius venire ad vos. Quanam confidentia? Quod virtuti vestræ majorem in modum confidam, quod propter vos glorier, quod gloriatio nostra sitis, quod vos unice amem, quod nullius mali mihi conscius sim, quod non dubitem quin omnia apud nos spiritualia sint, ac vos harum rerum testes habeam. *Volebam venire ad vos, 16. et per vos transire in Macedoniam.* Atqui contrarium in priore epistola pollicitus fuerat, his verbis utens: *Veniam autem ad vos, cum Macedoniam transiero: Macedoniam enim pertransibo.* Qui fit itaque, ut hic pugnancia dicat? Non pugnancia dicit, absit: hæc enim cum iis quidem quæ scripserat, pugnabant; cum iis autem, quæ in animo habebat, minime pugnabant. Ideo non hic dixit, *Scripti me per vos in Macedoniam transiturum, sed, Volebam.* Nam etiamsi non ita scripserim, inquit, tamen studebam ac cupiebam prius quoque ad vos proficisci; tantumque abest, ut serius quam promiseram ad vos me conferrem, ut ipsam quoque pollicitationem antevertere cuperem. *Ut secundam gratiam haberetis.* Quid est, *Secundam?* Duplicem: alteram nempe per literas, alteram per præsentiam. Per gratiam porro hoc loco lætitiā intelligit. *Et per vos transire in Macedoniam, et rursus a Macedonia transire ad vos, et a vobis deduci in Judæam.* 17. *Cum ergo hoc vellem, numquid levitate usus sum?*

3. Hic jam recta et aperte cunctationis absentiaque crimen a se propulsat. Quod enim ait, hanc sententiam habet: *Volebam venire ad vos: cur ergo non veni? an quod levitate et inconstantia laborarem?* hoc enim significat istud, *Numquid levitate usus sum?* Minime. Quid igitur causæ est? *Quoniam quæ cogito, non secundum carnem cogito.* Quid est, *Non secundum carnem cogito?* Non carnali modo. *Ut sit apud me, Est est, Non, non.* At id quoque obscurum est. Quidnam igitur his verbis sibi vult? Carnalis homo, hoc est, qui præsentibus rebus affixus est ac perpetuo in iis versatur, et a Spiritus operatione alienus est, quaslibet in oras proficisci et vagari pro lubito potest. At Spiritus minister, quique ab eo afflatur ac circumducitur, non potest ubique pro arbitrio suo se gerere, quippe quem Spiritus auctoritati ita addixerit, ut ex ipsius nutu pendeat: verum perinde illi accidit, ut si probus quispiam servus, qui ob herilia imperia quoque-versum distrahitur, nec sui juris atque arbitrii est, ac ne tantillum quidem respirandi facultatem habet, conservis suis aliqua promittat, ac deinde, quæ domino aliter placeat, minime præstet quæ promiserat. Hec igitur ait, *Non secundum carnem consulto, neque a Spiritus gubernatione liber atque immunis sum, nec mihi, quo libeat, proficisci licet.* Nam Paracleti imperio et edictis subijcior, atque ad ipsius calculus agor ac circumagor. Hinc factum est ut venire nequiverim: non enim Spiritui placuit. Id quod etiam in Actuum libro plerisque locis ipsi usu venit (*Act. 16*): alio enim se conferre constituentem Spiritus alio proficisci jubebat. Quamobrem non meæ levitatis et inconstantia: est, inquit, quod non venerim, sed quod Spiritui, cui subjectus sum, parco-

τὴν εἰς αὐτὸν ἐλπίδα. Ὅτι καύχημα ὑμῶν ἐσμεν, καθάπερ καὶ ὑμεῖς ἡμῶν, ἐν τῇ ἡμέρᾳ τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ. Ἐνταῦθα τὸν ἐκ τῶν εἰρημένων ὑποτέμνεται φθόνον, μεριστὰς αὐτοὺς καὶ κοινωνοὺς ποιήσας τῆς δόξης τῶν αὐτοῦ κατορθωμάτων. Οὐ γὰρ μέχρις ἡμῶν ἔστηκεν, ἀλλὰ καὶ εἰς ὑμᾶς διαβαίνει, καὶ πάλιν ἀφ' ὑμῶν εἰς ἡμᾶς. Ἐπειδὴ γὰρ ἐπῆρεν ἑαυτὸν, καὶ τῶν παρελθόντων παρέσχεν ἀποδείξιν, καὶ τὰ μέλλοντα ἐνεργήσαστο· ὥστε μὴ ἐπισκῆψαι τοὺς ἀκούοντας ὡς μεγαληγοροῦντι, μηδὲ εἰς βασκανίαν, ὅπερ ἔφη, ἐξενεχθῆναι, κοινοῖ τὸ καύχημα, καὶ αὐτῶν εἶναι φησι τὸν τῶν ἐγκωμίων στέφανον τοῦτον. Ἄν γὰρ τοιοῦτοι φανώμεν, φησὶν, ὁ ἔπαινος ἡμῶν ὑμῶν ἢ δόξα· ὡσπερ οὖν καὶ ὑμῶν εὐδοκιμούντων ἡμεῖς ἀγαλλόμεθα καὶ σκιρτῶμεν καὶ στεφανούμεθα. Πάλιν κἀνταῦθα πολὺ τὸ τῆς ταπεινοφροσύνης αὐτοῦ δι' ὧν εἴρηκεν ἐπιδείκνυται. Οὐ γὰρ ὡς διδάσκαλος μαθηταῖς, ἀλλ' ὡς μαθητῆς μαθηταῖς ὁμοτίμοις διαλεγόμενος, οὕτως ἐξιτάζει τὸν λόγον. Καὶ θέα πῶς αὐτοὺς ὑψηλοῦς ποιεῖ, καὶ φιλοσοφίας πληροῖ, παραπέμπων ἐκεῖνη τῇ ἡμέρᾳ. Μὴ γὰρ μοι τὰ παρόντα εἶπητε, φησὶ, τουτέστι, τὰ οὐκ ἐπιδοξίας, τὰς λοιδορίας, τὰ σκώμματα τὰ παρὰ τῶν πολλῶν· οὐδὲν γὰρ μέγα τὰ ἐνταῦθα, οὐτε τὰ χρηστὰ οὐτε τὰ λυπηρὰ, οὐ τὰ σκώμματα, οὐ τὰ ἐγκώμια τὰ παρὰ τῶν ἀνθρώπων· ἀλλ' ἀναμνήσθητέ μοι τῆς ἡμέρας ἐκείνης τῆς φοβερᾶς καὶ φρικώδους, ἐν ᾗ πάντα ἀνακαλυμμένα. Τότε γὰρ καὶ ἡμεῖς ἐν ὑμῖν καὶ ὑμεῖς ἐν ἡμῖν καλλωπισθήσεσθε, ὅταν καὶ ὑμεῖς φαίνεσθε τοιοῦτους ἔχοντες διδασκάλους, μηδὲν ἀνθρώπινον διδάσκοντας, μηδὲ πονηρίᾳ συνεζητάς, μηδὲ λαθὴν τινα δεδωκότας, καὶ ἡμεῖς τοιοῦτους ἔχοντες μαθητάς, μηδὲν ἀνθρώπινον πάσχοντας, μηδὲ σαλευομένους, ἀλλὰ μετὰ προθυμίας πάντα ὑποδεχομένους, καὶ μηδαμῶθεν παραλογιζομένους. Καὶ νῦν μὲν γὰρ ταῦτα δῆλα τοῖς νοῦν ἔχουσι· τότε δὲ πᾶσιν. Ὡστε εἰ καὶ θλιδόμεθα [444] νῦν, οὐ μικρὰν καὶ ταύτην ἔχομεν παραμυθίαν· νῦν μὲν τὴν ἀπὸ τοῦ συνειδότος, τότε δὲ καὶ τὴν ἀπὸ τῆς ἐκλάμψεως αὐτῆς. Νῦν μὲν γὰρ τὸ συνειδὸς ἡμῶν οἶδεν, ὅτι χάριτι Θεοῦ πάντα ποιούμεν, ὡς καὶ ὑμεῖς ἴστε καὶ εἴσεσθε· τότε δὲ καὶ πάντες μαθήσονται ἄνθρωποι καὶ τὰ ἡμέτερα καὶ τὰ ὑμῶν, καὶ ὕφονται δι' ἀλλήλων ἡμᾶς δοξαζόμενοι. Ἴνα γὰρ μὴ δόξη μόνος αὐτὸς εἶναι λαμπρὸς ἀπὸ τῆς καυχῆσεως, καὶ αὐτοῖς δίδωσιν αἰτίαν τοῦ καυχῆματος, καὶ ἀπάγει τῶν παρόντων λυπηρῶν. Καὶ ὅπερ ἐπὶ τῆς παρακλήσεως ἐποίησεν εἰπὼν, ὅτι δι' ὑμᾶς παρακαλῶ, λούμεθα, τοῦτο καὶ ἐνταῦθα ποιεῖ, δι' ὑμᾶς καυχώμεθα λέγων, ὡσπερ καὶ ὑμεῖς δι' ἡμᾶς, πανταχοῦ κοινωνοὺς αὐτοῦ ποιῶν ἀπάντων, τῆς παρακλήσεως, τῶν παθημάτων, τῆς σωτηρίας τῆς αὐτοῦ· καὶ γὰρ τὴν σωτηρίαν ταύτην ταῖς εὐχαῖς αὐτῶν λογίζεται· *Συνυπουργούντων γὰρ ὑμῶν ἐγὼ δεήσας*, φησὶν, *ἐβόρυσσας ἡμᾶς ὁ Θεός*. Οὕτω δὲ καὶ τὰ καυχήματα κοινὰ τίθησιν. Ὡσπερ γὰρ ἐκεῖ φησὶν *Εἰδότες ὅτι ὡσπερ κοινωνοὶ ἔστε τῶν παθημάτων, οὕτω καὶ τῆς παρακλήσεως*· οὕτω καὶ ἐνταῦθα, *Καύχημα ὑμῶν ἐσμεν, καθάπερ καὶ ὑμεῖς ἡμῶν*. Καὶ ταύτη τῇ

πεποιθήσει *ἐβουλόμην πρότερον πρὸς ὑμᾶς ἐλθεῖν*. Ποῖα πεποιθήσει; Τῷ σφόδρα θαρβεῖν ὑμῖν, τῷ καυχᾶσθαι ἐφ' ὑμῖν, τῷ καύχημα ὑμῶν εἶναι, τῷ σφόδρα ὑμᾶς ἀγαπᾶν, τῷ μηδὲν ἑαυτῷ συνειδέναι πονηρὸν, τῷ πεποιθέναι ὅτι πάντα πνευματικὰ παρ' ἡμῖν, καὶ ὑμᾶς τούτων μάρτυρας ἔχειν. Ἐβουλόμην ἐλθεῖν πρὸς ὑμᾶς, καὶ δι' ὑμῶν διελθεῖν εἰς Μακεδονίαν. Καὶ μὴν τοῦναντίον ἐπηγγελάτο ἐν τῇ προτέρᾳ, οὕτω λέγων· *Ἐλεύσομαι δὲ πρὸς ὑμᾶς, ὅταν Μακεδονίαν διέλθω· Μακεδονίαν γὰρ διέρχομαι*. Πῶς οὖν ἐνταῦθα τἀναντία φησὶν; Οὐ τὰ ἐναντία φησὶν, ἀπαγε· ταῦτα γὰρ ἐναντία μὲν ἔστιν οἷς ἔγραψεν, οὐκ ἐναντίαι δὲ οἷς ἐβούλετο. Αἰὶ καὶ ἐνταῦθα οὐκ εἶπεν, ὅτι· *Ἐγραψα δι' ὑμῶν ἀπελθεῖν εἰς Μακεδονίαν, ἀλλ', Ἐβουλόμην*. Εἰ γὰρ καὶ οὐχ οὕτως ἔγραψα, φησὶν, ἀλλ' ὁμοῦς ἐσπούδαζον καὶ ἐβουλόμην καὶ πρὸ τοῦ ἐλθεῖν πρὸς ὑμᾶς· τοσοῦτον ἀπέσχον τοῦ βουληθῆναι ὡστερησάσι τῆς υποστεισεως, ὅτι καὶ φθάσαι αὐτὴν ἠθέλησα. *Ἴνα δευτέρᾳ χάριν ἔχητε*. Τί ἐστι, *Δευτέρᾳ*; Ἴνα διπλῆν χάριν ἔχητε, καὶ τὴν διὰ τῶν γραμμάτων, καὶ τὴν διὰ τῆς παρουσίας. Χάριν δὲ ἐνταῦθα τὴν χάριν λέγει. *Καὶ δι' ὑμῶν διελθεῖν εἰς Μακεδονίαν, καὶ πάλιν ἀπὸ Μακεδονίας ἐλθεῖν πρὸς ὑμᾶς, καὶ ὑφ' ὑμῶν προπεμφθῆναι εἰς τὴν Ἰουδαίαν*. Τοῦτο οὖν βουλόμενος, μὴ τι ἄρα τῇ ἐλαφρίᾳ ἐχρησάμην;

γ'. Ἐνταῦθα λοιπὸν ἐξεύθειας ἀποδύεται τὸ ἔγκλημα τὸ ἐκ τῆς μελλήσεως καὶ τῆς ἀπουσίας. Ὅ γὰρ λέγει, τοιοῦτόν ἐστιν· Ἐβουλόμην ἐλθεῖν πρὸς ὑμᾶς· τίνας οὖν ἔνεκεν οὐκ ἦλθον; ἄρα ὡς κοῦφος καὶ ἐρίστιστος; τοῦτο γὰρ ἐστι, *Μὴ τι ἄρα τῇ ἐλαφρίᾳ ἐχρησάμην*; οὐδαμῶς· ἀλλὰ διὰ τί; *Ὅτι ἄ βουλεύομαι, οὐ κατὰ σάρκα βουλεύομαι*. Τί ἐστιν, *οὐ κατὰ σάρκα*; [445] οὐ σαρκικῶς βουλεύομαι. *Ἴνα ἢ παρ' ἐμοὶ τὸ ναὶ καὶ, καὶ τὸ οὐ οὐ*. Ἄλλ' ἐτι καὶ τοῦτο ἀσαφές. Τί οὖν ἐστιν ὃ φησὶν; Ὅ σαρκικὸς ἄνθρωπος, τουτέστιν, ὁ τοῖς παροῦσι προσηλωμένος καὶ ἐν τοῦτοις διαπαντός ὢν, καὶ τῆς τοῦ Πνεύματος ἐνεργείας ἐκτὸς τυγχάνων, πανταχοῦ ἀπέναι δύναται, καὶ πλανᾶσθαι ὅπου βούλεται· ὁ δὲ ὑπέρτης τοῦ Πνεύματος, καὶ ὅπ' ἐκεῖνον ἀγόμενος καὶ περιηγόμενος, οὐ δύναται κύριος εἶναι τῆς ἑαυτοῦ γνώμης πανταχοῦ, τῆς ἐκεῖθεν ἐξουσίας ἐξαρτήσας αὐτὴν· ἀλλὰ τοιοῦτον ὑπομένει, οἷον ἂν εἰ δοῦλος εὐδοκίμων, καὶ πανταχοῦ περιελλόμενος ὑπὸ τῶν δεσποτικῶν ἐπιταγμάτων, καὶ οὐκ ἔχων ἐξουσίαν ἑαυτοῦ, οὐδὲ ἀναπνεῦσαι δυνάμενος οὐδὲ μικρὸν, ἐπαγγέλλοιτο τινα τοῖς συνδούλοις, εἶτα τῷ δεσπότη τἀναντία δοκοῦντα, μὴ ἀνύσι τὰ ἀπηγγεμένα. Τοῦτο οὖν φησὶν, ὅτι *οὐ κατὰ σάρκα βουλεύομαι*, καὶ οὐκ εἰμι τῆς τοῦ Πνεύματος ἐκτὸς κυβερνήσεως, οὐδὲ ἐξουσίαν ἔχω βαδίζειν ὅπου βούλομαι. Καὶ γὰρ ὑπόκειμαι δεσποτεῖα τῇ τοῦ Παρακλήτου καὶ ἐπιτάγμασι, καὶ ταῖς ἐκεῖνου ψήφοις ἄγομαι καὶ περιάγομαι. Διὰ τοῦτο οὐκ ἠδυνήθην ἐλθεῖν· οὐ γὰρ ἔδοξεν τῷ Πνεύματι. Ὅ καὶ ἐν ταῖς Πράξεσι πολλαχοῦ γέγονεν· ἀλλεχοῦ γὰρ προηρημένον ἐλθεῖν, τὸ Πνεῦμα ἀλλαχοῦ βαδίζειν ἐκέλευεν. Ὡστε οὐ τῆς ἐμῆς ἐλαφρίας, τουτέστι

κουφότης, τὸ μὴ ἔλθειν, ἀλλὰ τὸ τοῦ Πνεύματος, ὑποκείμενον ἐκεῖνῳ πείθεσθαι. Εἶδες πάλιν αὐτοῦ τὸ σύνηθες θεώρημα; Ἀφ' ὧν ἐνόμιζον αὐτὸν δεικνύναι σαρκικῶς βουλευόμενον, ἐκ τοῦ μὴ πληρῶσαι τὴν ὑπόσχεσιν, ἐκ τούτου δεικνύσει μάλιστα πνευματικῶς βουλευόμενον, καὶ τούναντιον σαρκικῶς βουλευέσθαι. Τί οὖν, φησίν; οὐ μετὰ τοῦ Πνεύματος ἐπηγγελιατο; Οὐδαμῶς· καὶ γὰρ καὶ ἤδη εἶπον, ὅτι οὐ πάντα προφηδεῖ Παῦλος τὰ μέλλοντα καὶ συμφέροντα. Διὰ δὲ τοῦτο ἐν μὲν τῇ προτέρᾳ φησίν, Ἴνα ὑμεῖς με προπέμψητε οὐ ἐὰν πορεύωμαι, δεδοικῶς αὐτὸ τοῦτο, μὴ εἰς τὴν Ἰουδαίαν εἰπὼν, ἀναγκασθῆ ἑτέρωθι ἀπελθεῖν· ἐνταῦθα δὲ ἐπειδὴ ἀπέτυχε, λέγει αὐτὸ, Καὶ ὑφ' ὑμῶν προπεμφθῆναι εἰς τὴν Ἰουδαίαν. Ὁ μὲν γὰρ ἦν ἀγάπης, τίθησι, τὸ ἔλθειν πρὸς αὐτούς· ὁ δὲ οὐδὲν πρὸς αὐτούς ἦν, τὸ ἀπελθεῖν εἰς τὴν Ἰουδαίαν, οὐκ ἐτι καὶ τοῦτο προστίθησι διωριμμένως. Ἐπειδὴ δὲ ἐλήλεγχται, ἐνταῦθα θαρβῶν λέγει λοιπὸν, ὅτι Εἰς τὴν Ἰουδαίαν. Καὶ τοῦτο δὲ συμφερόντως ἐγίνετο, ἵνα μὴ τις αὐτῶν μερίζονα περὶ αὐτὸν τῆς ἀξίας ὑπόνοιαν ἔχη. Εἰ γὰρ καὶ τούτων ἔντων θύειν αὐτοῖς; ἐβούλοντο ταύρους, ποῦ οὐκ ἂν ἐξυκείλαν ἀσεβείας, εἰ μὴ πολλὰ δειγμάτια τῆς ἀνθρωπίνης ἀσθενείας παρείχοντο; Καὶ τί θαυμάζεις, εἰ τὰ μέλλοντα πάντα οὐκ ἤδει, ὅπου καὶ ἐν εὐχαίς πολλαχοῦ τὸ συμφέρον ἀγνοεῖ; Τὸ γὰρ, τί προσευξόμεθα, φησὶ, καθὸ δεῖ, οὐκ οἶδαμεν. Καὶ οὐ λέγει τοῦτο μόνον, ἵνα δόξῃ^a μετριάξεν, [446] ἀλλὰ καὶ δείκνυσσι, ποῦ τὸ συμφέρον ἐν εὐχαίς ἠγνόησε. Ποῦ τοίνυν ἠγνόησεν; Ἦνίκα παρεκάλει τῶν πειρασμῶν ἀπαλλαγῆναι, λέγων· Ἐδόθη μοι σκόλοψ τῇ σαρκὶ ἄγγελος Σατᾶν, ἵνα με κολαφίσῃ. Ὑπὲρ τούτου τρις τὸν Κύριον παρεκάλεσα, καὶ εἰπέ μοι, Ἀρκεῖ σοι ἡ χάρις μου· ἡ γὰρ δύναμις μου ἐν ἀσθενείᾳ τελειοῦται. Εἶδες πῶς οὐκ ἔγνω τὰ συμφέροντα αἰτήσαι; Διὸ οὐδὲ ἔλαθε, καὶ πολλακίς αἰτήσας. Πιστὸς δὲ ὁ Θεός, ὅτι ὁ λόγος ἡμῶν ὁ πρὸς ὑμᾶς οὐκ ἐγένετο Ναὶ καὶ Οὐ. Καλῶς ἀντιθεσὶ ἀνακύπτουσαι καταλλέει. Εἰ γὰρ ὑποσχόμενος, φησὶ, παραγίνεσθαι ὑπερέθου, καὶ οὐκ ἔστι παρά σοι Ναὶ ναί, καὶ Οὐ οὐ, ἀλλὰ νῦν ἂ λέγεις ἀνατρέψεις μετὰ ταῦτα, ὡσπερ ἐπὶ τῆς σῆς ἐπιδημίας ἐποίησας· οὐαὶ ἡμῖν, μήποτε καὶ ἐν τῷ κηρύγματι τοῦτο γέγονεν. Ἴν' οὖν μὴ ταῦτα ἐννοῶσι, μηδὲ θορυβῶνται, φησὶ· Πιστὸς δὲ ὁ Θεός, ὅτι ὁ λόγος ἡμῶν ὁ πρὸς ὑμᾶς οὐκ ἐγένετο Ναὶ καὶ Οὐ. Ἐν γὰρ τῷ κηρύγματι, φησὶ, τοῦτο οὐκ ἐγένετο, ἀλλ' ἐν ταῖς ὁδοῖς καὶ ταῖς ἀποδημίαις μόνον. Ἐν δὲ τῷ κηρύγματι μένει βέβαια καὶ ἀκίνητα ἅπερ εἰρήκαμεν. Λόγον γὰρ ἐνταῦθα τὸ κήρυγμα καλεῖ. Εἶτα ἀπόδειξι ἀναντιβῆρον παρέχει τούτου, εἰς τὸν Θεὸν τὸ πᾶν ἀνάγων Ὁ δὲ λέγει, τοῦτό ἐστιν· Ἡ ὑπόσχεσις τῆς παρουσίας ἐμῆ ἦν, καὶ ἐγὼ οἰκοθεν ἐπηγγειλάμην ἐκεῖνο· τὸ δὲ κήρυγμα οὐκ ἐμὸν οὐδὲ ἀνθρώπινον, ἀλλὰ τοῦ Θεοῦ· τὰ δὲ τοῦ Θεοῦ ἀμήχανον διαφύεσθαι· διὸ καὶ ἐφη· Πιστὸς δὲ ὁ Θεός· τουτέστιν, ἀληθής. Μὴ τοίνυν ὑποπίστευτε τὰ ἐκεῖνο·

^a Sic legendum, ut conjicit Savil., et Ita legit interpres Latinus. Editi male, ἵνα μὴ δόξῃ

οὐδὲν γὰρ ἐν αὐτοῖς ἀνθρώπινον. Καὶ ἐπειδὴ εἶπε λόγον, ἐπάγει λοιπὸν δεικνύς ποῖον λόγον φησὶ.

δ'. Ποῖος οὖν λόγος εἶτά; ἐστίν, Ὁ γὰρ τοῦ Θεοῦ Υἱός, φησὶν, ὁ ἐν ὑμῖν δι' ἡμῶν κηρυχθεὶς, δι' ἐμοῦ καὶ Σιλουανοῦ καὶ Τιμοθέου, οὐκ ἐγένετο Ναὶ καὶ Οὐ. Διὰ γὰρ τοῦτο καὶ τὸν χορὸν εἰσάγει τῶν διδασκάλων εἰς μέσον, ἀξιόπιστον κἀντεῦθεν τὴν μαρτυρίαν ποιῶν, οὐ διὰ τῶν ἀκουσάντων μόνον, ἀλλὰ καὶ διὰ τῶν διδασκάντων. Καίτοι μαθητὰ ἦσαν· ἀλλὰ μετριάξων, ἐν τάξει διδασκάλων αὐτούς ἀριθμεῖ. Τί δὲ ἐστίν, Οὐκ ἐγένετο Ναὶ καὶ Οὐ; Οὐκ ἀνέτρεψα, φησὶν, ἃ πρότερον εἶπον ἐν τῷ κηρύγματι· οὐ νῦν μὲν τοῦτο, νῦν δὲ ἐκεῖνο διελέχθην ὑμῖν· τοῦτο γὰρ οὐκέτι πίστεως, ἀλλὰ πεπλανημένης διανοίας ἐστίν. Ἀλλὰ Ναὶ ἐν αὐτῷ γέγονε. Τουτέστιν, ἀπαρασάλευτος καὶ βέβαιος ὁ λόγος μένει. Ὅσαι γὰρ ἐπαγγελίαι Θεοῦ, ἐν αὐτῷ τὸ Ναὶ, καὶ ἐν αὐτῷ τὸ Ἀμήν, τῷ Θεῷ πρὸς δόξαν δι' ἡμῶν. Τί ἐστίν, Ὅσαι ἐπαγγελίαι Θεοῦ; Πολλὰ τὸ κήρυγμα ὑπισχνεῖτο, καὶ αὐτοὶ τὰ πολλὰ ταῦτα ἐπηγγέλλοντο καὶ ἐκήρυττον. Καὶ γὰρ περὶ ἀναστάσεως διελέχθησαν, καὶ περὶ ἀναλήψεως, καὶ περὶ ἀφθαρσίας, καὶ περὶ τῶν μεγάλων ἐπάθλων καὶ τῶν ἀπορρήτων ἀγαθῶν ἐκείνων. Ταύτας οὖν τὰς ἐπαγγελίας μένειν ἀκινήτους φησὶ, καὶ οὐκ ἐγένετο Ναὶ καὶ Οὐ ἐν αὐταῖς. Τουτέστιν, Οὐ ποτὲ μὲν ἀληθῆ τὰ εἰρημένα, [447] ποτὲ δὲ ψευδῆ, καθάπερ ἡ ἐπιδημία ἡ ἐμῆ, ἀλλ' ἀεὶ ἀληθῆ. Καὶ πρῶτον μὲν ὑπὲρ τῶν τῆς πίστεως δογμάτων καὶ τοῦ περὶ Χριστοῦ λόγου ἀγωνίζεται λέγων· Ὁ λόγος μου καὶ τὸ κήρυγμά μου οὐκ ἐγένετο Ναὶ καὶ Οὐ· ἔπειτα ὑπὲρ τῶν ὑποσχέσεων· Ὅσαι γὰρ ἐπαγγελίαι Θεοῦ, ἐν αὐτῷ τὸ Ναὶ. Εἰ δὲ ἂ ὑπέσχετο βέβαια καὶ δώσει πάντως, πολλῷ μᾶλλον αὐτὸς καὶ ὁ περὶ αὐτοῦ λόγος ἐστὶ βέβαιος, καὶ οὐκ ἔστιν εἰπεῖν, ὅτι νῦν μὲν ἐστὶ, νῦν δὲ οὐκ ἔστιν, ἀλλ' ἀεὶ ἐστὶ, καὶ ὁ αὐτὸς ἐστὶ.

Τί δὲ ἐστίν, Ἐν αὐτῷ τὸ Ναὶ, καὶ τὸ Ἀμήν; Τὸ πάντως ἐσόμενον δηλοῖ. Αἱ γὰρ ἐπαγγελίαι ἐν αὐτῷ, οὐκ ἐν ἀνθρώπῳ, τὸ γενέσθαι ἔχουσι καὶ πληρωθῆναι. Μὴ τοίνυν δέισις· οὐ γὰρ ἀνθρωπὸς ἐστίν, ἵνα ὑποπέυσης, ἀλλὰ Θεός ἐστίν, ὁ καὶ εἰπὼν καὶ πληρῶν. Τῷ Θεῷ πρὸς δόξαν δι' ἡμῶν. Τί ἐστὶ, Πρὸς δόξαν δι' ἡμῶν; Πληροὶ αὐτὰς δι' ἡμῶν· τουτέστι, διὰ τῶν εἰς ἡμᾶς εὐεργεσιῶν πρὸς δόξαν αὐτοῦ· τοῦτο γὰρ ἐστὶ, Τῷ Θεῷ πρὸς δόξαν. Εἰ δὲ πρὸς δόξαν τοῦ Θεοῦ, πάντως ἐστὶ. Τῆς γὰρ αὐτοῦ δόξης οὐ καταφρονῆσει, εἰ καὶ τῆς ἡμετέρας κατεφρόνει σωτηρίας· καὶ διὰ τὸ σφόδρα φιλόανθρωπος εἶναι. Καὶ πρὸς τοῦτο ἡμῶν ἡ σωτηρία συνδέεται τῇ αὐτοῦ δόξῃ τῇ ἐπὶ τούτοις. Ὅστε εἰ πρὸς δόξαν αὐτοῦ εἰσιν αἱ ἐπαγγελίαι, πάντως καὶ ἡ σωτηρία ἡμῶν ἔσεται. Ὁ καὶ ἐν τῇ πρὸς Ἐφεσίους συνεχῶς περιστρέφει λέγων· Εἰς περιποίησιν τῆς δόξης αὐτοῦ. Καὶ πανταχοῦ τοῦτο τίθησι, δεικνύς τὸ ἀναγκαῖον τῆς ἐκθάσεως· ὁ καὶ ἐνταῦθα φησίν, ὅτι αἱ ἐπαγγελίαι αὐτοῦ οὐ ψεύδονται. Οὐ γὰρ ἡμᾶς μόνον σώζουσι, ἀλλὰ καὶ αὐτὸν δοξάζουσι. Μὴ τοι-

dum esset. Vides rursus consuetam ipsi argumentandi rationem? Unde enim ipsi se probaturos existimabant, eum iis consiliis uti, quæ a carne proficiscerentur, quod nimirum promissis non stetisset; hinc ipse vel maxime se spirituali consilio ductum fuisse ostendit, ac contra carnali modo cogitaturum fuisse, si contrarium fecisset. Quid igitur, dicit aliquis, an non ex Spiritu pollicitus fuerat? Minime vero: etenim jam dictum est a me, non omnia ea Paulo cognita fuisse quæ futura erant et conducebant. Ideo in superiore quidem epistola his verbis utitur, *Ut vos me deducatis quocumque proficiscar* (1. Cor. 16. 6); hoc videlicet metuens, ne cum in Judæam dixisset, alio abire coereretur: hic autem, quoniam hac spe delusus fuerat, istud ait, *Et a vobis deduci in Judæam*. Nam quod caritatis erat, id ponit, hoc est, ad eos venire: quod autem eorum nihil intrerit, nempe ut in Judæam abiret, hoc non jam diserte addit. Postquam autem convictus est, hic jam fidenter dicit, *In Judæam*. Atque hoc utiliter contingebat, ne quis ipsorum majorem, quam par esset, opinionem de eo haberet. Etenim si, cum hæc etiam ita se haberent, tamen non defuerunt, qui tauros ipsis immolare vellent; quo tandem impietatis non prouissent, nisi multa humanæ imbecillitatis documenta præbuisset? Et cur miraris ea omnia, quæ futura erant, Paulo minime nota fuisse, cum etiam in precibus plerumque quod expediat ignoret? *Quid enim oremus*, inquit, *quemadmodum oportet nescimus* (Rom. 8. 26). Nec vero hoc eo dumtaxat ait, ut modestiæ opinionem colligat; sed etiam ostendit, ubinam, quid in precibus utile esset, ignorarit. Ubinam autem ignoravit? Nempe cum precibus a Deo contendeat, ut e tentationibus eriperetur, his verbis utens: *Datus est mihi stimulus carnis angelus satanæ qui me colaphiset. Propter quod ter Dominum rogavi; et dixit mihi: Sufficit tibi gratia mea; virtus enim mea in infirmitate perficitur* (2. Cor. 12. 7.-9). Vides quomodo, quid ex usu esset, postulare nesciverit? Ac propterea non accepit, cum tamen sæpe postulasset. 18. *Fidelis autem Deus, quia sermo noster, qui fuit ad vos, non fuit Est et Non*. Exorientem objectionem præclare discutit. Dicere enim potuissent: Si cum ipse te ad nos venturum receperis, id tamen facere distulisti, atque ita non est apud te, Est est, Non non, verum quæ nunc dicis, postea subvertis, ut in tua ad nos profectio fecisti; væ nobis, si hoc quoque in evangelii prædicatione contingit. Ut ergo hæc nec cogitarent nec perturbarentur, ait, *Fidelis Deus, quia sermo noster ad vos non fuit Est et Non*. Hoc enim, inquit, in prædicatione non contingit, sed in viis ac peregrinationibus dumtaxat: nam in prædicatione firma atque immota manent quæ diximus. Per sermonem enim hoc loco prædicationem significat. Postea irrefutabile argumentum hujus rei affert, ad Deum hoc totum referens. Quod autem ait, hunc sensum habet: *Adventus mei pollicitatio mea erat, atque ego mea sponte id promiseram; at prædicatione non mea erat, nec humana, sed Dei: quod autem Dei est, in id*

mendacium cadere nequit: unde etiam dicit, *Fidelis autem Deus*; hoc est, verax. Quamobrem nihil est, cur ea, quæ illius sunt, vobis suspecta sint: nihil enim in ipsis humanum est. Ac posteaquam sermonem dixit, de quo sermone loquatur, deinceps exponit.

4. Quisnam igitur hic sermo est? 19. *Dei enim Filius, qui in vobis per nos prædicatus est, per me et Silvanum et Timotheum, non fuit Est et Non*. Ob eam enim causam magistrorum chorum in medium adducit, hinc quoque testimonio suo fidem adstruens, non per auditores tantum, sed etiam per magistros. Atqui discipuli illi erant, sed modestiæ studio eos in magistrorum album refert. Quid autem est, *Non fuit Est et Non*? Non ea subverti, inquit, quæ prius inter concionandum dixi: non modo hoc, modo illud apud vos disserui: hoc enim non fidei fuerit, sed animi aberrantis. *Sed Est in illo fuit*. Hoc est, immotus ac firmus sermo manet. 20. *Quotquot enim promissiones Dei sunt, in illo Est, et in ipso Amen, Deo ad gloriam per nos*. Quid est, *Quotquot promissiones Dei*? Prædicatio evangelica multa promittebat; atque ipsi multa hæc promittebant ac prædicabant. Nam et de resurrectione verba fecerant, et de assumptione et de incorruptione et de magnis præmiis atque arcibus illis bonis. Has igitur pollicitationes firmas ac stabiles, manere ait; et non fuit Est et Non in illis. Hoc est, non quandoque vera, quæ dixi, quandoque falsa fuerunt, ut meus ad vos accessus, sed semper vera. Ac primum quidem pro fidei dogmatibus sermoneque de Christo contendit dicens: *Sermo meus et prædicatione mea non fuit Est et Non*: deinde pro ipsius pollicitationibus pugnat: *Quotquot enim, inquit, promissiones Dei sunt, in illo Est*. Quod si firma ac certa sunt quæ promisit, nec dubium est quin ea daturus sit, multo utique magis ipse, ac sermo qui de eo habetur, firmus ac certus est; neque istud dici potest quod nunc quidem sit, nunc autem non sit, sed semper est, atque idem est.

Promissa Dei quam firma. — Quid est autem, *In illo Est, et Amen*? His verbis id quod omnino futurum est significat. Promissiones enim in ipso ac non in homine, hoc habent, ut contingant et expleantur. Quare nihil est quod metuas: non enim homo est, ut suspectum eum habere possis, sed Deus, qui et dixit et explet. *Deo ad gloriam per nos*. Quid est, *Ad gloriam per nos*? Eas per nos explet; hoc est, per collata in nos beneficia ad gloriam Dei: hoc enim est, *Deo ad gloriam*. Si autem ad Dei gloriam, quin fiat non est dubitandum, tum quia, etiamsi salutem nostram contemptui haberet, non tamen gloriam suam contempturus est; tum quia singularem erga homines benevolentiam gerit. Adde quod nostra salus cum gloria ea, quæ hinc ad ipsum redit, conjuncta est. Quo fit, ut cum promissiones ad ipsius gloriam pertineant, dubium esse non possit, quin salus quoque nostra consequatur. Quod etiam in Epistola ad Ephesios crebro inculcat dicens: *In acquisitionem gloriæ ipsius* (Ephes. 1. 14). Atque ubique istud ponit, ut

ostendat id necessario eventurum : quod etiam hoc loco ait, nempe quod ipsius pollicitationes minime fallant. Neque enim nobis dumtaxat salutem, sed ipsi quoque gloriam afferunt. Ne ergo illud tecum reputes, quod per nos ista promissa sint, nec propterea de iis dubites : neque enim per nos, sed per eum explentur ; et promissiones per ipsum sunt ; non enim nostra, sed quæ Dei sunt, vobis diximus. 21. *Qui autem confirmat nos vobiscum in Christo, et qui unxit nos, Deus ; 22. qui et signavit vos, et dedit pignus Spiritus in cordibus nostris.* Rursum per præterita fidem futuris conciliat. Nam si ipse est, qui nos in Christo confirmat, hoc est, qui nos a fide quæ in Christum est dinoveri non sinit ; atque ipse etiam est, qui nos unxit, Spiritumque in cordibus nostris dedit : quomodo non futura quoque daturus est ? Nam cum principia et materiam ac radicem et fontem, hoc est, veram ipsius cognitionem ac Spiritus participationem largitus sit : qui fieri potest, ut non ea etiam largiatur, quæ ex his oriuntur ? Nam cum illa horum causa donentur, multo magis is, qui hæc dedit, illa quoque præbebit : et cum hæc adhuc hostibus dederit, multo magis illa amicis donabit. Ac proinde ne Spiritum quidem simpliciter dixit, sed pignus nominavit, ut per hoc de toto fiduciam concipias. Neque enim si totum daturus non esset, pignus præbere, ac frustra et temere perdere in animum induxisset. Ac vide, quæso, Pauli probitatem. Quid enim, inquit, dicere attinet, promissionum veritatem in nobis minime sitam esse ? imo hoc ipsum, quod vos firmi atque immobiles statis, non in nobis est, sed Dei beneficium est : *Qui enim confirmat vos, inquit, Deus est.* Non ergo nos sumus, qui vos fulcimus : nam ipsi quoque confirmantis ope indigemus. Quocirca non est, quod quisquam prædicationem in vobis periclitari existimet : ipse totum hoc in se recepit, ipsi totius negotii cura est.

5. Quid autem est, *Qui unxit et signavit ?* Hoc est, qui Spiritum dedit, per quem utrumque horum effecit, nimirum simul et prophetas et sacerdotes et reges efficiens : siquidem hæc hominum genera olim ungebantur. At nos non unam, sed tres istas dignitates præstantiore conditione obtinemus : nam et regno polituri sumus, et, cum victimæ loco corpora postea offerimus, sacerdotes efficiimur ; *Exhibete enim, inquit, membra vestra hostiam viventem, placentem Deo (Rom. 12. 1) ;* atque insuper prophetæ constituimur. *Quæ enim oculus non vidit, nec auris audivit, ea nobis patefacta sunt (1. Cor. 2. 9).* Quamquam etiam alia ratione reges efficiimur, si improbis cogitationibus imperare voluerimus. Nam quod is qui talis sit regnet, et quidem magis, quam qui diademate cinctus est, liquido jam vobis demonstrabo. Multos ille exercitus habet ; at nos quoque plures illis cogitationes habemus : neque enim infinita cogitationum, quæ in nobis sunt, multitudo enumerari potest. Nec vero multitudinem dumtaxat intueri licet, sed etiam multos in hac cogitationum copia duces, tribunos, turmarum præfectos, sagittarios, fundibularios. Quid

aliud est, quod regem efficiat ? vestesne ? At hic quoque meliori ac præstantiori veste amictus est, quam nec tinea exest, nec vetustas conficit. Quia multiplicem quoque coronam habet, nempe gloriæ et miserationum Dei : *Benedic enim, inquit, anima mea Domino, qui coronat te in misericordia et miserationibus (Psal. 102. 2. 4) ;* et gloriæ ; *Gloria enim, inquit, et honore coronasti eum (Psal. 8. 6) ;* et bonæ voluntatis ; *Ut scuto enim, inquit, bonæ voluntatis coronasti nos (Psal. 5. 13) ;* et gratiarum ; *Coronam enim, inquit, gratiarum accipies capiti tuo (Prov. 1. 9).* Videsne quam varie textum quantoque gratius, ac venustius sit istud diadema ? Verum altius rursus et accuratius horum regum statum expendamus. Ille stipatoribus suis dominatur et cunctis imperat, omnesque ipsi parent et obsequuntur : at ego hic majus præstantiusque imperium tibi ostendo. Nam multitudo quidem par est, aut etiam amplior ; superest autem ut subjectionem ipsam consideremus. Ac ne mihi eos in medium proferas, qui regia dignitate lapsi sunt, atque ab ipsismet satellitibus suis trucidati. Ne, inquam, eos in medium producamus, verum eos conquiramus, qui pulchre in utraque parte regnum administrarunt. Ac tu quidem, quos libuerit, pone ; ego autem patriarcham unum cunctis oppono.

Abrahæ fides et virtus. — Nam cum ipse filium mactare juberetur (*Gen. 22*), cogites velim quotnam tum adversus eum cogitationes insurrexerint. Et tamen omnes subegit, atque omnes eum magis quam regem satellites pertimescebant : ac vel solo obtutu omnes comprimebat, ita ut ne hiscere quidem earum ulla auderet ; verum cunctæ caput submitterent ac velut regi cederent, quamvis alioqui acerrimæ essent atque imprimis acerbæ. Neque enim hastarum cuspides tam horrendæ sunt, cum a multis militibus surri-guntur, quam tum formidabiles erant illæ cogitationes. Annon enim hastis atrocior erat illa, quam natura ciebat, commiseratio ? Ac proinde animam illam magis, quam præacuta cuspidis, excindere poterant. Nec enim ulla hasta tam acuta umquam esse queat, quam cogitationum illarum aculei, qui ab intimis visceribus acuebantur ac surrigebantur, justi viri animam transfigebant. Nam hic et tempore et consilio et plaga et dolore opus est ; ac tum mors sequitur : illic autem nihil horum requirebatur ; adeo tum celeriora, tum acriora vulnera erant. Et tamen, cum adversus eum cogitationes arma induissent, ingens erat tranquillitas, omnesque composite stabant, ornantes potius ipsum quam terrore afficientes. Eum enim gladium extendentem ante oculos tibi pone, ac quos volueris reges, Augustos, Cæsares, in medium profer. Nihil enim simile dixeris, nec speciem ullam ejusmodi tanque amplam et insignem ac cælis dignam ostendere poteris. Tum enim vir ille justus de potentissima tyrannide triumphum egit : nihil enim est quod majorem tyrannidem habeat, quam natura. Atque ut sexcentos qui necem tyrannis intulerint, proferas, nullum tamen ejusmodi nobis ostenderis. Etenim hæc palma angeli verius quam hominis tunc erat. Sic quippe

νον τοῦτο ἐνοήσης, ὅτι δι' ἡμῶν ἐπηγγέλθησαν, καὶ διστάσης· οὐ γὰρ δι' ἡμῶν πληροῦνται, ἀλλὰ δι' αὐτοῦ· καὶ αἱ ἐπαγγελίαι δὲ δι' αὐτοῦ· οὐ γὰρ τὰ ἡμέτερα, ἀλλὰ τὰ αὐτοῦ πρὸς ἡμᾶς εἰρήκαμεν. Ὁ δὲ βεβαιῶν ἡμᾶς, σὺν ὑμῖν εἰς Χριστὸν, καὶ χρίσας ἡμᾶς, Θεός· καὶ σφραγισάμενος, καὶ δοὺς τὸν ἀρραβῶνα τοῦ Πνεύματος ἐν ταῖς καρδίαις ἡμῶν. Πάλιν ἀπὸ τῶν παρελθόντων τὰ μέλλοντα βεβαιούται. Εἰ γὰρ αὐτός ἐστιν ὁ βεβαιῶν ἡμᾶς εἰς Χριστὸν, τουτέστιν, ὁ μὴ ἔων ἡμᾶς παρασαλεύεσθαι ἐκ τῆς πίστεως τῆς εἰς τὸν Χριστὸν, καὶ αὐτός ὁ χρίσας ἡμᾶς, καὶ δοὺς τὸ Πνεῦμα ἐν ταῖς καρδίαις ἡμῶν· πῶς τὰ μέλλοντα οὐ δώσει; Εἰ γὰρ τὰς ἀρχὰς καὶ τὰς ὑποθέσεις ἔδωκε καὶ τὴν βίβαν καὶ τὴν πηγὴν, οἷον τὴν ἀληθῆ περι αὐτοῦ γνῶσιν, τὴν τοῦ Πνεύματος μετέληψιν· πῶς τὰ ἐκ τούτων οὐ δώσει; Εἰ γὰρ ἐκεῖνα διὰ ταῦτα δίδονται, πολλῶν μᾶλλον ὁ ταῦτα δοῦς, καὶ ἐκεῖνα παρέξει· καὶ εἰ ταῦτα ἐχθροῖς οὖσιν ἔδωκε, πολλῶν μᾶλλον ἐκεῖνα φίλοις γενομένοις χαριεῖται. Διὰ τοῦτο οὐδὲ Πνεῦμα εἶπεν ἀπλῶς, ἀλλ' ἀρραβῶνα ὠνόμασεν, ἵνα ἀπὸ τούτου καὶ περὶ τοῦ παντός θαρρήσῃ. Οὐ γὰρ, εἰ μὴ ἐμελλε τὸ πᾶν δίδόναι, εἴλετο ἂν τὸν [448] ἀρραβῶνα παρασχεῖν, καὶ ἀπολέσαι εἰκὴ καὶ μάτην. Καὶ ὅρα εὐγνωμοσύνην Παύλου. Τί γὰρ δεῖ λέγειν, φησὶν, ὅτι οὐκ ἐν ἡμῖν ἢ τῶν ἐπαγγελιῶν ἀλήθεια; αὐτὸ τοῦτο τὸ ἐστάναι ἀπεριτρέπτως καὶ πεπηγῆναι ἡμᾶς, οὐκ ἐν ἡμῖν, ἀλλὰ καὶ τοῦτο τοῦ Θεοῦ· Ὁ γὰρ βεβαιῶν ἡμᾶς, φησὶ, Θεός. Οὐκ ἄρα ἡμεῖς ἐσμεν οἱ στηρίζοντες ἡμᾶς· καὶ γὰρ καὶ ἡμεῖς δεόμεθα τοῦ βεβαιουήντος. Ὅστε μηδεὶς ἐν ἡμῖν νομιζέτω κινδυνεύεσθαι τὸ κήρυγμα· αὐτός τὸ πᾶν ἀνεδέξατο, αὐτῶν μέλει τοῦ παντός.

ε'. Τί δὲ ἐστὶ, Χρίσας, καὶ σφραγισάμενος; Τὸ Πνεῦμα δοῦς, δι' οὗ ταῦτα ἀμφοτέρω ἐποίησεν. ὁμοῦ προφήτας· καὶ ἱερεῖς καὶ βασιλεὺς ἐργαζόμενος· ταῦτα γὰρ τὸ παλαιὸν ἐχρίετο τὰ γένη. Ἄλλ' ἡμεῖς οὐκ ἐν, ἀλλὰ τὰ τρία μεθ' ὑπεροχῆς ἔχομεν ἀξιώματα νῦν· καὶ γὰρ βασιλείας μέλλομεν ἀπολαύειν, καὶ ἱερεῖς γινόμεθα προσφέροντες θυσίας τὰ σώματα ἡμῶν. Πυραστῆσατε γὰρ τὰ μέλη ὑμῶν, θυσίαν ζῶσαν, εὐάρεστον τῷ Θεῷ, φησὶ· καὶ μετὰ τούτων καὶ προφήται καθιστάμεθα· Ἄ γὰρ ὀφθαλμὸς οὐκ εἶδε, καὶ οὐκ ἤκουσε, ταῦτα ἐκκεκαλυμμένα ἡμῖν ἔστι. Καὶ ἄλλως δὲ βασιλεῖς γινόμεθα, ἐν βουλευθῶμεν κρατεῖν τῶν ἀτόπων λογισμῶν. Ὅτι γὰρ ὁ τοιοῦτος βασιλεύει, καὶ μᾶλλον ἢ ὁ τὸ διάδημα περικείμενος, ἦδη τοῦτο ποιήσω δηλὸν ὑμῖν. Πολλὰ ἔχει στρατόπεδα ἐκεῖνος, ἀλλὰ καὶ ἡμεῖς τούτων πλείους ἔχομεν λογισμοῦς· οὐ γὰρ ἐστὶν ἀριθμῆσαι τὰ ἄπειρον τῶν ἐνοιῶν πλῆθος τῶν ἐν ἡμῖν. Οὐ πλῆθος δὲ μόνον ἐστὶν ἰδεῖν, ἀλλὰ καὶ πολλοὺς ἐν τῷ πλῆθει τούτῳ τῶν λογισμῶν καὶ στρατηγούς καὶ ταξίάρχους καὶ λοχαγούς καὶ τοξάτας καὶ σφενδονήτας. Τί ἕτερον ποιεῖ βασιλεῖα; τὰ

ἱμάτια; Ἄλλὰ καὶ οὗτος βελτίω περικείται καὶ ἀμείνω στολῆν, ἣν οὔτε σὴς ἐσθίει, οὔτε χρόνος δαπανᾷ· καὶ στέφανον ἔχει ποικίλον τὸν τῆς δόξης, τὸν τῶν οἰκτιρισμῶν τοῦ Θεοῦ· Εὐλόγει γὰρ, ἢ ψυχῆ μου, φησὶ, τὸν Κύριον, τὸν στεφανουῦντά σε ἐν ἐλέει καὶ οἰκτιρμοῖς· καὶ τὸν τῆς δόξης· Δόξη γὰρ καὶ τιμῆ ἐστεφανώσας αὐτόν· καὶ [τὸν τῆς εὐδοκίας]· Ὡς δ. π. λ. εὐδοκίας ἐστεφανώσας ἡμᾶς· καὶ τὸν τῶν χαρίτων· Στέφανον γὰρ χαρίτων δέξησθαι κεφαλήν. Εἶδες πολὺπλοκον καὶ χαριέστερον τουτὶ τὸ διάδημα; Πλὴν ἀλλ' ἀνωθεν αὐτὰ ἀκριβέστερον ἐξετάσωμεν πάλιν τὰ τῶν βασιλέων τούτων. Ἐκεῖνος κρατεῖ τῶν δορυφόρων καὶ πᾶσιν ἐπιτάττει, καὶ πάντες ὑπακούουσι καὶ διακονοῦσιν αὐτῷ· ἀλλ' ἐγὼ δείκνυμι μειζωνα ἐνταῦθα τὴν ἀρχήν. Τὸ μὲν γὰρ πλῆθος ἴσον, ἢ καὶ πλεῖον· λοιπὸν δὲ περὶ τῆς ὑποταγῆς ἐξετάζειν δεῖ. Καὶ μὴ μοι εἰς μέσον ἀγάγῃς τοὺς ἐκπεσόντας τῆς βασιλείας, καὶ σφαγέντας ὑπ' αὐτῶν τῶν σωματοφυλάκων. Μὴ τοίνυν τούτους εἰς μέσον ἄγωμεν, ἀλλὰ τοὺς καλῶς ἐν ἀμφοτέροις τὴν αὐτῶν διοικήσαντας βασιλείαν ζητήσωμεν. Καὶ σὺ μὲν, οὐς βούλει, τίθει· ἐγὼ δὲ σοὶ τὸν πατριάρχην ἀντιτάττω πᾶσιν.

Ὅτε γὰρ τὸν υἱὸν ἐκελεύετο σφαγιάσαι, ἐνόησον [449] πόσοι τότε ἐπανεστήσαν αὐτῷ λογισμοί· ἀλλ' ὅμως πάντας ὑπέταξε, καὶ πάντες αὐτὸν ἔτρεμον μᾶλλον, ἢ βασιλεῖα οἱ δορυφόροι, καὶ βλέμματι μόνῳ πάντας κατέστειλε, καὶ οὐδὲ γρύξαι ἐτόλμα τούτων οὐδεὶς, ἀλλ' ὑπέκυπτον, καὶ ὡς βασιλεῖ παρεχώρουν ἅπαντες, καίτοι γὰρ ὀξύτατοι ὄντες καὶ σφόδρα ἀπότομοι. Οὐδὲ γὰρ οὕτως εἰσὶν αἱ τῶν δοράτων αἰχμαλ φοβεραὶ, ὄρθαι ὑπὸ πολλῶν ἀνιστάμεναι στρατιωτῶν, ὡς ἐκεῖνοι τότε * ἦσαν φοβεροὶ οἱ λογισμοί. Οὐ δοράτων ἦν χαλεπωτέρα ἢ τῆς φύσεως συμπάθεια; Διὸ καὶ αἰχμῆς ἠκονημένης μᾶλλον τέμνειν ἠδύναντο τὴν ἐκείνου ψυχὴν. Οὐ γὰρ οὕτως ὀξύ δόρυ γένοιτ' ἂν ποτε, ὡς ἐκείνων τῶν λογισμῶν τὰ κέντρα κάτωθεν ἀπὸ τῶν σπλάγγων ὀξύνόμενά τε καὶ ὀρθούμενα διέπειρε τοῦ δικαίου τὴν διάνοιαν. Ἐνταῦθα μὲν γὰρ καὶ χρόνου δεῖ καὶ βουλῆς καὶ πληγῆς καὶ ὀδύνης, καὶ τότε ὁ θάνατος ἐπεται· ἐκεῖ δὲ οὐδενὸς τούτων ἔδει· οὕτω ταχύτερα καὶ δριμύτερα ἦν τὰ τραύματα. Ἄλλ' ὅμως τοσοῦτων τότε ὀπισθέντων κατ' αὐτοῦ λογισμῶν, πολλὴ ἦν ἡσυχία, καὶ πάντες εἰστήκεσαν εὐτάκτως, κοσμοῦντες μᾶλλον αὐτὸν, ἢ φοβούμενους. Ὅρα γοῦν τὴν μάχαιραν αὐτὸν ἐκτείνοντα, καὶ ὅσους βούλει τίθει βασιλεῖς εἰς τὸ μέσον, Αὐγούστους, Καίσαρας. Ἄλλ' οὐδὲν τοσοῦτον ἔρεις, οὐδὲ ἔξεις σχῆμα δεῖξαι τοιοῦτον, οὕτω μεγαλοφυῆς καὶ τῶν οὐρανῶν ἄξιον. Κατὰ γὰρ τυραννίδος δυνατωτάτης ἔστησε τρόπαιον ὁ δίκαιος τότε ἐκεῖνος· οὐδὲν γὰρ φύσεως τυραννικώτερον· καὶ μυρίους τιθῆς τυραννοκτόνους, οὐδένα τοιοῦτον ἐπιδείξῃς ἡμῖν. Καὶ γὰρ

* *Legemur potē.*

ἀγγέλου τὸ τρώπαιον ἦν, οὐκ ἀνθρώπου τότε. Σκόπει δέ· Ἡ φύσις ἐβρίπτο χαμαὶ μετὰ τῶν ὀπλίων τῶν αὐτῆς, μετὰ τοῦ στρατοπέδου παντός, καὶ αὐτὸς εἰστέκει τὴν χεῖρα ἀνατείνας, οὐχὶ στέφανον ἔχουσαν, ἀλλὰ μάχαιραν στεφάνου παντός λαμπροτέραν, καὶ ὁ τῶν ἀγγέλων ἐπεκρότει δῆμος, καὶ ὁ Θεὸς ἐκ τῶν οὐρανῶν ἀνεκῆρυττεν. Ἐπειδὴ γὰρ ἐν οὐρανοῖς ἐπολιτεύετο, ἐκείθεν ἐδέχετο καὶ τὸ κήρυγμα. Τί τούτου λαμπρότερον; μᾶλλον δὲ τί τούτου γένοιτ' ἂν ἴσον τοῦ τρώπαιου; Εἰ γὰρ, ἀθλητὸς νικήσαντος, μὴ κήρυξ κάτωθεν, ἀλλ' ἄνωθεν αὐτὸς ὁ βασιλεὺς ἀναστὰς ἀνηγόρευσε τὸν Ὀλυμπιονίκην, ἄρ' οὐχὶ τοῦτο τῶν στεφάνων αὐτῶ λαμπρότερον ἔδοξεν εἶναι, καὶ τὸ θέατρον ἅπαν ἐπέστρεψεν ἄν; Ὅταν οὖν μὴ ἀνθρώπος βασιλεὺς, ἀλλ' αὐτὸς ὁ Θεός, οὐκ ἐν θεάτρῳ τούτῳ, ἀλλ' ἐν θεάτρῳ τῷ τῆς οἰκουμένης, ἐν τῷ δῆμῳ τῶν ἀγγέλων, τῶν ἀρχαγγέλων, αὐτὸν ἀνακηρύττει λαμπρῶ τῇ φωνῇ βοῶν ἄνωθεν, ποῦ θήσομεν τὸν ἄγιον τοῦτον, εἰπέ μοι; Εἰ δὲ δοκεῖ, καὶ αὐτῆς ἀκούσωμεν τῆς φωνῆς. Τίς οὖν ἡ φωνή; Ἀβραάμ, Ἀβραάμ, μὴ ἐπετρέφῃς τὴν χεῖρά σου [450] ἐπὶ Ἰσαὰκ, μηδὲ ποιήσης αὐτῷ μηδέν. Νῦν γὰρ ἔγνω, ὅτι φοβῆ σὺ τὸν Θεόν, καὶ οὐκ ἐφείσω τοῦ υἱοῦ σου τοῦ ἀγαπητοῦ δι' ἐμέ. Τί τοῦτο; ὁ πάντα πρὸ γενέσεω; αὐτῶν εἰδώς, νῦν ἔγνω; Καίτοι γε καὶ ἀνθρώπων δῆλη ἦν ἡ εὐλάβεια τάνδρός· τοσαῦτα παρέσχτο δειγμάτια τῆς περὶ τὸν Θεὸν εὐνοίας, ὅτε εἶπεν αὐτῷ· Ἐξέλθε ἐκ τῆς γῆς σου, καὶ ἐκ τῆς συγγενείας σου· ὅτε δι' αὐτὸν καὶ τὴν εἰς αὐτὸν τιμὴν, τῶν πρωτείων παρεχώρησε τῷ ἀδελφιδῷ· ὅτε αὐτὸν τῶν τοσοῦτων ἐξέλιετο κινδύνων· ὅτε ἐκέλευσεν εἰς Αἴγυπτον ἔλθειν, καὶ τὴν γυναῖκα ἀφαιρούμενος, οὐκ ἔδυσχεραίνε, καὶ ἕτερα πλείονα. Καὶ ὅπερ ἔφη, κἂν ἀνθρώπος ἀπὸ τούτων ἔμαθεν ἂν τάνδρος· τὴν εὐλάβειαν, μήτι γε ὁ Θεός, ὁ μὴ περιμένων ἀπὸ τῶν πραγμάτων μαθεῖν τὸ τέλος. Πῶς δὲ αὐτὸν καὶ ἰδικαίωσεν ἀγνοῶν; Ἐπίστευσε γὰρ, φησὶν, Ἀβραάμ, καὶ ἐλογίσθη αὐτῷ εἰς δικαιοσύνην.

Σ'. Τί οὖν ἐστι τὸ, Νῦν ἔγνω; Ὁ μὲν Σύρος φησὶ· Νῦν ἐγγνώρισαι, τουτέστι, τοῖς ἀνθρώποις. Ἐγὼ γὰρ ἤδεν πάσαι καὶ πρὸ τῶν ἐπιταγμάτων ἀπάντων ἔκεινων. Διὰ τί δὲ καὶ τοῖς ἀνθρώποις νῦν; Ἐκεῖνα γὰρ οὐχ ἱκανὰ δεῖξαι τὴν περὶ τὸν Θεὸν εὐνοίαν; Ἰκανὰ μὲν· ἀλλὰ τοσοῦτον πάντως τοῦτο ἔκεινων μείζον, ὡς μηδὲν ἔκεινα πρὸς τοῦτο φαίνεσθαι. Τοῦτο τοίνυν ἐπαίρων τὸ κατόρθωμα, καὶ δεικνύς πάντων ἀνώτερον, ταῦτα εἶρηκε. Καὶ γὰρ πολλοὶ τῶν ἀνθρώπων ἐπὶ τοῖς ὑπερέχουσι καὶ τὰ πρῶτα νικῶσιν, οὕτως εἰθῶσιν λέγειν· οἶον ὅταν τις μείζον τῶν προτέρων λάθῃ τι παρ' αὐτοῦ ἢ δῶρον, πολλάκις λέγει· Νῦν ἔγνω ὅτι με ἀγαπᾷ ὁ δεῖνα· οὐ τοῦτο λέγων, ὅτι τὸν ἔμπροσθεν ἠγνόει χρόνον, ἀλλὰ δη-

^a Με., τοῦ ἀνδρός.

^b Savil. putat legendum παρὰ του, seu παρὰ τινος.

λῶσαι βουλόμενος, ὅτι πάντων μείζον τὸ δοθὲν νῦν. Οὕτω καὶ ὁ Θεὸς ἀνθρωπίνως διαλεγόμενος, Νῦν ἔγνω, φησὶν, οὐδὲν ἄλλο ἢ τὴν ὑπερβολὴν παραστήσαι τοῦ ἀθλοῦ βουλόμενος, οὐχὶ τότε μαθῶν, οὐ τὸν φόβον, ἢ τὸ μέγεθος τοῦ φόβου. Καὶ γὰρ ὅταν λέγῃ, Δεῦτε, καταβάντες ἰδομεν, οὐ καταβάσεως δεόμενος λέγει· καὶ γὰρ τὰ πάντα πληροὶ, καὶ πάντα οἶδε σαφῶς· ἀλλὰ παιδεύων ἡμᾶς, μὴ ἀπλῶς ἀποφαίνεσθαι. Καὶ ὅταν λέγῃ, Κύριος ἐξέκλυψεν ἐκ τοῦ οὐρανοῦ, ἀπὸ μεταφορᾶς τῶν ἀνθρώπων τὴν ἀκριθεὶ λέγει γινώσιν. Οὕτω καὶ ἐνταῦθα, Νῦν ἔγνω, φησὶ, τοῦτο δεικνύς μείζον ἀπάντων ἢ τῶν ἔμπροσθεν. Τοῦτο καὶ ἀπόδειξις αὐτοῦ παρέχεται· ἐπάγων καὶ λέγων, ὅτι Οὐκ ἐφείσω τοῦ υἱοῦ σου τοῦ ἀγαπητοῦ δι' ἐμέ. Οὐκ εἶπε, Τοῦ υἱοῦ, μόνον, ἀλλὰ καὶ, Τοῦ ἀγαπητοῦ. Οὐδὲ γὰρ φύσεως μόνον, ἀλλὰ καὶ φιλοστοργίας, ἧς καὶ διὰ τὸν οἰκείον τρόπον, καὶ τὴν ἀρετὴν τοῦ παιδὸς πολλὴν οὖσαν ἐν αὐτῷ, κατετόλμησεν. Εἰ δὲ φαύλων [151] παιδῶν οὐκ ἂν εὐκόλως καταφρονήσαιεν πατέρες, ἀλλὰ καὶ τοσούτους πενθοῦσιν· ὅταν καὶ υἱὸς ἦ, καὶ γνήσιος, καὶ μονογενής, καὶ ἀγαπητός, καὶ Ἰσαὰκ, καὶ ὑπ' αὐτοῦ μέλλῃ σφάττεσθαι τοῦ πατρὸς, τίς ἂν εἴπη τὴν ὑπερβολὴν τῆς φιλοστοργίας; Οὗτος μυρίων διαδημάτων καὶ στεφάνων ἀπέφρων ὁ ἄθλος φαιδρότερος. Τῷ μὲν γὰρ τὸν στέφανον ἐκείνον περιχειμένῳ καὶ θανάτου ἐπελθόν πολλὰκις ἐπηρέαζει, καὶ πρὸ τοῦ θανάτου μυρία πραγμάτων ἐπιθουλαί· τοῦτο δὲ οὐδεὶς οὐδὲ μετὰ τελευτῆν τὸ διδῶμα ἀφελέσθαι· δυνήσεται τὸν περιχειμένον, οὐ τῶν ἰδίων, οὐ τῶν ἀλλοτρίων. Θέα δέ μοι καὶ τὸν τιμιώτατον λίθον τοῦ διαδήματος τούτου. Ὅσπερ γὰρ λίθος τίμιος, οὕτως αὐτὸ συνδεῖ πρὸς τῷ τέλει. Τί δὲ τοῦτό ἐστι, τὸ, Δι' ἐμέ; Οὐδὲ γὰρ τὸ θαυμαστὸν τοῦτό ἐστιν, ὅτι οὐκ ἐφείσατο, ἀλλ' ὅτι δι' αὐτόν. Ὡ δεξιᾶς μακαρίας, οἷας κατηξιώθη μαχαίρας! Ὡ μαχαίρας θαυμαστῆς, ποῖας κατηξιώθη δεξιᾶς! Ὡ μαχαίρας θαυμαστῆς, εἰς ποίαν παρεσκευάσθη χρεῖαν, καὶ ποῖαν ἤνυσεν διακονίαν, καὶ ποῖα ὑπηρετήσε τύπω! πῶς ἠμάχθη, πῶς οὐχ ἠμάχθη! Οὐδὲ γὰρ οἶδα τί εἶπω· οὕτω φοικτὸν τῷ μυστήριον ἦν. Οὐχ ἤψατο τῆς τοῦ παιδὸς δέρβης, οὐδὲ διῆλθε διὰ τοῦ λαίμου τοῦ ἀγίου ἐκείνου, οὐδὲ ἐφονίχθη αἵματι δικαίου· μᾶλλον δὲ καὶ ἤψατο καὶ διῆλθε καὶ ἐφονίχθη καὶ ἐθαπτίσθη, καὶ οὐκ ἐθαπτίσθη. Τάχα ἐξεστηκέναι ὑμῖν δοκῶ οὕτως ἐναντιολογῶν. Καὶ γὰρ ἐξέστηκα, τὸ θαῦμα ἐνοῶν τοῦ δικαίου, ἀλλ' οὐκ ἐναντιολογῶ. Ἡ μὲν γὰρ τοῦ δικαίου χεῖρ ἐνέπηξεν αὐτὴν τῷ φάρυγγι τοῦ παιδός· ἡ δὲ τοῦ Θεοῦ χεῖρ καὶ ἐμπαγείσαν οὐκ ἀφήκεν αἵματι μολυνθῆναι τοῦ παιδός. Καὶ γὰρ οὐχ ὁ Ἀβραάμ αὐτὴν κατεῖχε μόνον, ἀλλὰ καὶ ὁ Θεός· καὶ ὁ μὲν ὤθει διὰ τῆς γνώμης, ὁ δὲ Θεὸς ἀνέστειλε διὰ τῆς φωνῆς. Ἡ γὰρ αὕτη φωνὴ καὶ ὤπλισε τὴν δεξιάν, καὶ κατέστειλε· καὶ καθάπερ ὑπὸ στρατηγῶν ταττομένη τῷ Θεῷ, πάντα τῷ ἐκείνου νεύματι διεπράττετο, καὶ

considera : natura cum armis suis, cum militaribus omnibus copiis suis humi jacebat ; ipse autem stabat extenta manu, non coronam, sed gladium quavis corona illustriorem tenente : atque angelorum agmen applaudebat, ac Deus e cælis victorem eum pronuntiabat. Quoniam enim in cælis conversatio erat, idcirco cælesti quoque præconio celebrabatur. Quidnam hoc splendidius ? imo quidnam cum hoc tropæo conferri queat ? Nam si, cum athleta vicisset, non præco quidam ex inferiori loco, sed rex ipse e superiore assurgens victoris laudes prædicaret ; annon hoc ille coronis ipsis honorificentius sibi esse duceret, omniumque spectatorum oculos ad se converteret ? Cum igitur non mortalis quispiam rex, sed Deus ipse, non in hoc theatro, sed toto orbe inspectante, atque angelorum et archangelorum grege, alta voce de cælo clamans, victorem ipsum pronuntiet, ubinam, quæso, justum illum collocabimus ? Quin, si placet, vocem quoque ipsam audiamus. Quænam ergo hæc vox est ? *Abraham, Abraham, non extendas manum tuam in Isaac, nec facias illi quidquam. Nunc enim cognovi quod tu timeas Dominum, quoniam non pepercisti unigenito filio tuo propter me (Gen. 22. 12)*. Quid autem hoc ? isne qui omnia novit antequam oriantur, nunc demum cognovit ? Atqui hominibus quoque perspecta jam erat ipsius pietas : tot suæ erga Deum benevolentiae argumenta dederat ; cum Deus ad eum dixisset, *Egredere de terra tua, et de cognatione tua (Gen. 12. 1)* : cum ob ipsam atque honoris ipsius causa nepoti suo primatu cecidisset : cum eum e tot tantisque periculis extraxisset : cum in Ægyptum ipsius jussu profectus fuisset, atque uxore sibi adempta non indignationem concepisset, aliaque multa fecisset. Quibus ex rebus homo etiam, ut jam dixi, pietatem ipsius compertam habere potuisset, nedum Deus, qui non exspectat ut per ipsas res finem noscat. Quoniam autem modo illum justum pronuntiasset, si ipsum ignorasset ? *Credidit enim, inquit, Abraham, et reputatum est ipsi ad justitiam (Rom. 4. 5)*.

6. Quid igitur est istud, *Nunc cognovi* ? Syrus quidem sic habet, *Nunc declarasti*, subaudi, hominibus. Nam ipse jam pridem atque ante omnia jussa id noram. Cur autem *nunc* quoque hominibus ? annon illa ad declarandam ipsius erga Deum benevolentiam sufficiebant ? Sufficiebant sane ; verum hoc tanto illa omnia antecellit, ut præ eo nihil prorsus illa esse videantur. Quamobrem, ut præclarum hoc facinus amplificaret, atque reliquis omnibus præstantius esse ostenderet, his verbis usus est. Etenim hoc etiam in hominum consuetudine positum est, ut in eximiis ac præcellentibus rebus palmamque obtinentibus ad hunc modum loquantur : verbi gratia, cum quis majus quam antea munus a quodam accipit, sæpe ita loquitur : *Nunc perspexi, quod me ille amet : non hoc diens quasi ea quæ præcedentis temporis erant ignoret ; sed ut hac ratione ostendat, munus istud quo nunc affectus est, cæteris omnibus præstare. Sic Deus quoque humano more loquens, Nunc, inquit, cognovi : nihil hinc verbis, quam certaminis magnitudinem, exprimere volens,*

non autem quod tum dumtaxat, aut timorem aut timoris magnitudinem cognosceret. Nam etiam cum ait, *Venite descendamus (Gen. 11. 7)* ac videamus, non idcirco hac ratione utitur, quod descensu opus habeat ; quippe qui omnia impleat, atque omnia apertissime cognoscat ; sed ut hinc discamus, de re aliqua non temere pronuntiare. Atque item, cum ait Scriptura, *Deus de cælo prospexit (Psal. 13. 2)*, per metaphoram ab hominibus ductam, exactissimam cognitionem intelligit. Eodem modo hic quoque, *Nunc cognovi*, ait : ut hoc omnibus prioribus majus excellentiusque esse demonstrat. Hoc ita esse probat ex eo, quod deinceps subjungit, *Quia non pepercisti filio tuo dilecto propter me*. Non dumtaxat dixit, *Filio tuo, sed, Filio dilecto*. Non enim adversus naturam tantum, sed etiam adversus benevolentiae affectum, qui tum ob proprios mores, tum ob magnam pueri virtutem ingens erat, intrepidum se præbuit. Quod si, ne ut improbos quidem filios aspernentur, facile adduci parentes queunt, verum eos quoque lacrymis prosequuntur : cum et filius fuerit, et germanus, et unigenitus, et dilectus, et Isaac, et ab ipso patre jugulandus sit, quisnam incredibilem illam philosophiam verbis complecti possit ? Nimirum hoc certamen mille diademata atque innumeras coronas splendore superat. Etenim ei, qui coronam illam gerit, plerumque et mors superveniens infesta est, et mille etiam ante mortem rerum insidiæ : hoc autem diademate quisquis redimitus fuerit, id ei ne post mortem quidem quisquam eripere poterit, non suorum, non alienorum. Atque etiam pretiosissimum hujus diadematis lapidem perspicias velim. Ut enim pretiosus lapis, sic eum ad extremum vincit. Quidnam autem hoc est, *Propter me* ? Neque enim hoc est, quod admirationem meretur, nempe quod non pepercerit, sed quod propter eum. O dexteram beatam, quali gladio donata est ! o admirandum gladium, quali dextera donatus est ! o beatum inquam gladium, ad quod ministerium paratus est ! quod munus obivit, et cui figuræ subservivit ! quoniam pacto cruore tinctus est, et cruore non est tinctus ! Neque enim, quo verbo utar, scio : adeo tremendum istud mysterium erat. Non pueri pellem attingit, nec sancti illius guttur penetravit, nec justi cruore rubuit : imo vero et attingit et penetravit et cruore rubuit, et immersus est, et non immersus. Mentis errore affici fortasse vobis videor, qui ita pugnantia loquar. Et certe afficior, dum justi illius miraculum animo contemplor, nec tamen pugnantia loquor. Etenim justi viri manus eum in pueri gutture defixit ; at Deus etiam infixum non permisit pueri cruore contaminari. Neque enim Abraham solus eum tenebat, sed etiam Deus : ille per voluntatem impellebat, hic per vocem reprimebat. Nam eadem vox dextram illius et armavit et compescuit, atque Deo, tamquam bellico cuidam imperatori, subdita. ad ipsius nutum omnia exsequebatur, cunctaque ad illius vocem administrabantur. Sic enim considera : dixit, *Occide*, ac statim armabatur : dixit, *Ne occidas*, ac statim arma deponebat : siquidem omnia parata jam erant.

Ac postea Deus militem suum ac ducem orbi ostendit, victorem angelorum theatro, illum inquam sacerdotem, illum regem, gladio magis quam ullo diademate coronatum, illum tropæo præstantem, ac sine conflictu victorem. Quemadmodum enim si quis imperator strenuissimum militem habeat, etiam ipsa gerendorum armorum dexteritate, ipsa statione, ipso impetu, hostem metu percillit: sic Deus sola justî viri voluntate, solo gestu, sola denique statione, communem omnium nostrum hostem diabolum exterruit atque in fugam vertit. Nam et illum existimo tum tremebundum recessisse. At, dixerit fortasse aliquis, quare Deus dextram cruentari non permiserit, ac postea maclatum repente ad vitam revocarit? Quoniam fas non erat Deum hujusmodi sanguinem capere; sed pestiferos dæmones mensa hæc decebat. Atque hic utrumque declarabatur, nempe et Domini benignitas et servi probitas. Ac prius quidem de terra sua egressus fuerat; tum vero ab ipsa quoque natura excessit. Eoque nomine sortem cum lænore accepit, idque admodum merito: patris enim nomen amittere maluit, quam a probi servi officio recedere. Eo factum est, ut non modo pater, sed etiam sacerdos existeret; et quia Dei causa etiam a suis abscesserat, idcirco Deus ipsi cum illis sua quoque largitus est. Ac quidem ipse, cum ab hostibus insidiæ creantur, etiam usque ad rem ipsam progreditur, ac miracula edit; ut in fornace, ac leonibus usu venit (*Dan. 3. et 6*): cum autem ipsemet est qui imperat, intra animi promptitudinem imperium suum sistit.

7. *Abrahæ constantia.* — Quid enim, heus tu, in illa animi fortitudine ac præstantia jam desiderabatur? num Abraham quod eventurum erat, præsciebat? num Dei misericordiam ullo artificio captabat? Nam licet propheta esset, at propheta non omnia novit. Itaque supervacanea jam ac Deo indigna trucidatio extitisset. Quod si illud operæ pretium fuerat scire, Deum mortuos ad vitam revocare posse, multo scilicet admirabilius id ab uxoris vulva intellexerat, imo ante hanc quoque demonstrationem, ut qui fide præditus esset. Tu vero justum illum non solum admireris, sed etiam imiteris: cumque eum in tanto tumultu ac tanta fluctuum tempestate non secus atque in tranquillitate navigantem cernis, fac etiam ut obedientiæ et fortitudinis clavum arripias. Nec mihi illud tantum commemora, quod altare exstruxerit et ligna pararit; sed pueri quoque vocem in mentem revoca, tecumque illud reputa, quanta exercituum agmina impetum in eum fecerint, ipsi pavorem injicientia, cum puerum dicentem audivit, *Pater, ubinam est victima (Gen. 22. 7)*? animadvertit, quot tum cogitationes commotæ sint, non ferro, sed igneis hastis armatæ, atque undique eum pungentes et conscindentes. Nam si nunc quoque multi, etiam qui patres non sunt, dolores franguntur, et collacrymassent, nisi rei exitum perspectum haberent; imo etiam complures, quamquam illum norint, lacrymantes tamen intueor: quo tandem cruciatu affectum eum fuisse probabile est, qui

6. Etenim cum formosam mulierem æernis, ne hoc spectes quomodo cupiditatis tuæ compos flas, sed quomodo cupiditate libereris. Et quam ratione hoc fieri possit, inquires? neque enim amare mei est arbitrii. Cujus ergo, dic mihi? Insultus dæmonis. Omnino igitur dæmonem esse arbitraris, qui insidias struat? Luctare igitur, ac pugna cum morbo. Ad non possum, inquires. Age igitur hoc primum te docebimus, ignaviæ tuæ esse id quod tibi accidit, teque ab initio dæmoni aditum præbuisse, ac nunc, si voluntas ita tulerit, eum facillime propellere posse. Dic mihi, qui adulterium perpetrant, utrum amore ducti id perpetrant, an quod simpliciter pericula expetant? Amore ducti haud dubie. Num igitur veniam propterea obtinent? Minime. Quid ita? Quoniam ipsorum est peccatum. At quid syllogismos nectis? inquires; conscius mihi ipse sum, me affectum hunc submovere velle, nec tamen id possum, sed id imminet, graviterque me premit et excruciat. Vis quidem illud, o homo, submovere; at non ea facis, quæ repellere possint; verum perinde facis, ut si quis febrî correptus, ac sese frigida aqua ingurgitans, dicat: Quanta comminiscor, dum febrim exstinguere studeo nec possum, sed flammam potius meam accendo?

Cupiditatis exstinguendæ modus. — Videamus igitur num tu quoque ea facias, quæ morbum inflamment, cum te ea excogitare putes, quæ exstinguant. Non, inquis. Dic igitur, quidnam, ut morbum exstingeres, facere umquam es conatus? quid autem omnino est, quod morbum augeat? Etenim, licet non omnes his criminibus obnoxii simus (plures enim reperire est, qui pecuniarum quam qui corporum amore teneantur); commune tamen omnibus, tam his quam illis remedium proponetur. Nam et ille amor absurdus est, et hic quoque; verum hic illo acrior est ac vehementior. Quamobrem si majorem superaverimus, non est dubium quin minorem quoque facile vincamus. At, inquires, si acrior hic amor est, qui fit, ut non omnes hoc malo corripiantur, sed plures ad insaniam usque pecunias ament? Primum quia pericula carere videtur hæc cupiditas; deinde quoniam, etsi corporum cupiditas acrior est, tamen citius exstinguitur. Nam si perstaret, ut pecuniarum cupiditas, eum qui captus esset funditus perderet. Age igitur, de hoc corporum amore ad vos disseramus, ac vide-

mus undenam incrementum sumat hoc malum : sic enim perspectum habebimus, utrum culpa nostra contrahatur, necne : ac, si culpa nostra contrahitur, nihil non faciamus, quo superiores eo simus ; si autem extra culpam sumus, quid frustra nosipsos maceramus ? quid item iis, qui eo capiuntur, non ignoscimus potius, quam succensemus ? Unde igitur nascitur hic amor ? Ab elegantia formæ, inquit, cum scilicet pulchra et venusta ea fuerit, quæ vulnus infert. Frustra et temere hæc dicis. Nam si formæ pulchritudo amatores alliceret, omnes haberet amatores hæc puella : quod si non omnes habet, proinde nec naturæ nec elegantie formæ, sed impudicis oculis istud adscribendum est. Nam cum eam curiose intuens suspexeris, atque adamaris, telum excepisti. Quisnam autem, inquit, facere possit, ut pulchram mulierem cernens, non eam laudet ? Quo sit, ut eam res huiusmodi mirari, voluntatis nostræ minime sit, ne amor quidem in nostro arbitrio situs sit. Absiste, o homo ! Quid omnia simul confundis, undique in orbem excurrens, nec mali radicem perspicere volens ? siquidem plerosque video, qui formam admirentur ac laudibus efferant, nec tamen ament. Et qui fieri potest, inquit, ut qui mirantur, non item ament ? Ne tumultuare, queso ; hoc enim dicere paro ; sed exspecta, et audies Mosem, filium Jacob admirantem, ac dicentem : *Et erat Joseph pulchra facie, et aspectu decorus vulde (Gen. 39. 6)*. Num igitur propterea is amabat, qui hæc dicebat ? Minime. Non enim, inquit, cum quem laudabat cernebat. Atqui erga auditas quoque formas ita quodammodo afficimur, non modo erga conspectas. Verum ne mihi in his rebus contentionem moveas ; annon David admodum formosus erat, ac subrufus cum oculorum pulchritudine ? quæ oculorum elegantia maxime violenta pulchritudinis pars est. Num igitur quispiam ipsius amore captus est ? Minime : non igitur una cum admiratione amor etiam nascitur. Nam et matres multi habuerunt corporis pulchritudine florentissimas : num igitur filii earum amore incensi sunt ? Absit istud. Quamquam enim id quod cernunt admirentur, tamen in fœdum amorem non incidunt. At, rursus inquit, hoc ipsis natura præstat. Quænam, oro, natura ? Quia matres sunt, inquit. Annon audis Persas nemine cogente, cum matribus suis misceri, nec unum aut duos, sed universam gentem ? Quin citra hæc liquido hinc consiat morbum hunc non corporis elegantie, nec simpliciter pulchritudini adscribendum esse, sed animi socordie atque oberrationi. Pernulti etenim, cum innumeras præstanti forma mulieres præteriissent, deformibus sese dederunt : ex quo perspicuum est, amorem a formæ venustate minime proficisci. Nam si ita esset, ii, qui in amorem inciderunt, ab illis potius quam ab istis capti fuissent. Quidnam igitur in causa est ? inquit ; nam si formæ honestas non facit ut quispiam amet, unde igitur amor causam ac radicem habet ? an a malo dæmone ? Habet quoque illinc ortum, sed non hoc est quod quæritur ; verum annon ipsi quoque in causa simus. Neque enim illorum dum-

taxat sunt insidie, sed cum illis a nobis primum. Non aliunde perniciosus hic morbus æque ortum trahit, atque a consuetudine et verborum blanditiis, et otio ac cessatione, quodque nihil quod agamus, habeamus.

7. *Modus extinguendæ libidinis.* — Magna quippe, magna, inquam, consuetudinis vis est, atque adeo tanta, ut in naturæ necessitatem migret. Quod si consuetudinis est hanc procreare, non dubium quin etiam extinguere. Sane multi amantes sic amare desierunt, cum quas amabant, non cernerent. Hoc autem ad breve quidem tempus acerbum ac perquam injucundum esse videtur ; at progressu temporis suave efficitur, ac ne si velint quidem, morbum revocare queant. Quid igitur, inquit, cum citra consuetudinem ullam ab ipso primo aspectu captus fueris ? Hic quoque in causa est corporis desidia, aut delicia, aut quod ea quæ opus sunt non cures, nec in necessariis negotiis verseris. Nam qui talis est, instar erronis cuiuspiam quovis malo transfigitur : atque huiusmodi animam, non secus ac puerum vagantem, quisquis vult in servitutem trahit. Quoniam enim ipsa hoc in more positum habet, ut aliquid operetur, si ipsius in rebus honestis, actionem comprimam, quia nihil agere non potest, alia pariat necesse est. Sicut enim terra, cum nec seritur nec plantatur, herbam dumtaxat profert : ita et anima, cum necessariorum rerum nihil habet quod agat, atque aliquid agere cupiat, pravis rebus se tradit. Et sicut oculus, qui cernere non cessat, prava cernat necesse est, cum bonis objectis caret : sic etiam animus, cum se a necessariis abduxerit, jam circa inutilia versatur. Alioqui quod occupatio et cura primum quoque impetum propellere queat, multis argumentis liquet. Quamobrem cum pulchram mulierem conspexeris, ab eaque te affectum senseris, eam ne ultra cernas, et liberatus es. Et qui fieri poterit, inquit, ut eam ultra non cernam, cum cupiditate trahar ? Aliis rebus, quæ animum distrahant, facile addicas, libris nimirum, necessariis curis, patrociniis, opitulationibus eorum, quibus injuria inferitur, precibus, rerum futurarum meditationi : his animum adstringe. Sic non recens tantum vulnus curabis, sed concretum etiam atque inveteratum facile discuties. Nam si contumelia, ut est in proverbio, amanti persuadet, ut amorem abrumpat, quomodo non multo magis spirituales hæc incantationes malum istud superent, dummodo ab eo nos removere in animum inducamus ? Quod si cum illis versemur ac confabulemur, quæ huiusmodi tela in nos contorquent, ac de illis tum loquamur, tum audiamus, morbum hoc præceto alimus. Quoniam ergo modo ignem extinguere cupis, cum quotidie flammam accendas ? Ac de consuetudine hæc mihi ad juvenes dicta sint : nam quod ad viros attinet, eosque qui philosophari norunt, nihil perinde juvat, ut Dei timor, gehennæ memoria, regni cælorum cupiditas ; hæc enim ad extinguendum ignem sufficiunt. Ac præterea illud tecum reputa, id quod cernis nihil aliud esse, quam pituitam et sanguinem ac corrupti alimenti succum. At letus ac

θᾶττον ἐκείνη σβέννυται ὡς εἴ γε παρέμενεν, ὡς ἡ τῶν χρημάτων, κἂν ἀπόλεσε τὸν ἀλόγιστον ἄρδην. Φέρε οὖν, περὶ τούτου ὑμῖν διαλεγθῶμεν, τοῦ τῶν σωμάτων, καὶ ἴθωμεν πόθεν αὐξεται τὸ κακόν· οὕτω γὰρ εἰσόμεθα, εἴτε ἡμέτερον τοῦτο ἔγκλημα, εἴτε οὐχ ἡμέτερον· καὶ εἰ μὲν ἡμέτερον, πάντα πράξωμεν*, ὥστε περιγενέσθαι· εἰ δὲ οὐχ ἡμέτερον, τί μάτην κόπτομεν ἑαυτούς; τί δὲ οὐ συγγινώσκομεν, ἀλλ' ἔγκαλοῦμεν τοῖς ἀλογομένοις; Πόθεν οὖν τίκτεται οὗτος ὁ ἔρωσ; Ἐκ τῆς εὐμορφίας προσώπου, φησὶν, ὅταν καλὴ καὶ εὐεῖδη; ἢ τιτρώσκουσα ἦ. Εἰκὴ ταῦτα λέγεις καὶ μάτην. Εἰ γὰρ τῆς εὐμορφίας τὸ ἔραστὰς ἐπιπάσασθαι, πάντας ἂν ἔσχεν ἔραστὰς ἡ τοιαύτη κόρη· εἰ δὲ οὐ πάντας ἔχει, οὐ τῆς φύσεως τοῦτο, οὐδὲ ἐξ εὐμορφίας, ἀλλ' ἐξ ἀκολάτων ὀφθαλμῶν· ὅταν γὰρ ἰδῶν περιέργως θαυμάσῃ; καὶ ἔρασθῆς, ἐδέξω τὸ βέλος. Καὶ τίς ἂν δύνατο καλὴν γυναῖκα ὁρῶν, μὴ ἐπαινεῖσαι τὴν ὁρωμένην; φησὶν. Εἰ τοίνυν οὐ τῆς προαιρέσεως ἡμῶν τὰ τοιαῦτα θαυμάζειν, οὐκ ἐν ἡμῖν ἄρα ὁ ἔρωσ. Ἐπίσχεσ, ἀνθρώπε. Τί πάντα φύρεις ὁμοῦ, παταχοῦ περιτρέχων, καὶ τοῦ κακοῦ τὴν ῥίζαν οὐκ ἐθέλων ἰδεῖν; καὶ γὰρ πολλοὺς ὁρῶ θαυμάζοντας καὶ ἐπαινοῦντας, οὐκ ἐρῶντας δέ. Καὶ πῶς ἐνὶ θαυμάζοντα; μὴ ἐρῶν; Μὴ θορόβει· τοῦτο γὰρ ἔρχομαι εἰπεῖν· ἀλλ' ἀνάμεινον, καὶ ἀκούση τοῦ Μωϋσέως; θαυμάζοντος τὸν παῖδα τοῦ Ἰακώβ, καὶ λέγοντος· Καὶ ἦν Ἰωσήφ καλὸς τῷ εἶδει, καὶ ὡραῖος τῇ ὄψει σφόδρα. Ἄρα οὖν ἦρα ὁ ταῦτα λέγων; Οὐδαμῶς. Οὐδὲ γὰρ ἔώρα, φησὶ, τὸν ἐπαινούμενον. Ἀλλὰ καὶ πρὸς τὰ ἀκουόμενα κάλλη πάσχοντι τοιοῦτον, οὐ πρὸς τὰ ὁρώμενα μόνον. Ἰνα δὲ μὴ φιλονεικῆς ἡμῖν ἐν τούτοις, ὁ Δαυὶδ οὐκ ἦν ὡραῖος σφόδρα, καὶ ὑπέρβυτος μετὰ κάλλους ὀφθαλμῶν; ὁ δὲ μάλιστα ἐστὶ τυραννικώτερον μέρος τῆς εὐμορφίας, τῶν ὀφθαλμῶν τὸ κάλλος. Ἄρ' οὖν ἤρασθη τις αὐτοῦ; Οὐδαμῶς. Οὐκ ἄρα μετὰ τοῦ θαυμάζειν καὶ τὸ ἐρῶν γίνεται. Καὶ γὰρ καὶ μητέρας ἔσχον πολλοὶ σφόδρα ἀνοήτους τῆ τοῦ σώματος ὥρα. Τί οὖν; ἠράσθησαν αὐτῶν οἱ παῖδες; Ἄπαγε· ἀλλὰ θαυμάζουσι μὲν τὸ ὁρώμενον, οὐκ ἐμπέπτουσι δὲ εἰς ἔρωτα αἰσχρόν. Πάλιν γὰρ τῆς φύσεως τὸ νατόρθωμά ἐστι. Ποίας φύσεως, εἰπέ μοι; Ὅτι μητέρες εἰσὶ, φησὶν. Εἴτα οὐκ ἀκούεις, ὅτι Πέρσαι, μηδενὸς καταναγκάζοντες, ταῖς αὐτῶν μίγνυνται μητέρας, καὶ οὐχ εἰς οὐδὲ δευτέρας, ἀλλ' ὀλόκληρον ἔθνος; Χωρὶς δὲ τούτων, κάκειθεν [490] δῆλον, ὅτι τὸ νόσημα τοῦτο οὐ τῆς ὥρας τοῦ σώματος, οὐδὲ τῆς εὐμορφίας ἐστὶν ἀπλῶς, ἀλλὰ τῆς ῥηθιμότητος καὶ πλανωμένης ψυχῆς. Πολλοὶ γοῦν πολλάκις μυρίας εὐπρεπεῖς παραδραμόντες γυναῖκας, ταῖς αἰσχροτέρας ἔδωκαν ἑαυτούς· ὅθεν δῆλον ὅτι οὐ τῆς εὐμορφίας τὸ ἐρῶν· ἢ γὰρ ἂν εἶλον ἐκείναι πρὸς τούτων τοὺς ἐμπεισόντας. Τί οὖν τὸ αἴτιον; εἰ γὰρ μὴ τῆς εὐμορφίας τὸ ἐρῶν, πόθεν ἔχει τὴν ἀρχὴν καὶ τὴν ῥίζαν, φησὶν; Ἐκ τοῦ δαιμόνου πονηροῦ; Ἐχει μὲν καὶ ἐκεῖθεν· ἀλλ' οὐ τοῦτό ἐστι τὸ ζητούμενον, ἀλλ' εἰ μὴ καὶ ἡμεῖς αἴτιοι. Οὐ γὰρ ἐκείνων μόνον ἢ ἐπιβουλῇ, ἀλλὰ μετ' ἐκείνων καὶ

ἡμῶν πρώτων β. Οὐδαμῶθεν γὰρ ἐτέρωθεν οὕτω τίκτεται τὸ πονηρὸν τοῦτο νόσημα, ὡς ἀπὸ συνηθείας, καὶ κολακείας ῥημάτων, καὶ σχολῆς καὶ ἀργίας καὶ τοῦ μηδὲν ἔχειν ποιεῖν.

ζ. Μεγάλῃ γὰρ, μεγάλῃ τῆς συνηθείας ἡ τυραννίς, καὶ τοσαύτη, ὡς εἰς φύσεως ἀνάγκην καθίστασθαι ε. Εἰ δὲ συνηθεία τὸ τίκτειν αὐτὴν, εὐδῆλον ἔτι καὶ τὸ σβεννύναι. Πολλοὶ γοῦν ἐρῶντες οὕτως ἐπαύσαντο, μὴ ὁρωμένους τῶν ἐρωμένων. Τοῦτο δὲ πρὸς βραχὺ μὲν δοκεῖ πικρὸν εἶναι, καὶ σφόδρα ἀηδές· τῷ χρόνῳ δὲ ἡδὺ γίνεται, καὶ οὐδὲ βουλομένοις λοιπὸν ἐν ἀνακτῆσασθαι τὸ πάθος. Τί οὖν ὅταν συνηθείας χωρὶς ἀπὸ πρώτης τῆς ὕψεως ἄλῳ; Κἀναῦθα ἀργία τοῦ σώματος, ἢ τρυφή^δ, καὶ τὸ μὴ φροντίζειν τῶν προσηκόντων, μὴδὲ ἐν ἀναγκαίοις εἶναι πράγμασι. Καθάπερ γὰρ πλάνος τις ὁ τοιοῦτος περιερχόμενος, παντὶ περιπέρεται πονηρῷ· καὶ καθάπερ παιδίον ἀφετον, ὁ βουλόμενος ἀνδροποδίζει τὴν τοιαύτην ψυχῆν. Ἐπειδὴ γὰρ ἔθος αὐτῇ ἐνεργεῖν, ὅταν αὐτῆς παύσης τὴν ἐνεργεῖαν τὴν ἐν τοῖς ἀγαθοῖς, ἐπειδὴ ἀργεῖν οὐ δύναται, ἀναγκάζεται ἕτερα τίκτειν. Καθάπερ ἡ γῆ, ὅταν μὴ σπείρηται μὴδὲ φυτεύηται, βότανῃ ἀναδιδῶσιν ἀπλῶς· οὕτω καὶ ἡ ψυχὴ, ὅταν μὴ ἐξηγῆται πρᾶξι τῶν ἀναγκαίων, πάντως τοῦ πράττειν ἐπιθυμοῦσα, πονηροῖς ἑαυτὴν δίδωσι πράγμασι. Καὶ ὡς περὶ ὀφθαλμοῦ τοῦ μὲν ὁρᾶν οὐ παύεται, καὶ διὰ τοῦτο ὕψεται πονηρὰ, ὅταν ἀγαθὰ μὴ ἦ ὑποκείμενα· οὕτω καὶ ὁ λογισμὸς, ὅταν τῶν ἀναγκαίων ἑαυτὸν ἀπαγάγῃ, περὶ τὰ ἀχρηστα στρέφεται λοιπὸν· ἐπεὶ ὅτι καὶ τὴν πρώτην προσβολὴν δύναται ἀποκρούσασθαι ἀσχολία καὶ φροντίς, πολλαχόθεν δῆλον. Ὅταν οὖν ἴδῃς γυναῖκα καλὴν, καὶ πάθῃς τι πρὸς αὐτὴν, μηκέτι ἴδῃς, καὶ ἀπηλλάγῃς. Καὶ πῶς δυνήσομαι μηκέτι ἰδεῖν ὑπὸ τῆς ἐπιθυμίας ἐλκόμενος, φησὶν; Ἐτέροις σεαυτὸν δὸς, περιέλκουσι τὴν ψυχὴν, βιβλίους, φροντιστὴν ἀναγκαίαις, προστασίαις, βοηθείαις ἀδικουμένων, εὐχαῖς, φιλοσοφίᾳ τῇ περὶ τῶν μελλόντων· τοιοῦτοις κατὰδῃσον τὴν ψυχῆν. Οὕτως οὐχὶ νεαρὸν ἔλκος διορθῶσθαι μόνον, ἀλλὰ παγὲν καὶ χρόνιον γενόμενον ἀποτριψέῃ βραδίως. [491] Εἰ γὰρ ὕβρις τὸν ἐρῶντα πεθεῖ καταλύει τὸν ἔρωτα, κατὰ τὴν παροιμίαν, πῶς οὐ πολλῶ μάλλον αἱ πνευματικαὶ αὐταῖς ἐπιφοδαῖ περιέσσονται τοῦ κακοῦ, μόνον ἂν ἐθέλωμεν ἀποστῆναι; Ἄν δὲ αἰεὶ προσομιλῶμεν καὶ συναναστρεφώμεθα ταῖς τοξευούσαις ἡμᾶς τὰ τοιαῦτα τοξεύματα, καὶ λέγοντες καὶ ἀκούοντες τὰ παρ' ἐκείνων, τρέφομεν τὸ νόσημα. Πῶς οὖν ἀξίους σεαυτῶν τὸ πῦρ, καὶ ἑκάστην ἡμέραν τὴν φλόγα ἀνάπτων; Καὶ ταῦτα μὲν ἡμῖν τὰ τῆς συνηθείας πρὸς τοὺς νέους εἰρησθῶ· ὡς τοῖς γε ἀνδράσι, καὶ φιλοσοφεῖν ἐπισταμένοις, πάντων μείζων ὁ τοῦ Θεοῦ φόβος, ἢ τῆς γεέννης μνήμη, ἢ τῆς βασιλείας τῶν οὐρανῶν ἐπιθυμία· ἱκανὰ γὰρ ταῦτα σβέσαι τὸ πῦρ. Μετὰ δὲ τούτων κάκεινο ἐννοεῖ, ὅτι οὐδὲν ἕτερον ἐστὶ τὸ ὁρώμενον, ἢ φλέγμα καὶ αἷμα καὶ τροφῆς διασπορῆς χυμός. Ἀλλὰ φαιδρὸν τὸ ἄνθος τῆς ὕψεως, φησὶν. Ἀλλ'

^b Μσ., καὶ ἡμῶν πρώτων.

^c *Legebatur* μεθίστασθαι.

^d *Legebatur* τροφή.

* *Legebatur* πράττειν.

οὐδὲν τῶν ἀνθρώπων τῶν ἀπὸ τῆς γῆς φαιδρότερον· ἀλλὰ καὶ ταῦτα σήπεται καὶ μαραινέται. Μὴ τοίνυν μηδὲ ἐνταῦθα τῷ ἄνθει πρόσεχε· ἀλλ' ἐνδότερον διάσθι τῷ λογισμῷ, καὶ τὸ δέσμα τὸ καλὸν ἐκεῖνο περιελθὼν τῷ λογισμῷ, περιεργάζου τὰ ὑπὸ τοῦτο κείμενα. Ἐπεὶ καὶ τὸ τῶν ὑδεριώντων σῶμα ἀποστίβει λαμπρὸν, καὶ οὐδὲν ἢ ἐπιφάνεια φαῦλον ἔχει, ἀλλὰ τῇ ἐννοίᾳ τοῦ ἔνδον ἀποκειμένου χυμοῦ πληττόμενοι, φιλεῖν τοὺς τοιοῦτους οὐ δυνάμεθα. Ἄλλ' ὕψος ὁ ὀφθαλμῶς, καὶ γοργῶς, καὶ καλῶς ἀποτεταμένη ἢ ὀφρῦς, καὶ κυαναὶ αἱ βλεφαρίδες, καὶ ἡμερος ἢ κόρη, καὶ γαληθὸν τὸ ὄμμα. Ἄλλ' ὄρα ὅτι αὐτὸ τοῦτο πάλιν οὐδὲν ἕτερόν ἐστιν, ἢ νεῦρα καὶ φλέβες καὶ ὀμέρες καὶ ἀρτηριαί. Σὺ δέ μοι τὸν καλὸν τοῦτον ὀφθαλμὸν ἐννόησον νοσοῦντα, γηρώντα, ὑπὸ ἀθυρίας μαραινόμενον, ὑπὸ ὀργῆς οἰδοῦντα, πῶς εἰδεγθῆς, πῶς ταχέως ἀπόλλυται, καὶ τῶν γεγραμμένων τάχιον ἀφανίζεται. Ἀπὸ τούτων μετάγαγε τὴν διάνοιαν ἐπὶ τὸ κάλλος τῆ ἀληθινόν. Ἄλλ' οὐχ ὀρώ, φησὶ, κάλλος ψυχῆς. Ἄλλ' ἂν ἐθέλης, βψει· καὶ ὡσπερ τοὺς ἀπόντας καλοὺς ἐστὶν ὀφθαλμοῖς μὴ ἰδόντα τῷ νῷ

θαυμάσαι· οὕτω δυνατόν ψυχῆς κάλλος χωρὶς ὀφθαλμῶν ἰδεῖν. Οὐχ ὑπέγραψας πολλακίς μορφήν εὐειδίῃ, καὶ ἑπαθές τι πρὸς τὴν διάπλασιν; Ἀνατύπωσον καὶ νῦν ψυχῆς κάλλος, καὶ ἐντρυφα τῇ εὐμορφίᾳ. Ἄλλ' οὐχ ὀρώ, φησὶν, ἀσώματα. Καὶ μὴ τῶν σωμάτων αὐτὰ μᾶλλον ὀρώμεν τῷ νῷ. Διὰ τοῦτο γοῦν θαυμάζομεν καὶ ἀγγέλους καὶ ἀρχαγγέλους, καίτοι γε μὴ ὀρώντες, καὶ τρόπων ἦθη καὶ ψυχῆς ἀρετὴν. Κἂν Ἰδῆς ἄνθρωπον ἐπεικῆ καὶ μέτριον, μᾶλλον θαυμάση τοῦτον ἢ ἐκείνην τὴν εὐμορφοῦν βψιν· κἂν Ἰδῆς ὑβριζόμενον, καὶ φέροντα ἀδικούμενον, μετὰ τοῦ θαυμάζειν ἔρα τῶν τοιοῦτων, κἂν γεγηρακότες ὡσι. Καὶ γὰρ τοιούτων τῆς ψυχῆς τὸ κάλλος, καὶ ἐν γῆρᾳ πολλοὺς ἔχει τοὺς ἑραστάς, καὶ οὐδέποτε μαραινέται, ἀλλ' ἄνθει διηνεκίως. Ἴν' οὖν καὶ αὐτοὶ τοῦτο κτησόμεθα, τοὺς ἔχοντας αὐτὸ θηρώμεν, καὶ ἑρασταί[492] τούτων γινώμεθα. Οὕτω γὰρ καὶ αὐτοὶ δυνησόμεθα, ταύτην λαβόντες τὴν εὐμορφίαν, τῶν αἰωνίων ἐπιτυχεῖν ἀγαθῶν· ὧν γένοιτο πάντας ἡμᾶς μετασχεῖν, χάριτι καὶ φιλανθρωπίᾳ, καὶ τὰ ἐξῆς.

ΟΜΙΛΙΑ Η'.

Ἐχοντες οὖν τὴν διακονίαν ταύτην, καθὼς ἡλεήθημεν, οὐκ ἐκκακοῦμεν, ἀλλ' ἀπειπάμεθα τὰ κρυπτὰ τῆς αἰσχύνης.

α'. Ἐπειδὴ μεγάλα ἐθβέξατο, καὶ Μωυσεῖος ἑαυτὸν προῦθηκε, καὶ τοὺς πιστοὺς πάντας, αἰσθόμενος τῆς ὑπερβολῆς καὶ τοῦ μεγέθους τῶν εἰρημένων, ὄρα πῶς μετριάζει πάλιν. Καὶ γὰρ ἐπαίρειν ἔδει διὰ τοὺς ψευδοποστούλους καὶ τοὺς ἀκροατάς, καὶ πάλιν παραμυθεῖσθαι τὸν ὄγκον, οὐχὶ καθαιρεῖν, ἐπεὶ τοῦτο παίζοντος ἦν. Διόπερ ἐτέρως αὐτὸ μεθοδεύει, τῷ δεικνύναι, ὅτι οὐκ ἐκ τῶν οἰκείων κατορθωμάτων γέγονεν, ἀλλ' ἐκ τῆς τοῦ Θεοῦ φιλανθρωπίας τὸ πᾶν· διὸ καὶ φησιν, *Ἐχοντες οὖν τὴν διακονίαν ταύτην*. Οὐδὲν γὰρ πλὴν ἡμεῖς εἰσημέγαμεν, ἀλλ' ἢ διάκονοι μόνον ἐγενόμεθα, καὶ τοῖς παρὰ τοῦ Θεοῦ δοθεῖσιν ὑπηρετήσαμεν. Διόπερ οὐκ εἶπε παροχήν, οὐδὲ χορηγίαν, ἀλλὰ *Διακονίαν*, καὶ οὐδὲ τούτῳ ἠρκέσθη, ἀλλ' ἐπήγαγε, *Καθὼς ἡλεήθημεν*. Καὶ γὰρ τοῦτο αὐτῷ, φησὶ, τὸ διακονήσασθαι τούτοις, ἀπὸ ἐλέου καὶ φιλανθρωπίας. Καίτοι γε ἐλέους ἐστὶ τὸ κακῶν ἀπαλλάξαι, οὐχὶ τὸ καὶ τσαυτὰ δοῦναι ἀγαθὰ· ἀλλ' ὁ τοῦ Θεοῦ ἔλεος καὶ τοῦτο ἔχει. *Οὐκ ἐκκακοῦμεν*. Καὶ τοῦτο δὲ αὐτοῦ τῇ φιλανθρωπίᾳ λογιστέον. Τὸ γὰρ, *Καθὼς ἡλεήθημεν*, καὶ ὑπὲρ τῆς διακονίας, καὶ ὑπὲρ τοῦ, *Οὐκ ἐκκακοῦμεν*, εἰρησθαι νόμιζε. Καὶ σκόπει πῶς σπουδάζει τὰ καθ' ἑαυτὸν καθαιρεῖν. Τὸν γὰρ τοιοῦτων ἀξιωθέντα, φησὶ, καὶ τηλικούτων, καὶ ταῦτα ἀπὸ ἐλέου μόνον καὶ φιλανθρωπίας, οὐδὲν μέγα τοιοῦτους ἐπιδείκνυσθαι πόνους, καὶ κινδυνεύειν καὶ πειρασμοὺς ὑπομένειν. Διὰ τοῦτο οὐ μόνον οὐ καταπίπτομεν, ἀλλὰ καὶ χαιρομεν, καὶ παρῆρησιάζομεθα. Εἰπὼν γοῦν, *Οὐκ ἐκκακοῦμεν*, ἐπήγαγεν· Ἄλλ' ἀπειπάμεθα τὰ κρυπτὰ τῆς αἰσχύνης, μὴ περιπατοῦντες ἐν πανουργίᾳ, μηδὲ δολοῦντες τὸν λόγον τοῦ Θεοῦ. Καὶ τί ἐστὶ, *Τὰ κρυπτὰ τῆς*

αἰσχύνης; Οὐκ ἐπαγγελλόμεθα, φησὶ, καὶ ὑπισχυόμεθα μεγάλα, καὶ ἕτερα δὲ ἐπὶ τῶν ἔργων δείκνυμεν, καθάπερ ἐκείνοι· διὸ καὶ ἔλεγε, *Τὰ κατὰ πρόσωπον, βλέπετε*· ἀλλὰ τοιοῦτοί ἐσμεν, οἷοι ὀρώμεθα, οὐχὶ διπλόην τινὰ ἔχοντες, οὔτε τοιαῦτα λέγοντες καὶ ποιῶντες ἢ κρύπτειν δεῖ καὶ συκιάζειν αἰσχυνομένους καὶ ἐρυθριώντας. Καὶ τοῦτο ἐρμηνεύων, ἐπήγαγε, *Μὴ περιπατοῦντες ἐν πανουργίᾳ*. Ὁ γὰρ ἐνόμιζον ἐγκώμιον εἶναι ἐκείνοι, τοῦτο αἰσχρὸν καὶ καταγέλαστον ἀποφαίνει. [493] Τί δὲ ἐστὶν, *Ἐν πανουργίᾳ*; Δόξαν εἶχον μὴ λαμβάνοντων ἐκείνοι, ἐλάμβανον δὲ καὶ ἐκρυπτον· δόξαν εἶχον ἀγίλων καὶ ἀποστόλων δοκίμων, ἦσαν δὲ μυρίων γέμοντες κακῶν. Ἄλλ' ἡμεῖς, φησὶ, τοιοῦτος ἀπειπάμεθα (ταῦτα γὰρ καὶ κρυπτὰ αἰσχύνης καλεῖ), τοιοῦτοὶ ὄντες οἷοι φαινόμεθα, καὶ οὐδὲν ἔχοντες συνεσχισμένον, καὶ οὐκ ἐν τῷ βίῳ μόνον τούτῳ, ἀλλὰ καὶ ἐν αὐτῷ τῷ κηρύγματι· τοῦτο γὰρ ἐστὶν, *Οὐδὲ δολοῦντες τὸν λόγον τοῦ Θεοῦ, ἀλλὰ τῇ γανερῶσει τῆς ἀληθείας*· οὐ τῷ προσώπῳ καὶ τῇ ἐπιδείξει, ἀλλ' αὐτῇ τῇ τῶν πραγμάτων ἀποδείξει. *Συνωστῶντες ἑαυτοὺς πρὸς πᾶσαν συνείδησιν ἀνθρώπων*. Οὐ γὰρ πιστοὺς μόνον, ἀλλὰ καὶ ἀπίστοις ἐσμεν κατάδηλοι, προκείμενοι πᾶσιν εἰς τὸ βασανίσαι τὰ ἡμέτερα, ὡς ἂν ἐθέλοιεν· καὶ ἀπὸ τούτου συνίσταμεν ἑαυτοὺς, οὐκ ἀπὸ τοῦ ὑποκρίνεσθαι, καὶ προσωπεῖον περιφέρειν φαιδρὸν. Λέγομεν οὖν μηδὲν λαμβάνειν, καὶ μάρτυρας ὑμᾶς καλούμεν· λέγομεν μηδὲν συνειδέναι ἑαυτοῖς πονηρὸν, καὶ τούτου πάλιν τὴν μαρτυρίαν παρ' ὑμῶν ἔλκομεν, οὐ καθάπερ ἐκείνοι, συσκιάζοντες τὰ καθ' ἑαυτοὺς, πολλοὺς ἀπατώσιν. Ἡμεῖς δὲ καὶ τὸν βίον ἡμῶν πᾶσιν εἰς μέσον προτίθεμεν, καὶ τὸ κήρυγμα ἀπογυμνοῦμεν, ὡστε πάντας αὐτὸ καταμανθάνειν. Εἶτα ἐπειδὴ ὁ ἄπιστος ἠγνόουν αὐτοῦ τὴν ἰσλὺν, ἐπήγαγεν, ὅτι οὐχ ἡμῶν τοῦτο ἐγκλημα, ἀλλὰ

splendidus oris flos est, inquis. Sed terræ etiam floribus nihil lætius ac jucundius est; qui tamen etiam marcescunt, atque in putredinem abeunt. Quocirca ne hic quoque ad florem attende, sed interius animo transi, et a pulchra illa cuti cogitationem avertens, explora quæ sub ea sita sint. Quandoquidem etiam hydropicorum corpus nitet ac lucet, nec quidquam scædi in superficie habet; sed tamen humoris illius, qui intus conditus est, cogitatione percussus, hujusmodi homines osculari non sustinemus. At tener et versatilis est oculus, ac recte porrectum supercilium, et cæruleæ palpebræ, et suavis pupilla, et serenus aspectus? At rursum hoc vult, quod istud quoque nil aliud est, quam nervi et venæ atque arteriæ. Quin tu hunc ipsum pulchrum oculum, ægrum, senio affectum, mœrore afflictum, ira tumentem cogita, quam scilicet deformis sit, quam celeriter pereat, quam citius etiam pictura evanescat. Ab his jam cura, ut ad veram pulchritudinem animum traducas. At, inquis, animæ pulchritudinem non cerno. At, si libuerit, cernes: et sicut absentes formosos, licet oculis non cernas, mente admirari potes; eodem modo animæ

pulchritudinem etiam sine oculis perspicere licet. Annon egregiam formam sæpe cogitatione formasti, eoque figmento nonnihil te affici sensisti? Effinge nunc quoque animæ pulchritudinem: atque hujusmodi formæ elegantia te oblecta. At, inquis, non cerno ea, quæ corpore vacant. Atqui ista animo magis intuemur, quam corpora: siquidem ob hanc quoque causam et angelos et archangelos admiramur, quamvis eos minime cernamus: probos item mores animæque virtutem. Ac si probum hominem et moderatum videris, magis hunc admiraberis, quam elegantem illam faciem. Quod si injuria affectum videris eamque patienter ferentem, hujusmodi hominem ama, etiamsi senio confectus sit. Nam hujusmodi animæ pulchritudo in senectute quoque amatores multos habet, nec umquam marcescit, sed perpetuo floret. Igitur ut hanc quoque ipsi pulchritudinem adipiscamur, eos qui hac pollent captemus, atque ipsorum amatores simus. Sic enim nos quoque hanc pulchritudinem consequuti, ad æterna bona pervenire poterimus: quæ utinam nobis consequi detur, per gratiam et benignitatem, etc.

HOMILIA VIII.

CAP. 4. v. 1. *Ideo habentes hanc ministrationem, juxta quod misericordiam consequuti sumus, non deficiamus, 2. sed abdicavimus occulta dedecoris.*

1. Quoniam magna quædam loquutus fuerat, ac seipsum et fideles omnes Mosi anteposuerat, atque tantam eorum quæ dixerat magnitudinem esse sentiebat, vide quo pacto rursus modestiam præ se ferat. Nam et propter pseudapostolos atque auditores sese efferre debebat, et rursus tumorem illum mitigare, non autem omnino tollere; nam hoc ludentis fuisset. Quocirca hoc alia via aggreditur, ostendens id omne non nostris meritis ac virtutibus, sed divina benignitate contigisse: proinde ait, *Habentes igitur ministrationem hanc.* Neque enim quidquam amplius erogavimus, quam quod ministri exstitimus, beneficiisque a Deo datis administram operam præbuimus. Quo fit, ut nec largitionis nec suppeditationis, sed ministerii vocabulo usus sit. Ac ne hoc quidem contentus addidit: *Juxta quod misericordiam consequuti sumus.* Nam hoc quoque ipsum, quod his ministravimus, a Dei misericordia et benignitate profectum est. Quamquam misericordiæ est, e malis exemisse, non autem tot insuper beneficiis affectisse; sed hoc etiam habet Dei misericordia. *Non deficiamus.* Hoc quoque ipsius humanitati acceptum referendum est. Nam illa verba, *Juxta quod misericordiam consequuti sumus,* existimare debes tam ad ministerium referri, quam ad id quod sequitur, *Non deficiamus.* Ac velim animadvertas, quam seipsum deprimere studeat. Nam qui tot ac tantis, inquit, beneficiis ornatus sit, idque divina tantum misericordia et benignitate, non magni quidpiam fecit, si tales labores suscepit, si pericula adit ac tentationes sustinet. Ideo non solum non condecimus animo, sed etiam gaudemus, ac verborum

libertate utimur. Postquam enim dixit, *Non deficiamus,* subnectit, *Sed abdicavimus occulta dedecoris, non ambulantes in astutia, neque adulterantes verbum Dei.* Quid sibi volunt hæc, *Occulta dedecoris?* Non, inquit, magna profitemur ac pollicemur et alia rebus ipsis ostendimus, quemadmodum illi: unde etiam dicebat, *Quæ in faciem sunt, perspicitis* (2. Cor. 10. 7): verum tales omnino sumus, quales cernimur, non fictum ac velut duplicem animum gerentes, nec ea dicentes atque agentes, quæ præ pudore ac rubore occultanda et velut umbris quibusdam obvolvenda sint. Idque exponens, subjunxit, *Non ambulantes in astutia.* Nam quod illi laudi ducebant, hoc ipse scædum ac ridiculum esse statuit. Quidnam autem est, *In astutia?* In ea existimatione illi erant, quasi ab accipiendis muneribus abstinere, cum tamen occulte acciperent: sanctorum ac proborum apostolorum existimatione florebant, cum interim innumeris vitis scaterent. At nos, inquit, hæc abjecimus (nam hæc sunt, quæ occulta dedecoris vocat), quippe qui tales simus, quales videmur; nec quicquam, non modo in vîta nostra et moribus, sed nec prædicatione tectum atque adumbratum habemus: hoc enim significat, quod ait, *Neque adulterantes verbum Dei, sed in manifestatione veritatis.* Hoc est, non vultu et ostentatione, sed ipso rerum documento. *Commendantes nos ipsos ad omnem conscientiam hominum.* Non enim fidelibus tantum, sed et infidelibus perspicui sumus, ac quibusvis expositi, ut res nostras explorent: atque hinc nosipso commendamus, non a fuco ac simulatione, aut quod splendidam larvam circumferamus. Dicimus itaque nos nullum munus accipere; atque hujus rei vos testes vocamus: dicimus nos nullius flagitii nobis conaccios esse; atque hujus rei rursus a vobis testimo-

nium petimus; non ut illi solent, qui vitia sua obtinentes multos decipiunt. Nam nos et vitam nostram cunctis in medium proponimus, et doctrinam ita patefacimus, ut quisvis eam intelligere possint. Mox autem, quia infideles vim hujusce doctrinæ minime perspectam habebant, subjunxit, hoc non sibi, sed eorum stupori assignandum esse, dicens: 3. *Quod si etiam opertum est evangelium nostrum, in iis qui pereunt opertum est, 4. in quibus Deus hujus sæculi excæcavit mentes infidelium.* Quod hic dicit, eandem vim habet, quam ea, quæ prius dixit: *Aliis odor mortis rumus in mortem, aliis odor vitæ in vitam* (2. Cor. 2. 16).

2. *Marcionistarum et Manichæorum errores.* — Quid sibi vult illud, *Deus hujus sæculi*? Qui Marcionis morbo laborant, de rerum Opifice, justo quidem illo, sed non item bono, hæc dicta esse contendunt: aiunt enim Deum quemdam justum esse, qui non sit bonus. Manichæi autem his verbis diabolum significari asserunt; hinc nimirum alium rerum conditarum effectorem, præter eum qui vere est, perquam stolidè inducere cupientes. Habet enim hoc familiare Scriptura, ut deum non ex ipsius dignitate, sed ex eorum qui ipsius imperio subsunt imbecillitate nuncupet: ut cum mamoniam dominum dicit, et ventrem deum. Neque enim propterea aut venter deus est, aut mamona dominus, sed eorum demum, qui sese ipsis subjecerint. Atvero nos illud dicimus, non de diabolo quidem hæc verba habita esse, sed de universorum Deo; sicque legendum esse, *Infidelium hujus sæculi mentes Deus excæcavit.* Nam futurum ævum infideles non habiturum est, sed hoc duntaxat. Si vero quis aliter legat, nempe *Deus hujus sæculi*, ne hinc quidem ulla calumniæ ansa porrigitur: neque enim hinc ostenditur, cum hujus tantum sæculi Deum esse. Nam et Deus cæli dicitur; nec tamen cæli tantum Deus est: et, Deus præsentis diei, dicimus; nec tamen hæc ita dicimus, quasi ipsius imperium unius diei angustiis circumscribamus. Quin Deus quoque Abrahamæ dicitur, et Deus Isaac, et Deus Jacob; cum tamen non eorum tantum sit Deus. Ac pleraque etiam alia hujusmodi testimonia in Scripturis inveniri possunt. Quonam porro modo excæcavit? Non sane quod in hoc ulla ipsius actio fuerit, absit, sed quia id passus est ac permisit: nam Scripturæ mos est ita loqui, ut cum ait, *Tradidit eos Deus in reprobam sensum* (Rom. 1. 28). Quoniam enim illi prius fidem abrogarunt, seque indignos reddiderunt qui mysteria viderent, illos ipse dereliquit. Quid enim hic faciendum erat? an invitos trahere, suaque arcana iis, qui ea cernere recusabant, aperire? At magis contempsissent illi, nec videre voluissent: unde etiam mox subjunxit, *Ut non fulgeat eis illuminatio evangelii gloriæ Christi*; non ad hoc, ut Deo non credant, sed ut quæ sint interna mysteria infidelibus nec minime perspiciat: quod etiam ille nobis præcepit, ut ne margaritas ante porcos conijciamus (Matth. 7. 6). Etenim si ea infidelibus detexisset, eorum morbus magis incrudisset. Nam si quis oculis laborantem cogat solares radios respicere,

illius infirmitatem magis auget. Ideo medici eos in tenebris abditos tenent, ne morbus ingravescat. Sic ergo hic etiam intelligendum est, nempe quod ioti vitio suo increduli exstiterunt. Increduli autem effecti, evangelii arcana minime jam perspexerunt, Deo nimirum radios suos illis deinceps subducente. Id quod etiam discipulis dicebat, *Propterea in parabolis loquor ipsis, quia audientes non audiunt* (Matth. 13. 13). Verum ut quod dico exemplo dilucidius fiat, sige gentilem esse quemdam, qui res nostras pro fabulis habeat: hic igitur plusne ex eo commodi capiet, si ingressus fuerit ac mysteria conspexerit, quam si foris maneat? Ideo ait: *Ut non fulgeat illis illuminatio*; in Mosis videlicet historia adhuc hærens. Nam quod illius ætate Judæis accidit, hoc evangelii tempore omnibus infidelibus usu venit. Quidnam autem sit, quod ait opertum illis fuisse ac minime declaratum, audi quid ipse dicat: *Ut non fulgeat eis illuminatio evangelii gloriæ Christi, qui est imago Dei.* Nempe quod orbis salus crux est ipsiusque gloria, quod is qui crucifixus est cum multo splendore venturus sit; atque alia omnia, tam præsentia, quam futura, tam in aspectum cadentia, quam occulta et ineffabilis rerum quæ expectantur adventus. Unde etiam *αὐτῶν* dixit, hoc est irradiare, ne tu totum in hac vita quæras. Est enim velut radius quispiam Spiritus, id quod nunc datur. Id quod etiam superius indicans, odoris ac rursus pignoris vocabulo usus est, declarans multo majorem partem in futuro ævo expectandam esse. Sed tamen hæc omnia ipsis occultata sunt, et ob id occultata, quia prius ipsi fidem Deo abrogarunt. Postea, ut ostendat, non Christi modo, sed etiam Patris gloriam iis incognitam esse, qui eam non viderunt, adjecit, *Qui est imago Dei.* Cave enim in Christo solo consistas. Ut enim per eum Patrem cernis, ita, si ipsius gloriam ignores, ne Patris quidem gloriam cognitam habebis. 5. *Non enim nos ipsos prædicamus, sed Christum Jesum Dominum nostrum, nos autem servos vestros per Jesum.*

3. Quinam hic sermonis tenor est? quid hoc cum iis, quæ ante dicta sunt, commune habet? Vel eos notat ut insolentius sese efferentes, et discipulis suadere cupientes, ut ab eorum nominibus sibi nomen imponant, sicut in superiore epistola dicebat, *Ego sum Pauli, ego autem Apollæ* (1. Cor. 5. 4): aut aliud quiddam gravissimum significat. Quidnam hoc? Quoniam acerrimum in ipsos bellum illi gerebant, atque insidias undique ipsis struebant. Num, inquit, adversum nos pugnatis, ac non adversum eum qui a nobis prædicatur? neque enim nos ipsos prædicamus: ego servus sum, ego eorum qui prædicationem excipiunt minister, operam omnem alteri navans, atque ipsius gloriæ causa quidvis faciens. Itaque, dum mihi bellum infers, ea quæ illius sunt dejicis. Tantum enim abest, ut ex evangelico munere quidquam mihi arrogem, ut ne servus quidem vester esse propter Christum recusaturus sim, quandoquidem ipsi visum est tanto in pretio vos habere, tantoque amore vos complecti, ac salutis vestræ causa quidvis agere.

τῆς ἐκείνων ἀναισθησίας. Διὸ καὶ φησιν· *Εἰ δὲ καὶ ἔστι κεκαλυμμένον τὸ εὐαγγέλιον ἡμῶν, ἐν τοῖς ἀπολλυμένοις ἐστὶ κεκαλυμμένον, ἐν οἷς ὁ Θεὸς τοῦ αἰῶνος τούτου ἐτύφλωσε τὰ νοήματα τῶν ἀπίστων*. Ὅπερ καὶ ἔμπροσθεν εἶπεν, *Οἷς μὲν ὁσμή θανάτου εἰς θάνατον, οἷς δὲ ὁσμή ζωῆς εἰς ζωὴν, τοῦτο καὶ ἐνταῦθα φησι.*

β'. Τί δὲ ἐστὶν, Ὁ Θεὸς τοῦ αἰῶνος τούτου; Οἱ μὲν τὰ Μαρκίωνος νοσοῦντες, λέγουσι περὶ τοῦ Δημιουργοῦ τοῦ δικαίου μόνου, καὶ οὐκ ἀγαθοῦ, ταῦτα εἰρησθαί· λέγουσι γὰρ εἶναι τινα Θεὸν δίκαιον, καὶ οὐκ ἀγαθόν. Μανιχαῖοι δὲ φασὶ τὸν διάβολον ἐνταῦθα λέγεσθαι, ἐκ τούτου δημιουργὸν τῆς κρίσεως ἕτερον ἐπεισαγαγεῖν παρὰ τὸν ὄντα βουλομένοι, σφόδρα ἀνοήτως. Οἶδε μὲν γὰρ πολλάκι; ἡ Γραφὴ Θεὸν καλεῖν οὐκ ἀπὸ τῆς ἀξίας τοῦ καλουμένου, ἀλλ' ἀπὸ τῆς ἀσθενείας τῶν ὑποτακτομένων· ὡς ὅταν τὸν μαμωνᾶν κύριον λέγῃ, καὶ τὴν κοιλίαν Θεόν. Ἄλλ' οὐ παρὰ τοῦτο οὔτε ἡ κοιλία Θεός, οὔτε ὁ μαμωνᾶς κύριος, ἀλλ' ἐκείνων τῶν ὑποκατακλιπόντων ἑαυτούς. Ἡμεῖς δὲ ἐκεῖνὸν φαμεν, ὅτι οὔτε περὶ τοῦ διαβόλου τοῦτο εἰρηται, ἀλλὰ τοῦ τῶν ἔλων Θεοῦ καὶ οὕτως ἀναγνωστέον, ὅτι *τῶν ἀπίστων τοῦ αἰῶνος τούτου ἐτύφλωσεν ὁ Θεὸς τὰ νοήματα*. Ὁ γὰρ μέλλων οὐκ ἔχει ἀπίστους, ἀλλ' ὁ παρῶν μόνος. Εἰ δὲ καὶ ἑτέρως τις ἀναγινώσκει, οἶον, ὅτι Ὁ Θεὸς τοῦ αἰῶνος τούτου, οὐδὲ τοῦτο ἔχει τινα λαθῆν· οὐ γὰρ τοῦτο δεικνυσὶν αὐτὸν τούτου μόνου ὄντα τοῦ αἰῶνος Θεόν. Καὶ γὰρ ὁ Θεὸς οὐρανοῦ λέγεται, ἀλλ' οὐκ ἐστὶν οὐρανοῦ μόνου Θεός· καὶ ὁ Θεὸς τῆς παρουσίας ἡμέρας λέγομεν, καὶ οὐκ εἰς ἐκείνην μόνην συγκλείοντες αὐτοῦ τὴν ἀρχήν, [494] τοῦτό φαμεν· καὶ ὁ Θεὸς δὲ Ἀβραάμ λέγεται, καὶ ὁ Θεὸς Ἰσαάκ, καὶ ὁ Θεὸς Ἰακώβ· καὶ οὐκ ἐκείνων μόνου ἐστὶ Θεός. Καὶ πολλὰς ἄν τις καὶ ἑτέρας τοιαύτας ἐν ταῖς Γραφαῖς εὐροι μαρτυρίας. Πῶς οὖν ἐτύφλωσεν; Οὐκ ἐνεργήσας εἰς τοῦτο, ἀπαγε, ἀλλ' ἀφελὲς καὶ συγχωρήσας· καὶ γὰρ ἔθος τῇ Γραφῇ οὕτω λέγειν· ὡς ὅταν λέγῃ, *Παρέδωκεν αὐτούς ὁ Θεὸς εἰς ἀδόκιμον νοῦν*. Ἐπειδὴ γὰρ αὐτοὶ ἠπίστησαν πρῶτοι, καὶ ἀναξίους ἑαυτοὺς κατεσκεύασαν τοῦ ἰδεῖν τὰ μυστήρια, καὶ αὐτὸς λοιπὸν εἴασεν. Ἀλλὰ τί ἔδει ποιῆσαι; πρὸς βίαν ἔλκειν, καὶ ἐκκαλύπτειν μὴ βουλομένους ἰδεῖν; Ἀλλὰ μᾶλλον ἂν κατεφρόνησαν, καὶ οὐδ' ἂν εἶδον διὸ καὶ ἐπήγαγεν, *Εἰς τὸ μὴ αὐγάσαι αὐτοῖς τὸν φωτισμὸν τοῦ εὐαγγελίου τῆς δόξης τοῦ Χριστοῦ*· οὐ πρὸς τὸ ἀπιστῆσαι τῷ Θεῷ, ἀλλὰ πρὸς τὸ τὴν ἀπιστίαν μὴ ἰδεῖν τίνα ἐστὶ τὰ ἔνδον· ὁ καὶ ἡμῖν ἐπέταξε, μὴ ῥίπτειν τοὺς μαργαρίτας ἔμπροσθεν τῶν χοίρων κελεύσας. Εἰ γὰρ καὶ ἀπιστοῦσιν ἐξεκάλυψε, μᾶλλον ἂν ἡ νόσος αὐτῶν ἐπετριβή. Καὶ γὰρ εἰ ὀφθαλμῶντά τις ἀναγκάσει πρὸς τὰς ἀκτῖνας ἰδεῖν, ἐπιτείνει μᾶλλον αὐτοῦ τὴν ἀσθένειαν. Διὰ τοῦτο καὶ ἐν σκότει κατακλείουσιν αὐτοὺς ἰατρῶν παῖδες, ὥστε μὴ ἐπιτρίψαι τὸ νόσημα. Οὕτω τοίνυν καὶ ἐνταῦθα νοητέον, ὅτι οὗτοι μὲν γεγονῶσιν ἀπιστοὶ δι' ἑαυτούς· γενόμενοι δὲ ἀπιστοί, οὐκέτι ἐώρων τὰ ἀπόρρητα τοῦ εὐαγγελίου, τοῦ Θεοῦ λοιπὸν ἀποκλείοντες τὰς ἀκτῖνας αὐτοῖς. Ὅπερ καὶ τοῖς μαθη-

ταῖς ἔλεγεν, ὅτι *διὰ τοῦτο ἐν παροιμίαις λαλοῦντες αὐτοῖς, ὅτι ἀκούοντες οὐκ ἀκούουσιν*. Ἴνα δὲ καὶ ἐπὶ παραδείγματος σαφέστερον ὁ λέγω γένηται, ὑπόθου τινὰ Ἑλληνα εἶναι μύθους τὰ ἡμέτερα ἠγοούμενον· οὗτος οὖν πῶς ὠφελήθησεται μᾶλλον, εἰσελθὼν καὶ ἰδὼν τὰ μυστήρια, ἢ ἔξω μένων; Διὰ τοῦτο φησιν· *Εἰς τὸ μὴ αὐγάσαι αὐτοῖς τὸν φωτισμὸν, ἐπιμένων ἐτι τῇ ἱστορίᾳ Μωϋσέως*. Ὅπερ γὰρ πρὸς Τουδαίους γέγονεν ἐπ' ἐκείνου, τοῦτο ἐπὶ πάντων τῶν ἀπίστων γίνεται ἐπὶ τοῦ εὐαγγελίου. Καὶ τί ἐστὶ τὸ συνεσκιασμένον, καὶ ὅπερ αὐτοῖς οὐκ ἐστὶ πεφωτισμένον; Ἀκουσον αὐτοῦ λέγοντος· *Εἰς τὸ μὴ αὐγάσαι αὐτοῖς τὸν φωτισμὸν τοῦ εὐαγγελίου τῆς δόξης τοῦ Χριστοῦ, ὅς ἐστιν εἰκὼν τοῦ Θεοῦ*. Οἶον, ὅτι ὁ σταυρὸς τῆς οἰκουμένης σωτηρίας καὶ αὐτοῦ δόξα, ὅτι αὐτὸς οὗτος ὁ σταυρωθεὶς μετὰ πολλῆς περιφανείας μέλλει παραγίνεσθαι, τὰ ἄλλα πάντα, τὰ παρόντα, τὰ μέλλοντα, τὰ ὀρώμενα, τὰ οὐκ ὀρώμενα, ἢ ἀπόρρητος τῶν προσδοκωμένων περιφάνεια. Διὸ καὶ αὐγάσαι εἶπεν, ἵνα μὴ τὸ ὄλον ἐνταῦθα ζητῆς· ὡσπερ γὰρ αὐγὴ τις ἐστὶ μόνου τοῦ Πνεύματος ἢ δεδομένης. Τοῦτο γὰρ καὶ ἀνωτέρω δηλῶν, ὁσμήν εἶπε, καὶ πάλιν ἀρραβῶνα, δεικνύς· ὅτι τὸ πλεον ἐκεῖ μένει. Ἄλλ' ὁμως ταῦτα ἅπαντα κέρυπται ἀπ' αὐτῶν· κέρυπται δὲ, ἐπειδὴ ἠπίστησαν πρῶτεροι. Εἶτα δεικνύς, ὅτι οὐχὶ τὴν τοῦ Χριστοῦ δόξαν ἀγνοοῦσι μόνον, ἀλλὰ καὶ τὴν τοῦ Πατρὸς οἱ ταύτην οὐκ ἰδόντες, ἐπήγαγεν, *Ὅς ἐστιν εἰκὼν τοῦ Θεοῦ*. Μὴ γὰρ μέχρι τοῦ Χριστοῦ στίξ μόνον. Ὡσπερ γὰρ διὰ τούτου τὸν Πατέρα ὀρᾷ· οὕτως ἀγνοήσας τὴν τούτου δόξαν, οὐδὲ [495] τὴν ἐκείνου εἶση. *Οὐ γὰρ ἑαυτοὺς κηρύσσομεν, ἀλλὰ Χριστὸν Ἰησοῦν Κύριον, ἑαυτοὺς δὲ δούλους ὑμῶν διὰ Ἰησοῦν*.

γ'. Καὶ ποία αὕτη ἀκολουθία; τί τοῦτο πρὸς τὰ εἰρημμένα ἔχει κοινόν; Ἡ ἐκείνους αἰνίττεται ὡς ἐπαίροντας ἑαυτοὺς, καὶ πειθόντας τοὺς μαθητὰς ἀπ' αὐτῶν ἑαυτοὺς ὀνομάζειν, ὅπερ ἐν τῇ προτέρᾳ ἔλεγεν, *Ἐγὼ εἰμι Παύλου, ἐγὼ δὲ Ἀπολλῶ*· ἢ ἕτερόν τι βαρύτατον. Ποῖον δὴ τοῦτο; Ἐπειδὴ σφόδρα αὐτοὺς ἐπολέμουν, καὶ ἐπεθούλευον αὐτοῖς πάντοθεν, μὴ γὰρ ἡμῖν μάχεσθε, φησὶ, καὶ πολεμεῖτε; ἢ τῷ = δι' ἡμῶν κηρυττομένῳ; οὐ γὰρ ἑαυτοὺς κηρύττομεν· ἐγὼ δούλος εἰμι, ἐγὼ διάκονός εἰμι καὶ τῶν δεχομένων τὸ κήρυγμα, ἐτέρῳ πάντα πραγματευόμενος, καὶ ὑπὲρ τῆς ἐκείνου δόξης πᾶν ὅτι οὖν ποιῶν. Ὡστε ἐμοὶ πολεμῶν, τὰ ἐκείνου καταβάλλεις. Τοσοῦτον γὰρ ἀπέχω εἰς ἑμαυτὸν τι περιφθῆσαι τῶν τοῦ εὐαγγελίου, ὅτι καὶ ὑμῶν οὐ παραιτήσομαι εἶναι δούλος διὰ τὸν Χριστὸν, ἐπειδὴ ἐκεῖνῳ ἔδοξεν οὕτω τιμῆσαι ὑμᾶς, ἐπειδὴ οὕτως ὑμᾶς ἐφίλησε, καὶ πάντα ὑπὲρ ὑμῶν ἔπραξε. Διὸ καὶ λέγει, *Ἐαυτοὺς δὲ δούλους ὑμῶν διὰ Χριστόν*. Εἶδες ψυχὴν βδέξης καθαρᾶν; Οὐ γὰρ δὴ μόνον, φησὶ, τῶν δεσποτικῶν οὐδὲν νοσηζόμεθα, ἀλλὰ καὶ ὑμῖν ἑαυτοὺς ὑποτάσσομεν δι' ἐκεῖνον. *Ὅτι ὁ Θεὸς ὁ εἰκὼν ἐκ σκότητος*

* Ἡ τῷ. Savil. manult οὐ τῷ, quod proposuerat Dn-pm.

φῶς λάμψαι, ἔλαμψεν ἐν ταῖς καρδίαις ὑμῶν. Εἶδες πῶς; πάλιν τοῖς ζητοῦσι τὴν δόξαν ἐκείνην ἰδεῖν τὴν ὑπερβάλλουσαν, τὴν Μωϋσέως λέγω, δεικνύσαι μετὰ προσθήκης ἀστράπτουσαν; Καθάπερ εἰς τὸ πρόσωπον Μωϋσέως, οὕτως εἰς τὰς ὑμετέρας καρδίας ἔλαμψε, φησί. Καὶ πρότερον ἀναμιμνήσκει τῶν ἐν ἀρχῇ τῆς κτίσεως γενομένων, αἰσθητοῦ φωτός καὶ σκότους αἰσθητοῦ, δεικνύς ὅτι αὕτη μείζων ἢ δημιουργία. Καὶ ποῦ εἶπεν, Ἐκ σκότους φῶς λάμψαι; Ἐν ἀρχῇ καὶ ἐν προομιόις τῆς κτίσεως· Σκότος γὰρ ἦν, φησὶν, ἐπάνω τῆς ἀβύσσου. Καὶ εἶπεν ὁ Θεός, Γενηθήτω φῶς· καὶ ἐγένετο φῶς. Ἄλλὰ τότε μὲν εἶπε, Γενηθήτω, καὶ ἐγένετο· νῦν δὲ οὐκ εἶπεν, ἀλλ' αὐτὸς ἡμῖν γέγονε φῶς; οὐ γὰρ εἶπεν, ὅτι καὶ νῦν εἶπεν, ἀλλ' αὐτὸς ἔλαμψε. Διὰ τοῦτο οὐδὲ αἰσθητὰ πράγματα ὀρώμεν τοῦ φωτός λάμποντος τούτου, ἀλλ' αὐτὸν τὸν Θεὸν διὰ τοῦ Χριστοῦ. Ὁρᾷς τὸ ἀπαράλλακτον τῆς Τριάδος; Περὶ μὲν γὰρ τοῦ Πνεύματος φησὶν· Ἡμεῖς δὲ πάντες ἀνακαταλυμένοι προσώπων τὴν δόξαν Κυρίου κατοπτριζόμενοι, τὴν αὐτὴν εἰκόνα μεταμερζοῦμεθα ἀπὸ δόξης εἰς δόξαν, καθάπερ ἀπὸ Κυρίου Πνεύματος· περὶ δὲ τοῦ Υἱοῦ, Εἰς τὸ μὴ αὐθάσαι αὐτοῖς τὸν φωτισμὸν τοῦ εὐαγγελίου τῆς δόξης τοῦ Χριστοῦ, ὃς ἔστιν εἰκὼν τοῦ Θεοῦ· περὶ δὲ τοῦ Πατρὸς, Ὁ εἰκὼν ἐκ σκότους φῶς λάμψαι, ἔλαμψεν ἐν ταῖς καρδίαις ὑμῶν, πρὸς φωτισμὸν τῆς γνώσεως τῆς δόξης τοῦ Θεοῦ ἐν προσώπῳ Χριστοῦ. Ὡς περὶ γὰρ εἰπὼν, Τοῦ εὐαγγελίου τῆς δόξης τοῦ Χριστοῦ, ἐπήγαγεν, Ὅς ἔστιν εἰκὼν τοῦ Θεοῦ, δεικνύς ὅτι καὶ τῆς ἐκείνου δόξης ἀπεστερήθησαν· οὕτως εἰπὼν, Τῆς γνώσεως τοῦ Θεοῦ, ἐπήγαγεν, Ἐν προσώπῳ Χριστοῦ, δεικνύς ὅτι διὰ τούτου τὸν Πατέρα γινώσκωμεν, ὡς περὶ οὖν καὶ διὰ τοῦ Πνεύματος αὐτῶ προσαγόμεθα. [496] Ἔχομεν δὲ τὸν θησαυρὸν τούτον ἐν ὀσσεράκτιοις σκεύεσιν, ἢ ἢ ὑπερβολῇ τῆς δυνάμεως ἢ τοῦ Θεοῦ, καὶ μὴ ἐξ ἡμῶν. Ἐπειδὴ γὰρ πολλὰ καὶ μεγάλα εἶπε περὶ τῆς ἀπορρήτου δόξης· ἵνα μὴ τις λέγῃ. Καὶ πῶς τοσαύτης δόξης ἀπολαύοντες μένομεν ἐν θνητῷ σώματι; φησὶν, ὅτι τοῦτο μὲν οὖν αὐτὸ μάλιστα ἔστι τὸ θαυμαστόν, καὶ δείγμα μέγιστον τῆς τοῦ Θεοῦ δυνάμεως, ὅτι σκευὸς ὀσσεράκτιον τοσαύτην ἠδυνήθη λαμπρότητα ἐνεγκεῖν, καὶ τηλικούτον φυλάξαι θησαυρόν. Ὅπερ οὖν καὶ αὐτὸς θαυμάζων ἔλεγεν, Ἴνα ἢ ὑπερβολῇ τῆς δυνάμεως ἢ τοῦ Θεοῦ, καὶ μὴ ἐξ ἡμῶν· πάλιν ἐκείνους αἰνιττόμενος τοὺς καυχόμενους ἐφ' ἑαυτοῖς. Τό τε γὰρ μέγεθος τῶν δοθέντων, τό τε ἀσθενὲς τῶν δεξαμένων δεικνύσι τὴν ἰσχύν, οὐχ ὅτι μεγάλα ἐχαρίσατο μόνον, ἀλλ' ὅτι καὶ μικροῖς οὕσι· τὸ γὰρ ὀσσεράκτιον τὸ εὐθραυστον ἢ τῆς θνητῆς φύσεως αἰνιττόμενος ἔλεγε, καὶ τὸ τῆς σαρκὸς ἡμῶν ἀσθενὲς ἐμφαίνων. Ὑσσεράκτου γὰρ ἄμεινον οὐδὲν αὕτη διάκειται· οὕτως ἔστιν εὐεπηρέαστος, καὶ θανάτῳ καὶ νόσοις καὶ ἀέρων ἀνωμαλίαις καὶ ἑτέροις μυρίοις διαλυομένη βάρδιω. Ταῦτα δὲ ἔλεγε, καὶ καταστέλλων ἐκείνων

τὸ φύσημα, καὶ πᾶσι δεικνύς ὅτι οὐδὲν ἀνθρώπινον τῶν καθ' ἡμᾶς.

δ'. Καὶ γὰρ τότε μάλιστα διαφαίνεται ἡ τοῦ Θεοῦ δύναμις, ὅταν δι' εὐτελῶν ἐνεργῇ μεγάλα. Διὰ καὶ ἀλλαχοῦ ἔλεγεν, Ἡ γὰρ δύναμις μου ἐν ἀσθενείᾳ τελειοῦται. Καὶ ἐν τῇ Παλαιᾷ δὲ διὰ κωνώπων καὶ μυτῶν ὀλόκληρα στρατόπεδα βαρβάρων ἐτροποῦτο (διὸ καὶ μεγάλην δύναμιν αὐτοῦ τὴν κάμπην ἐκάλει), καὶ ἐν ἀρχῇ γλώττας συγγέων μόνον, τὸν μέγαν πύργον ἐκείνον τὸν ἐν Βαβυλῶνι κατέλυε. Καὶ ἐν τοῖς πολέμοις δὲ νῦν μὲν διὰ τριακοσίων ἄπειρα στρατόπεδα ἔλασε, νῦν δὲ διὰ σαλπείγων πόλεις καθείλε· μετὰ δὲ ταῦτα διὰ παιδίον μικροῦ καὶ εὐτελοῦς τοῦ Δαυὶδ, ἄπασαν τὴν βαρβάρων τὴν παράταξιν ἐτροπόωσατο. Οὕτω δὴ καὶ ἐνταῦθα δώδεκα μόνους ἀποστείλας, τῆς οἰκουμένης περιεγένετο, δώδεκα, καὶ τούτους ἐλαυνομένους, πολεμουμένους. Ἐκπλαγῶμεν οὖν τοῦ Θεοῦ τὴν δύναμιν, θαυμάσωμεν, προσκυνήσωμεν· ἐρωτήσωμεν Ἰουδαίους, ἐρωτήσωμεν Ἕλληνας, τίς ἐπέισε τὴν οἰκουμένην ἄπασαν ἀποστήναι τῶν πατρῶν ἐθῶν, καὶ πρὸς ἑτέραν μετατάξασθαι πολιτείαν; ὁ αἰεὺς, ἢ ὁ σκηνοποῖς; ὁ τελώνης, ἢ ὁ ἀγράμματος καὶ ἰδιώτης; Καὶ πῶς ἂν ἔχοι ταῦτα λόγον, εἰ μὴ θεία δύναμις ἦν ἢ πάντα κατορθοῦσα δι' ἐκείνων; Τί δὲ καὶ λέγοντες ἐπειθον ἐκείνοι; Βαπτίσθητε ἐν τῷ ὕδατι τοῦ σταυρωθέντος. Ποιοῦ; Ὅν οὐκ εἶδον, οὐδὲ θεάσαντο. Ἄλλ' ὅμως ταῦτα λέγοντες καὶ κηρύττοντες, ἐπειθον, ὅτι οἱ μὲν μαντευόμενοι καὶ ἐκ προγόνων αὐτοῖς παραδοθέντες, οὐκ εἰσὶ θεοί, ὁ δὲ προσηλωθεὶς, οὗτος Χριστὸς, πάντας ἐφείλκετο. Καίτοι γε ὅτι μὲν ἐσταυρώθη καὶ ἐτάφη, παντὶ που δῆλον ἦν· ὅτι δὲ [497] ἀνέστη, οὐδεὶς πλὴν ὀλίγων εἶδεν. Ἄλλ' ὅμως καὶ τοῦτο ἐπέισαν τοὺς οὐχ ἑωρακότας· καὶ οὐχ ὅτι ἀνέστη μόνον, ἀλλ' ὅτι καὶ εἰς οὐρανοὺς ἀνήλθε, καὶ ἔρχεται κρῖναι ζῶντας καὶ νεκρούς.

Πόθεν οὖν τὸ πιθανὸν τοῖς λόγοις τούτοις, εἰπέ μοι; Οὐδαμῶθεν ἄλλοθεν, ἀλλ' ἀπὸ τῆς τοῦ Θεοῦ δυνάμεως. Καὶ γὰρ πρῶτον αὕτη ἡ καινοτομία πᾶσι προσίστατο· ὅταν τε καὶ τοιαῦτα τις καινοτομή, χαλεπώτερον τὸ πρᾶγμα γίνεται, ὅταν ἀναμοχλευῇ παλαιᾶς συνήθειας θεμέλια, ὅταν ἐκ βάρων ἀνασπᾷ νόμους. Πρὸς δὲ τούτοις οὐδὲ οἱ κήρυκες ἀξιώπιστοι εἶναι ἐδόκουν, ἀλλὰ καὶ ἔθλους παρὰ πᾶσι μεμιστημένου ἢ, καὶ δειλοὶ καὶ ἀμαθεῖς. Πόθεν οὖν περιεγένοντο τῆς οἰκουμένης; πόθεν ὑμᾶς καὶ τοὺς ὑμετέρους προγόνους τοὺς δοκοῦντας φιλοσοφεῖν, μετὰ τῶν θεῶν αὐτῶν ἐξέβαλον; οὐκ εὐδόηλον ὅτι ἀπὸ τοῦ τὸν Θεὸν ἔχειν μεθ' ἑαυτῶν; Οὐδὲ γὰρ ἐν ἑαυτοῖς ἀνθρωπίνης δυνάμεως κατορθώματα, ἀλλὰ θείας τιμῆς καὶ ἀπορρήτου. Οὐχί, φησὶν, ἀλλὰ γοητικῆς. Οὐκοῦν αὐξήθηναί εἶδει τῶν δαιμόνων ἀρχῆν, καὶ ἐπιταθῆναι τὴν τῶν εἰδώλων θεραπείαν. Πῶς οὖν καθήρηται καὶ ἠφάνισται, καὶ ἀπ' ἐναντίας ἐκείνοις τὰ ἡμέτερα; Ὡστε κἀντεῦθεν δῆλον, ὅτι τοῦ Θεοῦ ψῆφος ἦν τὰ γινόμενα, οὐκ ἀπὸ τοῦ κηρύγματος μόνον, ἀλλὰ καὶ ἀπὸ τῆς πολιτείας αὐτῆς. Πότε γὰρ παρ-

^b *Legebat* ἔθνος ... μεμιστημένον

^c *Lege* ἔστι

^a *Marg. Savil.*, τὸ εὐφρατον

Unde etiam ait, *Nos autem servos vestros propter Christum*. Videntur enim ab omni gloriae studio purum? Tantum abest, inquit, ut eorum, quæ Domini sunt, quidquam usurpemus, ut etiam nos ipsos vobis propter eum subiciamus. 6. *Quoniam Deus, qui dixit de tenebris lumen splendescere, ipse illuxit in cordibus vestris*. En quomodo rursus iis, qui eximiam illam gloriam, Mosis videlicet, videre cupiebant, ostendit etiam cum additamento fulgentem! Sicut in vultum Mosis, inquit, ita in corda vestra effulsit. Et quidem prius ea, quæ in rerum conditarum initio exstiterunt, in memoriam revocat, lucem nimirum in sensum cadentem et tenebras; ostendens hoc opificium illo præstantius esse. Verum ubinam dixit, *De tenebris lucem splendescere*? In principio ac rerum conditarum primordiis: *Tenebræ enim, inquit, erant super faciem abyssi*. Et dixit Deus, *Fiat lux, et facta est lux* (Gen. 1. 2. 3). Sed tunc quidem dixit, *Fiat, et, Factum est*; nunc autem non dixit, sed ipse nobis lux factus est. Quocirca nec res sensiles hac luce affulgente intuemur, sed Deum ipsum per Christum. Videsne quo pacto nihil in Trinitate sit diversum? Nam de Spiritu dicit, *Nos autem omnes revelata facie gloriam Domini speculantes, in eandem imaginem transformamur a gloria in gloriam, tanquam a Domino Spiritu* (2. Cor. 3. 18); de Filio, *Ut non fulgeat illis illuminatio evangelii gloriae Christi, qui est imago Dei*; de Patre denique, *Qui dixit de tenebris lucem splendescere, ipse illuxit in cordibus vestris ad illuminationem scientiæ claritatis Dei in facie Christi*. Quemadmodum enim cum dixisset, *Evangelii gloriae Christi, subjecti, Qui est imago Dei*, his verbis indicans eos illius quoque gloria orbatos esse: ita cum dixisset, *Scientiæ Dei*, adjecit, *In facie Christi*, ut ostendat nos per Christum ad Patris cognitionem pervenire, ut etiam per Spiritum ad eum adducimur. 7. *Habemus autem istum thesaurum in vasculis fictilibus: ut sublimitas sit virtutis Dei, et non ex nobis*. Quoniam enim de arcana illa gloria multa et ampla verba fecerat, ne quis diceret: Qui sit igitur, ut tantam gloriam consequenti, in mortali corpore maneamus? Hoc ipsum, inquit, est summopere mirandum, ac luculentissimum divinæ potentiæ argumentum, quod fictile vasculum tantum splendorem ferre ac tantum thesaurum tueri potuerit. Cujus etiam rei admiratione ipse commotus dicebat: *Ut sublimitas sit virtutis Dei, et non ex nobis*; his verbis eos rursus subindicans, qui in selsis gloriabantur. Nam et donorum magnitudo, et eorum qui his affecti sunt imbecillitas, vim Dei demonstrant, non modo quia magna largitus est, sed quia parvis et abjectis: fictile quippe dixit, ut humanæ naturæ fragilitatem significaret, carnisque nostræ imbecillitatem conspicuam redderet. Testa namque nihilo melius illa se habet; adeo offensionibus patet, ac morte, morbis, cæli intemperis, atque innumeris aliis malis facile dissolvitur. Hæc porro dicebat, tum ut eorum arrogantiam comprimeret, tum ut nihil rerum nostrarum humanum esse demonstraret.

4. Nam tum demum Dei vis maxime elucet, cum per viles et abjectos ingentes res patrat. Ac proinde alio etiam loco aiebat, *Virtus mea in infirmitate perficitur* (2. Cor. 12. 9). In Veteri quoque Testamento per culices et muscas totos barbarorum exercitus in fugam vertebat (ideo erucam magnam vim suam appellabat [Joel. 2. 25]), et olim linguas dumtaxat confundendo, ingentem illam turrim Babylonicam delevit. In bellis insuper nunc per trecentos viros infinitam hostium manum profligabat, nunc tubarum clangore urbes evertibat, ac postea per exiguum ac vilem adolescentem Davidem universam barbarorum aciem in fugam agebat. Eodem itaque modo hic quoque missis solum duodecim viris de orbe victoriam adeptus est, duodecim, idque cum ipsi infesta omnia haberent, ac bello ab omnibus vexarentur. Dei ergo potentiam admiremur et adoremus: sciscitemur ex Judæis, sciscitemur ex gentilibus, quisnam universo terrarum orbi persuaserit, ut a patriis institutis abcederet, atque ad alteram vivendi rationem sese conferret? piscator, an tentoriorum effector? publicanus, an indoctus ac literarum expertus? Quam autem hoc rationem haberet, nisi vis divina fuisset, quæ per illos omnia conficeret? Nam quid dicentes illi, persuadebant? Baptizemini in nomine crucifixi (Act. 2. 38). Cujus tandem? Quem numquam viderant. Et tamen cum hæc dicerent ac prædicarent, auditoribus persuadebant, eos qui vaticinabantur, atque a majoribus traditi ipsis erant, deos non esse. Christus vero clavibus affixus omnes attrahebat. Atqui, quod in crucem sublatus ac sepultus fuisset, apud omnes constabat; quod autem resurrexisset, pauci omnino viderant. Nihilo secius tamen hoc ipsum iis, qui non viderant, persuaserunt: nec id solum, sed etiam, quod in cælos ascendisset, atque ad iudicium de vivis ac mortuis ferendum venturus esset.

Apostoli quomodo orbem subegerunt. — Unde igitur, quæso, persuadendi vis in his sermonibus? Non aliunde, quam a Dei potentia. Primum enim novitas ipsa omnium animos offendebat: cum autem in huiusmodi rebus quispiam innovat, tunc gravior res efficitur, ut cum priscorum rituum fundamenta effringit, ac leges radicibus evellit. Huc accedit, quod præcones non fide digni viderentur. Nam et ex ea natione erant, quæ omnibus odiosa esset, et ipsi timidi ac doctrinæ expertes erant. Unde igitur orbem subegerunt? unde vos et majores vestros, qui philosophi videbantur, atque deos ipsos ejecerunt? annon liquet illos Deum secum habuisse? Neque enim tam præclara facinora in humanam potentiam cadunt, sed in divinam quamdam et ineffabilem. Minime vero, inquit isti; sed præstigiis usi sunt. Ergo dæmonum imperium augeri oportebat, atque idolorum cultum amplificari. Qui igitur factum est, ut ea deleta atque extincta sint, et ex contrario nostra efflorescant? Quare hinc quoque liquet, Dei calculo hæc contigisse: neque a prædicatione tantum, sed ab ipsa quoque vitæ ratione. Quando enim tanta virginitas passim toto orbe consita est? quando par opum, vitæ, atque

aliarum omnium rerum contemptus? Nam flagitiosi ac præstigiatores nihil ejusmodi effecerint, sed contraria omnia: at hi angelicam vitæ rationem nobis et in nostra et in barbara regione atque in extremis terræ recessibus non modo docuerunt, sed etiam perfecerunt. Unde perspicuum est, Christum vim fuisse quæ hoc totam ubique fecerit, vim, inquam, illam ubique lucentem ac fulgure quovis celerius hominum

mentes illustrantem. Hæc igitur omnia cogitantes, atque apertum promissionis futurorum bonorum argumentum ex iis quæ facta sunt capientes, invictam illam Crucifixi potentiam nobiscum adorate: ut et intolerandos cruciatus effugiatis, et sempiternum regnum assequamini: quod utinam nobis contingat, per gratiam et benignitatem, etc.

HOMILIA IX.

CAP. 4. v. 8. *In omnibus tribulationem patimur, sed non angustiamur: aporiamur, sed non destituimur: 9. persecutionem patimur, sed non derelinquimur.*

1. In eo adhuc immoratur, ut ostendat omne hoc negotium divinæ potentie adscribendum esse: quo eorum arrogantiam coerceat, qui in seipsis gloria-bantur. Non enim, inquit, hoc solum mirabile est, quod hunc thesaurum in fictilibus vasis asservemus; sed etiam quod, cum sexcentis incommodis premamur, atque omni ex parte pulsemur, eum tamen tuemur nec amittimus. Et quidem si vel adamantinum vas esset, tanto tamen thesauro gestando, tantisque insidiis sustinendis impar esset: nunc autem et ferimus et per Dei gratiam nihil grave patimur. *In omnibus tribulationem patimur, sed non angustiamur.* Quid est? *In omnibus?* In hostibus, in amicis, in necessariis, in aliis, quorum penuria laboramus, ab hostibus, a nostris. *Sed non angustiamur.* Ac vide quomodo pugnantem res dicat, ut hinc quoque Dei vim commonstret. *Tribulationem patimur, inquit, sed non angustiamur: aporiamur, sed non destituimur:* hoc est, non ad extremum usque condidimus. Plerisque enim in locis dolemus, nec quod volumus assequimur, non sic tamen ut a propositis rebus excidamus: hæc quippe non eo permittit Deus ut vincamur, sed ut exerceamur. *Persecutionem patimur, sed non derelinquimur: dejicimur, sed non perimus.* Quamvis enim tentationes contingant, non ea tamen contingunt, quæ ex tentationibus oriri solent: idque per Dei potentiam et gratiam. Alibi autem hæc Deum idcirco permittit, tum ob ipsorum humilitatem, tum ad aliorum securitatem: *Ne enim insolentius efferar, inquit, datus est mihi stimulus (2. Cor. 12. 7); et rursus, Ne quis existimet de me supra id quod videt, et audit ex me (Ibid. v. 6); et alio loco, Ne fidentes simus in nobis ipstis (Ibid. 4. 9):* hic vero, Ut Dei potentia clucescat.

Ex tentationibus quantum lucrum. — Videsne quantum quæstus ex tentationibus redeat? Nam et Dei vim ostendebant, et gratiam amplius detegebant; *Sufficit enim tibi gratia mea (Ibid. 12. 9),* inquit; et ad humilitatem concitabant, alios compescebant, et illos tolerantiores efficiebant: *Patientia enim, inquit, probationem operatur, probatio spem (Rom. 5. 4).* Nam qui in quamplurima pericula inciderant, atque ex iis spe divina freti emergerant, hinc docebantur ut illi magis hærerent in omnibus. 10. *Semper mortificatio-*

nem Jesu in corpore nostro circumferentes, ut et vita Jesu manifestetur in corpore nostro. Quidam erat hæc mortificatio Domini Jesu, quam circumferebant? Mortes quotidianæ, per quas resurrectionis speciem edebatur. Nam si quis est, inquit, qui Christum mortem obiisse, atque resurrexisse non credat, in nos intueatur, qui singulis diebus morimur, atque ad vitam revocamur: ac tum resurrectioni fidem habeat. Viden' quomodo aliam adhuc tentationum causam invenerit? Quam tandem? *Ut et vita Jesu, inquit, manifestetur in corpore nostro;* in eo videlicet, quod nos e periculis extrahat. Ita fit, ut quod infirmitatis ac derelictionis speciem habet, hoc ipsius resurrectionem prædicet. Neque enim, si nullis molestiis afficeremur, perinde ipsius potentia declarata fuisset, ut nunc declaratur, cum patimur nec tamen vincimur. 11. *Etenim nos qui vivimus, in mortem tradimur propter Jesum, ut et vita Jesu manifestetur in nobis in carne nostra mortali.* Passim hunc morem tenet, ut cum quidpiam obscure dixerit, id rursus exponat: id quod hoc quoque loco fecit, illud quod dixerat apertius declarans. Propterea tradimur, inquit, hoc est mortificationem circumferimus, ut vitæ ipsius potentia perspicua fiat, non sinentis nimirum mortalem carnem tanta perpetlentem, malorum agmine vinci. Hoc aliter quoque accipi potest. Quomodo? Ut alio loco ait, *Si commoriamur, et convivemus (2. Tim. 2. 11).* Ut enim nunc ipsius mortem perferimus, atque ipsius causa vitam cum morte commutare volumus, ita etiam ipse extinctos ad vitam revocare tunc volet. Nam si nos e vita ad mortem venimus, ipse quoque e morte ad vitam nobis dux erit. 12. *Ergo mors in nobis operatur, vita autem in vobis.* Non jam de corporea morte loquens, sed de tentationibus et de quiete. Nos enim in periculis ac tentationibus versamur, inquit; vos autem in quiete vitam eam, quæ in periculis comparatur, percipitis: atque ea quidem, quæ cum periculo conjuncta sunt, ipsi sustinemus; at vos rebus secundis fruimini: neque enim pares tentationes suffertis. 13. *Habentes autem eundem spiritum fidei, sicut scriptum est: Credidi propter quod loquutus sum, et nos credimus propter quod et loquimur: 14. scientes quoniam qui suscitavit Dominum Jesum, et ipse suscitabit nos per Jesum.* Submonuit nos psalmi, insignem philosophiam complectentis, qui maxime possit in periculis excitare. Hæc enim verba vir justus pronuntiavit, cum in magnis periculis esset, et

θενία τοσαύτη πανταχοῦ τῆς γῆς ἐφουτεύθη; πότε χρημάτων ὑπεροψία καὶ ζωῆς καὶ τῶν ἄλλων ἀπάντων; Οἱ γὰρ μοχθηροὶ καὶ γόητες οὐδὲν τοιοῦτον ἀνύσαιεν, ἀλλὰ τάναντία ἅπαντα· οὗτοι δὲ ἀγγέλων ἡμῖν εἰσηγήσαντο πολιτεῖαν· οὐκ εἰσηγήσαντο δὲ μόνον, ἀλλὰ καὶ κατώρθωσαν, ἐν τῇ ἡμετέρᾳ, ἐν τῇ τῶν βαρβάρων, ἐν αὐταῖς τῆς γῆς ταῖς ἐσχάταις. Ὅθεν δῆλον ὅτι πάντα ἡ τοῦ Χριστοῦ πανταχοῦ δύναμις ἦνυσεν, ἡ πανταχοῦ λάμπουσα, καὶ ἀστραπῆς

ἀπάσης ὀξύτερον τὰς τῶν ἀνθρώπων καταυγάζουσα διανοίας. Ταῦτ' οὖν ἅπαντα λογισάμενοι, καὶ τῆς τῶν μελλόντων ὑποσχέσεως, τὰ γεγενημένα λαβόντες ἀπόδειξιν ἐναργῆ, προσκυνήσατε μεθ' ἡμῶν τὴν ἄμαχον τοῦ σταυρωθέντος ἰσχύον, ἵνα καὶ τὰς ἀφορητοῦς φύγητε κολάσεις, καὶ τῆς αἰώνιου βασιλείας ἐπιτύχητε· ἧς γένοιτο πάντας ἡμᾶς ἐπιτυχεῖν, χάριτι καὶ φιλανθρωπία, καὶ τὰ ἐξῆς.

ΟΜΙΛΙΑ Θ'.

Ἐν παρτί θλιβόμενοι, ἀλλ' οὐ στενοχωρούμενοι· ἀπερούμενοι, ἀλλ' οὐκ ἐξαπορούμενοι· διωκόμενοι, ἀλλ' οὐκ ἐγκαταλιμπανόμενοι.

α'. Ἐτι μένει δεικνύς, ὅτι τῆς τοῦ Θεοῦ δυνάμει ἔργον τὸ πᾶν ἐστί, καταστέλλων ἐκείνων τὰ φρονήματα τῶν καυχωμένων ἐφ' ἑαυτοῖς. Οὐδὲ γὰρ τοῦτο μόνον ἐστὶ, φησί, θαυμαστὸν, ὅτι ἐν ὄστρακίνοις σκεύεσι φυλάττομεν τὸν θησαυρὸν τοῦτον, ἀλλ' ὅτι καὶ μυρία πάσχοντες δεῖνὰ, καὶ πανταχοῦ περικρούμενοι, [498] τηρούμεν αὐτὸν, καὶ οὐκ ἀπόλλυμεν. Καίτοι εἰ καὶ ἀδαμάντινον σκεῦος ἦν, οὔτε θησαυρὸν τοσοῦτον βαστάσαι ἰσχύουσεν ἂν, οὐδ' ἂν πρὸς τοσαύτας ἤρκεσεν ἐπιβουλὰς· νῦν δὲ καὶ φέρει καὶ οὐδὲν πάσχει δεῖνὸν διὰ τὴν τοῦ Θεοῦ χάριν. Ἐν παρτί γὰρ θλιβόμενοι, φησὶν, ἀλλ' οὐ στενοχωρούμενοι. Τί ἐστίν, Ἐν παρτί; Ἐν τοῖς ἐχθροῖς, ἐν τοῖς φίλοις, ἐν τοῖς ἀναγκαίοις, ἐν ταῖς ἄλλαις χρεῖταις, ὑπὸ τῶν πολεμίων, ὑπὸ τῶν οἰκείων. Ἀλλ' οὐ στενοχωρούμεθα. Καὶ ὅρα πῶς πράγματα ἐναντία λέγει, ἵνα κἀντεῦθεν δείξῃ τοῦ Θεοῦ τὴν ἰσχύον. *Θλιβόμενοι γὰρ οὐ στενοχωρούμεθα*, φησὶν· ἀπερούμενοι οὐκ ἐξαπορούμεθα· τούτεστιν, οὐκ εἰς τέλος ἐκπίπτομεν. Ἀλγοῦμεν γὰρ πολλαχοῦ, καὶ ἀποτυγχάνομεν, ἀλλ' οὐχ οὕτως, ὥστε ἐκπεσεῖν τῶν προκειμένων· εἰς γυμνασίαν γὰρ ἡμῶν ἃ ταῦτα, οὐκ εἰς ἤτταν συγκεχώρηται παρὰ τοῦ Θεοῦ. *Διωκόμενοι, ἀλλ' οὐκ ἐγκαταλιμπανόμενοι· καταβαλλόμενοι, ἀλλ' οὐκ ἀπολλύμενοι*. Οἱ μὲν γὰρ πειρασμοὶ συμβαίνουσι, τὰ δὲ ἀπὸ τῶν πειρασμῶν οὐκέτι. Καὶ τοῦτο δὲ διὰ τὴν τοῦ Θεοῦ δύναμιν καὶ χάριν. Ἀλλαχοῦ δὲ φησὶ, καὶ διὰ τὴν αὐτῶν ταπεινοφροσύνην, καὶ διὰ τὴν ἐτέρων ἀσφάλειαν συγκεχωρησθαι ταῦτα· *Ἴνα γὰρ μὴ ὑπεραίρωμαι, ἐδόθη μοι σκόλοψ*, φησὶ· καὶ πάλιν, *Ἴνα μὴ τις λογίσηται εἰς ἐμέ ὑπὲρ ὁ βλέπει, καὶ ἀκούει τι ἐξ ἐμοῦ*· καὶ ἀλλαχοῦ πάλιν, *Ἴνα μὴ πεποιθότες ὦμεν ἐφ' ἑαυτοῖς*. Ἐνταῦθα μέντοι, Ἴνα φανῇ τοῦ Θεοῦ ἡ δύναμις.

Ὁρᾷς ὅσον τῶν πειρασμῶν τὸ κέρδος; Καὶ γὰρ τοῦ Θεοῦ τὴν δύναμιν ἐδείκνυ, καὶ τὴν χάριν ἀπεκάλυπτε μειζόνως· Ἀρκεῖ γὰρ σοὶ ἡ χάρις μου, φησὶ· καὶ εἰς ταπεινοφροσύνην ἤλειψε, καὶ τοὺς ἄλλους καταστέλλεσθαι παρεσκεύαζε, καὶ αὐτοὺς καρτερικωτέρους ἐιργάζετο· Ἡ γὰρ ὑπομονή, φησὶ, δοκιμὴν κατεργάζεται, ἡ δὲ δοκιμὴ ἐλπίδα. Οἱ γὰρ μυρίοις περιπεσόντες κινδύνους, καὶ ἐκ τῆς εἰς τὸν Θεὸν ἐλπίδος ἀνεγκλήντες, ἐπαιδεύοντο ταύτης

* *Legebatur* ἡμῶν.

ἔχεσθαι ἐπὶ πλείον ἐν πᾶσι. *Πάντοτε τὴν νέκρωσιν τοῦ Κυρίου Ἰησοῦ ἐν τῷ σώματι περιφέροντες, Ἴνα καὶ ἡ ζωὴ τοῦ Ἰησοῦ φανερωθῇ ἐν τῷ σώματι ἡμῶν*. Καὶ τί ἐστὶν ἡ νέκρωσις τοῦ Κυρίου Ἰησοῦ, ἦν περιέφερον; Οἱ θάνατοι· οἱ καθημερινοί, δι' ὧν καὶ ἡ ἀνάστασις ἐδείκνυτο. Εἰ γὰρ τις ἀπιστεῖ, φησὶν, ὅτι ἀπέθανεν Ἰησοῦς καὶ ἀνέστη, ἡμᾶς ὀρων τοὺς καθ' ἑκάστην ἡμέραν ἀποθνήσκοντας καὶ ἀνισταμένους, πιστευέτω λοιπὸν τῇ ἀναστάσει. Εἶδες πῶς καὶ ἐτέραν αἰτίαν εὗρηκε τῶν πειρασμῶν; Ποίαν δὲ ταύτην; *Ἴνα καὶ ἡ ζωὴ αὐτοῦ φανερωθῇ ἐν τῷ σώματι ἡμῶν*, φησὶ, τῷ ἐξαπαράξειν ἡμᾶς τῶν κινδύνων. Ὄστε τοῦτο, ὃ δοκεῖ ἀσθενείας εἶναι καὶ ἐγκαταλείψεως, τοῦτο αὐτοῦ κηρύττει τὴν ἀνάστασιν. Οὐ γὰρ ἂν οὕτως ἐφάνη, μὴδὲν πασχόντων ἡμῶν ἀηδὲς, ἡ δύναμις ἡ ἐκείνου, ὡς νῦν δείκνυται, πασχόντων μὲν, οὐ νικωμένων δέ. *Καὶ γὰρ ἡμεῖς οἱ ζῶντες εἰς θάνατον παραδιδόμεθα διὰ Ἰησοῦν, Ἴνα καὶ ἡ ζωὴ τοῦ Ἰησοῦ φανερωθῇ* [499] *ἐν ἡμῖν ἐν τῇ θνητῇ σαρκὶ ἡμῶν*. Πανταχοῦ γὰρ, ὅταν τι ἀσαφὲς εἴπῃ, ἑαυτὸν ἐρμηνεύει πάλιν· ὃ δὲ καὶ ἐνταῦθα ἐποίησε, τοῦτο, ὅπερ εἶπεν, ἐρμηνεύων σαφῶς. Διὰ τοῦτο γὰρ παραδιδόμεθα, φησὶ, τούτεστι, τὴν νέκρωσιν περιφέροντες, ἵνα ἡ δύναμις αὐτοῦ τῆς ζωῆς φανῇ, μὴ συγχωρόντος σάρκα θνητὴν τοσαῦτα πάσχουσαν, ὑπὸ τῆς νικᾶδος τῶν κακῶν νικηθῆναι. Καὶ ἐτέρως δὲ αὐτὸ ἐκλήπτειν. Πῶς; Ὡς ἀλλαχοῦ φησὶν, *Εἰ συναπεθάνομεν, καὶ συζήσομεν*. Ὄστε γὰρ τὸν θάνατον αὐτοῦ ὑπομένομεν νῦν, καὶ αἰρούμεθα ζῶντες ἀποθανεῖν δι' αὐτόν· οὕτω καὶ αὐτὸς αἰρήσεται ἀποθανόντας ζωογονῆσαι τότε. Εἰ γὰρ ἡμεῖς ἀπὸ ζωῆς εἰς θάνατον ἐρχόμεθα, καὶ αὐτὸς ἀπὸ θανάτου εἰς ζωὴν ἡμᾶς χειραγωγῆσει. Ὄστε ὁ θάνατος ἐνεργεῖται ἐν ἡμῖν, ἡ δὲ ζωὴ ἐν ὅμῃν. Οὐκέτι περὶ τοῦ θανάτου λέγων, ἀλλὰ περὶ πειρασμῶν καὶ ἀνέσεως. Ἡμεῖς μὲν γὰρ ἐν κινδύνους καὶ ἐν πειρασμοῖς, φησὶν, ὑμεῖς δὲ ἐν ἀνέσει, τὴν ἐκ τούτων τῶν κινδύνων καρποῦμενοι ζωὴν· καὶ τὰ μὲν ἐπικίνδυνα ἡμεῖς ὑπομένομεν, τῶν δὲ χρηστῶν ὑμεῖς ἀπολαύετε· οὐ γὰρ τοσοῦτους ὑπομένετε πειρασμοῦς. *Ἐχοντες δὲ τὸ αὐτὸ πνεῦμα τῆς πίστεως, κατὰ τὸ γεγραμμένον· Ἐπίστευσα, διὸ ἐλάλησα· καὶ ἡμεῖς πιστεύομεν, διὸ καὶ λαλοῦμεν*· ὅτι ὁ ἐργίας τὸν Κύριον Ἰησοῦν, καὶ ἡμᾶς διὰ Ἰησοῦ ἐγερεῖ. Ἀνέμνησεν ἡμᾶς ψαλμοῦ πολλὴν ἔχοντος φιλοσοφίαν, καὶ ἱκανοῦ μάλιστα ἐν κινδύνους ἀλείφειν. Τὴν γὰρ βῆσιν ταύτην ἐν μεγάλοις κινδύνους ὧν ὁ δίκαιος

ἐκεῖνος ἐφθέγγετο, καὶ ἐξ ὧν οὐκ ἦν ἄλλοις ἀνευγε-
κεῖν, ἢ διὰ τῆς τοῦ Θεοῦ βοηθείας.

β'. Ἐπεὶ οὖν τὰ συγγενῆ μάλιστα οἶδε παραμυθεῖ-
-σθαι, διὰ τοῦτο φησιν. *Ἐχοντες τὸ αὐτὸ πνεῦμα*
τουτέστιν, ἀπὸ τῆς αὐτῆς συμμαχίας, ἀφ' ἧς ἐκεῖνος
ἐσώθη, καὶ ἡμεῖς σωζόμεθα· ἀπὸ τοῦ πνεύματος, ἀφ'
οὗ ἐφθέγγετο, καὶ ἡμεῖς φθειρόμεθα. Ὅθεν δείκνυσι
πολλὴν τῇ Καινῇ πρὸς τὴν Παλαιὰν τὴν συμφωνίαν
οὔσαν, καὶ τὸ αὐτὸ πνεῦμα ἐν ἐκατέροις ἐνεργήσαν,
καὶ ὅτι οὐχ ἡμεῖς μόνον ἐν κινδύνοις, ἀλλὰ καὶ οἱ
παλαιοὶ πάντες, καὶ δεῖ πιστεῖν καὶ ἐλπίδι διορθοῦ-
σθαι, καὶ μὴ λύσιν εὐθέως ζητεῖν τῶν ἐπικειμένων.

Ἐπειδὴ γὰρ εἰδείξε διὰ τῶν λογισμῶν τὴν ἀνάστα-
σιν καὶ τὴν ζωὴν, καὶ ὅτι οὐκ ἀσθενείας οὐδὲ ἐγκα-
ταλείψεως ὁ κινδύνος· λοιπὸν καὶ τὴν πίστιν εἰσάγει,
καὶ αὐτῇ τὸ πᾶν ἐπιτρέπει. Ἄλλ' ὁμως καὶ αὐτῆς
ἀπόδειξιν παρέχεται τοῦ Χριστοῦ τὴν ἀνάστασιν, εἰ-
πὼν· ὅτι *καὶ ἡμεῖς πιστεύομεν, διὸ καὶ λαλοῦ-
μεν. Τί πιστεύομεν, εἰπέ μοι; Ὅτι ὁ ἐρηίρας Ἰη-
σοῦν, καὶ ἡμῶς ἐγερεῖ, καὶ παρυσήσει σὺν
ὑμῖν. Τὰ γὰρ πάντα δὲ ὑμῶς, ἵνα ἡ χάρις πλεονά-
σασα, διὰ τῶν πλειόνων τὴν εὐχαριστίαν περισ-
σύνῃ εἰς τὴν δόξαν τοῦ Θεοῦ. Πάλιν πληροῖ
φρονήματος αὐτοῦς, ἵνα μὴ ἀνθρώποις χάριν εἰδῶσι,
τοῖς ψευδαποστόλοις, λέγω. Τοῦ γὰρ Θεοῦ τὸ πᾶν, ὃς
βούλεται πολλοὺς χαρίσασθαι, ὥστε [500] μείζονα
ἐφθῆναι τὴν χάριν. Δι' ὑμᾶς γοῦν ἡ ἀνάστασις, καὶ
τὰ ἄλλα πάντα. Οὐ γὰρ ἐνδὸς ἔνεκεν μόνου ταῦτα
πεποιήκεν, ἀλλὰ πάντων. Διὸ καὶ οὐκ ἐκκακούμεν·
ἀλλ' εἰ καὶ ὁ *ἔξω ἡμῶν ἀνθρώπος διεφθείρεται,*
ἀλλ' ὁ ἔσω ἀνακαινοῦται ἡμέρα καὶ ἡμέρα. Πῶς
φθείρεται; Μαστιζόμενος, ἐλαυνόμενος, μυρία πά-
σχων δεινά. Ἄλλ' ὁ *ἔσω ἀνακαινοῦται ἡμέρα καὶ
ἡμέρα.* Πῶς ἀνακαινοῦται; Τῇ πίστει, τῇ ἐλπίδι, τῇ
προθυμίᾳ. Τὸ λοιπὸν δεῖ κατατολμᾶν τῶν δεινῶν.
Ὅσφ γὰρ ἂν μυρία πάσχη τὸ σῶμα, τοσοῦτ' χρηστο-
τέρας ἔχει τὰς ἐλπίδας ἢ ψυχὴν, καὶ λαμπρότερα
γίνεται, καθάπερ χρυσίον πυρούμενον ἐπὶ πλέον.
Καὶ ὅρα πῶς καθαρεῖ τὰ λυπηρὰ τοῦ παρόντος βίου.
Τὸ γὰρ *παραυτίκα ἐλαφρόν* τῆς θλίψεως, φησὶν,
*εἰς ὑπερβολὴν καθ' ὑπερβολὴν αἰώνιον βάρος δό-
ξης καταργάζεται, μὴ σκοπούντων ἡμῶν τὰ βλε-
πόμενα, ἀλλὰ τὰ μὴ βλεπόμενα.* Εἰς τὴν ἐλπίδα τὸ
πρᾶγμα κατακλείσας, καὶ ὅπερ ἐν τῇ πρὸς Ῥωμαίους
ἔλεγεν, ὅτι *τῇ ἐλπίδι ἐσώθημεν, ἐλπὶς δὲ βλεπο-
μένη οὐκ ἔστιν ἐλπὶς,* τοῦτο καὶ ἐνταῦθα κατα-
σκευάζων, τίθησι παράλληλα τὰ παρόντα τοῖς μέλ-
λουσι, τὸ παραυτίκα πρὸς τὸ αἰώνιον, τὸ ἐλαφρόν
πρὸς τὸ βαρὺ, τὴν θλίψιν πρὸς τὴν δόξαν. Καὶ οὐδὲ
τούτους ἀρκεῖται, ἀλλ' ἑτέραν τίθησι λέξιν, διπλα-
σιάζων αὐτήν, καὶ λέγων, *καθ' ὑπερβολὴν εἰς ὑπερ-
βολὴν.* Εἶτα καὶ τὸν τρόπον δείκνυσι πῶς ἐλαφρόν
τὸ τῶν τοσοῦτων θλίψεων. Πῶς οὖν ἐλαφρόν; *Μὴ
σκοπούντων ἡμῶν τὰ βλεπόμενα, ἀλλὰ τὰ μὴ
βλεπόμενα.* Οὕτω καὶ τοῦτο κοῦφον τὸ παρὸν, κά-
κενο μέγα τὸ μέλλον, ἂν τῶν ὀρωμένων ἀπαγάγωμεν
ἐαυτοὺς. *Τὰ γὰρ βλεπόμενα πρόσκαιρα.* Οὐκοῦν
καὶ αἱ θλίψεις τοιαῦται. *Τὰ δὲ μὴ βλεπόμενα αἰώνια.*
Οὐκοῦν καὶ οἱ στέφανοι τοιοῦτοι. Καὶ οὐκ εἶπεν, Αἱ*

θλίψεις τοιαῦται, ἀλλὰ, *τὰ βλεπόμενα πάντα, καὶ
κόλασις ἢ, καὶ ἀνάπαυσις·* ὥστε μῆτε ἐκεῖθεν χαυ-
νοῦσθαι, μῆτε ἐντεῦθεν βιάζεσθαι. Διὰ τοῦτο οὐδὲ
περὶ τῶν μελλόντων λέγων, εἶπεν, Ἡ βασιλεία αἰώ-
νιος, ἀλλὰ, *τὰ μὴ βλεπόμενα αἰώνια,* καὶ βασιλεία,
καὶ κόλασις ἢ πάλιν ὥστε καὶ ἐκεῖθεν φοβῆσαι,
καὶ ἐκεῖσε προτρέψασθαι. Ἐπεὶ οὖν τὰ βλεπόμενα
πρόσκαιρα, τὰ δὲ μὴ βλεπόμενα αἰώνια, πρὸς ἐκεῖνα
βλέπωμεν. Ποῖαν γὰρ καὶ σχοιῆμεν ἀπολογίαν, τὰ
πρόσκαιρα ἀντὶ τῶν αἰώνων αἰρούμενοι; Εἰ γὰρ καὶ
τὸ παρὸν ἡδύ, ἀλλ' οὐ διηνεκῆς· τὸ μέντοι ὀδυνηρὸν
αὐτοῦ, διηνεκῆς καὶ ἀσύγγνωστον. Ποῖαν γὰρ ἔξουσι
ἀπολογίαν οἱ πνεύματος καταξιωθέντες; καὶ τοσαύτης
ἀπολαύσαντες δωρεᾶς, καὶ χαμαίζηλοι γινόμενοι καὶ
καταπίπτοντες πρὸς τὴν γῆν; Καὶ γὰρ πολλῶν ἀκούει
λεγόντων τὰ καταγέλαστα ταῦτα ῥήματα· Δός μοι τὴν
σήμερον, καὶ λάβε τὴν αὔριον. Ἄν μὲν γὰρ τοιαῦτα
ἦ, φησὶν, οἶα καὶ φατε, ἐκεῖ, ἐν ἀνθ' ἐνὸς γέγονεν· ἂν
δὲ μὴδὲν ὄλωσ ἦ, δύο ἀντ' οὐδένος. Τί τῶν ῥημάτων
τούτων παρανομώτερον; τί δὲ [501] κληρωδέστερον;
Ἡμεῖς περὶ οὐρανοῦ διαλεγόμεθα, καὶ τῶν ἀπορρή-
των ἀγαθῶν ἐκεῖνων· καὶ σὺ τὰ τῶν ἵπποδρομιῶν
ἡμῖν ἄγεις εἰς μέσον, καὶ οὐκ αἰσχύνη οὐδὲ ἐγκα-
λύπτῃ τοιαῦτα φθειρόμενος, ἃ τῶν παραπαιόντων
ἐστίν; οὐκ ἐρυθρίθεις, οὕτω προσηλωμένος τοῖς πα-
ροῦσιν; οὐ παύσῃ παραφρονῶν καὶ ἐξεστηκώς, καὶ
ἐν νεότητι ληρῶν; Καὶ τὸ μὲν Ἑλληνας ταῦτα λέ-
γειν, οὐδὲν θαυμαστόν· τὸ δὲ πιστοὺς ἀνθρώπους
τοιαῦτα ληρεῖν, ποῖαν ἔχει συγγνώμην; Ὅλωσ γὰρ
ὑποπτέυεις τὰς ἀθανάτους ἐλπίδας ἐκείνας; ὄλωσ
νομίσεις ἀμφίβολα ταῦτα εἶναι; καὶ ποῦ ταῦτα ἄξια
συγγνώμης; Καὶ τίς ἤλθε, φησὶ, καὶ ἀπήγγειλε τὰ
αὐτόθι; Ἀνθρώπων μὲν οὐδεὶς, ὁ Θεὸς δὲ ὁ πάντων
ἀξιοπιστότερος ταῦτα ἀπεφήνατο. Ἄλλ' οὐχ ὄρθεις τὰ
ἐκεῖ; Οὐδὲ γὰρ τὸν Θεὸν βλέπεις; Ἄρ' οὖν οὐχ ἠγήσῃ
εἶναι Θεὸν, ὅτι μὴ ὄρθεις; Καὶ σφόδρα ἠγοῦμαι, φησὶν.

γ'. Ἄν οὖν σε ἔρηκαί τις τῶν ἀπιστῶν, καὶ τίς ἤλθεν
ἀπὸ τοῦ οὐρανοῦ, καὶ ταῦτα ἀπήγγειλε, τί εἶρεῖς; πό-
θεν οἶσθα ὅτι ἐστὶ Θεός; Ἀπὸ τῶν ὀρωμένων, φησὶν,
ἀπὸ τῆς εὐταξίας τῆς ἐν πάσῃ τῇ κτίσει, ἀπὸ τοῦ
πᾶσι εἶναι τοῦτο κατάδηλον. Οὐκοῦν καὶ τὸν περὶ
κρίσεως οὕτω δέχου λόγον. Πῶς; φησὶν· Ἐρήσομαι
σε· σὺ δὲ μοι ἀπόκρισαι. Δίκαιός ἐστιν οὗτος ὁ Θεός,
καὶ τὸ κατ' ἄξιον ἀπονέμει ἐκάστῳ· ἢ τοῦναντίον,
τοὺς μὲν ἀδίκους βούλεται εὐμερεῖν καὶ τρυφᾶν, τοὺς
δὲ ἀγαθοὺς ἐν τοῖς ἐναντίοις εἶναι; Οὐδαμῶς, φησὶν·
οὐδὲ γὰρ ἀνθρώπος τοῦτο πάθει. Ποῦ οὖν οἱ καλῶς
ἐνταῦθα πράξαντες, τῶν ἀγαθῶν ἀπολαύσονται; ποῦ
δὲ οἱ πονηροὶ τῶν ἐναντίων, εἰ μὴ μέλλοι τις ζωῆ μετὰ
ταῦτα καὶ ἀντίδοσις εἶναι; Ὅρθεις ὅτι ἐν ἀνθ' ἐνὸς
τέως, καὶ οὐχὶ δύο ἀνθ' ἐνός; Ἐγὼ δὲ σοι δεῖξω
προῖων, ὅτι οὐδὲ ἐν ἀνθ' ἐνός, ἀλλὰ δύο ἀνθ' ἐνός
ἔσται τοῖς δικαίοις, τοῖς δὲ ἀμαρτωλοῖς καὶ ἐνταῦθα
τρυφῶσι τοῦναντίον ἅπαν. Οἱ μὲν γὰρ ἐνταῦθα τρυ-
φήσαντες, οὐδὲ ἐν ἀνθ' ἐνός ἔλαβον· οἱ δὲ ἐν ἀρετῇ
διάγοντες, δύο ἀνθ' ἐνός. Τίνες γὰρ ἐν ἀνέσει, οἱ τῶν
παρόντων παραχρησάμενοι βίῳ, ἢ οἱ φιλοσοφῆσαντες;
Σὺ μὲν ἴσως ἐκεῖνος εἶρεῖς, ἐγὼ δὲ τούτους δείκνυμι,
μάρτυρας αὐτοῦς ἐκεῖνος καλῶν, τοὺς ἀπολελαυκῆτας

e quibus non aliunde, quam per divinam opem, emergere poterat.

2. Quoniam igitur quæ cognata sunt, magnam ad consolandum vim habere solent, idcirco dixit: *Habentes eundem spiritum*; id est, eodem subsidio freti, quo ille e periculo ereptus est, nos quoque servamur: ex eodem spiritu, quo ille loquutus est, nos quoque loquimur. Quibus verbis illud ostendit, miram esse inter Novum et Vetus Testamentum concordiam, atque eundem spiritum esse, qui in utroque vim suam exseruerit: illudque præterea, non nos solos in periculis versari, sed etiam veteres omnes; ob idque fide ac spe animos erigendos esse, nec urgentium malorum finem statim petendum.

Christi resurrectio, omnium resurrectionem probat. — Postquam enim rationibus resurrectionem ac vitam demonstravit, illudque insuper, pericula imbecillitatis ac desertionis argumentum non esse, deinceps jam fidem etiam invehit, eique omnia committit. Quamquam ipsam quoque ut probet, Christi resurrectionem in medium affert, cum ait: *Nos quoque credimus, propter quod loquimur.* Quid credimus, heus tu? *Quod is qui Christum suscitavit, nos etiam excitabit et constituat vobiscum.* 15. *Omnia enim propter vos, ut gratia abundans, per multos in gratiarum actione abundet in gloriam Dei.* Rursus animos eorum effert, ut non hominibus gratiam habeant, hoc est, pseudapostolis. Hoc enim totum Dei est, qui compluribus gratificari vult ut major gratia appareat. Propter vos quippe et resurrectio ipsius exstitit, et cætera omnia. Neque enim unius dumtaxat hominis causa hæc fecit, sed omnium. 16. *Propter quod non deficimus; sed licet is, qui foris est, noster homo corrumpitur, tamen is, qui intus est, renovatur de die in diem.* Quomodo corrumpitur? Cum flagris cæditur, exagitur, sexcentis acerbitatibus afficitur. *Is tamen, qui intus est, renovatur de die in diem.* Quo pacto renovatur? Fide, spe, animi promptitudine. Restat igitur, ut ad pericula intrepidum animum afferamus. Quo enim pluribus incommodis corpus divexatur, eo letiori spe animus fruitur, ac splendidior efficitur, non secus atque aurum, cui ignis diutius adhibetur. Ac vide quomodo præsentis vitæ molestias abstergat. 17. *Id enim quod in præsentia est momentaneum ac leve tribulationis nostræ, supra modum in sublimitate æternæ gloriæ pondus operatur in nobis.* 18. *non contemplantibus nobis quæ videntur, sed quæ non videntur.* Spe negotium conclusit, quodque in epistola ad Romanos dicebat: *Spes salvi facti sumus; spes autem quæ videtur non est spes (Rom. 8. 24):* hoc etiam hic adstruens, præsentia cum futuris componit: præsens cum æterno, leve cum gravi, tribulationem cum gloria. Ac ne hoc quidem contentus, alteram vocem adjungit, eamque conduplicat, cum ait: *Supra modum in sublimitate.* Deinde modum declarat, quo tot ac tantæ afflictiones leves efficiantur. Quonam igitur modo levantur? *Non contemplantibus nobis quæ videntur, sed quæ non videntur.* Ita nimirum et præsentis molestiæ leves, et futurum illud præmium ingens erit, si a visibilibus nos abduxerimus.

Quæ enim videntur temporaria sunt. Ergo et ejusmodi sunt afflictiones. *Quæ autem non videntur, æterna.* Igitur et coronæ quoque tales. Nec dixit, Tales sunt tribulationes, sed, *Quæ videntur omnia, sive supplicium dicas, sive quietem*: ut non sit cur aut hinc emolliaris, aut illinc frangaris. Quocirca nec de futuris verba faciens, dixit, *Regnum æternum*; sed, *Quæ non videntur, æterna sunt*, sive regnum sit, sive cruciatus: ut et hinc terrorem nobis incutiat, et illinc nos adhortetur. Cum igitur quæ videntur temporalia sint, quæ autem non videntur, æterna, ad hæc oculorum aciem intendamus. Ecqua enim nobis excusatio futura est, si fluxa sempiternis prætulimus? Nam etsi suave est quod præsens est, non est tamen perpetuum; at acerbitas, quæ ex hac suavitate nascitur, nec finem habet nec veniam. Quam enim excusationem habituri sunt, qui, cum spiritum acceperint tantoque beneficio affecti sint, abjectis tantum rebus incumbunt atque in terra collabuntur? Etenim complures audio qui ridiculis hisce verbis utuntur: Da mihi hodiernum diem, et tu crastinum sume. Nam si talis est in futuro ævo rerum status, qualem dicitis, unum pro uno fuerit: si vero ex iis nihil omnino est, duo pro nihilo erunt. Quid his vocibus sceleratius, quid demeritis fingi potest? Nos de cælo disscrimus, de arcanis et ineffabilibus illis bonis; et tu verba e circo petita in medium profers, nec pudore suffunderis ea proloquens, quæ mente captorum hominum sunt, nec erubescis, præsentibus rebus ita infixus? non desipere ac mento excedere desines, atque in juvenili ætate delirare? Quod si hæc verba ex gentilium ore mitterentur, nihil mirum esset: at vero fide præditos homines ejusmodi sermones effutire, quam tandem veniam mereri id queat? an spes illas immortales omnino suspectas habes? an hæc prorsus incerta esse censes? qua tandem venia hæc digna esse queant? Et quisnam, inquit, ad nos venit, ac quæ illic gerantur exposuit? Hominum sane nemo, sed Deus ipse, omnium fide dignissimus, hæc declaravit. Sed non vides res illas? Neque enim Deum cernis: quid ergo, an proinde Deum esse non existimabis, quia eum non vides? Et valde quidem existimo, inquit.

3. Igitur si quispiam ex infidelibus percontetur, Equis e cælo venit, atque hæc narravit: quid dicturus es? unde nosti Deum esse? Ab iis rebus quæ in aspectum cadunt, inquit, ab eo ordine, qui in rebus omnibus conditis elucet: hinc denique quod de eo inter omnes constat. Sic igitur sermonem quoque de extremo judicio excipe. Quo pacto? inquit. Percontabor te; tu vero responde. Justusne hic Deus, an cuique quod meretur tribuit; an contra sceleratos florere atque in deliciis versari vult, probos autem contraria habere? Minime, inquit: nam ne homini quidem hoc acciderit. Ubinam igitur, qui virtutem in hac vita coluerunt, bonis fruuntur? Ubinam rursus improbis pœna constituta erit, si nulla vita, nulla merces, aut pœna futura est? Videsne, quod unum pro uno adhuc est, et non duo pro uno? Ego vero illud tibi ostendam, ne unum quidem pro uno impro-

hoc habere, sed duo pro uno justis futurum esse, peccatoribus vero et deliciantibus contra omnino. Nam qui in hac vita se voluptatibus dederunt, ne unum quidem pro uno acceperunt: qui autem in virtute vitam ducunt, duo pro uno. Utri, quæso, in voluptate sunt, qui præsentis vita abusi sunt, an qui philosophiæ operam dederunt? Tu fortasse illos dices; ego autem hos esse ostendam, et quidem eos ipsos testes citans, quæis præsentibus bonis frui contigit: nec vero ita perfricta fronte erunt, ut adversus ea quæ dicturus sum, niti audeant. Nam et pronubas sæpe diris omnibus devoverunt, ipsamque diem quo thalami strati sunt, eosque felices prædicarunt, qui uxorem non duxerunt. Multi quoque juvenes, cum ineundi matrimonii potestas esset, non aliam ob causam abnuerunt, quam ob rei incommoda. Nec vero hæc eo a me dicuntur, ut matrimonium accusem; honorabile enim; sed eos, qui eo præpostere utuntur. Quod si ii qui matrimonium inierunt, acerbissimam plerumque hanc vitam esse judicarunt, quid de iis dicemus, qui in prostibulorum voraginem prolapsi sunt, ac captivo quovis servilius et miserius esse affecterunt? quid de iis, qui in deliciarum cæno computruerunt, ac sexcentis morbis corpus involverunt? At gloria pollere dulce est. Nihil hac servitute acerbius. Nam qui ita inanis gloriæ cupiditate captus est, ut quibuslibet placere studeat, mancipiis quibusvis servilior est: qui autem eam calcat, nec gloriam hominum curat, omnibus superior est. At opes habere est expetendum. Verum a nobis sæpe demonstratum est, eos magis divitiis et quiete frui, qui opibus vacui, nihil habent. Sed inebriari suave est. Et quis hoc dixerit? Quocirca si suavis est, inopem esse quam divitem, a matrimonio abstinere quam matrimonium subire, inanem gloriam aspernari quam appetere, a deliciis abhorreere quam deliciis studere: et hic plus habent ii qui præsentibus non sunt affixi. Hoc autem dico, quod vir quidem probus, tametsi innumeris tormentis excrucietur, habet tamen spem letam, quæ ipsum fulciat: improbus contra etiam si innumeris voluptatibus fruatur, habet tamen futuri supplicii metum, voluptatem ipsius perturbantem. Nam ne hic quidem supplicii modus parvus est; contrarius vero, voluptatis et oblectationis. Est etiam tertius modus præter hos duos. Quinam tandem? Quod hujusce vitæ deliciæ ne tum quidem apparent, cum adsunt, utpote quas et natura et tempus coarguat: illæ contra non modo sunt, sed firmæ quoque manent. Videntur quod non modo duo pro nullo, sed etiam tria, quinque, atque adeo sexcenta pro nullo ponere poterimus? Quod ut exemplo intelligas, dives ille ac Lazarus, ille præsentia, hic futura percepit. An porro unum et unum esse statuis per omne tempus puniri, atque ad exiguam horam fame vexari? in mortali corpore ægrotare, et in immortalis acerbum in modum igne cruciari? parvo illo morbo perfunctum, coronari et æternis postea deliciis circumfluere; aut post brevem fructum sempiternis postea suppliciis torqueri? et quis hæc dixerit? Quid vis ponamus? qua-

litemne an quantitatem? ordinem Dei aut sententiam de utroque latam? Quousque tandem scarabæorum in cæno semper sese volutantium verba loquimini? Neque enim hominum ratione præditorum est, animam, quæ tanti pretii est, pro re nullius momenti projicere, cum oporteret pro exiguo labore cælum capere.

Judicium futurum horrendum erit. — Visne ut aliunde te doceam, horrendum in altero ævo tribunal esse? Conscientiæ tuæ januam aperi, ac judicem in animo tuo velut pro tribunali sedentem intuere. Quod si tu, quamvis præpostero tui amore affectus, teipsum condemnas, nec iniquam sententiam ferre sustines; an non multo majori curæ jus Deo erit, atque incorruptum ille de omnibus judicium feret, nec temere hæc omnia ferri sinet? Ecquis tandem hoc dixerit? Nemo profecto: nam et Græci et barbari, et poetæ et philosophi, et omnes denique mortales in hoc nobiscum, etsi dispari modo, consentiunt, ac quædam in inferis tribunalia esse aiunt: usque adeo perspicua et indubitata hæc res est. Et cur, inquires, Deus hic non punit? Nimirum ut longanimitatem suam ostendat, nobisque per penitentiam viam ad salutem muniat, ac non universum mortalium genus funditus deleat, eosque qui per optimam vitæ mutationem salutem consequi poterant, priusquam ad eam perveniant, de medio tollat. Nam si de peccatis homines confestim pœnis ac morte afficeret, quomodo salutem accepisset Paulus, quomodo Petrus, principes illi, ac totius orbis magistri? quomodo David salutem ex penitentia percepisset? quomodo Galatæ, alique plures? Quamobrem nec ab omnibus in hac vita pœnas expetit, sed ex omnibus illis paucis tantum supplicia infert; nec rursus in altero ævo de omnibus pœnas sumit, sed de aliis hic, de aliis illic: ut et per eos, quos hic plectit, vel stupidissimos excitet, et per eos, quos impunitos sinit, illud efficiat, ut futura exspectemus. Annon vides plerosque hic pœnas luere, ut eos qui turris ruina oppressi sunt, ut eos quorum sanguinem Pilatus cum sacrificiis commiscuit, ut Corinthios eos qui ob indigne percepta mysteria præmaturam mortem obierunt, ut Pharaonem, ut Judæos, qui a barbaris trucidati sunt, ut plerosque alios, et tunc et nunc, et perpetuo? Rursus alii multi, nullis hic scelerum pœnis persolutis, e vita discesserunt: ut dives ille Lazari tempore, alique complures.

4. Hæc porro ideo facit, partim ut eos qui futura non credunt excitet; partim, ut eos, qui credunt ac segnitie laborant, diligentes reddat. Deus enim justus est iudex et fortis et longanimis, nec per singulos dies iram inducit. Quod si ipsius longanimitate abutamur, erit tempus, cum jam ne tantillo quidem tempore longanimitatem adhibebit, verum statim pœnam inferet. Ne itaque, dum ad unicum momentum (momenti enim instar est hæc vita) deliciis indulgere volumus, infinitorum sæculorum pœnam nobis accersamus; verum ad momentum potius laboremus, ut perpetuis coronis cingamur. Annon

των παρόντων· και οὐκ ἀνατιχυντήσουσι πρὸς ἃ μέλλω λέγειν. Καὶ γὰρ προμνηστρίους ἐπηράσαντο πολλάκις, καὶ τῇ ἡμέρᾳ καθ' ἣν ἐπλάκησαν αἱ παστάδες, καὶ τοὺς μὴ γεγαμηκότας ἐμακάρισαν. Πολλοὶ δὲ τῶν νέων, καὶ παρὸν αὐτοὺς γαμεῖν, δι' οὐδὲν ἕτερον παρητήσαντο, ἀλλ' ἢ διὰ τὸ φορτικὸν τοῦ πράγματος. Καὶ ταῦτα λέγω, οὐ τὸν γάμον διαβάλλων (τίμιος γάρ), ἀλλὰ τοὺς κακῶς αὐτῷ κεχρημένους. Εἰ δὲ οἱ γάμοις ὠμιληκότες ἀδίωτον πολλάκις τὸν βίον ἐνόμισαν, τί ἂν εἴποιμεν περὶ τῶν εἰς πορνικὰ βάραθρα κατενεχθέντων, καὶ παντὸς αἰχμαλωτοῦ δουλικώτερον [502] καὶ ἀθλιώτερον διατεθέντων; τί περὶ τῶν ἐν τρυφῇ κατασπέντων, καὶ μυρία τῶ σώματι νοσήματα περιβεβληκότων; Ἀλλὰ τὸ ἐν δόξῃ εἶναι ἡδύ. Οὐδὲν μὲν οὖν ταυτῆς τῆς δουλείας ἂ πικρότερον. Καὶ γὰρ πάντων ἀνδραπόδων μᾶλλον ἐστὶ δουλικώτερος ὁ κενόδοξος, καὶ τοῖς τυχοῦσιν ἀρέσαι βουλόμενος· ὁ δὲ ταύτην καταπατήσας, πάντων ἐστὶν ἀνώτερος, ὁ μὴ φρονίζων τῆς παρ' ἑτέρων δόξης. Ἀλλὰ τὸ χρήματα ἔχειν, ἐπέρασον. Ἀλλὰ πολλάκις ἀπεδείξαμεν, ὅτι ἐν κλειοῖσι πλοῦτι καὶ ἀνέσει οἱ τούτων ἀπηλλαγμένοι καὶ μηδὲν ἔχοντες, μᾶλλον εἰσιν. Ἀλλὰ τὸ μεθύειν ἡδύ. Καὶ τίς ἂν εἴποι τοῦτο; Οὐκοῦν εἰ τὸ μὴ πλουτεῖν τοῦ πλουτεῖν ἥδιον, καὶ τὸ μὴ γαμεῖν τοῦ γαμεῖν, καὶ τὸ μὴ κενοδοξεῖν τοῦ κενοδοξεῖν, καὶ τὸ μὴ τρυφᾶν τοῦ τρυφᾶν· καὶ ἐνταῦθα τὸ πλεον ἔχουσιν οἱ μὴ τοῖς πρῶσι προσηλωμένοι. Καὶ οὕτω λέγω, ὅτι ἐκεῖνος μὲν κἂν μυριάς βασιάνους κατατείνηται, ἔχει τὴν χρηστὴν ἐλπίδα διαδαστάζουσας αὐτόν· οὗτος δὲ κἂν μυρίας ἀπολαύῃ τρυφῆς, ἔχει τὸν φόβον τοῦ μέλλοντος ἐπιταράττοντα αὐτοῦ τὴν ἡδονὴν καὶ συγγέοντα. Καὶ γὰρ καὶ οὗτος οὐ μικρὸς τρόπος κολάσεως, ὥσπερ οὖν ὁ ἐναντίος, τρυφῆς καὶ ἀνέσεως. Καὶ τρίτος δὲ μετὰ τούτων ἐστὶ τρόπος. Ποῖος δὲ οὗτος; Ὅτι τὰ μὲν τῆς τρυφῆς τῆς βιωτικῆς, οὐδὲ ἡνίκα ἐστὶ, φαίνεται, τῇ τε φύσει καὶ τῷ χρόνῳ ἐλεγχόμενα· ἐκεῖνα δὲ οὐ μόνον ἐστὶν, ἀλλὰ καὶ ἀκίνητα μένει. Ὅρᾳς ὅτι οὐ δύο ἀντ' οὐδενὸς μόνον, ἀλλὰ καὶ τρία, καὶ πέντε, καὶ δέκα, καὶ εἰκοσι, καὶ μυρία ἀντ' οὐδενὸς δυνησόμεθα θεῖναι; Ἴνα δὲ ἐπὶ ὑποδείγματος αὐτὸ τοῦτο μάθης, ὁ πλούσιος καὶ ὁ Λάζαρος, ὁ μὲν τῶν παρόντων, ὁ δὲ τῶν μελλόντων ἀπέλαυσαν. Ἀρ' οὖν σοι δοκεῖ ἐν εἶναι καὶ ἐν, τὸ ἐν παντὶ τῷ χρόνῳ κολάζεσθαι, καὶ τὸ ἐν βραχείᾳ ὥρᾳ πεινῆν; τὸ νοσεῖν ἐν φθαρτῷ σώματι, καὶ τὸ ἐν ἀθανάτῳ χαλεπῶς ἀποτηγανίζεσθαι; τὸ στεφανοῦσθαι καὶ τρυφᾶν ἀθάνατα μετὰ τὴν μικρὰν ἀβρώστιαν ἐκείνην, καὶ τὸ βασανίζεσθαι ἀπέραντα μετὰ τὴν βραχείαν τῶν ὄντων ἀπόλαυσιν; καὶ τίς ἂν ταῦτα εἴποι; Τί γὰρ βούλει ὠμμεν; τὴν ποσότητα, τὴν ποιότητα, τὴν τάξιν τοῦ Θεοῦ, τὴν περὶ ἑκάτερον ψῆφον; Μέχρι τίνος τὰ κανθάρων φθέγγασθε βήματα, τῶν τῷ βορβόρῳ διηνεκῶς ἐγκαλινδουμένων; Οὐδὲ γὰρ ἀνθρώπων ταῦτα λογικῶν, ψυχῆν οὕτω τιμίαν ἀντ' οὐδενὸς προέσθαι, δέον ὀλίγου πόνου τοὺς οὐρανοὺς λαθεῖν.

Βούλει σε καὶ ἐτέρωθεν διδάξω, ὅτι ἐστὶν ἐκεῖ κρι-

* *Legebatur* ταύτης δόξης.

τήριον φεβερὸν; Ἄνοιξόν σου τὰς θύρας τοῦ συνειδότος, καὶ βλέπε τὸν ἐν τῇ διανοίᾳ σου καθήμενον δικαστήν. Εἰ δὲ σὺ σαυτὸν κατακρίνεις, καίτοι γε φίλαυτος ὢν, καὶ οὐκ ἂν ἀνάγκη μὴ δικαίαν τὴν κρίσιν ἐνεγκεῖν· οὐ πολλῶ μᾶλλον ὁ Θεὸς πολλὴν ποιήσεται τοῦ δικαίου πρόνοιαν, καὶ τὴν ἀδέκαστον περὶ πάντων οἴσει ψῆφον, ἀλλ' ἀπλῶς καὶ εἰκῆ πάντα φέρεσθαι ἔδασαι; Καὶ τίς ἂν ταῦτα εἴποι; Οὐκ ἐστὶν οὐδεὶς· ἀλλὰ καὶ Ἕλληνες καὶ βάρβαροι, καὶ ποιηταὶ καὶ φιλόσοφοι, καὶ πᾶν ἀνθρώπων γένος συμφωνοῦσιν ἐν τούτοις ἡμῖν, [505] εἰ καὶ μὴ ὁμοίως, καὶ φασιν εἶναι τινα δικαστήρια ἐν ἄδου· οὕτω φανερόν καὶ ὠμολογημένον τὸ πρᾶγμα ἐστὶ. Καὶ τίνος ἕνεκεν οὐκ ἐνταῦθα κολάζει; φησίν. Ἴνα τὴν μακροθυμίαν ἐπιδείξηται τὴν αὐτοῦ, καὶ τὴν ἐκ μετανοίας ἡμῖν παράσχη σωτηρίαν, καὶ μὴ τότε τὸ γένος ἡμῶν ἀνάρπαστον ἐργάσεται, τοὺς τε ἐκ μεταβολῆς ἀρίστης δυναμένους σωθῆναι μὴ προεξαρπάτη τῆς σωτηρίας. Εἰ γὰρ εὐθὺς ἐκόλαξε παρὰ τὰ ἀμαρτήματα καὶ ἀνήρει, πῶς ἂν ἐσώθη Παῦλος, πῶς δὲ Πέτρος, οἱ κορυφαῖοι τῆς οἰκουμένης διδάσκαλοι; πῶς ἂν ὁ Δαυὶδ τὴν ἀπὸ τῆς μετανοίας ἐκαρπώσατο σωτηρίαν; πῶς οἱ Γαλάται; πῶς ἕτεροι πλείους; Διὰ τοιούτου οὔτε πάντας ἐνταῦθα ἀπαιτεῖ δίκας, ἀλλ' ἐκ τῶν πάντων ἐνίου, οὔτε ἐκεῖ πάντας, ἀλλὰ τὸν μὲν ἐνταῦθα, τὸν δὲ ἐκεῖ, ἵνα καὶ τοὺς σφόδρα ἀναισθητοὺς διεγείρῃ δι' ὧν κολάζει, καὶ τὰ μέλλοντα προσδοκᾶν ποιήσῃ δι' ὧν οὐ κολάζει. Ἡ οὐχ ὄρᾳς ἐνταῦθα κολαζομένους πολλοὺς, οἷον ὡς τοὺς τῷ πύργῳ καταχωσθέντας, ὡς ἐκεῖνος ὢν τὸ αἷμα ταῖς θυσίαις ἀνέμιξεν ὁ Πιλάτος, ὡς τοὺς ἄνωγ θανάτῳ παρὰ Κορινθίους τελευτήσαντας διὰ τῶν μυστηρίων ἀναξίως μετασχέν, ὡς τὸν Φαραῶ, ὡς τῶν Ἰουδαίων τοὺς ὑπὸ τῶν βαρβάρων κατασφαγέντας, ὡς ἑτέρους πολλοὺς, καὶ τότε καὶ νῦν καὶ διηνεκῶς; Καὶ ἕτεροι δὲ πολλὰ ἀμαρτόντες, ἀπῆλθον μὴ δόντες ἐνταῦθα δίκην· ὡς ὁ πλούσιος ὁ ἐπὶ τοῦ Λαζάρου, ὡς ἕτεροι πολλοί.

δ'. Ταῦτα δὲ ποιεῖ, καὶ τοὺς διαπιστοῦντας τοῖς μέλλουσι διεγείρων, καὶ τοὺς πιστεῦοντας καὶ ῥαθυμοῦντας σπουδαιότερους ποίωιν. Ὁ γὰρ Θεὸς κριτῆς δικαίος καὶ ἰσχυρὸς καὶ μακρόθυμος, καὶ μὴ ὄργην ἐπάγων καθ' ἑκάστην ἡμέραν. Ἄν δὲ τῇ μακροθυμίᾳ παραχρησώμεθα, ἔσται καιρὸς, ὅτε οὐδὲ βραχὺ μακροθυμῆσαι λοιπὸν, ἀλλ' εὐθὺς ἐπάξει τὴν δίκην. Μὴ τοίνυν, ἵνα μίαν ῥοπήν τρυφήσωμεν (τούτο γὰρ ὁ παρών βίος), ἀπείρων αἰώνων ἐπισπασώμεθα κόλασιν, ἀλλὰ ῥοπήν πονήσωμεν, ἵνα διηνεκῶς στεφανωθῶμεν. Οὐχ ὄρατε, ὅτι καὶ ἐν τοῖς βιωτικοῖς οὕτως οἱ πλείους τῶν ἀνθρώπων ποιοῦσι, καὶ τὸν ὀλίγον πόνον αἰροῦνται ὑπὲρ τῆς μακρᾶς ἀναπαύσεως, εἰ καὶ τούναντιον αὐτοῖς ἐκβαίνει; Ἐνταῦθα μὲν γὰρ ἰσομοῖρα καὶ πόνων καὶ κέρδους· πολλάκις δὲ τοῦμπαλιν, ὁ μὲν πόνος ἀπειρος, ὁ δὲ καρπὸς ὀλίγος· ἢ οὐδὲ ὀλίγος· πολλάκις ἐπὶ δὲ τῆς βασιλείας ἀντιστρόφως, ὀλίγον μὲν τὸ ἐπίπονον, πολὺ δὲ τὸ ἡδύ καὶ ἀπειρον. Σκόπει δὲ ὁ γεωργὸς δι' ὅλου πονεῖ τοῦ ἔτους, καὶ πρὸς αὐτῷ τῷ τέλει τῆς ἐλπίδος ἐκπίπτει πολλάκις τοῦ καρποῦ τῶν πολλῶν πόνων. Ὁ κυβερνήτης πάλιν καὶ ὁ στρα-

τιώτης μέχρις ηλικίας ἑσάτης ἐν πολέμοις καὶ πόνοις, καὶ πολλάκις ἑκάτερος αὐτῶν ἀπῆλθεν, ὁ μὲν τοῦ πλοῦτου τῶν φορτίων, ὁ δὲ μετὰ τῆς νίκης καὶ τῆς ζωῆς αὐτῆς ἐκπεσών. Τίνα οὖν ἐξομεν [504] ἀπολογίαν, εἰπέ μοι, ἐν μὲν τοῖς βιωτικοῖς τὰ ἐπίπονα προτιμῶντες, ἵνα μικρὸν ἀναπαυσώμεθα, ἢ οὐδὲ μικρὸν (καὶ γὰρ ἄδηλος ἡ ἐλπίς) ἐν δὲ τοῖς πνευματικοῖς ἀντιστρόφως τοῦτο ποιοῦντες, καὶ ἄρατον κόλασιν ἐπισπόμενοι διὰ μικρὰν βῆρυμίαν; Διὸ κατακαλῶ πάντας ὑμᾶς ὅψε γοῦν ποτε ἐκ τῆς παραπληξίας ταύτης ἀνενεγκεῖν. Οὐδεὶς γὰρ ἡμᾶς ἐξαιρήσεται ἐν ἐκείνῳ τῷ καιρῷ, οὐκ ἀδελφός, οὐ πατήρ, οὐ παῖς, οὐ φίλος, οὐ γείτων, οὐκ ἄλλος οὐδεὶς· ἀλλ' ἂν ὑπὸ τῶν ἔργων προδοθῶμεν, πάντα οἰχθήσεται, καὶ ἀπολούμεθα πάντως. Πόσα ὁ πλούσιος ἐθρήνησεν ἐκεῖνος, καὶ τὸν πατριάρχην παρεκάλεσε, καὶ πεμφθῆναι τὸν Λάζαρον ἤτησεν; Ἄλλ' ἀκουσον τί πρὸς αὐτὸν ἔλεγεν Ἄβραάμ. *Χῶς μεταξύ ὑμῶν καὶ ἡμῶν, ὥστε μηδὲ βουλομένοις ἐξεῖναι διαθῆναι ἐκεῖ.* Πόσα παρεκάλεσαν αἱ παρθένοι ἐκεῖναι τὰς ὁμήλικας ὑπὲρ ὀλίγου ἐλαίου; Ἄλλ' ἀκουσον καὶ ἐκεῖναι τί λέγουσι. *Μήποτε οὐ μὴ ἀρκέσῃ ὑμῖν καὶ ἡμῖν* καὶ οὐδεὶς αὐτὰς ἔσχευεν εἰς τὸν νυμφῶνα εἰσαγαγεῖν. Ταῦτα δὴ λογιζόμενοι καὶ ἡμεῖς ἐπιμελώμεθα τῆς ἡμετέρας ζωῆς. Ὅσοις γὰρ ἂν εἴπῃς πόνους, καὶ ὅσας ἂν προσενέγκῃς τιμωρίας, οὐδὲν ἅπαντα ταῦτα ἔσται πρὸς τὰ μέλλοντα ἀγαθὰ. Τίθει γοῦν, εἰ βούλει, πῦρ καὶ σίδηρον καὶ θηρία, καὶ εἰ τί τούτων χαλεπώτερον· ἀλλ' ὅμως οὐδὲ σκιά ταῦτα πρὸς ἐκεῖνα τὰ βασανιστήρια. Ταῦτα γὰρ ὅταν σφοδρότερον ἐπιτεθῆ, τότε μάλιστα γίνεται κοῦφα, ταχέϊαν ποιοῦντα τὴν ἀπαλλαγὴν, τοῦ σώματος οὐκ ἀρκοῦντος καὶ εἰς σφοδρότητα καὶ εἰς μῆκος κολάσεως· ἐκεῖ δὲ οὐχ οὕτως, ἀλλ' ἀμφοτέρα συνέρχεται, καὶ παράτασις καὶ ὑπερβολή, καὶ ἐν τοῖς χρηστοῖς καὶ ἐν τοῖς λυπηροῖς. Ἔως οὖν ἐστι

καιρός, προφθάσωμεν τὸ πρόσωπον αὐτοῦ ἐν ἐξομολογήσει, ἵνα ἡμερον αὐτὸν ἴδωμεν τότε καὶ γαλήνῃν, ἵνα τὰς ἀπειληφόρους ἐκείνας δυνάμεις διαφυγώμεν. Οὐχ ὄρας τοὺς ἐνταῦθα στρατιώτας τοὺς τοῖς ἀρχοῦσι διακονουμένους, πῶς ἔλκουσι, πῶς δεσμοῦσι, πῶς μαστιγοῦσι, πῶς τὰς πλευρὰς διορύττουσι, πῶς λαμπάδας ταῖς βεζάνοις προσάγουσι, πῶς ἀποπέμνουσιν; Ἄλλὰ πάντα ταῦτα παίγνια καὶ γέλως πρὸς ἐκείνας τὰς τιμωρίας. Καὶ γὰρ πρόσκαιροι αὐταὶ αἱ κολάσεις· ἐκεῖ δὲ οὔτε ὁ σκώληξ τελευτᾷ, οὔτε τὸ πῦρ σβέννυται· καὶ γὰρ τὸ σῶμα ἀφθαρτὸν ἐστίν. Ἄλλὰ μὴ γένοιτο πεῖρα ταῦτα ἡμᾶς μαθεῖν, ἀλλὰ μέχρι βήματος στήναι ἡμῖν τὰ φοβερά· μηδὲ παραδοθῆναι τοῖς βασανισταῖς ἐκείνοις, ἀλλ' ἐνταῦθα σωφρονισθῆναι. Πόσα τότε ἐροῦμεν, ἑαυτῶν κατηγοροῦντες; πόσα ὀλοφροῦμεθα; πόσα οἰμώζομεν; Ἄλλ' οὐδὲν ὄφελος λοιπόν· ἐπεὶ οὐδὲ οἱ ναῦται, τοῦ πλοίου διαλυθέντος καὶ καταδύοντος, ὠφελῆσαι τι δύναντ' ἂν λοιπόν· οὔτε ἰατροί, τοῦ κάμνοντος ἀπελθόντος· ἀλλ' ἐροῦσι μὲν πολλάκις, ὅτι Τὸ καὶ τὸ ποιῆσαι ἐχρῆν, πάντα δὲ εἰκὴ καὶ μάτην. Ἔως μὲν γὰρ ἐκ τῆς διορθώσεως ἐλπίδες μένουσι, καὶ λέγειν ἅπαντα καὶ ποιεῖν χρεῖ· ἐπειδὴν δὲ μηκέτι κύριοι μηδενὸς ὄμεν, τοῦ παντός [505] διαφθαρέντος, εἰκὴ καὶ λέγεται πάντα καὶ γίνεται. Καὶ γὰρ καὶ Ἰουδαῖοι ἐροῦσι τότε, *Εὐλογημένος ὁ ἐρχόμενος ἐν ὀνόματι Κυρίου*· ἀλλ' οὐδὲν ταύτης ἀπόνασθαι δυνήσονται τῆς φωνῆς, εἰς τὸ τὴν κόλασιν διαφυγεῖν· ὅτε γὰρ εἶπε, οὐκ εἶπον. Ἴν' οὖν μὴ καὶ ἡμεῖς ἐπὶ τῆς πολιτείας τοῦτο πάθωμεν, ἐντεῦθεν ἤδη μεταβαλλώμεθα, ἵνα τὸ βῆμας τοῦ Χριστοῦ μετὰ παρρησίας παραστῶμεν πάσης· ἢς γένοιτο πάντας ἡμᾶς ἐπιτυχεῖν, χάριτι καὶ φιλανθρωπίᾳ τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, μεθ' οὗ τῷ Πατρὶ ἅμα τῷ ἁγίῳ Πνεύματι δόξα, καὶ τὰ ἕξῃς.

ΟΜΙΛΙΑ Γ'.

Οἶδαμεν γὰρ, ὅτι ἐστὶν ἡ ἐπίγειος ἡμῶν οἰκία τοῦ σκίηνου καταλυθῆ, οἰκοδομῆν ἐκ Θεοῦ ἔχομεν, οἰκίαν ἀχειροποίητον, αἰώνιον ἐν τοῖς οὐρανοῖς.

α'. Πάλιν τὴν προθυμίαν αὐτῶν διεγείρει διὰ τὸ πολλοὺς ἐπάγεσθαι πειρασμούς. Καὶ γὰρ εἰκὸς αὐτοὺς διὰ τὴν ἀπουσίαν τὴν αὐτοῦ, πρὸς τοῦτο ἀσθενεστέροισι γεγενῆσθαι. Τί οὖν φησιν; Οὐ δεῖ θαυμάζειν, ὅτι κακῶς πάσχουμεν, οὐδὲ θορυβεῖσθαι· καὶ γὰρ πολλὰ κέρδη ἐντεῦθεν καρπούμεθα. Καὶ τὰ μὲν ἔμπροσθεν εἶπεν, ὅσον, ὅτι καὶ νέκρωσιν τοῦ Ἰησοῦ περιφερόμεν, καὶ τῆς δυνάμεως αὐτοῦ ἀπόδειξιν παρεχόμεθα μεγίστην. *Ἴνα γὰρ, φησὶν, ἡ ὑπερβολὴ τῆς δυνάμεως ἢ τοῦ Θεοῦ· καὶ τῆς ἀναστάσεως τεκμήριον ἐκφέρομεν σαφές· Ἴνα γὰρ, φησὶν, ἡ ζωὴ τοῦ Ἰησοῦ σφαιρωθῆ ἐν τῇ θνητῇ σαρκὶ ἡμῶν.* Ἐπειδὴ δὲ μετὰ τούτων εἶπεν, ὅτι καὶ ὁ ἔσω ἡμῶν ἄνθρωπος βελτίων γίνεται οὕτως. *Εἰ γὰρ καὶ ὁ ἔξω ἡμῶν ἄνθρωπος*

διαφθείρεται, φησὶν, ἀλλ' ὁ ἔσω ἀνακαινοῦται ἡμέρα καὶ ἡμέρα· δεικνύς πάλιν, ὅτι τοσοῦτον χρησίμον τοῦτο τὸ μαστιζέσθαι καὶ ἐλαύνεσθαι, ἐπάγει λέγων, ὅτι ὅταν ὀλοσχερῶς τοῦτο γένηται, τότε τὰ μύρια ἀγαθὰ ἀναδρασθήσει τοῖς ταῦτα ὑπομεμενηκόσιν. Ἴνα γὰρ μὴ ἀκούων, ὅτι φθείρεται ὁ ἄνθρωπός σου ὁ ἔξω, ἀλήθης, λέγει, ὅταν παντελῶς τοῦτο γένηται, τότε μάλιστα χαρήσῃ, καὶ ἤξεις ἐπὶ βελτίονα λῆξιν. Ὡστε οὐ μόνον ἀγαθὸν οὐ δεῖ, ἐκ μέρους αὐτοῦ φθειρομένου νῦν, ἀλλὰ καὶ τὸ ὄλον τῆς φθορᾶς ταύτης ἐπιζητεῖν· αὕτη γὰρ σε μάλιστα εἰς ἀφθαρσίαν ἀγει· διὸ καὶ ἐπήγαγεν, *Οἶδαμεν γὰρ, ὅτι, ἐστὶν ἡ ἐπίγειος ἡμῶν οἰκία τοῦ σκίηνου καταλυθῆ, οἰκοδομῆν ἐκ Θεοῦ ἔχομεν, οἰκίαν ἀχειροποίητον, αἰώνιον ἐν τοῖς οὐρανοῖς.* Ἐπειδὴ γὰρ τὸν περὶ ἀναστάσεως γυμνάζει λόγον πάλιν, εἰς ἣν μάλιστα ἐνόσουν, προσλαμβάνει καὶ τὴν τῶν ἀκουόντων κρίσιν, καὶ οὕτως αὐτὸν κατασκευάζει· ἀλλ' οὐχ ὁμοίως ὡς ἔμπροσθεν,

cernitis in hujusce quoque vitæ negotiis bonam hominum partem id facere, ac brevem laborem diuturnæ quietis causa suscipere: tametsi sæpe contra res evenit, quam sperabant? Hic enim laborum ac quæstus æqua est portio; sæpe etiam infinitus est labor, fructus autem tenuis, ac sæpe ne tenuis quidem: atvero, cum de cælesti regno agitur, contraria est ratio: parvum enim laborem magna atque infinita jucunditas excipit. Perpende autem: agricola totum annum laborat, et in fine, spe et diuturnorum laborum fructu sæpe excidit. Rursus navis gubernator, et miles, ad extremam usque ætatem in bellis et laboribus versati, sæpe ita hinc excedunt, ut et ille mercium suarum opibus labatur, et hic vitam una cum victoria amittat. Equam ergo, te rogo, excusationem habituri sumus, qui cum in rebus fluxis ea, quæ cum labore conjuncta sunt, præferimus, ut parum conquiescamus, vel ne parum quidem (dubia quippe hæc spes est); in spiritualibus contrario omnino modo faciamus, ac propter exiguum ignaviam cruciatus qui nullis verbis explicari possint, nobis attrahamus? Quocirca vos omnes oro, ut tandem aliquando ex hoc stupore vos ipsos recipiatis. Nemo enim tum erit, qui nos e pœnis eximat, non frater, non pater, non filius, non amicus, non vicinus, non quisquam alius; sed, si nos opera nostra prodiderint, omnia pessum ibunt, ac prorsus de nobis actum erit. Quantos dives ille luctus emisit, quantis precibus a patriarcha contendit, ut Lazarum ad se mitteret? Verum audi quid responsi ab Abrahamo tulerit: *Chaos magnum inter vos et nos: ita ut ne ii quidem, qui volunt illuc transire, id possint* (Luc. 16. 26). Quam obnixis precibus virgines illæ cum æqualibus suis egerunt, ut parum olei acciperent? Verum audi quid ipsæ quoque dicant: *Ne forte non sufficiat nobis et vobis* (Matth. 25. 9); nec potuit quisquam eas in thalamum introducere. Hæc itaque animis nostris reputantes, nos quoque vitæ nostræ curam geramus. Nam quoslibet labores dixeris, quoslibet cruciatus admoveris, nihil hæc omnia erunt, si cum futuris bonis conferantur. Pone enim, si ita lubet, ignem et ferrum et belluas, ac si quid his acerbius est; hæc tamen præ tormentis illis ne umbræ quidem

sunt. Hæc quippe, cum vehementius adhibentur, tum potissimum levia efficiuntur, quod cito transeant, quod corpus ferendæ doloris acerbitati ac diuturnitati minime par sit. Atvero illic secus res habet: nam et longinquitas et incredibilis quædam magnitudo simul concurrunt, tam in rebus jucundis quam in acerbis. Proinde, quamdiu tempus est; præoccupemus faciem Domini in confessione, ut tum eum suavem ac placidum cernamus, ac minaces illas potestates effugiamus. Annon hos lictores conspicias, qui præfectis administram operam navant, quomodo trahant, quomodo vinciant, quomodo flagris afficiant, quomodo latera perfodiant, quomodo faces in tormentis admoveant, quomodo secent? Atqui hæc cuncta merus ludus ac risus sunt, si cum illis suppliciiis comparentur. Etenim hæc tormenta temporaria sunt; illic autem nec vermis moritur, nec ignis exstinguitur: corpus quippe tunc incorruptibile erit. Faxit autem Deus, ne hæc experimento discamus, sed intra verba hi terrores consistant, nec carnificibus illis tradamur, verum hic potius castigemur. Quantum verborum tum profundemus, nos ipsos accusantes! quos gemitus, quos singultus edemus! Sed tunc nihil inde fructus consequemur; quandoquidem et nauæ fracta ac depressa nave nihil prodesse possunt, nec medici exstincto ægroto; verum sæpe quidem dicent, quod hoc atque illud facere oportebat; sed frustra omnia atque incassum dicentur. Quamdiu enim per vitæ ac morum emendationem salutis spes adhuc maneat, nihil non dicere ac facere opus est: cum autem nulla jam res arbitrii nostri erit, re tota perdita et corrupta, tum frustra et dicentur omnia et fient. Nam et Judæi tum dicturi sunt, *Benedictus qui venit in nomine Domini* (Jonæ 12. 13): at nullum hujus vocis fructum capere poterunt, ut pœnam effugiant: cum enim hoc dicendum erat, non dixerunt. Ne ergo hoc quoque nobis in vita accidat, hic jam vitam in melius commutemus, ut ad Christi tribunal cum omni fiducia sistamur: quam utinam omnes consequamur per gratiam et benignitatem Domini nostri Jesu Christi, cum quo Patri et Spiritui sancto gloria, etc.

HOMILIA X.

CAP. 5. v. 1. *Scimus enim quoniam si terrestris domus nostra hujus tabernaculi dissolvatur, ædificationem ex Deo habemus, domum non manufactam, æternam in cælis.*

1. Rursus eorum alacritatem excitat, quia multæ ipsis tentationes inferebantur. Verisimile enim erat eorum animos ob ipsius absentiam debilitatos fuisse. Quid igitur ait? Nihil est quod miremur ac perturbemur ob calamitates eas, quibus afficimur: multa enim commoda hinc percipimus. Quorum alia quidem prius dixit, ut, quod mortificationem Jesu circumferamus, ac potentia ipsius specimen maximum exhibeamus; *Ut enim, inquit, sublimitas virtutis sit*

Dei; et perspicuum resurrectionis argumentum edimus; ut ex his verbis patet, Ut vita Jesu manifestetur in carne nostra mortali. Posteaquam autem illud præterea dixit, interiorum quoque nostrum hominem hoc pacto meliorem fieri; *Etsi enim, inquit, is qui foris est noster homo corrumpitur, is tamen qui intus est renovatur de die in diem; ostendens rursus quantum utilitatis afferat vapulare ac divexari, illud subjungit, quod cum plene atque integre hoc fit, tum innumera bona iis, qui hæc incommoda pertulerint, hinc pullulabunt. Etenim ne externum tuum hominem corrumpi audiens animo discrucieris, hoc asserit quod cum istud plene atque omnino acciderit,*

tum maxime gaudebis atque ad meliorem sortem venies. Itaque non modo non est dolendum, cum ille aliqua ex parte nunc corrumpitur; verum etiam, ut omni ex parte corrumpatur, expetendum est: hæc enim corruptio ad incorruptionem maxime te ducit: ac proinde hæc quoque subjungit, *Scimus enim quia si terrestris domus nostra hujus tabernaculi dissolvatur, ædificationem ex Deo habemus, non manufactam, æternam in cælis.* Quia enim resurrectionis doctrinam, in qua potissimum ægrotabant, rursus prosequitur, idcirco auditorum iudicium etiam assumit, eamque hoc pacto adstruit; non tamen perinde ut ante, sed velut ex altera occasione in eum sermonem ingressus: jam enim eorum errorem correxerat; atque, *Scimus quod si terrestris domus nostra hujus tabernaculi dissolvatur, ædificationem ex Deo habemus, domum non manufactam, æternam in cælis.* Sunt qui per terrestrem domum mundum hunc intelligant: ego vero his verbis corpus potius subindicari contenderim. Atque hic velim consideres, quomodo per nomina ipsa ostendat, quantum futura presentibus antecellant. Nam cum terrestrem dixisset, cælestem opposuit; cum tabernaculi domum, quo verbo fluxam et fragilem ipsius naturam declarat, æternam objecit: etenim tabernaculi nomen plerumque temporarium quiddam indicat: ac proinde aiebat Christus, *In domo Patris mei mansiones multæ sunt (Joan. 14. 2).* Quod si Scriptura quietem sanctorum tabernaculi nomine uspiam appellat, non simpliciter dicit tabernacula, sed cum addito: non enim dixit, *Ut vos recipiant in tabernacula,* sed, *In æterna tabernacula (Luc. 16. 9).* Jam vero cum dixit, *Non manufactam,* eam, quæ manu constructa est, subindicavit. Quid igitur, corpusne manu conditum est? Minime vero: sed vel domos manufactas designat; vel si non ita, domum tabernaculi corpus non manufactum vocavit. Non enim ad comparationem illud opposuit, sed encomia et laudes adjiciens. 2. *Nam et in hoc ingemiscimus, habitationem nostram, quæ de cælo est, superindui cupientes.* Quam habitationem? Corpus a corruptione alienum. Et cur nunc ingemiscimus? Quoniam illud longe melius est. De cælo autem ipsum esse ait, quia ab omni corruptione immune est. Non enim corpus e cælo ad nos delabitur, sed hoc vocabulo gratiam illinc manantem indicat. Quocirca tantum abest ut ob certum aliquod tentationum genus dolendum sit, ut etiam quodvis tentationum genus expetere debeamus: ac si diceret, *Ingemiscis ob persecutiones, et quia externus tuus homo corrumpitur?* imo *Ingemisce quod non majorem in modum hoc fiat, nec in totum corrumpatur.* Videsne quoniam pacto sermonem in contrarium verterit; ostendens ideo ingemiscendum esse, quod non confertim venerint, cum illi ingemiseant quod per partes veniant? Ideo jam corpus non tabernaculum appellat, sed habitationem; idque non sine magna ratione. Tabernaculum enim facile dissolvitur, illud autem perpetuo manet. 3. *Si tamen vestiti, non nudi inveniamur.* Hoc est, etiamsi corpus deposuerimus, non tamen sine corpore illic sistemur,

sed cum eodem incorruptibili effecto. Quidam dicunt, id quod admodum probo: *Si quidem vestiti, non nudi inveniamur.* Ne enim omnes ob resurrectionem confidant, ait, *Si tamen vestiti:* hoc est, incorruptibilitatem atque immortale corpus consequuti; *ac non nudi inveniamur,* gloria ac securitate. Id quod in superiore quoque ad Corinthios epistola dicebat, *Omnes quidem resurgemus, et in suo quisque ordine (1. Cor. 15. 23);* et, *Sunt corpora cælestia, sunt et terrestria (Ibid. v. 40).* Nam communis est omnium resurrectio, sed gloria non item communis est: verum alii cum honore, alii cum ignominia, alii ad regnum, alii ad pœnam resurrecturi sunt. Quod etiam ipsum hic indicavit, cum dixit, *Si tamen vestiti ac non nudi inveniamur.* 4. *Nam et nos, qui sumus in hoc tabernaculo, ingemiscimus gravati, eo quod nolumus exspoliari, sed supervestiri.*

2. Hoc rursum loco plene atque aperte hæreticorum ora obstruxit, cum ostendit, se non de alio atque alio corpore simpliciter verba facere, sed de corruptione atque incorruptione. Neque enim ea nobis ingemiscendi causa est, ut corpore liberemur (hoc quippe non exuere volumus); verum de corruptione, quæ ipsi inest, solvi properamus. Unde etiam dicit, *Nolumus corpus exuere, sed ipsum incorruptione supervestire.* Atque hæc verba mox exponit, *Ut absorbeantur, quod corruptibile est, a vita.* Quia enim molestum plerisque esse videbatur corpus deponere, atque cum omnium mortalium suffragiis pugnabat, dicens, *Ingemiscimus,* nolentes eo liberari, (si enim anima cum ab ipso disjungitur, in tanto luctu versatur, quorsum hoc ais, nos idcirco ingemiscere, quod non ab eo distrahamur?), ne igitur hæc ipsi objiciantur, occurrit et ait: *Non ego hoc dico, quod ob id ingemiscamus, ut corpus deponamus (nemo enim est, qui sine animi mœstitia ipsum deponat: quippe cum de Petro quoque dicat Christus, Tollent te, ac ducent quo non vis [Joan. 21. 18]);* sed ut immortalitatis veste ipsum superinduamus. Hoc enim est, per quod corpore gravamur, non quod corpore convestiti sumus, sed quod corruptibili et passibili corpore; nam hoc est quod nobis mœrorem affert: verum accedens vita corruptionem conficit atque absumit, non item corpus. Et quomodo hoc fit? inquit. Ne quæras, Deus hoc facit: ne curiose hoc exquiras. Unde etiam subject: 5. *Qui autem nos effecit in hoc ipsum, Deus.* Quibus verbis ostendit hæc jam olim decreta fuisse. Non enim nunc primum ita visum est Deo, sed cum a principio nos ex terra formavit, atque Adamum condidit. Nec vero eum in hoc condidit, ut moreretur, sed ut immortalem eum efficeret. Postea ut fidem dictis adstrueret, subjungit, *Qui etiam dedit nobis pignus Spiritus.* Nam et tunc in hunc finem hominem effinxit, et nunc per baptismum effecit, ejusque rei non parvum nobis pignus præbuit, nempe Spiritum sanctum. Frequenter autem pignoris vocabulo utitur, tum ut demonstraret se totius hujus rei debitorem esse, tum ut majorem fidem apud obtusiores verbis suis conciliet. 6. *Audentes igitur arripe*

lebratur. Quin illud quoque divini artificii erat, nimirum evangelii prædicationi aditum per contraria aperire. Sic enim cogita : Vincit erat Paulus? Id quoque ad evangelii commodum cedebat. *Quæ circa me sunt*, inquit, *magis ad profectum evangelii venerunt : ita ut plures e fratribus confidentes in vinculis meis, abundantius auderent sine timore verbum Dei loqui (Philipp. 1. 12. 14)*. Rursum in gloria versabatur? Hoc quoque rursum promptitudinem illis majorem afferebat. *Per infamiam et bonam famam*. Non enim ea solum quæ corpore excipiebat, forti animo perferebat, afflictiones, eaque omnia quæ recensuit, sed ea etiam, quæ animum solum perstringebant : neque enim hæc tumultus excitare consueverunt. Ipse quippe Jeremias, cum multas tentationes tulisset, ad has fatiscebat, et cum conviciis incasseretur, dicebat : *Non prophetabo, nec loquar ultra in nomine Domini (Jer. 20. 9)*. David etiam sæpe in probro se esse deplorat. Atque Isaias post alia multa pro hac re sic cohortatur : *Nolite timere opprobrium hominum, et despectum eorum ne metualis (Isai. 51. 7)*. Ac rursum Christus discipulis, *Cum dixerint*, inquit, *omne malum adversum vos, mentientia, gaudent et exultate quoniam merces vestra copiosa est in cælis (Matth. 5. 11. 12)*; et alio loco dicit, *Et exultate (Luc. 6. 25)*. Atqui non tantam mercedem constitueret, nisi ingens esset certamen. In cruciatibus enim corpus cum animo dolores partitur; hoc quippe habet dolor, ut et corpus et animum afficiat : at in probri animus solus vexatur. Multi certe his solis prostrati sunt, animæque suæ jacturam fecerunt. Atque ipsi Jobo vermicibus et ulceribus graviora ea probra fuere, quibus ab amicis oneratus fuit. Nihil enim est, nihil, inquam, est iis qui doloribus premuntur intolerabilis, quam oratio quæ illos mordeat. Quocirca cum periculis ac sudoribus hæc collocat, dicens, *Per gloriam et ignominiam*. Multi quippe, etiam ex Judæis, ne ea gloria in qua apud vulgus erant laberentur, fidem amplecti noluerunt. Timebant enim, non ne supplicio afficerentur, sed ne ex synagoga prosciberentur (Joan. 12. 42) : unde etiam dicebat Christus, *Quomodo potestis credere, qui gloriam ab invicem accipitis (Joan. 5. 4. 4)*? Ac multos cernere est, qui cum acerba omnia contempsissent, a gloria superati sunt. *Ut seductores et veraces*. Idem est cum illo, *Per infamiam et bonam famam*. Sicut qui ignoti et cogniti. Hoc idipsum est quod, *Per gloriam et ignominiam*. Quibusdam enim noti erant, ab iisque colebantur; quidam ne cognoscere quidem eos dignabantur. 9. *Quasi morientes, et ecce vivimus*. Ut morti obnoxii ac damnati : quod ipsum quoque ignominia erat.

4. Hoc porro dicebat, tum ut inenarrabilem Dei potentiam, tum patientiam suam declararet. Nam, quantum pene insidiatores est, mortui sumus, atque ita omnes existimant; at divina potentia factum est, ut ex periculis erepti simus. Postea cur hæc Deus permittat explanans, subjungit, *Ut castigati, et non mortificati*. Quibus indicat, ex tentationibus ingentem etiam ante ipsa præmia fructum ipsis exoriri,

hostesque vel invitos sibi utiles esse. 10. *Quasi tristes, semper autem gaudentes*. Exteri suspicantur nos in mœrore esse; at nos, quid ipsi existiment, haud attendimus, verum florentissima voluptate fruimur. Nec vero gaudentes solum dixit, sed addidit, *Semper*. *Semper enim gaudentes*, inquit. Ecquid igitur huic vitæ par esse queat, in qua, tot calamitatibus incurstantibus, auctior voluptas efficitur? *Sicut egentes, multos autem locupletantes*. Quidam aiunt hoc loco de spiritualibus opibus verba haberi; ego autem de iis quoque, quæ ad carnem attinent : nam et his novo quodam modo præditi erant, ut quibus omnium ædes paterent. Atque hoc perspicuum fecit ex eo quod deinceps ait, *Tamquam nihil habentes, et omnia possidentes*. Et qui fieri hoc potest? inquires. Imo qui contrarium fieri potest? Nam qui multa possidet, nihil habet; qui autem nihil habet, omnia possidet. Neque hic solum hoc usu venit, sed et in aliis rebus e contrariis contraria existunt. Quod si miraris quoniam modo fiat, ut qui rebus omnibus caret, cuncta habeat, hunc ipsum Paulum in medium adducamus, qui orbi terrarum imperabat, nec pecuniarum tantum, sed et oculorum omnium dominus erat : nam, *Si fieri potuisset*, inquit, *oculos vestros eruissetis, et mihi dedissetis (Gal. 4. 15)*. Hæc porro dicit, ut nos doceat ut ne ob vulgi opiniones turbemur, etiamsi nos impostores appellent, etiamsi nos ignorent, damnatos existiment, etiamsi in mœrore atque egestate versari putent et inopia premi, etiamsi, cum latisimus, mæsto animo esse dicant : quandoquidem nec cæcis perspicuus est solis splendor, nec insanis sapientium voluptas. Soli enim pii viri recti sunt rerum iudices, nec de iisdem quibus alii rebus vel gaudent vel anguntur. Nam si quis palæstræ rudis pugilem vulneribus affectum spectet ac corona redimitum, eum ob vulnera discrucari judicari, quod quantum ei corona voluptatem pariat ignoret. Eodem modo isti, quia quæ patimur norunt, ea autem ob quæ patimur nesciunt, non mirum si hæc sola suspecta habeant, ut qui certamina quidem et pericula perspiciant, præmia autem et coronas et certaminum causam non item. Quoniam ergo ea omnia erant, quæ Paulus possidebat, cum diceret, *Tamquam nihil habentes et omnia possidentes?* Mundana et spiritualia. Ille enim quem urbes velut angelum exciperent, ac pro quo effossos oculos tradere, pro quo cervices suas exponere parati multi essent, annou ille omnia eorum bona possidebat? Quod si spiritualia quoque perspicere libet, videbis eum in iis maxime locupletem. Nam qui in tanta omnium Regis amicitia versabatur, ut angelorum Dominus arcana sua ipsi imperaret : qui fieri poterat, quin omnes opibus anteiret, atque omnia possideret? Non enim alioqui dæmones ita ei cessissent; non ita dolores ac morbi fugam corripuissent. Proinde nos quoque, cum propter Christum malo afficimur, non modo fortem, sed etiam letum animum præbeamus : si jejunamus, perinde exsulemus ac si in voluptate essemus; si contumelias accipimus, ac si laudaremur choreas

agamus, si sumptus facimus, ita affecti simus, ac si quæstus faciamus; si pauperibus largimur, nos ipsos accipere arbitremur: nam qui non eo animo dat, nec facile dabit. Quare cum vis spargere, non id solum specta quod expendis, sed hoc etiam quod plura lucraris; et hoc prius quam illud. Nec vero in elemosyna solum, sed in omni quoque virtute, non laborum acrimoniam, sed præmiorum suavitatem, atque ante omnia Christum, qui certaminum causa est, tibi propone. Sic fiet, ut certamina impigre adeas, atque omnem vitæ cursum cum voluptate conficias. Neque enim quidquam est, quod tantam voluptatem afferat, ut animus sibi bene conscius. Propterea Paulus quidem, cum singulis diebus vexaretur, gaudebat et exultabat: nunc autem homines ne per somnium quidem horum aliquid perpetentes, dolent ac mœsti sunt, nullam aliam ob causam, quam quod philosophico animo præditi non sint. Alioqui enim exponas mihi velim quid sit quam-obrem luceas? an quia pauper es, ac rerum necessariorum inopia premeris? Ergo ideo potius lugendus es, non quia ploras nec quia eges, sed quia abjecto es animo; non quia nummis cares, sed quia nummos tanti æstimas. In singulos dies morte fungebatur Paulus, nec tamen plorabat, imo etiam lætabatur: cum perpetua fame luctabatur, nec dolebat, imo etiam gloriabatur.

5. At tu, quia totius anni proventus reconditos non habes, angeris teque affligis? Non mirum, inquis: ille enim de se tantum erat sollicitus; me vero et servi et liberi et uxor sollicitum tenent. Imo vero ille non rerum suarum tantum sollicitudinem gerebat, sed universi terrarum orbis: ac tu quidem pro unica domo sollicitudine afficeris; ille autem pro tot Jerosolymitanis pauperibus, pro Macedonicis, pro omnibus denique egenis qui ubique erant, nec minus pro iis qui ipsis largiebantur, quam pro iis qui accipiebant. Duplex enim ipsum in terrarum orbem cura tangebatur, nempe ut ve rebus ad vitam necessariis indigerent, et ut spiritualibus opibus abundarent. Nec vero tantum mœroris tibi afferunt filii fame laborantes, quantum ipsi fidelium omnium negotia. Quid dico fidelium? nam neque ab infidelium cura vacabat, verum ea ita conficiebatur, ut eorum loco anathema quoque fieri optaret: tu vero, ne si millies quidem fames inavesceret, pro ullo tamen homine mori velles. Ac tu quidem pro unica uxore in cura es; ille autem pro omnibus totius orbis Ecclesiis: *Sollicitudo enim mea*, inquit, *omnium Ecclesiarum* (2. Cor. 11. 28). Quousque ergo ludes, o homo, teipsum cum Paulo conferens? non tu hac tanta animi imbecillitate laborare desines? Collacrymandum enim est, non cum in paupertate sumus, sed cum peccamus: hoc quippe est, quod lacrymas meretur; nam alia risu digna sunt. At non hoc duntaxat mihi mœrori est, inquis, sed illud quoque, quod hic potentia præditus est, ego autem jaceo. Quid tum? ipse quoque Paulus ignobilis atque abjectus plerisque videbatur. Verum Paulus ille erat, inquis. Ergo non rerum natura, sed

animi imbecillitas hanc tibi mœstiam affert. Quocirca paupertatem noli deslere, verum te ipsum, qui ita affectus sis: imo vero teipsum ne desle, sed potius corrige, nec opes quærere, sed quod majorem quam infinite opes lætitiæ parit, consecrare, nempe philosophiam ac virtutem. Hæc enim si adsit, nihil nocet paupertas; si desit, nihil prosunt opes. Quid enim, oro te, utilitatis capiunt, qui opibus quidem affluunt, verum pauperes animos habent? Non tu tam miserum te ipsum censes, quam dives ille seipsum, quia non omnium opes habet. Quod si non perinde ut tu lamentatur, ipsius conscientiam explica, et lamentationes atque singultus videbis.

Opes quænam veræ sint. Pauperes divitibus felicitiores. — Vis tuas tibi opes ostendam, ut beatos eos existimare desinas, qui sunt locupletes? Vides hoc cælum, quam præclarum, quam ingens, quam sublimi loco situm? Hac ille pulchritudine nihilo amplius fruitur quam tu, nec te ille propellere, totumque sui juris efficere queat: ut enim propter illum est creatum, ita etiam propter te. Quid sol, splendidum hoc sidus ac rutilans, atque oculos nostros oblectans? annon communis hic quoque omnibus mortalibus patet, atque omnes æque, tam divites quam egentes, eo fruuntur? quid stellarum corona, quid lunæ orbis? annon omnibus æque concessa sunt? Imo vero, quod dictu mirabile est, nos, qui pauperes sumus, uberius iis fruimur quam illi. Etenim illi, mero ut plurimum obruti, atque in comessionibus altissimoque somno vitam degentes, ne hæc quidem sentiunt, ut qui sub tecto se teneant atque in umbra alantur: pauperes contra ea conditione sunt, ut nulli mortalium parem ex elementis voluptatem capiant. Quin si acrem ipsum, qui ubique fusus est, exploraveris, puriore utique eo atque uberiore pauperem frui perspicies. Nam et viatores et agricolæ lætius eo afficiuntur, quam qui in urbibus degunt; et si hos quoque spectes, lætius artifices, quam qui toto die perbacchantur. Nam quid de terra dicam? annon cunctis æque patet? Minime, inquis. Quid ita? Quoniam is, qui dives est et in urbe multa terræ jugera adeptus, longa pomœria exstruit, et in agris multas partes desecat. Quid ergo? an quia desecat, solus proinde iis fruitur? Haud sane, quamlibet adnitatur: fructus etenim in omnes distribuere cogitur, ac triticum, vinum et oleum tibi elaborat, ac nusquam non tibi inservit. Amplorum etiam septorum ac domiciliorum post incredibiles sumptus et labores atque ærumnas usum tibi comparat, exiguis a te pro hujusmodi ministerio nummis acceptis. Atque hoc et in balneis et in aliis omnibus rebus usu venire comperias, ut qui divites sunt, sumptibus, curis et laboribus conficiantur; qui autem opibus carent, paucis obolis hoc assequuntur, ut his omnibus cum summa securitate fruantur. Nec vero plus fructus e terra ad divitem redit: neque enim ille decem ventres implet, cum tu unum duntaxat. At exquisitoribus cibus ille vescitur? Sane quidem istud haud magna præstantia est: tamen hic quoque pauperem plus habere comperimus. Nam

διακενώμεθα· κτλ πένησι παρέγωμεν, λαμβάνειν νομίζωμεν· ὁ γὰρ μὴ οὕτω διδοὺς, οὐδὲ δώσει βλάβος. Ὅταν τοίνυν θέλης σκορπίσαι, μὴ τοῦτο ἔθης μόνον, ὅτι ἀναλίσκες, ἀλλ' ὅτι καὶ πλεονα κερδαίνεις, καὶ τοῦτο πρὸ ἐκείνου. Καὶ μὴ μόνον ἐπὶ ἐλεημοσύνης, ἀλλὰ καὶ ἐπὶ πάσης ἀρετῆς μὴ τὸ δριμύ τῶν πόνων, ἀλλὰ καὶ τὸ γλυκὺ τῶν ἐπάθλων λογίζου· καὶ πρὸ πάντων τὴν ὑπόθεσιν τῶν παλαισμάτων τὸν Κύριον ἡμῶν Ἰησοῦν· καὶ βλάβος ἐπιθήσῃ τῶν ἀγώνων, καὶ ἐν ἡδονῇ τὸν ἅπαντα βίωσῃ χρόνον. Οὐδὲν γὰρ οὕτω ποιεῖν ἡδονὴν εἴωθεν, ὡς συνειδὸς ἀγαθόν. Διὰ τοῦτο Παῦλος μὲν καθ' ἐκάστην κοπιόμενος τὴν ἡμέραν, ἔχαιρε καὶ ἠγάλλετο· οἱ δὲ νῦν, οὐδὲ ἕνα ὑπομένοντες τι τούτων, ἀλγοῦσι καὶ θρηνοῦσιν, οὐδαμῶθεν ἀλλοθεν, ἀλλ' ἢ ἐκ τοῦ μὴ φιλόσοφον ἔχειν γνώμην. Ἐπεὶ τίνος ἔνεκεν, εἰπέ μοι, ὁ θρῆνης, ὁ θρῆνης εἶ, καὶ τῶν ἀναγκαίων ἀπορεῖς; Οὐκοῦν διὰ τοῦτο σε μάλλον θρηνεῖν δεῖ, οὐχ ὅτι κλαίεις, οὐχ ὅτι πένης εἶ, ἀλλ' ὅτι μικροψυχος· οὐχ ὅτι χρήματα οὐκ ἔχεις, ἀλλ' ὅτι τοσοῦτου τὰ χρήματα τιμᾶς. Καθ' ἐκάστην ἡμέραν ἀπέθνησκε Παῦλος, καὶ οὐκ ἐκλαίεν, ἀλλὰ καὶ ἔχαιρε· λιμῶν ἐμάχετο διηγεκεῖ, καὶ οὐκ ἤλαγει, ἀλλὰ καὶ ἐκαλλωπίζετο.

ε'. Σὺ δὲ ὅτι μὴ πάντα ἔχεις τὰ τοῦ ἐναιουτοῦ κείμενα, ἀλγείς καὶ κόπτεις ἑαυτόν; Ναί, φησὶν· ἐκεῖνος γὰρ τὰ ἑαυτοῦ μόνον ἐμερίμνα, ἐγὼ δὲ καὶ ὑπὲρ οἰκετῶν, καὶ παίδων καὶ γυναικός. Ἐκεῖνος μὲν οὖν [527] μόνος τὰ ἑαυτοῦ οὐκ ἐμερίμνα, ἀλλὰ τὰ τῆς οἰκουμένης ἀπάσης· καὶ σὺ μὲν ὑπὲρ οἰκίας μίᾶς, ἐκεῖνος δὲ ὑπὲρ τῶν ἐν Ἱεροσολύμοις πενήτων τοσοῦτων ὄντων, ὑπὲρ τῶν ἐν Μακεδονίᾳ, ὑπὲρ τῶν πανταχοῦ πτωχεύοντων, ὑπὲρ τῶν διδόντων ἐκεῖνος οὐχ ἦττον, ἢ τῶν λαμβανόντων. Καὶ γὰρ διπλῆ ἦν αὐτῷ ἡ φροντίς ὑπὲρ τῆς οἰκουμένης, καὶ ὅπως τῶν ἀναγκαίων μὴ ἀποροίεν, καὶ ὅπως ἐν τοῖς πνευματικοῖς πλουτοῖεν. Καὶ οὐχ οὕτω σε λυπεῖ ἂ τὰ παιδία πεινῶντα, ὡς ἐκεῖνον τὰ τῶν πιστῶν πράγματα πάντα. Τί λέγεις τὰ τῶν πιστῶν; οὐδὲ γὰρ τῆς ὑπὲρ τῶν ἀπίστων φροντίδος ἐλεύθερος ἦν, ἀλλ' οὕτως ὑπὸ ταύτης ἐτήκετο, ὡς εὐχεσθαι καὶ ἀνάθεμα γίνεσθαι ὑπὲρ αὐτῶν· σὺ δὲ, κτλ μυριάκις ἐπικρατήσῃ λιμὸς, οὐκ ἂν ἔλοιό ποτε ἀποθανεῖν ὑπὲρ ὄτουοῦν. Καὶ σὺ μὲν ὑπὲρ γυναικός μίᾶς μεριμνᾶς, ἐκεῖνος δὲ ὑπὲρ πασῶν τῶν κατὰ τὴν οἰκουμένην Ἐκκλησιῶν. Ἢ γὰρ μερίμνά μου, φησὶ, πιστῶν τῶν Ἐκκλησιῶν. Μέχρι τίνος οὖν παίζεις, ἀνθρώπε, Παῦλε σαυτὸν παραβάλλων, καὶ οὐ παύσῃ τῆς πολλῆς ταύτης μικροψυχίας; Δακρύειν γὰρ, οὐχ ἔταν ἐν πενίᾳ ὤμεν, ἀλλ' ὅταν ἁμαρτάνωμεν, δεῖ τοῦτο γὰρ θρῆνων δεξιόν· ὡς τὰ γε ἄλλα καὶ γέλωτος. Ἄλλ' οὐ τοῦτο με λυπεῖ, φησὶ, μόνον, ἀλλ' ὅτι καὶ ὁ δεῖνα ἐν δυναστείᾳ, ἐγὼ δὲ ἄτιμος· καὶ ἀπερρίμμενος. Καὶ τί τοῦτο; καὶ γὰρ ὁ μακάριος Παῦλος ἄτιμος καὶ ἀπερρίμμενος εἶναι ἐδόκει τοῖς πολλοῖς. Ἄλλ' ἐκεῖνος Παῦλος ἦν, φησὶν. Οὐκοῦν οὐχ ἡ τῶν πραγμάτων φύσις, ἀλλ' ἡ τῆς γνώμης ἀσθένεια ποιεῖ σοι τὴν ἀθυμίαν. Μὴ τοίνυν τὴν πενίαν θρῆνει, ἀλλὰ σαυτὸν τὸν οὕτω διακεῖμενον· μάλλον δὲ μὴ σαυτὸν

θρῆνει, ἀλλὰ διόρθου, μὴδὲ χρήματα ζήτει, ἀλλ' ὁ μυρίων χρημάτων φαιδρότερος ποιεῖ, τοῦτο διώκει. φιλοσοφίαν καὶ ἀρετήν. Ταύτης μὲν γὰρ οὕσης, οὐδὲν πενίας βλάβος· ταύτης δὲ οὐκ οὕσης, οὐδὲν χρημάτων βρελος. Τί γὰρ βρελος, εἰπέ μοι, τῶν πλουτούντων μὲν, πενιχρὰς δὲ ἔχόντων ψυχὰς; Οὐχ οὕτω σὺ σαυτὸν ταλανίζεις, ὡς ἐκεῖνος ὁ πλούσιος ἑαυτὸν, ὅτι μὴ τὰ πάντων ἔχει. Εἰ δὲ μὴ κλαίει, καθάπερ σὺ, ἀνάπτυσεν αὐτοῦ τὸ συνειδὸς, καὶ ἔβη τοὺς θρῆνους καὶ τοὺς κωκυτούς.

Θέλεις σοι δεῖξω τὸν πλοῦτον τὸν σὸν, ἵνα παύσῃ μακαρίζον τοὺς ἐν χρήμασι πλουτοῦντας; Ὁρᾶς τουτοῖν τὸν οὐρανόν, πῶς μὲν καλὸς, πῶς δὲ μέγας, πῶς δὲ ἐφ' ὑψηλοῦ κεῖται; Τούτου τοῦ κάλλους οὐχὶ πλέον μὲν ἀπολαύει ἐκεῖνος, οὐδ' ἂν δυνηθεῖσθε σε παρῶσασθαι, καὶ αὐτοῦ ποιῆσαι τὸ πᾶν· ὡσπερ γὰρ δι' ἐκεῖνον γέγονεν, οὕτω καὶ διὰ σέ. Τί δὲ ὁ ἤλιος, τὸ φαιδρὸν τοῦτο ἄστρον καὶ τηλαυγές, καὶ τὰς βῆεις ἡμῶν εὐφραῖνον, οὐχὶ κοινὸς ἅπαι καὶ οὗτος πρόκειται, καὶ πάντες ἀπολαύουσιν ἐξ ἴσης αὐτοῦ, καὶ πλούσιοι καὶ πένητες; ἀλλ' ὁ τῶν ἄστρον στέφανος, καὶ ὁ τῆς σελήνης κύκλος, οὐχ ὁμοίως πᾶσιν ἀνέται; Μᾶλλον δὲ, εἰ δεῖ τι θαυμαστὸν εἰπεῖν, πλέον ἡμεῖς οἱ πένητες ἀπολαύομεν, ἢ ἐκεῖνοι. Ἐκεῖνοι μὲν γὰρ τὰ πολλὰ [528] μέθη βαπτίζόμενοι, καὶ ἐν κώμοις διὰγοντες καὶ ὑπνω βαθεῖ, οὐδὲ παραισθάνονται τούτων, ὑπρόφοιοι ὄντες καὶ σκιατροφεύμενοι· οἱ δὲ πένητες μάλιστα πάντων εἰσὶν οἱ τοῖς στοιχείοις ἐντροφῶντες τούτοις. Κτλ τὸν ἀέρα δὲ ἐξετάσης τὸν πανταχοῦ κεχυμένον, τὸν πένητα καθαρωτέρου καὶ πλείονος ἀπολαύοντα ἔβη. Καὶ γὰρ ὁδοιπόροι καὶ γεωργοὶ τῶν ἐν ἄστει μάλλον ἐντροφῶσι τούτοις, καὶ αὐτῶν πάλιν τῶν ἐν ἄστει τούτων πλέον οἱ χειροτέχναι τῶν δι' ἄλλης μεθούτων τῆς ἡμέρας. Τί δὲ ἡ γῆ, οὐχὶ κοινὴ πᾶσιν ἀνέται; Οὐχὶ, φησὶ. Πῶς τοῦτο λέγεις; εἰπέ μοι. Ὅτι ὁ πλουτῶν καὶ ἐν ἄστει πλεῖρα ἀπολαβὼν πλείονα, μακρὸς ἀνίσταται περιδύλους, καὶ ἐν ἀγροῖς πολλὰ ἀποτέμνεται μέρη. Τί οὖν, ἐπειδὴ ἀποτέμνεται αὐτὸς, αὐτῶν ἀπολαύει μόνος; Οὐδαμῶς, κτλ μυρία φιλονεικήσῃ· καὶ γὰρ τοὺς καρπούς εἰς ἅπαντας ἀναγκάζεται διανεμεῖν, καὶ σῆτον καὶ οἶνον καὶ ἔλαιον σοὶ γεωργεῖ, καὶ διακονεῖται σοὶ πανταχοῦ. Καὶ τῶν περιδύλων τῶν μακρῶν καὶ τῶν οἰκημάτων, μετὰ τὴν ἀφατον δαπάνην καὶ τοὺς πόρους καὶ τὰς τάλαιπωρίας, σοὶ παρασκευάζει τὴν χρῆσιν, ὀλίγον παρὰ σοῦ τῆς τοσαύτης διακονίας ἀργύριον λαβών. Καὶ ἐν βαλανεῖοις καὶ πανταχοῦ τὴ αὐτὸ συμβαῖνον ἴδοι τις ἂν· τοὺς μὲν πλουτοῦντας καὶ χρήμασι καὶ φροντίσι καὶ πόνοις δαπανωμένους, τοὺς δὲ πένητας ὀλίγων ὀβολῶν μετὰ ἀδείας ἅπαντα καρπούμενους ταῦτα. Καὶ πλέον οὐδὲν ἀπολαύει σου τῆς γῆς· οὐ γὰρ δὴ ἐκεῖνος μὲν δέκα γαστέρας, σὺ δὲ μίαν πληροῖς. Ἀλλὰ πολυτελεστέρων αὐτὸς μετέχει σιτίων; Μάλιστα μὲν οὐ πολλὴ τοῦτο πλεονεξία· πλὴν κἀνανταῦθ' αὐτὸν πλέον ἔχοντα εὐρήσομεν. Ἢ γὰρ ἡ πολυτέλεια αὕτη διὰ τοῦτο σοὶ ζηλωτὴ εἶναι δοκεῖ, ἐπειδὴ πλείονα ἔχει τὴν ἡδονήν· ἀλλ' αὕτη παρὰ τῷ

• *Legebatur* οὕτως ἔλυπε.

• *Legebatur* εἰ γάρ, *et infra* πλεονεκτή, *pro* πλεονεκτή.

τέντη πλείων, οὐχ ἔθονη δὲ μόνον, ἀλλὰ καὶ ὑγίαι·
κάν τούτῳ πλεονεκτεῖ μόνον ὁ πλούσιος, τῷ τὸ
σῶμα ἀσθενέστερον κατασκευάζειν, καὶ πλείονα
συνάγειν τὰς πηγὰς τῶν ἀρρώστημάτων. Τὰ μὲν
γὰρ τοῦ πένητος κατὰ φύσιν οἰκονομεῖται πάντα, τὰ
δὲ ἐκείνου διὰ τὴν ἀμετρίαν εἰς φθορὰν τελευτᾷ καὶ
ἀρρώστειαν.

ζ'. Εἰ δὲ βούλεσθε, καὶ ἐπὶ ὑποδείγματος αὐτὸ τοῦτο
κατιῶμεν. Εἰ γὰρ δέοι κάμινον ἀνάψαι, εἶτα ὁ μὲν
σηρικὰ ἱμάτια καὶ θόνας λεπτὰς καταβάλλοι πολλὰς
καὶ ἀπίρους, καὶ οὕτως αὐτὴν ἀνακαίει, ὁ δὲ ξύλα
δρυὸς καὶ πεύκης· τί πλέον ἔσχεν οὗτος ἐκείνου; Οὐ-
δέν· ἀλλὰ καὶ ἔλαττον. Τί δέ; (οὐδὲν γὰρ κωλύει καὶ
ἐτέρως τὸ αὐτὸ περιτρίβει ὑπόδειγμα) εἰ ὁ μὲν ξύλα
βάλλοι, ὁ δὲ σῶματα ὑποκαίει, ποῖα ἂν ἡδέως παρ-
έστης καμίνῳ, τῇ τῶν ξύλων, ἢ τῇ τῶν σωμάτων;
Ἐβδῆλον ὅτι τῇ τῶν ξύλων· ἐκείνη μὲν γὰρ κατὰ φύ-
σιν καίεται, καὶ ἡδὺ θέαμα τοῖς ὀρώσιν ἔστιν· αὐτὴ
δὲ τῇ κνίσσῃ καὶ τῷ ἰχώρῳ καὶ τῷ καπνῷ καὶ τῇ τῶν
ὀστέων δυσωδίᾳ πάντας ἂν ἀπελάσειεν. Ἐφριξας
ἀκούσας, καὶ ἐβδελύξω τὴν κάμινον; Τοιαῦται αἱ
[529] τῶν πλουσίων γαστέρες εἰσὶ. Πλείονα γὰρ ἐν
τούτοις σηπεδῶνα, ἢ ἐν τῇ καμίνῳ ἐκείνη εὐροί τις
ἂν, καὶ πνεύματα δυσώδη καὶ βέβρυχα ἀκαθάρατα,
τῷ πανταχοῦ καὶ ἐν ἐκάστῳ μορίῳ πολλὴν εἶναι τὴν
ἀπεψίαν διὰ τὴν πλησμονήν. Τοῦ γὰρ κατὰ φύσιν
θερμοῦ οὐκ ἀρκούντος ἅπαντα κατεργάσασθαι, ἀλλὰ
καταχωννυμένου, ἐπικίεται ἐκεῖνα ἄνωθεν καπνίζό-
μενα, καὶ πολλὴν ποιοῦντα τὴν ἀψίαν. Τίνι οὖν ἂν
τις παραβάλοι τὰς ἐκείνων γαστέρας; ἀλλὰ μὴ δυσ-
χεράνητε πρὸς τὸν λόγον, ἀλλ' εἰ μὴ ἀληθῆ λέγω, δι-
ελέγξατε· τίνοι οὖν ἂν τις αὐτὰς παραβάλοι; οὐδὲ γὰρ
ὀρκεῖ τὰ εἰρημένα δεῖξαι αὐτῶν τὴν ἀθλιότητα. Εὐρον
καὶ ἑτέραν εἰκόνα. Τίνα δὴ ταύτην; Καθάπερ ἐπὶ
τῶν ἀμαρῶν ἔνθα πολλοὶ οἱ φορυτοὶ κόπρου, χόρτου,

καλάμης, λίθων, πηλοῦ, συνεχεῖς ἐμφράξεις γίνονται,
καὶ ὑπερκεχῆται * λοιπὸν ἄνωθεν ἢ τοῦ βορβόρου
ρύμη· οὕτω καὶ ἐπὶ τῆς οὐτῶν κοιλίας συμβαίνει·
φραττεμένης γὰρ αὐτῆς κάτωθεν, ἄνωθεν ἀναδύζει·
τὰ πλείονα τῶν πονηρῶν τούτων βρυμάτων. Ἄλλ'
οὐκ ἐπὶ τῶν πενήτων οὕτως· ἀλλ' ὡς περ αἱ τὰ καθαρὰ
προχέουσαι ρεῖθρα πηγαί, καὶ κήπους ἀρδουσαι καὶ
παραδείσους, οὕτω καὶ αἱ τούτων γαστέρας εἰσὶ κα-
θαραὶ τῶν τοιούτων περιττευμάτων. Ἄλλ' οὐχ αἱ τῶν
πλουτούντων, μᾶλλον δὲ τρυφῶντων, τοιαῦται, ἀλλὰ
χυμῶν, φλεγμάτων, χολῆς, αἵματος διεφθορότος, βρύ-
ματος σεσηπότος, καὶ τῶν ἄλλων τῶν τοιούτων εἰσὶ
πεπληρωμένα. Διόπερ οὐδεὶς κἂν πρὸς βραχὺν ἀρκέ-
σει χρόνον διαπαντὸς ἐν τρυφῇ ζῶν, ἀλλ' ἐν ἀρρώ-
στιαῖς βιώσεται διηγεκεί. Διὸ καὶ ἡδέως ἂν ἡρόμην
αὐτοῦς, τίνας ἔνεκεν τὰ αἰτία δέδοται· ἵνα φθειρώμε-
θα, ἢ ἵνα τρεφώμεθα; ἵνα νοσῶμεν, ἢ ἵνα ὑγιαίνω-
μεν; ἵνα ἀσθενῶμεν, ἢ ἵνα ἰσχύωμεν; Εὐδῆλον ὅτι
διὰ τροφὴν καὶ ὑγίαν καὶ ἰσχύν. Τίνος οὖν ἔνεκεν εἰς
τοῦναντίον αὐτοῖς ἀποκέχρησθε, νόσον καὶ ἀσθένειαν
διὰ τούτων δημιουργούντες τῷ σῶματι; Ἄλλ' οὐχ ὁ
πένης, ἀλλ' ὑγίαν καὶ εὐρωστίαν καὶ ἰσχύν διὰ τῆς
λιτῆς ὠνεῖται τροφῆς. Μὴ δὴ κλαῖε διὰ πένιαν τὴν
ὑγείας μητέρα, ἀλλὰ καὶ ἀγάλλου· καὶ, εἰ βούλει
πλουτεῖν, καταφρόνει πλουτοῦ. Οὐ γὰρ τὸ χρήματα
ἔχειν, ἀλλὰ τὸ μὴ δεῖσθαι τοῦ ἔχειν, τοῦτο μάλιστα
εὐπορία. Ἄν τοῦτο κατορθώσωμεν, καὶ ἐνταῦθα τῶν
πλουτούντων πάντων εὐπορώτεροι ἐσόμεθα, καὶ ἐκεῖ
τῶν μελλόντων ἐπιτευξόμεθα ἀγαθῶν ὧν γένοιο
πάντας ἡμᾶς ἐπιτυχεῖν, χάριτι καὶ φιλανθρωπίᾳ τοῦ
Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, μεθ' οὗ τῷ Πατρὶ
ἅμα τῷ ἁγίῳ Πνεύματι δόξα, κράτος, τιμὴ, νῦν καὶ
ἀεὶ, καὶ εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰῶνων. Ἀμήν.

* *Legebatur* ὑπερκεχῆται.

[530] ΟΜΙΛΙΑ ΙΓ'.

Τὸ στόμα ἡμῶν ἀνέφηγε πρὸς ὑμᾶς, Κορίνθιοι, ἢ
καρδία ἡμῶν πεπλάτυνται. Οὐ στενοχωρεῖσθε
ἐν ἡμῖν, στενοχωρεῖσθε δὲ ἐν τοῖς σπλάγγνοις
ὑμῶν.

α'. Διηγησάμενος περὶ τῶν ἑαυτοῦ πειρασμῶν καὶ
θλίψεων· Ἐν ὑπομονῇ γὰρ, φησὶν, ἐν θλίψεσιν,
ἐν ἀνάγκαις, ἐν στενοχωρίαις, ἐν πληγαῖς, ἐν
συλλακαῖς, ἐν ἀκαταστασίαις, ἐν κόποις, ἐν
ἀγρυπνίαις· καὶ δεῖξας ὅτι μάγα ἀγαθὸν τὸ πρῶ-
γμα· Ὡς λυπούμενοι γὰρ, φησὶν, ἀεὶ δὲ χαί-
ροντες· ὡς πτωχοὶ, πολλοὺς δὲ πλουτεῖζοντες·
ὡς μηδὲν ἔχοντες, καὶ πάντα κατέχοντες· καὶ
ἅπαντα αὐτὰ εἰπών· Ὡς παιδευόμενοι γὰρ, φησὶ, καὶ
μὴ θανατούμενοι· καὶ τοῦ Θεοῦ τὴν πολλὴν κηδε-
μονίαν διὰ τούτων ἐμφάνας καὶ τὴν δύναμιν· Ἴτσι
γὰρ ἡ ὑπερβολὴ τῆς δυνάμεως ἢ τοῦ Θεοῦ, φησὶ,
καὶ μὴ ἐξ ἡμῶν· καὶ τοὺς ἀθλοῦς αὐτοῦ καταλέ-
ξας· Πάντοτε γὰρ τὴν νύκτωρ αὐτοῦ, φησὶ, περι-
φέρομεν· καὶ ὅτι ἀναστάσεως τοῦτο ἀπόδειξις σαφῆς·

Ἴσα γὰρ καὶ ἡ ζωὴ τοῦ Ἰησοῦ φανερωθῆ ἐν τῇ θη-
τῇ σαρκὶ ἡμῶν, φησὶ· καὶ ὧν γέγονε κοινωνός, καὶ
τίνα ἐπιστεῦθη· Ὑπὲρ Χριστοῦ γὰρ πρὸς ἐσέ-
μεν, φησὶν, ὡς τοῦ Θεοῦ παρακαλοῦντος δι' ἡμῶν·
καὶ τίνων ἐστὶ διάκονος, ὅτι οὐ γράμματός, ἀλλὰ
πνεύματος· καὶ ὅτι οὐ τούτῳ μόνον αἰδέσιμος, ἀλλὰ
καὶ τοῖς πειρασμοῖς· Τῷ Θεῷ γὰρ, φησὶ, χάρις τῷ
πάντοτε ἡμᾶς θριαμβεύοντι· μέλλει λοιπὸν αὐτοῖς
καὶ ἐπιτιμῆν, ὡς οὐ σφόδρα περὶ αὐτὸν διακειμένους.
Ἄλλὰ μᾶλλον, οὐκ εὐθέως ἐπὶ τοῦτο ἔρχεται, ἀλλὰ
πρότερον τὰ περὶ τῆς ἀγάπης εἰπών, ἦν περὶ
αὐτοῦς ἐπεδείκνυτο, τότε ἐμβαίνει καὶ εἰς τὸν περὶ
τούτων λόγον. Εἰ γὰρ καὶ ἀπὸ τῶν οικείων κατορ-
θωμάτων αἰδέσιμος ὁ ἐπιτιμῶν εἶη, ἀλλ' ὅμως δεῖαν
καὶ τὴν φιλίαν, ἦν ἔχει πρὸς τοὺς ἐγκαλουμένους,
ἐπιδείξεται, ἀνεπαχθέστερον ποιεῖ τὸν λόγον. Διὰ
τοῦτο καὶ αὐτὸς ἀπὸ τῶν πειρασμῶν καὶ τῶν ἰδρώ-
των τῶν ἑαυτοῦ καὶ τῶν ἀγῶνων ἐκθᾶς, εἰς τὸν περὶ
τῆς ἀγάπης μεταβαίνει λόγον, καὶ οὕτως αὐτῶν καθ-

profusa illa et exquisita vitæ ratio ideo tibi beata et expetenda esse videtur, quod majore voluptate perfusa sit; sed amplior voluptas penes pauperem est, nec solum voluptas, sed etiam sanitas; atque in hoc solo superior est dives, quod imbecillius sibi corpus efficiat, ac plures morborum fontes colligat. Quidquid enim pauper edit, modo rationi consentaneo administratur; quidquid autem dives, quia modum excedit, in corruptionem desinit et morbum.

6. Quod si placet, exemplo istud ipsum perspicimus. Si rogos accendendus sit, atque ille quidem sericas vestes et permulta tenui filo contexta lintea injiciat, atque ita eum accendat, hic contra quercæ et picea ligna, quid amplius ille habet quam hic? Nihil sane; imo inferius etiam quidpiam. Quid vero? (nihil enim prohibet quominus idem exemplum alio modo invertamus) si alter ligna, alter corpora exurenda in rogos injeecerit, utri tandem rogo lubentius affueris, huicne qui lignis, an ei qui corporibus inflammatus sit? Liqueat profecto quod ei qui lignis incensus sit: ille enim, ut naturæ consentaneum est, ardet, ac jucundum spectaculum præbet; hic contra ejusmodi est, qui nidore et saue ac fumo et ossium foetore omnes procul abigat. Cohorruisti ad hæc verba, atque rogos hunc execraris? Tales utique sunt divitum ventres: majorem in illis, quam in illo rogo putredinem quis reperiat; ut foetidos halitus et impuras defluxiones, quod toto corpore atque in singulis partibus ingens ob saturitatem cruditas existat. Nam cum naturalis calor conficiendis omnibus cibis haud par sit, verum is obruat, urgent illi, fumum rursus excitantes, atque ingentem molestiam afferentes. Cuinam igitur rei eorum ventres conferre quis possit? ac velim ne vos offendat quod dicturus sum; verum si falsa loquar, orationem meam refutate: cuinam, inquam, rei ejusmodi ventres conferre quispiam possit? neque enim quæ diximus, ad declarandam eorum miseriam sufficiunt. Alteram rur-

sum imaginem reperi. Quam tandem? Quemadmodum in cloacis, in quibus magna est stercoris, sæni, stipulæ, lapidum ac luti colluvies, crebræ obstructions oriuntur, ex quibus fit tandem ut cœnum ad superiores partes sese diffundat: ita etiam in horum ventre usu venit: eo quippe ab inferiori parte obstructo, malæ illæ defluxiones magna ex parte ad superiores partes regurgitant. At apud pauperes secus res habet. Ut enim fontes, qui puros latices fundunt, atque hortos et prata irrigant, ita horum quoque ventres ab his excrementis puri sunt: cum contra divitum, vel potius delictis studentium ventres humoribus noxiis, pituita, bile, corrupto sanguine, putrique defluxione aliisque hujusmodi rebus pleni sint. Ex quo fit, ut ne ad breve quidem tempus incolumis quis perstare possit, qui semper in delictis vivat, verum in perpetuis morbis versetur. Quocirca lubens ex istis scisciter, quam ob causam cibi nobis concessi sint: ut intereamus, an ut aliamur? ut adversa valetudine laboremus, an ut sani simus? ut imbecilles simus, an ut firmi ac robusti? Perspicuum est quod alimonie, sanitatis, viriunque tuendarum causa dati sint. Cur ergo iis in contrarium abutinini, morbos atque imbecillitatem per eos corpori procurantes? Contra pauper frugali ac tenui cibo valetudinem, corporisque firmitatem ac robur sibi comparat. Proinde ob paupertatem, sanitatis parentem, ne lacrymare, sed potius exsulta; et si tibi divitiæ cordi sunt, divitias contemne. In hoc enim potissimum opes positæ sunt, non ut quis divitias habeat, sed ut ne habere quidem curet. Id quod si adepti fuerimus, et hic divitibus omnibus copiosiores erimus, et illic futura bona consequemur: quæ utinam consequamur, per gratiam ac benignitatem Domini nostri Jesu Christi, cui cum Patre et Spiritu sancto gloria, imperium, honor, nunc et semper, et in sæcula sæculorum. Amen.

HOMILIA XIII.

CAP. 6. v. 11. *Os nostrum patet ad vos, o Corinthii, cor nostrum dilatatum est.* 12. *Non angustiamini in nobis, angustiamini autem in visceribus vestris.*

1. Postquam tentationes suas et afflictiones exposuit; *In patientia* enim, inquit, *in ærumnis, in necessitatibus, in angustiis, in plagis, in carceribus, in incertis sedibus, in laboribus, in vigiliis;* atque ingens id bonum esse ostendit; *Sicut tristes* enim, inquit, *semper autem gaudentes; sicut egentes, multos autem locupletantes; tamquam nihil habentes, et omnia possidentes:* tum etiam arma ea esse dixit; *Ut castigati* enim, ait, *et non mortificati;* atque insuper magnam Dei erga nos curam ac potentiam per ea declaravit; *Ut* enim, inquit, *sublimitas virtutis sit Dei, et non ex nobis:* ac præterea certamina quoque sua enumeravit; *Semper enim, inquit, ipsius mortificationem circumferimus:* illudque item addidit, ea perspicuum resurrectionis argumentum esse; *Ut enim et vita Jesu,* inquit, *manifestetur in carne nostra mortali:* ad hæc quarum

rerum particeps existerit, quæque ipsius fidei commissa fuerint; *Pro Christo* enim *legatione fungimur,* inquit, *tamquam Deo per nos exhortante:* atque insuper quarum rerum minister sit, nimirum non literæ, sed spiritus: ac denique quod non eo tantum nomine venerandus sit, sed etiam ob tentationes; *Deo* enim, inquit, *gratia, qui nos semper triumphat:* jam ad eos objurgandos se accingit, ut parum sui studiosos. Nec ad hoc statim orationem confert, verum id prius agit, ut suam erga eos dilectionem ostendat, atque ita demum in hujusmodi sermonem ingreditur. Nam etsi a rebus præclare gestis venerabilis est is qui increpat, attamen cum amicitiam exhibet erga eos quos corripit, tolerabiliorem sermonem reddit. Ideo ipse quoque Paulus e tentationibus suis ac sudoribus et certaminibus egressus, ad sermonem de caritate transit, et sic illos objurgat. Quænam ergo suæ eos caritatis argumenta offert? *Os nostrum patet ad vos, o Corinthii.* Et quodnam caritatis argumentum hoc est? aut

quid omnino hæc sibi verba volunt? Non sustinemus, inquit, silentio ad vos uti, sed continenter vos alloqui atque orationem ad vos habere gestimus: qui amantium mos est. Nam quod in corpore sunt manuum complexus, hoc in animo est sermonis commercium. Ad hoc etiam aliud subindicatur. Quid illud? Apud vos, inquit, quos carissimos habemus, cuncta libere loquimur, nihil dissimulantes aut reservantes. Quoniam enim jam objurgaturus est, idcirco veniam petit; illud ipsum, quod eis libere objurget, ingentis sui erga eos amoris documentum esse statuens. Jam ipsa quoque nominis adjectio magnæ amicitiae ac ferventis affectus specimen habet: nam et eorum quos amamus nuda nomina nobis identidem in ore versari solent. *Cor nostrum dilatatum est.* Quemadmodum enim id, quod calorem affert, dilatare solet: ita etiam caritatis munus est dilatare: calida quippe ac fervens est virtus. Hæc os quoque Pauli aperiebat, et cor dilatabat. Neque enim ore tantum amo, inquit; verum etiam cor ipsum in amore consonat: ideo cum fiducia loquor, toto ore, ac tota mente.

Pauli amor erga omnes quantus. — Non enim Pauli corde quidquam latius erat, quod pios omnes, perinde atque amasius quispiam, adeo arcto amore complectebatur, non sese scindente ipsius amicitia et imbecillitatem contrahente, sed integra in unoque manente. Et quid mirum talem ipsius in pios viros animum fuisse, cum etiam in infidelibus cor ipsius universum terrarum orbem amplecteretur? Ideo non dixit, Amo vos, sed, quod majorem emphasim habet, *Os nostrum patet, cor nostrum dilatatum est*; omnes intus habemus: ac ne id quidem utcumque, sed cum ingenti amplitudine. Nam qui amatur, in intimo amantis corde sine ullo metu obambulat: idcirco ait, *Non angustiamini in nobis, angustiamini autem in visceribus vestris.* Objurgationem vide non parva indulgentia temperatam: id quod magnopere amantium est. Non dixit, Vos me non amatis, sed, Non pari modo: neque enim vult asperius eos insectari. Ac passim cernere est quomodo incredibili quodam fidelium amore flagret, si quis ex singulis epistolis testimonia seligat. Ad Romanos enim scribens ait, *Cupio videre vos*; et, *Sæpe proposui venire ad vos*; et, *Si quo modo tandem aliquando prosperum iter habeam ad vos* (Rom. 1. 11. 13. 10). Ad Galatas autem hæc dicit, *Filioli mei, quos iterum parturio* (Gal. 4. 19); ad Ephesios rursus, *Hujus rei gratia flecto genua mea pro vobis* (Ephes. 3. 14); ad Philippenses (a) autem, *Quæ enim cat spes mea aut gaudium aut gloriæ corona? annon vos* (1. Thess. 2. 19)? Quin se et in corde et in vinculis eos circumferre dicebat (Philipp. 1. 7). Porro cum ad Colossenses scribit, *Cupio, inquit, videre vos quantum certamen habeam pro vobis, et quicumque faciem meam non viderunt in carne: ut consolationem habeant corda vestra* (Coloss. 2. 1); et ad Thessalonicenses, *Quemadmodum si nutrix soveat filios suos, ita desiderantes vos cupiebamur vobis dare, non solum*

(a) Hic error esse videtur: verba enim sequentia non Philippensibus, sed Thessalonicensibus scripta sunt.

evangelium, sed etiam animas nostras (1. Thess. 2. 7. 8); tum etiam ad Timotheum, *Memor lacrymarum tuarum, ut gaudio implear* (2. Tim. 1. 4). Et cum ad Titum scribit, *Dilecto filio* (Tit. 1. 4); et item ad Philemonem similiter (Philem. 1. 1).

2. Ad hæc in Epistola ad Hebræos multa alia ejusmodi scribit, nec cessat consolari ac dicere: *Adhuc modicum aliquantulum, et qui venturus est, veniet et non tardabit* (Hebr. 10. 37): perinde vide licet ac si mater filios lædio ac mœrore laborantes alloquatur. Sic et illis, *Non angustiamini in nobis*, inquit. Nec vero se dumtaxat eos amare ait, sed ab ipsis etiam amari, quo nimirum hinc quoque eorum animos alliciat. Atque de his quidem hoc testificans, ait, *Titus venit, referens nobis vestrum desiderium, vestrum fetum, vestram æmulationem* (2. Cor. 7. 7); et de Galatis, dicens, *Si fieri posset, oculos vestros eruissetis, et dedissetis mihi* (Gal. 4. 15); et de Thessalonicensibus, *Qualem introitum habuerimus ad vos* (1. Thess. 1. 9); et rursus de Timotheo, *Memor lacrymarum tuarum, ut gaudio implear* (2. Tim. 1. 4). Ac denique passim in epistolis hoc videas, ipsum discipulis testificantem, quod et eos amet et vicissim ab iis ametur: non tamen similiter. Hic quoque dicit, *Licet abundantius vos diligens, minus diligar* (2. Cor. 12. 15). Verum hoc quidem ad epistolæ calcem ait, interim autem ærius, *Non angustiamini, inquit, in nobis, angustiamini autem in cordibus vestris.* Vos, inquit, unum capitis; ego urbem universam ac plebem tantam. Nec dixit, Non nos capitis, sed, *Angustiamini*; idem nimirum subindicans, sed molliori verbo utens, ne acrius eos perstringeret. 13. *Eandem autem habentes remunerationem, tamquam filiis dico, dilatamini et vos.* Atqui minime par est, prius amari, deinde amare. Quamvis enim parem amoris mensuram quis asserat, hoc tamen nomine vincitur, quod posterior ad amandum venerit. Verum hæc non accurate requiro, inquit; mihi satis fuerit, si vel meo amore provocati, mutux erga me benevolentix significationem præbeatis, diligo et amplector. Postea, ut eos ad hoc obstringi ostendat, atque ea quæ dicit ab omni assentationis suspitione vindicet, *Tamquam filiis dico*, inquit. Quid est, *Tamquam filiis*? Nil magni postulo, si, cum pater vester sim, a vobis amari velim.

Pauli prudentia et modestia. — Ac vide ipsius prudentiam et modestiam. Non hic pericula pro ipsis suscepta, non labores ac mortes ponit, quamvis multa ejusmodi commemorare queat; adeo ab omni fastu alienus est; verum unum hoc, quod eos amet, ac proinde amari quoque velit: Quia pater vester sum, inquit, quia acerrimo vestri amore incendor. Etenim illud sæpe eum qui amatur offendit, cum quis collata in eum beneficia profert; exprobrare enim videtur. Quocirca hoc minime facit Paulus, verum, Ut filii parentem diligite, inquit: quod quidem naturæ potius est, ac tale ut patri hoc suo quisque præstare debeat. Postea, ne quis existimet eum sua causa hæc dicere, demonstrat se commodis eorum consulere, cum eorum benevolentiam ad se attrahit: unde etiam sub-

ἀπτεται. Τίνα οὖν ἐστὶ τὰ τῆς ἀγάπης ἐνδεικτικὰ ; Τὸ στόμα ἡμῶν ἀνέφωγε πρὸς ὑμᾶς, Κορίνθιοι. Καὶ ποῖον τοῦτο σημεῖον ἀγάπης ; τί δὲ καὶ ἐστὶν ὄλωσ τὸ εἰρημένον ; Οὐκ ἀνεχόμεθα, φησί, σιγᾶν πρὸς ὑμᾶς, ἀλλ' ἀεὶ βουλευόμεθα καὶ ἐπιθυμούμεν φθέγγεσθαι καὶ διαλέγεσθαι ὑμῖν · ὅπερ ἔθος τῶν ἀγαπῶντων ἐστὶ. Καὶ γὰρ ὅπερ εἶπον ἐπὶ σώματος περιπλοκαὶ χειρῶν, τοῦτο ἐπὶ ψυχῆς συνουσία λόγου Μετὰ δὲ τούτου καὶ ἕτερον αἰνίττεται. Ποῖον δὲ τοῦτο ; "Ὅτι πάντα μετὰ παρῆρησία ; ὑμῖν διαλεγόμεθα, ὡς ἀγαπητοῖς, καὶ οὐδὲν ὑποστελλόμενοι οὐδὲ ταμειούμενοι. Ἐπειδὴ γὰρ λοιπὸν μέλλει ἐπιτιμᾶν, συγγνώμην αἰτεῖ, αὐτὸ τὸ ἐπιτιμᾶν μετὰ παρῆρησίας ἀπόδειξιν ποιούμενος τοῦ σφόδρα αὐτοὺς φιλεῖν. Καὶ ἡ προσθήκη δὲ τοῦ ὀνόματος φιλίας πολλῆς καὶ διαθέσεως καὶ θερμότητος ; καὶ γὰρ [531] εἰώθαμεν τῶν ἀγαπῶμένων συνεχῶς γυμνᾶ τὰ ὀνόματα περιστρέφειν. Ἡ καρδία ἡμῶν πεπλάτυνται. Καθάπερ γὰρ τὸ θερμαῖνον εὐρύνειν εἰσθεν · οὕτω καὶ τῆς ἀγάπης ἔργον τὸ πλατύνειν ἐστὶ. Θερμὴ γὰρ ἐστὶν ἡ ἀρετὴ καὶ ζέουσα. Αὕτη καὶ τὸ στόμα ἀνεπέτασε Παύλου, καὶ τὴν καρδίαν ἐπλάτυνεν. Οὐδὲ γὰρ τῷ στόματι μόνον φιλῶ, φησὶν, ἀλλὰ καὶ τὴν καρδίαν συνάδουσαν ἔχω. Διὰ τοῦτο μετὰ παρῆρησίας φθέγγομαι, ὄλω τῷ στόματι, ὅλη τῇ διανοίᾳ.

Οὐδὲν γὰρ τῆς Παύλου καρδίας πλατύτερον, ἢ τοὺς πιστοὺς ἅπαντας, καθάπερ ἂν τις ἐρώμενον, οὕτως σφοδρῶς ἠγάπα, οὐ σχιζομένης αὐτοῦ τῆς φιλίας καὶ ἀσθενεστεράς γινομένης, ἀλλ' ὀλοκλήρου ἐν ἐκάστῳ μενούσης. Καὶ τί θαυμαστόν ἐπὶ πιστῶν, ὅπου γε καὶ ἐπὶ τῶν ἀπίστων τὴν οἰκουμένην πᾶσαν ἐδέχετο ἡ καρδία Παύλου ; Διὰ τοῦτο οὐκ εἶπε, Φιλῶ ὑμᾶς, ἀλλ' ἐμφαντικώτερον, Τὸ στόμα ἡμῶν ἀνέφωγεν, ἡ καρδία ἡμῶν πεπλάτυνται · πάντα ; ἔνδον ἔχομεν · καὶ οὐδὲ τοῦτο ἀπλῶς, ἀλλὰ μετ' εὐρυχωρίας πολλῆς. Ὁ γὰρ φιλούμενος, μετὰ πολλῆς ἔνδον ἐν τῇ καρδίᾳ τοῦ φιλοῦντος βαδίζει τῆς ἀθείας · διὸ φησὶν, Οὐ στενοχωρεῖσθε ἐν ἡμῖν, στενοχωρεῖσθε δὲ ἐν τοῖς σπλάγχθοις ὑμῶν. Καὶ τὴν ἐπιτίμησιν ὅρα μετὰ φειδοῦς γινομένην · ὅ τῶν σφόδρα φιλοῦντων ἐστὶν. Οὐκ εἶπεν, Οὐ φιλεῖτε ἡμᾶς, ἀλλ', Οὐ μετὰ τοῦ αὐτοῦ μέτρου · οὐ γὰρ βούλεται αὐτῶν σφόδρα καθάψασθαι. Καὶ πανταχοῦ δὲ ἴδοι τις ἂν πῶς ἐκκαλεῖται τῶν πιστῶν, ἐκλέγων ἐκάστης ἐπιστολῆς αὐτοῦ τὰ ῥήματα. Ῥωμαῖοις μὲν γὰρ φησὶν, Ἐπιποθῶ δὲ ἰθεὶν ὑμᾶς ; καὶ, Πολλάκις προσθέμην ἐλθεῖν πρὸς ὑμᾶς ; καὶ, Εἰ πως ἤδη ποτὲ εὐδοθῆσονται ἐλθεῖν πρὸς ὑμᾶς. Γαλάταις δὲ φησὶ, Τεχνία μου, οὐκ ἄλλιν ὠδίνω · Ἐφεσίοις πάλιν, Τοῦτον χάριν κάμπην τὰ ῥήματα μου ὑπὲρ ὑμῶν. Φιλιππησίοις δὲ, Τίς γὰρ μοι ἐστὶν ἐλπίς ἢ χαρὰ ἢ στέφανος καυχήσεως ; ἢ οὐχὶ καὶ ὑμεῖς ; καὶ ἐν τῇ καρδίᾳ καὶ ἐν τοῖς δεσμοῖς αὐτοὺς περιφέρειν ἔλεγε · Κολασσαεῦσι δὲ, Θέλω δὲ ὑμᾶς εἰδέναι ἡλικον ἀγῶνα ἔχω ὑπὲρ ὑμῶν, καὶ ὅσοι οὐκ ἐωράκασι με ἐν σαρκί, ἵνα παρακληθῶσιν αἱ καρδία ὑμῶν · Θεσσαλονικεῦσι δὲ, Ὡς ἂν τροφὸς θάλπη τὰ ἐαυτῆς τέκνα, οὕτως ἰμειρόμενοι ὑμῶν εὐδο-

κοῦμεν ὑμῖν μεταδοῦναι οὐ μόνον τὸ Εὐαγγελιον, ἀλλὰ καὶ τὰς ἐαυτῶν ψυχὰς · Τιμοθέῳ δὲ, Μεμνημένος σου τῶν δακρῶν, ἵνα χαρὰς πληρωθῶ · Τίτῳ δὲ, Τῷ ἀγαπητῷ τέκνῳ · καὶ Φιλήμονι ὁμοίως.

β'. Καὶ Ἑβραίοις δὲ πολλὰ ἕτερα τοιαῦτα γράφει, καὶ οὐ παύεται παρακαλῶν, καὶ λέγων, Ἔτι μικρὸν ὄσον, ὃ ἐρχόμενος ἤξει, καὶ οὐ χρονιεῖ· καθάπερ παῖδας δυσχεραίνοντας μήτηρ. Οὕτω καὶ αὐτοῖς. Οὐ στενοχωρεῖσθε ἐν ἡμῖν, φησὶν. Οὐ λέγει δὲ μόνον ὅτι φιλεῖ, ἀλλ' ὅτι καὶ φιλεῖται παρ' αὐτῶν, ἵνα καὶ ταύτη μάλλον αὐτοὺς ἐπισπάσῃται. Καίτοι τοῖς μὲν τοῦτο μαρτυρῶν φησὶν, ὅτι Ἦλθε Τίτος ἀπαγγέλλων ἡμῖν τὴν ὑμῶν ἐπιπόθησιν, τὸν ὑμῶν ὀδυρόν, τὸν ὑμῶν ζῆλον· καὶ Γαλάταις, Εἰ δυνατόν, τοὺς ὀφθαλμοὺς ὑμῶν [532] ἐξορύξαντες ἂν ἐδώκατέ μοι · καὶ Θεσσαλονικεῦσιν, Ὅποιαν εἰσοδοὺν ἔσομεν πρὸς ὑμᾶς ; καὶ Τιμοθέῳ δὲ, Μεμνημένος σου τῶν δακρῶν, ἵνα χαρὰς πληρωθῶ. Καὶ πανταχοῦ δὲ τῶν Ἐπιστολῶν εὐροί τις ἂν αὐτῶν τοῦτο μαρτυροῦντα τοῖς μαθηταῖς, καὶ ὅτι ἐφίλησε καὶ ὅτι φιλεῖται · οὐ μὴν ὁμοίως. Καὶ ἐνταῦθ' αὖ φησὶν, Εἰ καὶ περισσοτέρως ὑμᾶς ἀγαπῶν, ἤττον ἀγαπῶμαι. Ἀλλὰ τοῦτο μὲν πρὸς τῷ τέλει, τῶς δὲ σφοδρότερον, Οὐ στενοχωρεῖσθε ἐν ἡμῖν, στενοχωρεῖσθε δὲ ἐν τοῖς σπλάγχθοις ὑμῶν. Ὑμεῖς ἕνα δέχεσθε, φησὶν, ἐγὼ δὲ πῶλον ὀλοκλήρου, καὶ δῆμον τοσοῦτον. Καὶ οὐκ εἶπεν, Οὐ δέχεσθε ἡμᾶς, ἀλλ' ὅτι Στενοχωρεῖσθε· τὸ αὐτὸ μὲν αἰνιττόμενος, μετὰ φειδοῦς δὲ, καὶ τοῦ μὴ σφόδρα καθάψασθαι. Τὴν δὲ αὐτὴν ἀντιμισθίαν, ὡς τέκνοις λέγω, πλατύθητε καὶ ὑμεῖς. Καίτοι οὐκ ἐστὶν ἴσον, πρότερον ἀγαπηθῆναι, εἶτα ἀγαπῆσαι. Κἂν γὰρ τὸ ἴσον τις εἰσενέγκῃ μέτρον, ἠλάττωται τῷ δεύτερος ἐπανελθεῖν. Ἀλλ' ὅμως οὐδὲν ἀκριβολογοῦμαι, φησὶν, κἂν παρ' ἐμοῦ λαθόντες τὰς ἀρχὰς τὸ αὐτὸ μέτρον ἐπιδείξησθε, ἀγαπῶ καὶ στέργω. Εἶτα ἵνα δείξῃ, ὅτι καὶ ὀφειλὴ τὸ πρᾶγμα ἦν, καὶ ὅτι κολακείας ἐκτὸς τὰ εἰρημένα, Ὡς τέκνοις λέγω, φησὶν. Τί ἐστὶν, Ὡς τέκνοις ; Οὐδὲν μέγα αἰτῶ, εἰ πατὴρ ὢν βούλομαι φιλεῖσθαι παρ' ὑμῶν.

Καὶ ὅρα σύνεσιν καὶ μετριοφροσύνην. Οὐ τίθησιν ἐνταῦθα τοὺς κινδύνους τοὺς ὑπὲρ αὐτῶν καὶ τοὺς πόνους καὶ τοὺς θανάτους, καίτοι πολλὰ ἔχον εἰπεῖν οὕτως ἐστὶν ἄτυφος · ἀλλὰ τὸ φιλεῖν · καὶ διὰ τοῦτο ἀξιοὶ φιλεῖσθαι, Ὅτι πατὴρ ὑμῶν ἐγενόμην, φησὶν, ὅτι σφόδρα ὑμῶν περιχαίρομαι ὃ μάλιστα προσίσταται ἢ τῷ φιλομένην πολλάκις, ὅταν τις αὐτῷ τὰς εὐεργεσίας προσφέρῃ · δοκεῖ γὰρ ὀνειδίξειν. Διὸ οὐ ποιεῖ τοῦτο Παῦλος, ἀλλ', Ὡς τέκνα πατέρα ἀγαπήσατε, φησὶν · ὃ τῆς φύσεως μάλλον ἐστὶ, καὶ ὀφειλόμενον ἐκάστῳ πατρὶ. Εἶτα ἵνα μὴ δόξῃ δι' ἐαυτὸν ταῦτα λέγειν, δεικνυσὶν ὅτι διὰ τὸ ἐκεῖνον κέρδος καὶ τὴν παρ' αὐτῶν ἐπισπάται φιλίαν · διὸ καὶ ἐπιήγαγε, Μὴ γίνεσθε ἑτεροζυγῶντες ἀπίστοις. Καὶ

* Sic omnino legendum ut suspicatus est Savilius et interpres Latinus legit, qui vertit *offendit*, quo sensu hoc verbum apud Chrysostomum passim usurpatur. Editi, male, πρόσταται.

οὐκ εἶπε, Μὴ ἀναμίγνυσθε ἀπίστοις, ἀλλὰ μᾶλλον αὐτῶν καθαπτόμενοι ἀπὸ ἀδικούντων τὸ δίκαιον, Μὴ ἐκκλίνητε ἑαυτοὺς, φησί. *Τίς γὰρ μετοχὴ δικαιοσύνης καὶ ἀνομίας;* Ἐνταῦθα λοιπὸν σύγκρισιν ποιεῖται οὐχὶ τῆς ἑαυτοῦ ἀγάπης, καὶ τῆς ἐκείνων τῶν διαφθειρόντων αὐτοὺς. ἀλλὰ τῆς αὐτῶν εὐγενείας, καὶ τῆς ἐκείνων ἀτιμίας· οὕτω γὰρ καὶ σεμνότερος ὁ λόγος γέγονε, καὶ αὐτῷ περπωδέστερος, καὶ μᾶλλον αὐτοὺς ἐπισκᾶτο. Ὡς ἂν εἰ τις παιδί τῶν γεγεννηκότων ὑπερορῶντι καὶ μιαιοῖς ἑαυτὸν ἐκδιδόντι λέγοι, *Τί ποιεῖς, ὦ παιδίον;* [533] τοῦ μὲν πατρὸς καταφρονεῖ, προτιμᾶς δὲ τοὺς μιαιοῦς ἄνδρας, καὶ μυρίας γέμοντα; κακίας; οὐκ οἶσθα πόσον αὐτῶν βελτίων εἶ καὶ σεμνότερος; Οὕτω γὰρ μᾶλλον αὐτὸν ὀφίστησι τῆς ἐκείνων συνουσίας, ἢ εἰ τὸν πατέρα θαυμάζοι. Ἄν μὲν γὰρ λέγῃ, Οὐκ οἶσθα πόσον ἐστὶν ὁ πατήρ σου βελτίων ἐκείνων; οὐδὲν τοσοῦτον ἐργάσεται· ἂν δὲ τὸν πατέρα ἀφείλῃ, αὐτὸν αὐτῶν προκριῆναι, λέγων, Οὐκ οἶσθα τίς μὲν σὺ, τίνας δὲ ἐκείνοι; οὐκ ἔννοεῖς σου τὴν εὐγένειαν καὶ τὴν ἐλευθερίαν, καὶ τὴν ἀτιμίαν τὴν ἐκείνων; τίς γὰρ κοινωνία σοι κάκεινοις τοῖς κλέπταις, τοῖς μοιχοῖς, τοῖς γόησι; ταχέως αὐτὸν τοῖς ἐγκωμίοις τοῖς αὐτοῦ πετρῶσας, ἀποβράχηναι ἐκείνων παρασκευάσει. Τὸν μὲν γὰρ πρότερον οὐ σφόδρα δέξεται λόγον, ὅτι κατηγορία αὐτοῦ ἐστὶν ἢ προτίμησις τοῦ πατρὸς, ὅταν μὴ μόνον πατέρα φαίνεται λυπῶν, ἀλλὰ καὶ πατέρα τοιοῦτον· ἐνταῦθα δὲ οὐκέτι οὐδὲν τοιοῦτον πείσεται. Οὐδέεις γὰρ ἂν ἔλοιτο μὴ ἐγκωμιάζεσθαι· καὶ δι' αὐτοῦ δὴ, μετὰ τῶν ἐπαίνων τοῦ ἀκούοντος, ὁ ἔλεγχος γίνεται εὐπαράδεκτος. Καλᾶται γὰρ ὁ ἀκρατής, καὶ φρονήματος πληροῦται μεγάλου, καὶ διαπτύει τὴν ἐκείνων συνουσίαν. Οὐ τοῦτο δὲ μόνον αὐτοῦ ἐστὶ τὸ θαυμαστόν, ὅτι οὕτω προήγαγε τὴν σύγκρισιν, ἀλλ' ὅτι καὶ ἕτερον τι μείζον ἐπενόησε, καὶ ἐκπληκτικώτερον· πρῶτον μὲν κατ' ἐρώτησιν προσαγῶν ἃ τὸν λόγον, ὕπερ τῶν σαφῶν καὶ ὁμολογουμένων ἐστὶν· ἔπειτα δὲ πλατύνων τῆ περικνήσει καὶ τῷ πληθεῖ τῶν ὀνομάτων. Οὐ γὰρ ἔν καὶ δύο καὶ τρία, ἀλλὰ πλείονα πρᾶξ τοῦτοῖς ἀντὶ τῶν προσωπίων τὰ ὀνόματα τῶν πραγμάτων τίθησι, καὶ ἄκραν ἐνταῦθα ἀρετὴν, καὶ ἐσχάτην ἐκεῖ κακίαν ὑπογράφει· καὶ πολὺ τὸ μέσον καὶ ἄπειρον δείκνυσιν, ὡς μὴδὲ δεθῆναι κατασκευῆς. *Τίς γὰρ, φησί, μετοχὴ δικαιοσύνης καὶ ἀνομίας; τίς δὲ κοινωνία φωτὶ πρὸς σκότος; τίς δὲ συμφώνησις Χριστῷ πρὸς Βελίαν;* ἢ τίς μερίς πιστῷ μετὰ ἀπίστου; ἢ τίς συγκατάθεσις ναφ̄ Θεοῦ μετὰ εἰδώλων;

γ'. Εἶδες πῶς γυμνὰ τὰ ὀνόματα τίθησι, καὶ ἀρκούντα αὐτῷ πρὸς ἀποτροπὴν; Οὐδὲ γὰρ εἶπε, Παρανομία, ὁ πλείον ἦν ^b, οὐδὲ εἶπε, Τοῖς τοῦ φωτὸς, καὶ τοῖς τοῦ σκότους· ἀλλ' αὐτὰ τὰ ἐναντία τίθησι, τὰ ἀπαράδεκτα τῶν ἐναντίων, φῶς καὶ σκότος. Οὐδὲ εἶπε, Τοῖς τοῦ Χριστοῦ καὶ τοῖς τοῦ διαβόλου, ἀλλ' ὁ πολλῷ πλείον ἀφειστήκει, *Χριστῷ καὶ Βελίαν*: τῆ Ἑβραϊκῆ

φωνῆ τὸν ἀποστάτην καλέσας οὕτως. Ἡ τίς μερίς πιστῷ μετὰ ἀπίστου; Ἐνταῦθα λοιπὸν, ἵνα μὴ δόξη κακίας ἀπλῶς κατηγορεῖν, καὶ ἀρετῆς ἐγκωμίων διεξιέναι, μέμνηται καὶ προσώπων ἀδιορίστως. Καὶ οὐκ εἶπε κοινωνίαν, ἀλλὰ τὰ ἐπαθλα τέθεικε, μερίδα εἰπὼν. *Τίς συγκατάθεσις ναφ̄ Θεοῦ μετὰ εἰδώλων; ὑμεῖς γὰρ ναός Θεοῦ ἐστε ζῶντος.* Ὁ δὲ λέγει, τοῦτο ἐστίν· Οὕτε ὁ βασιλεὺς ὁμῶν ἔχει τι κοινὸν πρὸς αὐτόν· (*Τίς γὰρ συμφωνία Χριστῷ πρὸς [534] Βελίαν;*) οὔτε τὰ πράγματα· *Τίς γὰρ κοινωνία φωτὶ πρὸς σκότος;* Οὐκοῦν οὐδὲ ὕψος δεῖ. Καὶ πρῶτον τίθησι τὸν βασιλέα, καὶ δεῦτερον αὐτοὺς, τοῦτω μάλιστα αὐτοὺς ἀποσχίζων. Εἶτα εἰπὼν, *Ναφ̄ Θεοῦ μετὰ εἰδώλων*, καὶ ἀποφηνάμενος, ὅτι Ἐμεῖς γὰρ ναός Θεοῦ ζῶντος, ἀναγκαίως καὶ τὴν μαρτυρίαν ἐπάγει, δείκνυς ὅτι οὐ κολακαίει τὸ πρᾶγμα ἐστίν. Ὁ γὰρ ἐγκωμιάζων, ἂν μὴ καὶ ἀπόδειξιν παρέχηται, δοκεῖ κολακεῦσθαι. Τίς οὖν ἡ μαρτυρία; Ἐνοικήσω γὰρ ἐν αὐτοῖς, φησί, καὶ ἐμπεριπατήσω. Ἐνοικήσω ἐν ναοῖς, καὶ ἐμπεριπατήσω· τὴν πλείονα πρὸς αὐτοὺς σέξιν δηλῶν. *Καὶ ἐσονται μοι εἰς λαόν, καὶ ἐγὼ ἔσομαι αὐτοῖς εἰς Θεόν.* Τί, φησί; Θεὸν φέρεῖς ἐν σεαυτῷ, καὶ πρὸς ἐκείνους τρέχεις; Θεὸν τὸν οὐδὲν ἔχοντα κοινὸν πρὸς αὐτοὺς; καὶ ποῦ ταῦτα ἄξια συγγνώμης; ἐνόησον τίς ἐμπεριπατεῖ σοι, τίς ἐνοικεῖ. *Διὸ ἐξέλθετε ἐκ μέσου αὐτῶν, καὶ ἀφορίσθητε, καὶ ἀκαθάρτον μὴ ἄπασθε· κἀγὼ εἰσεδέξομαι ὁμᾶς, λέγει Κύριος.* Καὶ οὐκ εἶπε, Μὴ πράττετε ἀκάθαρτα· ἀλλὰ πλείονα ἀκρίθειαν ζητῶν, Μὴδὲ ἄπασθε, φησί, μὴδὲ ἐγγὺς γίνεσθε. Τί δὲ ἐστὶ μολυσμὸς σαρκός; Μοιχεία, πορνεία, ἀσέλγεια πᾶσα. Τί δὲ ψυχῆς; Ἀκάθαρτοι λογισμοὶ ὡς τὸ ἐμβλέψαι ἀκολάστοις ὀφθαλμοῖς, μνησικακίαι, δόλοι, καὶ ὅσα τοιαῦτα. Βούλεται τοίνυν ἐκατέρωθεν εἶναι καθαρούς. Εἶδες τὸ ἐπαθλὸν ὅσον; Τὸ ἀπαλλαγῆναι τῶν πονηρῶν, τὸ ἐνωθῆναι Θεῷ. Ἄκουε καὶ τῶν ἐξῆς· *Καὶ ἔσομαι ὁμῖν εἰς πατέρα, καὶ ὑμεῖς ἐσεσθε μοι εἰς υἱὸν καὶ θυγατέρας, λέγει Κύριος.* Εἶδες ἄνωθεν τὴν παροῦσαν εὐγένειαν τὸν προφήτην προαναφωνοῦντα, τὴν διὰ τῆς χάριτος ἀναγέννησιν; *Ταῦτας οὖν ἔχοντες τὰς ἐπαγγελίας, ἀγαπητοί. Ποίας;* Τὸ ναοὺς Θεοῦ εἶναι, τὸ υἱοὺς καὶ θυγατέρας, τὸ ἐνοικον αὐτὸν ἔχειν καὶ ἐμπεριπατοῦντα, τὸ λαὸν αὐτοῦ γίνεσθαι, τὸ τὸν Θεὸν αὐτὸν καὶ πατέρα κεκτηθῆναι. *Καθαρίσωμεν ἑαυτοὺς ἀπὸ παντὸς μολυσμοῦ, σαρκὸς καὶ πνεύματος.* Μῆτε ἀκαθάρτων ἀπτώμεθα· τοῦτο γὰρ σαρκὸς μολυσμὸς· μῆτε τῶν τὴν ψυχὴν μολυνόντων· οὗτος γὰρ πνεύματος. Καὶ οὐκ ἀρκεῖται τοῦτω μόνον, ἀλλὰ καὶ ἐπάγει, Ἐπιτελοῦντες ἀγιωσύνην ἐν φόβῳ Θεοῦ. Οὐ γὰρ τὸ μὴ ἀκαθάρτου ἀπέσθαι ποιεῖ καθαρὸν, ἀλλὰ καὶ ἑτέρου τινὸς ἡμῖν δεῖ ὥστε γενέσθαι ἡμᾶς ἁγίους, σπουδῆς, προσοχῆς, εὐλαθείας. Καὶ καλῶς εἶπε, Ἐν φόβῳ Θεοῦ. Ἔστι γὰρ ἐπιτελεῖν σωφροσύνην, οὐκ ἐν φόβῳ Θεοῦ, ἀλλὰ διὰ κενοδοξίαν. Μετὰ δὲ τοῦτου καὶ ἕτερον ἀνέντεται εἰπὼν, Ἐν φόβῳ Θεοῦ, τὸν τρόπον, καθ' ὃν ἂν ἀνοσθεῖ ἢ ἀγιωσύνη. Εἰ γὰρ καὶ τυραννικὸν ἢ ἐπιθυμία, ἀλλ', ἂν ἐπιτελιχίης τὸν τοῦ Θεοῦ φόβον, κατέλευσε τὴν

^a *Legedatur προσαιγιών.*

^b *Corrigendum videtur, παρανομία, ἀλλ', ὁ πλείον ἦν, ἔννομος.*

jungit, 14. *Nolite jugum ducere cum infidelibus.* Non dixit, Nolite commisceri cum infidelibus, sed vehementius eos perstringens, utpote jus violantes, Ne deflectatis vos ipsos, inquit. *Quæ enim participatio justitiæ cum iniquitate?* Hic jam non sui amoris, et eorum qui Corinthios corrumpabant, comparationem affert, sed Corinthiorum nobilitatem cum illorum ignominia comparat: sic enim et plus gravitatis oratio contrahebat, et ipsius personæ magis conveniebat, ac denique Corinthios conjunctiores ipsi reddebat. Quemadmodum si quis filio parentes aspernanti ac sceleratis totum se tradenti dicat, Quid facis, o puerule? patrem contemnis, eique scelestos homines atque Innumeris vitiiis coopertos anteponis? an te fugit, quantum illos probitate ac nobilitate superes? Hac namque ratione ipsum magis ab eorum societate abstrahet, quam si paternas laudes prædicaret. Etenim si ita loquatur, An nescis quanto illis melior sit pater tuus? non tantum efficit: sin autem omissio patre ipsum illis præferat, dicens: An ignoras quis tu sis, et quinam illi? non in mentem venit tua nobilitas atque ingenuitas, et illorum ignominia? ecquid enim tibi commercii est cum furibus illis, cum adulteris, cum præstigiatoribus? confestim eum ejusmodi laude, tamquam pennis erectum eo adducet, ut ab illorum societate se abducat. Nam priorem orationem non ita libenter excipiet, quia hoc ipso, quod pater illi antefertur, reprehenditur ipse, ut qui non modo patri mœrori sit, sed etiam ejusmodi patri: hic autem nil tale ipsi accidit. Neque enim ullus est qui laudari nolit: quin etiam illi una cum laude audienti acceptior est reprehensio; cedit enim ille monenti, animosque magnos concipit, penitusque eorum societatem respuit. Enimvero non hoc solum mirandum est, quod Paulus talem comparationem invexerit, sed quod majus etiam aliquid excogitarit, atque ad incutiendum terrorem accommodatus. Primum videlicet, quia per interrogationem sermonem inducit, id quod in perspicuis et certissimis rebus fieri consuevit: deinde quia per nominum multitudinem eum dilatat atque amplificat. Non enim unum aut duo aut tria, sed plura ponit personarum loco rerum nomina, atque hinc summam virtutem, illic extremum vitium describit; ac multum, imo infinitum inter utrumque discrimen esse ostendit, ut nec probatione res indigeat. *Quæ enim, inquit, participatio est justitiæ cum iniquitate? aut quæ societas luci ad tenebras?* 15. *quæ autem conventio Christi ad Belial? aut quæ pars fidei cum infideli?* 16. *qui autem consensus templo Dei cum idolis?*

3. Vides quo pacto nuda nomina ponit, quæ satis sint ad eos ab hujusmodi rebus avertendos? Non enim dixit, Prævaricationi, quod plus erat quam iniquitas; nec dixit, his qui sunt lucis, et iis qui sunt tenebrarum, sed res ipsas inter se contrarias ponit, talesque, ut quæ sibi contraria sunt nullo modo admittere queant, nempe lucem ac tenebras. Nec dixit, his qui sunt Christi, et iis qui sunt diaboli, verum, quod multo remotius erat, *Christo et Belial* Hebraica

tuto jam iis blandiamur : ita hic quoque Paulus facit. *Videe enim quod epistola illa, etsi ad horam, vos contristavit.* 9. *Nunc gaudeo, non quia contristati estis, sed quia contristati estis ad poenitentiam.* Postquam dixit, *Non me poenitet,* causam hujus rei affert, fructum qui ex literis illis ortus est ponens, ac prudenter se purgans his verbis, *Etsi ad horam.* Brevis enim, inquit, ea molestia fuit; at utilitas perpetua. Ac tenor quidem orationis postulabat ut ita diceret, *Etsi ad horam vos contristavit; at perpetuæ vobis lætitiæ atque utilitati postea fuit: verum his verbis non utitur, sed priusquam utilitatem eam exponat, ad eorum laudes rursus transit, ostenditque qua sollicitudine ipsis prospiciat, dicens: Nunc gaudeo, non quia contristati estis; quid enim ex eo, quod mœrore affecti sitis, ad me lucri redit? sed quia contristati estis ad poenitentiam; quia fructum aliquem habuit hic mœror.* Ut pater, qui cum filium secari conspiciat, non eo gaudet quod ex cruciatur, sed quod morbus propulsetur: ita quoque Paulus. Ac vide quomodo a rebus ad eos prosperum omnem successum transferat, et molestiam literis suis adscribat, cum ait, *Etsi ad horam vos contristavit,* utilitatem autem ex literis allatam eorum virtuti tribuat. Non enim dixit, *Quia vos epistola correxit, etiamsi ita se res habeat, sed, Quia contristati estis ad poenitentiam. Contristati enim estis secundum Deum, ut in nulla re detrimentum patiamini.* Vides prudentiam ineffabilem? Nisi enim hoc fecissemus, inquit, magnum a nobis damnum accepissetis. Ac bonum inde partum ipsis adscribit, damnum vero se allaturum fuisse ait, si tacuisset. Nam si ex correctione emendatio sequutura erat; nisi increpassem, vobis damnum intulissem, quod et mihi et vobis commune fuisset. Quemadmodum enim qui mercatori ea, quæ ad navigandum necessaria sunt, non suppeditat, ipse est qui damnum infert; eodem modo, nisi poenitentia occasionem vobis præbuissemus, vos damno affecissemus. Vides quo pacto peccantes non increpare, tum magistro tum discipulo detrimentum afferat? 10. *Quæ enim secundum Deum tristitia est, poenitentiam in salutem stabilem operatur.* Propterea, inquit, etsi me poenituit, priusquam fructum et lucrum perspexissem, nunc tamen haud me poenitet. Talis enim est mœstitia, quæ secundum Deum suscipitur: de qua jam verba facit, ostendens tristitiam non semper gravem esse, sed cum secundum mundum concipitur. Quid autem est, secundum mundum? Si ob amissas opes, si ob gloriam, si ob alicujus mortem in mœrore verseris, hæc omnia secundum mundum sunt. Ideo mortem etiam accersunt. Nam qui gloriæ causa mœrore afficitur, is etiam invidet, ac plerumque interire cogitur: cujusmodi scilicet mœrore Cain et Esau laborarunt. Itaque per sæculi tristitiam eam intelligit, quæ mœrentibus detrimentum affert. Nam mœror ad peccata dumtaxat utilis est: id quod hinc liquido perspici potest. Qui ob amissas opes in mœrore est, damnum minime sœcit; qui mortem alicujus mœrore prosequitur, jacentem non excitat; qui ob morbum

discruciat, is eum adeo non depellit, ut etiam au-geat. At is cui peccata mœrore sunt, solus e mœrore fructum capit; peccata enim absorbit ac delet. Quia enim medicamentum istud ad hoc tantum comparatum est, idcirco hic etiam dumtaxat vim habet utilitatemque suam exserit, in aliis vero rebus lædit.

2. At, dicit aliquis, Cain ideo in mœrore jacebat, quod apud Deum laudem non consequeretur. Imo non eam ob causam, sed quia splendenter fratrem cernebat. Nam si ob illud doluisset, fratris virtutem imitari ei que gratulari debebat: nunc autem dolens, ostendebat se mœstitia huic mundo consentanea teneri. At non ita David, non Petrus, non cæteri justii, qui omni laude florebant, quod aut propter sua aut propter aliena peccata dolerent. Quamquam quid mœrore gravius? Sed tamen, cum secundum Deum suscipitur, lætitia mundana præstabilior est. Hæc enim in nihilum desinit; ille poenitentiam in salutem, cujus nos nunquam poeniteat, gignit. Hoc enim ille mirum habet, quod qui sic doluerit, eo nomine nunquam poenitentia ducetur: id quod maxime tristitiæ mundanæ proprium. Quid enim legitimo filio carius? quid rursus hujusmodi morte acerbius fingi potest? Et tamen parentes, qui in ipsa doloris vi nullius consolationem admittere sustinent seque ipsos exerceant, iidem postea ob immodicum luctum poenitudine afficiuntur, ut qui non modo nihil inde commodi ceperint, sed gravius etiam seipsos vexarint. At non talis est mœror secundum Deum susceptus: quin potius duplex emolumentum habet, et quod dolor ille non improbetur, et quod in salutem desinat; quo utroque lucro mundanus dolor privatur. Nam qui ita dolent, et in perniciem suam dolent, et postquam doluerint, seipsos improbant: quod signum maximum est, ipsos in perniciem suam doluisse. Contra vero in mœrore illo qui secundum Deum est: ideoque dicebat Paulus, *Poenitentiam in salutem non poenitentiam operatur.* Nemo enim sese improbat, quod ob peccata sese mœrore luctuque afflixerit atque obtriverit. Quod cum dixisset Paulus, non aliunde exemplum proferre, eosque quorum mœrores priscae historice monumentis proditi sunt, in medium adducere necesse habuit; verum Corinthios ipsos producit, atque ab iis quæ fecerunt verbis suis fidem adstruit, ut una cum laudibus ipsos etiam erudiat, acerbiusque sibi devinciatur. 11. *Ecce enim, inquit, hoc ipsum, quod secundum Deum contristati estis, quantum in vobis operatum est sollicitudinem?* Vos enim, inquit, non modo eo non iniecit hæc mœstitia, ut vosmetipsos condemnaretis, ut qui frustra hoc fecissetis; verum contra diligentiores reddidit. Subjungit deinde sollicitudinis eorum argumenta. *Sed defensionem: hoc est, purgationem apud me. Sed indignationem, contra illum qui peccaverat. Sed timorem.* Etenim valde metuentium erat tantum studium ac celerissima illa correctio. Ac, ne seipsum efferre videatur, vide quam propere id leniat dicens, *Sed desiderium, erga me; sed emulationem, pro Deo; sed vindictam: nam violatæ divinæ legis vindicæ existitis.*

καὶ λέγων, *Εἰ καὶ πρὸς ὤραν*. Τὸ μὲν γὰρ λυπηρὸν βραχὺ, τὸ δὲ ὠφέλιμον διηλεκτές. Καὶ τὸ μὲν ἀκόλουθον ἦν εἰπεῖν, *Εἰ καὶ πρὸς ὤραν ἐλύπησεν ὑμᾶς*, ἀλλὰ διὰ παντὸς ἠὲ φρανεῖν ὑμᾶς, καὶ ὠφέλησεν. Ἄλλ' οὐ λέγει τοῦτο· ἀλλὰ πρὶν ἢ τὸ κέρδος εἰπεῖν, μεταβαίνει πάλιν ἐπὶ τὰ ἐγκωμια αὐτῶν, καὶ τὴν ἀπόδειξιν τῆς ἑαυτοῦ κηδεμονίας λέγων, *Νῦν χαίρω, οὐχ ὅτι ἐλυπήθητε· τί γὰρ μοι κέρδος ἀπὸ τοῦ λυπηθῆναι ὑμᾶς; ἀλλ' ὅτι ἐλυπήθητε εἰς μετάνοιαν*· ὅτι ἔσχε τὸ κέρδος ἢ λύπη. Ἐπεὶ καὶ παρῶν ὅταν ἴδῃ παιδα τεμνόμενον, οὐχ ὅτι ὀδυρόμεται χαίρει, ἀλλ' ὅτι διορθοῦται· οὕτω καὶ οὗτος. Ὅρα δὲ πῶς ἀπὸ τῶν πραγμάτων ἐπ' αὐτοὺς μεταφέρει τὸ πᾶν κατόρθωμα, καὶ τὸ λυπηρὸν τῇ ἐπιστολῇ λογίζεται, *Ὅτι πρὸς ὤραν ἐλύπησεν ὑμᾶς*, λέγων, τὸ δὲ ἐξ αὐτῆς χρήσιμον εἶναι αὐτῶν κατόρθωμά φησιν. Οὐ γὰρ εἶπεν, *Ὅτι διώρθωσεν ὑμᾶς ἢ ἐπιστολῇ*, εἰ καὶ οὕτως εἶχεν, ἀλλ' *Ὅτι ἐλυπήθητε εἰς μετάνοιαν*. *Ἐλυπήθητε γὰρ κατὰ Θεόν, ἵνα ἐν μηδενὶ ἐξ ἡμῶν ζημιωθῆτε*. Εἶδες σύνεσιν ἄφατον. Εἰ γὰρ μὴ τοῦτο ἐποίησαμεν, φησὶν, ἐζημιώσαμεν ἂν ὑμᾶς. Καὶ τὸ μὲν κατόρθωμα αὐτῶν φησὶν εἶναι, τὴν δὲ ζημίαν αὐτοῦ, εἶπερ ἐπιώπησεν. Εἰ γὰρ μέλλουσιν ἐξ ἐπιπλήξεως διορθοῦσθαι, εἰ μὴ ἐπεπλήξαμεν, ἐζημιώσαμεν ἂν ὑμᾶς· καὶ οὐχὶ παρ' ὑμᾶς μόνον, ἀλλὰ καὶ παρ' ἡμᾶς ἂν ἢ βλάβη γέγονε. Καθάπερ γὰρ ὁ μὴ διδοὺς τῷ ἐμπόρῳ τὰ πρὸς τὴν ναυτιλίαν, αὐτὸς ἐστὶν ὁ τὴν ζημίαν ποιῶν· οὕτω καὶ ἡμεῖς, εἰ μὴ παρέσχομεν ὑμῖν τὰς ἀφορμὰς τῆς μετανοίας, ἐζημιώσαμεν ἂν ὑμᾶς. Ὅρα δὲ ὅτι τὸ μὴ ἐπιτιμᾶν τοῖς ἀμαρτάνουσι, ζῆλια ἐστὶ καὶ τῷ διδασκάλῳ καὶ τῷ μαθητῇ; *Ἡ γὰρ κατὰ Θεὸν λύπη μετάνοιαν εἰς σωτηρίαν ἀμεταμέλητον καταργᾶται*. Διὰ τοῦτο, φησὶν, εἰ καὶ μετεμελόμην, πρὶν ἢ τὸν καρπὸν ἰδεῖν καὶ τὸ κέρδος ὅσον, οὐ μεταμέλομαι νῦν. Τοιοῦτον γὰρ ἢ κατὰ Θεὸν λύπη. Καὶ λοιπὸν περὶ αὐτῆς φιλοσοφεῖ, δεικνύς ὅτι οὐ πανταχοῦ χαλεπὸν λύπη, ἀλλ' ὅταν κατὰ κόσμον γίνηται. Τί δὲ ἐστὶ, κατὰ κόσμον; Ἐὰν λυπηθῆς διὰ χρήματα, διὰ δόξαν, διὰ τὸν ἀπελθόντα, πάντα ἐκεῖνα κατὰ κόσμον. Διὰ καὶ θάνατον ποιεῖ. Ὁ γὰρ διὰ δόξαν λυπούμενος, φθονεῖ, καὶ ἀναγκάζεται πολλάκις ἀπολέσθαι· οἶαν καὶ ὁ Κάλιν ἐλυπήθη λύπην, οἶαν ὁ Ἡσαῦ. Τὴν οὖν κατὰ κόσμον λύπην λέγει ταύτην τὴν [544] ἐπὶ βλάβῃ τῶν λυπουμένων. Καὶ γὰρ εἰς ἀμαρτίας μόνον ἢ λύπη χρήσιμον· καὶ τοῦτο δῆλον ἐντεῦθεν. Ὁ λυπούμενος ὑπὲρ χρημάτων ἀπωλείας, τὴν ζημίαν οὐ λύει· ὁ λυπούμενος ὑπὲρ τετελευτηκότος, τὸν κείμενον οὐκ ἀνίστησιν· ὁ λυπούμενος ἐπὶ νόσῳ, οὐ μόνον οὐ διορθοῦται, ἀλλὰ καὶ ἐπιτερίζει τὸ νόσῳ· ὁ λυπούμενος ἐφ' ἀμαρτίας, οὗτος μόνος ἀνύει τι πλεόν ἀπὸ τῆς λύπης· δαπανᾷ γὰρ καὶ ἀφανίζει τὰς ἀμαρτίας. Ἐπειδὴ γὰρ πρὸς τοῦτο κατεσκευάσται τὸ φάρμακον, ἐνταῦθα ἰσχύει μόνον καὶ τὴν ὠφέλειαν ἐπιδείκνυται, ἐπὶ δὲ τῶν ἄλλων καὶ βλάπτει.

β'. Καὶ μὴν ὁ Κάλιν, φησὶ, διὰ τὸ μὴ παρὰ τῷ Θεῷ εὐδοκίμειν, ἐλυπεῖτο. Οὐ διὰ τοῦτο, ἀλλ' ἐπειδὴ τὸν ἀδελφὸν εἶδε λάμποντα· ἐπεὶ, εἰ διὰ τοῦτο ἤλγει,

ζηλοῦν ἔδει, καὶ συγκαίρειν ἐκεῖνο· νυνὶ δὲ ἀλγῶν, ἔδεικνυ κατὰ κόσμον λυπούμενος. Ἄλλ' οὐχ ὁ Δαυὶδ οὕτως, οὐδὲ ὁ Πέτρος, οὐδὲ τῶν δικαίων ἕκαστος. Διὰ τὴν ἠὲ δοκίμουν, ἢ ὑπὲρ οἰκείων, ἢ ὑπὲρ ἀλλοτρίων ἀλγοῦντες ἀμαρτημάτων. Καίτοι τί λύπης φορητικώτερον; Ἄλλ' ὅταν κατὰ Θεὸν γίνηται, τῆς ἐν τῷ κόσμῳ χαρᾶς βελτίων ἐστίν. Αὕτη μὲν γὰρ εἰς οὐδὲν τελευτᾷ, ἐκείνη δὲ μετάνοιαν εἰς σωτηρίαν ἀμεταμέλητον ἐργάζεται. Καὶ γὰρ τὸ θαυμαστὸν αὐτῆς τοῦτο ἐστίν, ὅτι οὐδ' ἂν μετανοήσῃ τις ἀλγήσας οὕτως· ὁ μάλιστα τῆς κοσμητικῆς λύπης Ἰδὸν ἐστὶ. Τί γὰρ παιδὸς ποθεινότερον γνησίος; ἢ δὲ ἀλγεινότερον τῆς τοιαύτης τελευτῆς; Ἄλλ' ὁμοῖοι οἱ ἐν ἀκριβείᾳ τοῦ πένθους μηδενὸς ἀνεχόμενοι πατέρες, καὶ κατακόπτοντες ἑαυτοὺς, οὗτοι μετὰ χρόνον μετανοοῦσιν, ἐπειδὴ ἀμέτρως ἤλγησαν, ὡς οὐδὲν ὀνήσαντες ἐντεῦθεν, ἀλλὰ καὶ μειζρόνως ἑαυτοὺς ἐπιτερίζαντες. Ἄλλὰ οὐχ ἢ κατὰ Θεὸν λύπη τοιαύτη· ἀλλ' ἔχει δύο πλεονεκτήματα, τὸ μὴ καταγινώσκασθαι ἐφ' οἷς ἀλγεῖ τις, καὶ τὸ τὴν λύπην ταύτην εἰς σωτηρίαν τελευτᾶν· ὧν ἑκατέρων ἐκείνη ἐστέρηται. Καὶ γὰρ εἰς βλάβην ἀλγοῦσι, καὶ μετὰ τὸ ἀλγήσαι σφόδρα, καταγινώσκουσιν ἑαυτῶν, μέγιστον τοῦτο σημεῖον ἐκφέροντες τοῦ ἐπὶ βλάβῃ τοῦτο ποιῆσαι. Ἡ δὲ κατὰ Θεὸν τούναντίον· διὸ καὶ ἔλεγε, *Μετάνοιαν εἰς σωτηρίαν ἀμεταμέλητον καταργᾶται*. Οὐδεὶς γὰρ ἑαυτοῦ καταγινώσεται, ἐὰν λυπηθῇ ἐφ' ἀμαρτίᾳ, ἐὰν πενθήσῃ, καὶ ἑαυτὸν συντερίζῃ. Ὅπερ καὶ ὁ μακάριος Παῦλος εἰπὼν, οὐ δεῖται ἐτέρωθεν τὸ ὑπόδειγμα παραγαγεῖν ὧν εἶπεν, οὐδὲ τοὺς ἐν ταῖς παλαιαῖς ἱστορίαις λυπηθέντας παρενεγκεῖν εἰς μέσον, ἀλλ' αὐτοὺς Κορινθίους παράγει, καὶ ἀφ' ὧν ἐποίησαν, ἀπὸ τούτων τὴν ἀπόδειξιν παρέχεται, ἵνα καὶ μετ' ἐγκωμίων αὐτοὺς παιδεύσῃ, καὶ μᾶλλον αὐτοὺς ἐπιπάσῃται. Ἰδοὺ γὰρ, φησὶν, αὐτὸ τὸ κατὰ Θεὸν λυπηθῆναι ὑμᾶς, πόσῃν καταργήσατο ἐν ὑμῖν σπουδήν; Οὐ μόνον γὰρ, φησὶν, οὐκ ἐνέβαλεν ὑμᾶς εἰς τὸ καταγινώσκειν ἑαυτῶν ἢ ἀθυμία, ὡς εἰκῆ τοῦτο πεποιηκότων, ἀλλὰ καὶ σπουδαιότερους [545] ἐποίησεν. Εἶτα λέγει τῆς σπουδῆς τὰ τεκμήρια. Ἄλλὰ ἀπολογίαν· πρὸς ἐμέ. Ἄλλὰ ἀγανάκτησιν· πρὸς ἐκεῖνον τὸν ἡμαρτηκότα. Ἄλλὰ φόβον· καὶ γὰρ σφόδρα δεδοικότες ἦν ἡ τοσαύτη σπουδὴ καὶ ἡ ταχίστη διόρθωσις. Καὶ ἵνα μὴ δόξῃ ἐπαίρειν ἑαυτὸν, ὅρα πῶς ταχέως αὐτὸ παρεμυθήσατο εἰπὼν, Ἄλλ' ἐπιπόθησιν· τὴν εἰς ἐμέ· ἀλλὰ ζῆλον· τὸν ὑπὲρ τοῦ Θεοῦ· ἀλλ' ἐκδίκησιν· καὶ γὰρ ἐξηδικήσατε τοὺς τοῦ Θεοῦ νόμους ὑβρισθέντας. *Ἐν παντὶ συνεστήσατε ἑαυτοὺς ἀγνοοῦς εἶναι ἐν τῷ πράγματι*. Οὐχὶ τῷ μὴ τολμησαί μόνον· τοῦτο γὰρ πρόδηλον ἦν· ἀλλὰ καὶ τῷ μὴ συνήδεσθαι. Ἐπειδὴ γὰρ ἐν τῇ προτέρᾳ Ἐπιστολῇ ἔλεγε, *Καὶ ὑμεῖς περυσιωμένοι ἐστέ*, ἐνταῦθα φησὶ, καὶ ταύτης ἑαυτοὺς ἀπηλλάξατε τῆς ὑποψίας, οὐχὶ τῷ μὴ ἐπαινεῖσθαι μόνον, ἀλλὰ καὶ τῷ ἐπιτιμῆσαι καὶ ἀγανακτῆσαι. *Ἄρα εἰ καὶ ἔγραψα ὑμῖν, οὐχ ἔνεκεν τοῦ ἀδικήσαντος, οὐδὲ*

* Savilius habet ἀπαλλάξατε, sed in margine legendum indicat, ἀπηλλάξατε

ἐνεκεν τοῦ ἀδικηθέντος. Ἴνα γὰρ μὴ λέγωσι, Τί οὖν ἡμῖν ἐπιτιμᾶς, εἰ ἀγνοί ἤμεν ἐπὶ τῷ πράγματι; πρὸς τοῦτο ἰστάμενος καὶ ἀνωτέρω, καὶ προδιοικούμενος αὐτὸ, ἔλεγεν ἄπερ ἔλεγεν, οἶον, *Οὐ μεταμολομαι, εἰ καὶ μετεμολόγην*. Τοσοῦτον γὰρ ἀπέχω τοῦ μετανοεῖν νῦν ἐφ' οἷς ἔγραφα τότε, φησὶν, ὅτι τότε μᾶλλον μετενόησα ἢ νῦν, ὅτε ἑαυτοὺς συνεστήσατε. Εἶδες πάλιν αὐτοῦ τὸ βίαιον καὶ φιλόνοιον, πῶς εἰς τὸναντίον τὸν λόγον περιέτρησεν; Ἐξ ὧν γὰρ ἐνόμιζον αὐτὸν διατετράφθαι, ὡς εἰκῆ ἐπιτιμήσαντα, διὰ τὴν προκοπὴν αὐτῶν, ἀπὸ τούτων δείκνυσιν ὅτι παρόρησάξασθαι αὐτὸν δίκαιον. Οὐδὲ γὰρ παραιτεῖται λοιπὸν χαρίζεσθαι ἀδεῶς, ὅταν ἐξῆ τοῦτο ποιεῖν. Ὁ γὰρ τοιαῦτα λέγων ἀνωτέρω, ὅτι Ὁ κολώμενος τῇ πόρῃ, ἐν σώμᾳ ἐστι· καὶ, *Παράδοτε τὸν τοιοῦτον τῷ Σατανᾷ εἰς ὄλεθρον τῆς σαρκός*· καὶ, *Πᾶν ἀμάρτημα, ὃ ἐάν ποιῆσῃ ἄνθρωπος, ἐκτός τοῦ σώματός ἐστι*· καὶ ὅσα τοιαῦτα, πῶς ἐνταῦθα φησὶν, *Οὐχ ἐνεκεν τοῦ ἀδικήσαντος, οὐδὲ ἐνεκεν τοῦ ἀδικηθέντος*; Οὐκ ἐναντιούμενος ἑαυτῷ, ἀλλὰ καὶ σφόδρα ἀκολουθῶν. Πῶς ἑαυτῷ ἀκολουθῶν; Ὅτι περισπούδαστον ἦν αὐτῷ, δεῖξαι τὸ φίλτρον ὃ περὶ αὐτοὺς εἶχεν. Οὐ τοίνυν ἀναιρεῖ τὸ κήδεσθαι ἐκείνου, ἀλλ' ἐνδείκνυται καὶ τὴν ἀγάπην τὴν περὶ αὐτοὺς, ὅπερ ἔφη, καὶ ὅτι μειζῶν αὐτὸν κατέσεισε φόβος περὶ πάσης τῆς Ἐκκλησίας. Ἐδοδοίκε γὰρ μὴ ἐπὶ πλέον νεμηθῆ τὸ κακόν, καὶ ὀδῶ βαδίζον, ὄλην καταλάβῃ τὴν Ἐκκλησίαν. Διδ καὶ ἔλεγε, *Μικρὰ ζύμη ὄλον τὸ φύραμα ζυμοῖ*. Ἀλλὰ τοῦτο μὲν τότε· νῦν δὲ, ἐπειδὴ κατώρθωσαν, οὐκέτι αὐτὸ οὕτω τίθησιν, ἀλλ' ἐτέρως· καὶ τὸ αὐτὸ μὲν αἰνίττεται, γλυκύτερον δὲ μεταχειρίζεται τὸν λόγον, λέγων, *Ἐνεκεν τοῦ φανερωθῆναι τὴν σπουδὴν ἡμῶν τὴν ὑπὲρ ὑμῶν πρὸς ὑμᾶς*, τούτεστιν, Ἴνα εἰδῆτε [546] πῶς ὑμᾶς φιλῶ. Τοῦτο δὲ τὸ αὐτὸ μὲν ἐστι τῷ προτέρῳ, ἐτέρως δὲ ἐρμηνευθὲν, ἐτέραν ἔδοξεν ἔμφασιν παρέχειν. Ἐπεὶ ὅτι τὸ αὐτὸ ἐστίν, ἀνάπτωξον αὐτοῦ τὴν ἔννοιαν, καὶ οὐδὲν ὄψει τὸ μέσον. Ἐπειδὴ γὰρ σφόδρα φιλῶ ὑμᾶς, φησὶν, ἐδοδοίκεν μὴ τι πάθητε ἐκείθεν ἀηδὲς, μὴ αὐτοὶ δέξησθε τὴν λύπην. Ὡςπερ οὖν ὅταν λέγη, *Μὴ τῶν βοῶν μέλει τῷ Θεῷ*; οὐ τοῦτο λέγει, ὅτι οὐ μέλει· οὐδὲ γὰρ ἐν τι συστήναι τῶν ὄντων τῆς προνοίας ἀποστερηθὲν τοῦ Θεοῦ· ἀλλ' ὅτι οὐ προηγουμένως διὰ τοὺς βόα; ἐνομοθέτει· οὕτω καὶ ἐνταῦθα, Πρῶτον μὲν δι' ὑμᾶς ἔγραφον, δεύτερον δὲ καὶ δι' ἐκείνους, καὶ εἶχον μὲν τὴν ἀγάπην ἐν ἑαυτῷ, καὶ χωρὶς τῆς ἐπιστολῆς, φησὶν. Ἐβουλόμην δὲ αὐτὴν καὶ ὑμῖν δεῖξαι καὶ πᾶσιν ἀπλῶς διὰ τῶν γραμμάτων ἐκείνων. Διὰ τοῦτο *παρακεκλήμεθα*· ἐπειδὴ καὶ τὴν σπουδὴν ἐδείξαμεν τὴν περὶ ὑμᾶς, καὶ τὸ πᾶν ἡμῖν κατώρθωται. Καθάπερ καὶ ἀλλαχοῦ ἔλεγε, *Νῦν ζῶμεν, ἐὰν ὑμεῖς στήκητε ἐν Κυρίῳ*· καὶ πάλιν *Τίς γὰρ ἡμῶν ἐλπὶς, ἢ χαρὰ, ἢ στέφανος καυχήσεως; ἢ οὐχὶ καὶ ὑμεῖς*; Τοῦτο

γὰρ ζωῆ, τοῦτο παράκλησις, τοῦτο παραμυθία διδασκάλου οὖν ἔχοντι, ἢ ἐπίδοσις τῶν μαθητευομένων.

γ'. Οὐδὲν γὰρ οὕτω δείκνυται τὸν τὴν ἀρχὴν ἔχοντα, ὡς ἡ φιλοστοργία ἢ περὶ τοὺς ἀρχομένους. Καὶ γὰρ πατέρα οὐ τὸ γεννῆσαι μόνον ποιεῖ, ἀλλὰ καὶ τὸ φιλεῖν μετὰ τὸ γεννῆσαι. Εἰ δὲ ἐνθα φύσις, τοσαύτη χρεῖα ἀγάπης, πολλῶ μᾶλλον ἐνθα ἡ χάρις. Οὕτως οἱ παλαιοὶ πάντες ἔλαμψαν. Ὅσοι γοῦν τῶν παρ' Ἑβραίοις εὐδοκίμησαν, ἐντεῦθεν ἐφάνησαν. Οὕτω Σαμουὴλ μέγας ἐδείχθη λέγων, Ἐμοὶ δὲ μὴ γένοιτο ἀμαρτεῖν τῷ Θεῷ τοῦ διαλιπεῖν προσευχόμενον ὑπὲρ ὑμῶν· οὕτως ὁ Δαυὶδ, οὕτως ὁ Ἀβραάμ, οὕτως ὁ Ἡλίας, οὕτως ἕκαστος τῶν δικαίων, τῶν ἐν τῇ Καινῇ, τῶν ἐν τῇ Παλαιᾷ. Καὶ γὰρ Μωϋσῆς διὰ τοὺς ἀρχομένους πλοῦτον τοσοῦτον καὶ θησαυροὺς ἀφάτους κατέλιπεν, ἐλόμενος συγκακουχεῖσθαι τῷ λαῷ τοῦ Θεοῦ· καὶ πρὸ τῆς χειροτονίας δημαγωγὸς ἦν διὰ τῶν ἔργων. Διὸ καὶ σφόδρα ἀνοήτως ἔλεγε πρὸς αὐτὸν ὁ Ἑβραῖος ἐκεῖνος, *Τίς σε κατέστησεν ἀρχοντα καὶ δικαστὴν ἐφ' ἡμᾶς*; Τί λέγεις; τὰ ἔργα ὄρας, καὶ περὶ τῆς προσηγορίας ἀμφιδάλλεις; Ὡςπερ ἂν εἰ τις ἰδὼν τέμνοντα ἱατρὸν ἄριστα, καὶ τῷ πεπονηκότι μέλει τοῦ σώματος βοηθοῦντα, λέγοι, *Τίς σε κατέστησεν ἱατρὸν, καὶ τέμνειν ἐκέλευσεν*; Ἡ τέχνη, ὦ βέλτιστε, καὶ ἡ νόσος ἢ σὴ· οὕτω καὶ τοῦτον ἢ ἐπιστήμη τοιοῦτον ἐποίησε. Καὶ γὰρ τέχνη τὸ ἀρχεῖν ἐστίν, οὐκ ἀξίωμα μόνον, καὶ τέχνη τεχνῶν ἀπάσων ἀνωτέρα. Εἰ γὰρ ἡ τῶν ἐξωθεν ἀρχῆ, τέχνη καὶ ἐπιστήμη πασῶν βελτίων ἐστὶ, πολλῶ μᾶλλον αὕτη. Καὶ γὰρ τοσοῦτω ἀμείνων ἐκείνης αὕτη ἢ ἀρχῆ, ὅση τῶν ἄλλων δὲ ἐκείνη· μᾶλλον δὲ καὶ πολλῶ πλέον. Καὶ, εἰ βούλεσθε, τὸν λόγον τοῦτον ἀκριβέστερον ἐξετάσωμεν. Ἔστι τέχνη γεωργικῆ, ἐστὶν ὑφαντικῆ, οἰκοδομικῆ· αἱ καὶ ἀναγκαῖαι σφόδρα εἰσὶ, καὶ μάλιστα συνέχουσιν [547] ἡμῶν τὸν βίον. Αἱ γὰρ δὴ ἄλλαι διάκονοι τούτων εἰσὶν, ἡ χάλκευτικῆ, ἡ τεκτονικῆ, ἡ ποιμαντικῆ. Ἀλλὰ καὶ τούτων αὐτῶν τῶν τεχνῶν ἀναγκασιότερα πασῶν ἢ γεωργικῆ, ἦν καὶ πρώτη εἰσήγαγεν ὁ Θεὸς, τὸν ἄνθρωπον πλάσας. Ὑποδημάτων μὲν γὰρ ἄνευ καὶ ἱματίων δυνατὸν ζῆν, γεωργικῆς δὲ χωρὶς, ἀμήχανον.

Τοιοῦτους τοὺς ἀμαξοβόλους εἶναι φασὶ, τοὺς παρὰ Σκύθαις νομάδας, τοὺς γυμνοσοφιστὰς τοὺς τῶν Ἰνδῶν. Οὗτοι γὰρ καὶ οἰκοδομικὴν καὶ ὑφαντικὴν καὶ τὴν τῶν ὑποδημάτων εἴασαν τέχνην, μόνης δὲ τῆς γεωργικῆς θέονται. Αἰσχύνητε οἱ τῶν περιττῶν χρῆζοντες τεχνῶν, καὶ μαγεύρων καὶ πλακουνοτοπιῶν καὶ ποικιλτῶν καὶ μυρίων ἐτέρων τοιούτων, ἵνα ζῆτε· αἰσχύνητε οἱ τὰς ματαιοτεχνίας εἰσαγαγόντες τῷ βίῳ· αἰσχύνητε ἐκείνους τοὺς βαρβάρους ὑμεῖς οἱ πιστοὶ, τοὺς μὴ δεομένους τέχνης. Καὶ γὰρ σφόδρα αὐτάρκη τὴν φύσιν ἐξ ὀλίγων ἐποίησεν ὁ

In omnibus exhibuistis vosipsos incontaminatos esse in negotio. Non modo quia nullum facinus aggressi essent (perspicuum enim hoc erat), sed etiam quia id perpetranti minime faverent. Quia enim in priore epistola dicebat, *Et vos inflati estis* (1. Cor. 5. 2); hic ait, Ilac quoque suspitione vosipsos liberastis, dum non modo facinus istud non laudastis, verum etiam ei, a quo admissum fuerat, succensuistis. 12. *Igitur etsi scripsi vobis, non propter eum qui fecit injuriam, nec propter eum qui passus est.* Nam ne dicerent, *Ecquid igitur nos objurgas, si huic facinori affines non eramus?* huic objectioni superius etiam occurrens, atque ad id sibi viam præmuniens, ea dicebat quæ dicebat, nempe: *Non me pœnitel, etiamsi pœnituerat.* Tantum enim abest, inquit, ut de iis, quæ tum scripsi, me pœniteat, ut tum magis me pœnituerit, quam nunc, cum vos puros exhibuistis. Videsne rursus, quanta dicendi vi atque contentione Paulus utatur, et quomodo sermonem in contrarium retorserit? Ex eo enim ipso, unde eum pudore affectum fuisse existimabant, ut qui frustra eos objurgasset, quod in melius profecissent, ex eo ipso demonstrat se justam liberius eos alloquendi causam habuisse. Neque enim ipsis jam ad gratiam loqui recusat, cum id se facere posse videt. Etenim cum superius dixerit, *Qui adhæret meretrici, unum corpus efficitur* (1. Cor. 6. 16); et, *Tradite hujusmodi hominem satanæ in interitum carnis* (1. Cor. 5. 5); et, *Omne peccatum quodcumque fecerit homo, extra corpus est* (1. Cor. 6. 18); et cætera omnia ejusdem generis: qui sit ut hic dicat, *Non propter eum qui fecit injuriam, nec propter eum qui passus est?* Non secum ipse pugnat, cum ita loquitur, imo pulchre concordat. Quomodo secum concordat? Quoniam summo ei studio erat, vim sui erga eos amoris declarare. Quocirca non hoc amputat, quod fornicatoris illius saluti consultum velit; verum simul, ut jam dixi, suam erga eos caritatem ostendit, seque longe magis hoc metu percussum fuisse, quod vereretur ne Ecclesia tota detrimentum ex eo flagitio acciperet, malumque latius serperet, ac sensim grassans, totam Ecclesiam occuparet. Ideo dicebat, *Modicum fermenti totam massam corruptit* (1. Cor. 5. 6). Verum id quidem tunc dicebat: nunc autem, quoniam ad meliorem frugem se receperant, non jam ita loquitur, verum alio modo; atque id ipsum quidem subindicat, sed suavius orationem tractat, dicens, *Ad manifestandam sollicitudinem nostram, quam habemus pro vobis ad vos.* Hoc est, ut exploratum habeatis, quantopere vos amem. Hoc autem ipsum prius dixit; sed aliis verbis explicatum, speciem aliam præbere videtur. Nam quod idem sit, mentem Pauli excute, nec quidquam discriminis esse comperies. Quoniam enim, inquit, valde vos amo, verebar ne quid inde molestiæ caperetis, atque ipsi mœrore afficeremini. Sicut cum ait, *Num de bobus cura est Deo* (1. Cor. 9. 9)? non hoc dicit, ei boum curam minime esse; neque enim res ulla Dei providentia destituta conservari potest; sed his verbis hoc vult, Deum, cum legem illam sanciret, non præcipuam

boum curam habuisse: sic et hoc loco, Propter vos, inquit, potissimum scripsi; deinde etiam illius causa. Atque infixum quidem in animo vestri amorem habebam, etiamsi nihil ad vos literarum dedissem; cæterum eum vobis per literas illas atque omnibus in universum declarare cupiebam. *Ideo consolati sumus:* quoniam et nostrum erga vos studium ostendimus, et officio plene perfuncti sumus. Sic alio quoque loco dicebat, *Nunc vivimus, si vos statis in Domino* (1. Thess. 3. 8); et rursus, *Quæ est ergo spes nostra, aut gaudium, aut corona gloriæ* (1. Thess. 2. 19)? *nonne vos?* Discipulorum enim incrementum mente prædito magistro et vita et cohortatio et consolatio est.

3. Nihil enim eum, qui imperium gerit, æque indicat, ut amor atque indulgentia erga eos quibus præest. Nam patrem non modo sobolis procreatio facit, sed etiam post procreationem amor. Quod si ubi natura est, tantus amor requiritur: quanto magis ubi gratia? Ita veteres omnes splenduerunt. Hinc quippe omnes, qui apud Hebræos in gloria fuerant, nominis splendorem assequuti sunt. Sic Samuel magnum se præbuit, cum diceret: *Absit a me hoc peccatum in Domino, ut cessem orare pro vobis* (1. Reg. 12. 23). Sic David, sic Abraham, sic Elias, sic justi omnes, tam in Veteri quam in Novo Testamento. Etenim Moyses subditorum amore ductus, ingentes opes ac thesauros omni sermone subluniores reliquit, potius habens affligi cum populo Dei. Quin prius etiam, quam dux creatus fuisset, reipsa populi moderator erat. Quare perquam stolidè ad eum Hebræus ille dicebat, *Quis te constituit principem ac judicem super nos* (Exod. 2. 14)? Quid ais? opera cernis, et de nomine dubitas? Perinde ac si quis medicum peritissime secantem, atque ægræ corporis parti opem afferentem, conspiciens dicat, *Quis te medicum constitui, ac secare jussit?* ars nimirum ipsa, vir optime, ac morbus tuus: eodem modo hunc quoque artis scientia ad talem dignitatem evexit. Neque enim imperium tenere, dignitas tantum est, sed ars etiam, et quidem artium omnium præstantissima. Nam si æternum imperium ars est, et scientia omnium præclarissima: multo profecto magis hoc nostrum. Tanto quippe hoc imperium illo præstantius est, quanto illud reliquis antecellit; imo vero longe etiam magis. Ac si placet, hunc sermonem accuratius expendamus. Ars est agricultura, ars est textrina, ars est ædificatio: quæ etiam ipsæ perquam necessariæ sunt, ac vitam nostram maxime tuentur. Nam cæteræ, ut ferraria, fabrills, eaque quæ in ovibus armentisque pascendis sita est, his dumtaxat ancillantur. Sed harum artium maxime necessaria est agricultura, quam etiam Deus primam iniecit, cum hominem creavit. Etenim sine calceis ac vestimentis vita duci potest, sine agricultura autem nullo modo potest.

Hamaxobii, Nomades et Gymnosophistæ. — Tales Hamaxobios esse ferunt; tales Nomadas qui apud Scythas in pascuis degunt; tales apud Indos gymnosophistas (a). Hi enim et ædificandi et texendi et con-

(a) De Hamaxobiis Scythiæ et Sarmatiæ populi, qui in

ficiendarum vestium artem reliquerunt, solaque agricultura opus habent. Pudeat vos, qui supervacanciam artibus indigetis, et coquis et placentarum cupiditatemque artificibus aliisque ejusdem generis permultis, ut vitam transigatis: pudeat vos qui vanas artes in vitam humanam induxistis. Vobis, qui in Christum creditis, barbari illi pudorem inculciant, quibus arte opus non est. Etenim Deus naturam ita fecit, ut paucis admodum contenta sit. Quamquam nec vos cogo, nec legem impono ut ita vivatis, verum ut Jacob postulavit. Quid autem ille postulavit? *Si mihi dederit Deus panem ad vescendum, et vestimentum ad induendum* (Gen. 28. 20). Sic etiam Paulus imperabat, dicens: *Habentes autem alimenta, et quibus tegamur, his contenti simus* (1. Tim. 6. 8). Prima itaque est agricultura, secunda textoria ars, tertia ea, quæ in extruendis œdibus sita est; quæ autem in calceamentis versatur, omnium postrema est. Apud nos quippe et famuli complures et agricolæ sunt, qui sine calceamentis vitam transigant: proinde utiles ac necessariæ artes hæc sunt. Age igitur, ipsas cum imperandi arte conferamus. Hæc enim mihi causa fuit, cur eas artes, quæ magis usui sunt, in medium adduxerim, ut cum hanc illis præstantiorem esse demonstratum fuerit, sine controversia de aliis quoque ipsa palmam ferat. Uade igitur hanc omnibus aliis magis necessariam esse probabimus? Quia hæc sublata nihil illæ prosunt. Ac, si lubet, omissis aliis, agriculturam, quæ omnibus præstat magisque necessaria est, in medium proferamus. Ecquid igitur ex agricolarum labore emolumentum afferret, si homines inter se bellum gerant, aliique aliorum bona diripiant? Nunc enim principis metus eos reprimit, conservatque ea, quæ ab illis elaborantur: quem tu metum si semel sustuleris, frustra labor ille susceptus fuerit. Quod si quis accurate rem expendat, alterum quoque imperium, quod hoc gignat ac tueatur, inveniet. Quodnam hoc tandem? Illud scilicet, per quod cuique hoc agendum est, ut sibi ipse præsit ac dominetur, atque ita se comparet, ut illiberales animi motus coerceat, et rursus virtutis surculos alat atque omni studio augeat. Duplex enim imperii genus est: alterum cujus opera homines et populi et urbibus imperant, ac civilem hanc vitam moderantur: id quod Paulus indicabat, cum diceret: *Omnis anima potestatis sublimioribus subdita sit; non est enim potestas nisi a Deo* (Rom. 13. 1). Ac postea, quantum hinc commodi comparetur ostendens, hæc verba subjunxit, *Magistratus Dei minister est in bonum* (Ibid. v. 4); ac rursus, *Dei minister est, vindex in iram ei, qui malum egit*. Alterum est, per

plaustris quasi domibus habitabant, plurimi scriptores egerunt. Erant etiam in Africa Hamaxobii, de quibus Silius Italicus:

*Nulla domus, plaustris habitant, migrare per arva
Mos, atque errantes circumvectore penates.*

De Nomadis etiam qui in pascendis gregibus vitam agebant, vide Strabonem nullis in locis; eorumque frequentio est apud scriptores multos. Dicitur autem hinc Numidarum in Africa nomen manavisse.

De Gymnosopistis Indorum philosophis innumeri pene egerunt. Sic autem vocabantur, quod γυμνοί, nudi, incederent.

quod imperium in se gerit quisquis mente ac prudentia præditus est: quod ipsum quoque Paulus his verbis declaravit, *Quod si vis non timere potestatem, bonam fac* (Rom. 13. 3): de eo loquens, qui sibi ipsi imperat.

4. *Ecclesiæ imperium quodnam.*—At vero hic aliud quoque imperii genus est, ac civili quidem imperio sublimius. Quodnam igitur hoc est? Quod in Ecclesia viget: cujus etiam ipsius mentionem Paulus facit, cum ait: *Obedite præpositis vestris, et subjacete eis: ipsi enim pervigilant, quasi rationem pro animabus vestris reddituri* (Hebr. 13. 17). Hoc enim imperium tanto civili excellentius est, quanto cælum terra; imo etiam multo præstantius. Primum namque non hoc præcipue curat, ut perpetrata scelera vindicet, sed ut ne omnino quidem perpetrentur: deinde si perpetrata sint, non ut ægotantem de medio tollat, sed ut ipsa deleantur. Ad hæc rerum quidem hujus vitæ parvam omnino rationem habet; verum pro cælestibus omnia agit: *Nostra quippe conversatio in cælis est* (Philipp. 3. 20), nostra quoque vita illie. *Abecondita est enim, inquit, cum Christo in Deo* (Coloss. 3. 3). Præmia etiam illic sunt, ac pro coronis illic reconditis hic curritur. Neque enim hæc vita post mortem deletur, imo tum demum clarius lucret. Quocirca non modo majorem, quam provinciarum præfecti, sed etiam quam illi ipsi, qui diademate cincti sunt, honorem acceperunt qui hoc imperium gerunt, ut qui in majoribus rebus et ob majora commoda homines lingant. At vero nec qui civile, nec qui spirituale imperium expetunt, id rite ac præclare administrare poterunt, nisi sibi ipsi prius, ut par est, imperent, atque utriusque politicæ leges summo studio servent. Ut enim duplex quodammodo est imperium populare: sic illud etiam quod in se quisque habet. Atque hic quoque rursus spirituale imperium civili præstat, ut a nobis est demonstratum. Porro artes etiam quasdam perspicere est, quæ imperii speciem imitentur, ac potissimum agriculturam. Est enim plantarum velut præfectus quidam agricola: quippe qui partim eas aniputet ac cohibeat, partim augeat et excolat: non secus ac præclarissimi quique principes flagitiosos homines, ac pluribus labem et perniciem afferentes suppliciiis afficiunt atque exciunt, bonos contra et modestos viros ad majus quidpiam provehunt. Quo fit ut Scriptura vinitoribus antistites comparet. Quid enim, si plantæ vocem nullam mittunt, ut in urbibus ii solent quibus injuria fit? attamen per ipsum tamen aspectum injuriam acceptam ostendunt, ut quæ a noxiis herbis in arctum eoactæ marescant. Atque ut improbitas legibus coerceatur: ita hic quoque artis hujus adjumento et terræ vitium et plantæ ignobilitas ac feritas corrigitur. Etenim ea omnia quæ in humanis moribus existunt, illic quoque reperiemus, asperitatem nimirum, molitiam, timiditatem, temeritatem, inconstantiam; ac ramos quidem alios opibus intempestive atque in vicinorum perniciem florentes, alios rursus egentes injuriaque affectos, velut cum sepes quædam in vicinarum plantarum exitium assurgunt, atque item

θεός. Πλὴν οὐκ ἀναγκάζω, οὐδὲ νομοθετῶ οὕτω ζῆν· ἀλλ' ὡς ὁ Ἰακώβ ἤτησε. Τί δὲ ἤτησεν ἐκεῖνος; Ἐάν ὁψ̄ μοι Κύριος ἄρτον φαιεῖν, καὶ ἰμάτιον περιβαλέσθαι. Οὕτω καὶ Παῦλος ἐκέλευσε λέγων· Ἐχοντες δὲ τροφήν καὶ σκεπάσματα, τούτοις ἀρκέσθησόμεθα. Πρώτη μὲν οὖν ἡ γεωργικὴ, δευτέρα δὲ ἡ ὑφαντικὴ, καὶ τρίτη μετ' ἐκείνην ἡ οἰκοδομικὴ· ἡ δὲ τῶν ὑποδημάτων πασῶν ἐσχάτη. Παρὰ γοῦν ἡμῖν εἰσι πολλοὶ καὶ οἰκέται καὶ γεωργοὶ χωρὶς ὑποδημάτων ζῶντες. Οὐκοῦν αἱ χρήσιμοι καὶ ἀναγκαῖαι αὐταί. Φέρε οὖν, παραβάλωμεν αὐτάς τῃ ἀρχικῇ. Διὰ γὰρ τοῦτο τὰς πασῶν κυριωτέρας παρήγαγον, ἵν' ὅταν φανῇ αὕτη βελτίων ἐκείνων, ἀναμφισβήτητος ἡ κατὰ τῶν ἄλλων αὐτῇ νίκη ἦ. Πόθεν οὖν αὐτὴν δείξομεν ἀναγκαιότεραν οὕσαν πασῶν; Ὅτι ταύτης ἀνευ οὐδὲν ἐκείνων ὄφελος. Καὶ, εἰ δοκεῖ, τὰς ἄλλας ἀφέντες, τὴν πασῶν ἀνωτέρω καὶ κυριωτέραν εἰς μέσον ἀγάγωμεν, τὴν γεωργικὴν. Τί οὖν ἔσται πλέον τῆς τῶν γεωργῶν πολυχειρίας, ὅταν ἀλλήλοις πολεμῶσι, καὶ τὰ ἀλλήλων ἀρπάξωσι; Νῦν μὲν γὰρ ὁ τοῦ ἀρχοντος φόδος κατέχει, καὶ τὰ ὑπ' ἐκείνων γινόμενα φυλάττει· ἐάν δὲ ταύτην ἀνέλθῃ, περιττὸς ὁ πόνος ἐκεῖνος. Εἰ δὲ τις ἀκριβῶς ἐξετάσῃ, καὶ ἑτέραν ἀρχὴν εὐρήσῃ μητέρα ταύτης καὶ σύνδεσμον οὕσαν. Ποίαν δὲ ταύτην; Καθ' ἣν ἕκαστον αὐτόν τινα ἑαυτοῦ κρατεῖν καὶ ἀρχειν δεῖ, τὰ μὲν ἀνελεύθερα κολάζοντα πάθη, πάντα δὲ τὰ τῆς ἀρετῆς βλαστήματα ἐκτρέφοντά τε καὶ αὐξοντα μετὰ ἀκριβείας ἀπάσης. Ἔστι γὰρ ἀρχῆς εἶδη, ἕν μὲν, καθ' ὃ δῆμων καὶ πόλεων ἀρχοῦσιν ἄνθρωποι, τὸν [548] πολιτικὸν τοῦτον διορθοῦντες βίον· ὅπερ ὁ Παῦλος θελῶν ἔλεγε· Πᾶσα ψυχὴ ἐξουσίαις ὑπερεχούσαις ὑποτασσέσθω· οὐ γὰρ ἐστὶν ἐξουσία, εἰ μὴ ὑπὸ θεοῦ. Εἶτα δεικνύς αὐτῆς τὸ κέρδος, ἐπήγαγε λέγων, ὅτι Ὁ ἀρχῶν θεοῦ διάκονός ἐστιν εἰς τὸ ἀγαθόν· καὶ πάλιν, θεοῦ διάκονός ἐστιν, ἐκδικὸς εἰς ὀργὴν τῷ τὸ κακὸν πράσσοντι. Ἔτερον δὲ, καθ' ὃ ἑαυτοῦ τις ἕκαστος ὁ νοῦν ἔχων ἀρχει· ὃ καὶ αὐτὸ παρεδήλωσεν εἰπὼν, Εἰ δὲ θέλεις μὴ φοβεῖσθαι τὴν ἐξουσίαν, τὸ ἀγαθὸν ποιεῖ· τὸν ἑαυτοῦ ἀρχοντα λέγων.

δ'. Ἐνταῦθα δὲ ἐστὶ καὶ ἑτέρα ἀρχὴ τῆς πολιτικῆς ἀρχῆς ἀνωτέρα. Τίς οὖν ἐστὶν αὕτη; Ἡ ἐν τῇ Ἐκκλησίᾳ· ἥς καὶ αὐτῆς ὁ Παῦλος μέμνηται λέγων, Πείθεσθε τοῖς ἡγουμένοις ὑμῶν, καὶ ὑπεικτε, ὅτι αὐτοὶ ἀγγελοῦσιν ὑπὲρ τῶν ψυχῶν ὑμῶν, ὡς λόγον ἀποδώσοντες. Αὕτη γὰρ ἡ ἀρχὴ τοσοῦτον τῆς πολιτικῆς ἀμείνων, ὅσον τῆς γῆς ὁ οὐρανός· μᾶλλον δὲ καὶ πολλῶν πλέον. Πρῶτον μὲν γὰρ οὐχ ὅπως γενόμενα κολάσειεν ἀμαρτήματα σκοπεῖ προ-

ηγούμενος, ἀλλ' ὅπως μὴ γένοιτο τὴν ἀρχὴν· ἔπειτα γενόμενα, οὐχ ὅπως ἀπενέγκοι τὸν κάρνοντα, ἀλλ' ὅπως ἀφανισθεῖη. Καὶ βιωτικῶν μὲν οὐ πολλὸς αὐτῇ λόγος, πάντα δὲ ὑπὲρ τῶν ἐν οὐρανοῖς πραγμάτων χρηματίζει· Ἡμῶν γὰρ τὸ πολιτεῦμα ἐν οὐρανοῖς ὑπάρχει, καὶ ἡ ζωὴ ἡμῶν ἐκεῖ. Κέκρυπται γὰρ, φησὶ, σὺν τῷ Χριστῷ ἐν τῷ Θεῷ. Καὶ τὰ ἑπαθλα ἐκεῖ, καὶ οἱ δρόμοι περὶ τῶν ἐκεῖ στεφάνων. Οὐδὲ γὰρ καταλύεται μετὰ τὴν τελευτὴν αὕτη ἡ ζωὴ, ἀλλὰ τότε διαλάμπει μειζόνως. Διὰ δὲ τοῦτο, οὐχ ὑπάρχων μόνον, ἀλλὰ καὶ αὐτῶν τῶν τὰ διαδήματα περικειμένων μειζονά εἰσιν ἐγκεχειρισμένοι τιμὴν οἱ ταύτην ἔχοντες τὴν ἀρχὴν, ἅτε ἐν μείζοσι καὶ ἐπὶ μείζοσι πλάττοντες τοὺς ἀνθρώπους. Ἄλλ' οὕτε ὁ τὴν πολιτικὴν ἀρχὴν μετιῶν, οὕτε ὁ τὴν πνευματικὴν, δυνήσονται καλῶς ταύτας μεταχειρίζεσθαι, εἰ μὴ πρότερον ἑαυτῶν ἀρξαιεν, ὡς χρῆ, καὶ τοὺς ἑκατέρους νόμους τῆς πολιτείας φυλάξαιεν μετὰ ἀκριβείας ἀπάσης. Ὅσπερ γὰρ ἡ τῶν πολλῶν ἀρχὴ διπλῆ τίς ἐστίν, οὕτω καὶ ἡ ἑαυτοῦ τις ἕκαστος ἀρχει. Καὶ πάλιν κἄνταῦθα ἀμείνων τῆς πολιτικῆς ἡ πνευματικὴ, ὡσπερ ὁ λόγος ἀπέδειξεν. Ἴδοι δ' ἂν τις καὶ τῶν τεχνῶν ἐνίας ἀρχὴν μιμουμένην, καὶ μάλιστα τὴν γεωργικὴν. Καθάπερ γὰρ ἀρχῶν τίς ἐστὶ τῶν φυτῶν ὀγηπόνος, τὰ μὲν περικόπτων καὶ κωλύων [χολούων], τὰ δὲ αὐξῶν καὶ θεραπεύων· καθάπερ καὶ οἱ τῶν ἀρχόντων ἄριστοι τοὺς μὲν πονηροὺς, καὶ τοῖς πλείοσι λυμαιομένους, τιμωροῦνται καὶ ἐκκόπτουσι, τοὺς δὲ χρηστοὺς καὶ ἐπεικεῖς ἐπὶ μείζον ἄγουσι. Διὰ τοῦτο καὶ ἡ Γραφὴ τοὺς ἀρχοντας ἀμπελοργοῖς ἀπεικάζει. Τί γὰρ, εἰ μὴ φωνὴν ἀφίπαισι τὰ φυτὰ, καθάπερ ἐπὶ τῶν πόλεων οἱ κακῶς πάσχοντες; ἀλλ' ὁμοῦς διὰ τῆς ὕψους δεικνύουσι τὴν ἀδικίαν, μαραινόμενα, στενωχωρούμενα ὑπὸ τῶν πονηρῶν βοτανῶν. Καὶ καθάπερ νόμοις κολάζεται ἡ πονηρία, οὕτω δὲ καὶ ἐνταῦθα [549] τῇ τέχνῃ ταύτῃ καὶ γῆς κακία. καὶ φυτοῦ δυσγένεια καὶ ἀγριότης διορθοῦται. Καὶ γὰρ ὅσα ἐν τοῖς ἤθεσιν ἐστὶ τοῖς ἀνθρωπίνους, εὐρήσθημεν καὶ ἐκεῖ, τραχύτητα, μαλακότητα, δειλίαν, προπέτειαν, ἀστάθειαν, καὶ τὰ μὲν αὐτῶν πλοῦτῳ κομῶντα ἀκαίρωσ καὶ ἐπὶ κακῷ τῶν πλησίον, τὰ δὲ πενόμενα καὶ ἀδικούμενα· ὅσον ὅταν οἱ φραγμοὶ κομῶντες ἐπὶ κακῷ τῶν ἐγγύς φυτῶν ἀφρονται, ὅταν ἕτερα δένδρα ἄκαρπα καὶ ἀνήμερα εἰς ὕψος ἀναδραμόντα τὴν αὐξίαν τῶν ὑποκειμένων κωλύη. Καὶ καθάπερ οἱ ἀρχοντες καὶ οἱ βασιλεῖς ἔχουσι τοὺς λυμαιομένους αὐτῶν τῇ ἀρχῇ καὶ πολεμοῦντας· οὕτω καὶ ὁ γηπόνος θηρίων ἐφοδόν, ἀνωμαλλίαν ἀέρων, χάλαζαν, ἐρυσίθην, ἐπομβρίας, αὐχμούς, καὶ ὅσα τοιαῦτα. Ταῦτα δὲ γίνεται, ἵνα πρὸς τὴν τοῦ Θεοῦ διηνεκῶς ἐλπίδα βλέπῃς. Αὐτὸ μὲν γὰρ ἄλλαι τέχναι καὶ ἀπὸ τῆς τῶν ἀνθρώπων

συνίστανται σπουδῆς· αὕτη δὲ τὸ πλέον ἐν τῇ τοῦ Θεοῦ βροπῇ ἔχει, καὶ ὅλη διόλου σχεδὸν ἐκείθεν ἤρτηται· καὶ δεῖ μὲν τῶν ἀνωθεν ὑετῶν, δεῖ δὲ τῆς ὠρῶν κρᾶσεως, καὶ πρὸ πάντων τῆς αὐτοῦ προνοίας. Οὕτε γὰρ ὁ φυτεύων, οὕτε ὁ ποτίζων τί ἐστίν, ἀλλ' ὁ ἀφ' ἑαυτῶν Θεός. Ἔστι καὶ θάνατος· ἐνταῦθα καὶ ζωὴ, καὶ ὠδίνες καὶ τόκοι, καθάπερ ἐπ' ἀνθρώπων. Ἔστι γὰρ καὶ ἀπομηθῆναι, καὶ καρπὸν ἐνεγκεῖν, καὶ ἀποθανεῖν, καὶ γενέσθαι τὸ τεθνηκὸς αὐτὸ πάλιν ἀνωθεν· ἔνθα καὶ ποικίλως ἡμῖν καὶ σαφῶς διαλέγεται περὶ ἀναστάσεως ἡ γῆ. Ὅταν γὰρ ἡ ρίζα ἐνέγκῃ καρπὸν, ὅταν τὸ σπέρμα φυῆ, οὐκ ἀνάστασις; τὸ πρᾶγμά ἐστι; Καὶ πολλὴν ἂν τις ἴδωι τῇ ἀρχῇ ταύτῃ τὴν παρὰ α τοῦ Θεοῦ πρόνοιαν ἔγκειμένην καὶ σοφίαν, εἰ καθ' ἕκαστον ἐπεξίῃ. Ἄλλ' ὅπερ ἐβουλόμην εἰπεῖν, ὅτι αὕτη μὲν περὶ γῆν ἐστὶ καὶ φυτὰ, ἡ δὲ ἡμετέρα περὶ ψυχῶν θεραπείαν. Ὅσον δὲ φυτῶν καὶ ψυχῶν τὸ μέσον, τοσοῦτον αὕτη βελτίων ἐκείνης. Οἱ δὲ τοῦ βίου τοῦ παρόντος ἄρχοντες, τοσαῦτον αὐτῆς ἐλάττωτος πάλιν, ὅσον τὸ ἐκόντος τοῦ ἄκοντος κρατεῖν βέλτιον. Αὕτη γὰρ ἐστὶ καὶ ἡ φύσις ἀρχῆ. Ἐκεῖ μὲν γὰρ τὸ πᾶν τῷ φόβῳ γίνεται καὶ τῇ ἀνάγκῃ· ἐνταῦθα δὲ τῆς προαιρέσεως καὶ τῆς γνώμης ἐστὶ κατόρθωμα. Καὶ οὐ ταύτη μόνον αὕτη βελτίων ἐκείνης, ἀλλ' ὅτι οὐκ ἀρχὴ μόνον ἐστίν, ἀλλὰ καὶ πατρότης, ὡς ἂν τις εἴποι· καὶ γὰρ πατὴρ ἔχει τὸ ἡμερον, καὶ μείζονα ἐπιτάττουσα πείθει. Ὁ μὲν γὰρ ἔξωθεν ἄρχων φησίν, Ἐὰν μοιχεύσῃς, ἀπέθανες· οὗτο; δὲ κἂν ἀκολάστοις ὀφθαλμοῖς ἴδῃς, τὰ μέγιστα ἀπειλεῖ. Καὶ γὰρ σεμνὸν τοῦτο τὸ δικαστήριον, καὶ ψυχῆς, οὐχὶ σώματος μόνον διορθωτικόν.

ε'. Ὅσον οὖν ψυχῆς καὶ σώματος· τὸ μέσον, τοσοῦτον πάλιν αὕτη διεσθηκεν ἐκείνης ἡ ἀρχῆ. Κάκεινος μὲν τῶν φανερῶν κἀθηται κριτής· μᾶλλον δὲ οὐδὲ τούτων [550] ἀπάντων, ἀλλὰ τῶν ἐλεγχόμενων· πολλάκις δὲ καὶ τούτων προδότης γίνεται· τὸ δὲ κριτήριον τοῦτο παιδεύει τοὺς εἰσιόντας, ὅτι ὁ παρ' ἡμῖν δικάζων, πάντα γυμνὰ καὶ τετραηλισμένα εἰς μέσον ἔξει· ἐπὶ τοῦ κοινοῦ τῆς οἰκουμένης θεάτρου, καὶ λαθεῖν ἀμήχανον. Ὅστε πολλῶ μᾶλλον τῶν ἔξωθεν νόμων ὁ χριστιανισμὸς τὸν ἡμέτερον συνέχει βίον. Εἰ γὰρ καὶ τὸ περὶ τῶν κεκρυμμένων τρέμειν τοῦ περὶ τῶν φανερῶν μόνον δεδοικέναι ἀσφαλῆστερον ποιεῖ τὸν ἄνθρωπον, καὶ τοῦ τὰ μείζω κολάζειν τὸ καὶ τῶν ἐλαττόνων ἀπαιτεῖν εὐθύνας μᾶλλον αὐτὸν διανίστησι πρὸς ἀρετὴν· εὐθλοῦν ὅτι πάντων μάλιστα αὕτη ἡ ἀρχὴ τὴν ἡμετέραν συγκροτεῖ ζωὴν. Εἰ δὲ βούλει, καὶ τὰς χειροτονίας τῶν ἀρχόντων ἴδωμεν· καὶ γὰρ ἐνταῦθα πολὺ τὸ μέσον ἔχει. Οὐ γὰρ χρήματα δόντας ἐστὶ λαβεῖν τὴν ἀρχὴν ταύτην, ἀλλὰ τρόπον ἐπιδειξάμενον ἢ ἄρι-

στον· οὐδὲ ὡς ἐπὶ δόξαν ἀνθρωπίνην καὶ ἀνεῖν οἰκειαν, ἀλλ' ὡς εἰς πόνους καὶ ἰδρώτας καὶ τὸ τῶν πολλῶν συμφέρον, οὕτως ἐπὶ τὴν ἀρχὴν ἀγεται ταύτην ὁ χειροτονηθεὶς. Διὸ καὶ πολλῆς ἀπολαύει τῆς ἀνωθεν βοήθειας παρὰ τοῦ Πνεύματος. Κάκει μὲν μέτριον τοῦ διαγορεύσαι τὰ πρακτέα μόνον ἐστῆκεν ἡ ἀρχῆ· ἐνταῦθα δὲ καὶ τὴν ἀπὸ τῶν εὐχῶν, καὶ τὴν ἀπὸ τῆς χάριτος προστίθῃσι συμμαχίαν. Μᾶλλον δὲ ἐκεῖ μὲν οὐδὲ λόγος ὑπὲρ φιλοσοφίας οὐδεὶς, οὐδὲ κάθηται τις διδάσκων τί ψυχῆ, καὶ τί ποτε κόσμος, καὶ τί μέλλομεν εἶναι μετὰ ταῦτα, καὶ ἐπὶ τίσιν ἀπελευσόμεθα ἐντεῦθεν, καὶ πῶς ἀρετῆς περιεσόμεθα, ἀλλὰ περὶ μὲν συναλλαγμάτων καὶ συμβολαίων καὶ χρημάτων πολὺς ὁ λόγος, τούτων δὲ οὐδεμία φροντίς· ἐν δὲ τῇ Ἐκκλησίᾳ πάντας ὑπὲρ τούτων τοὺς λόγους ἴδοι τις ἂν γινομένους· διὸ καὶ δικαίως πάντα ἂν τις αὕτην καλέσειε, καὶ δικαστήριον, καὶ ἰατρεῖον, καὶ φιλοσοφίας διδασκαλεῖον, καὶ ψυχῆς παιδευτήριον, καὶ γυμνάσιον δρόμων τῶν εἰς οὐρανοὺς φερόντων. Ὅτι δὲ καὶ ἡμερωτάτη πασῶν ἡ ἀρχῆ, καίτοι μείζονα ἀκρίθειαν ἀπαιτοῦσα, δῆλον ἐντεῦθεν. Ὁ μὲν γὰρ ἔξωθεν ἄρχων, ἂν λάβῃ μοιχόν, εὐθέως ἐκόλασε. Καίτοι τί τὸ κέρδος; τοῦτο γὰρ οὐχὶ τὸ πάθος ἐστὶν ἀνελεῖν, ἀλλὰ τὸ τραῦμα ἔχουσιν ἀποπέμψαι τὴν ψυχὴν. Ὁ δὲ ἐνταῦθα ἄρχων εὐρῶν, οὐκ ὅπως τιμωρήσεται, ἀλλ' ὅπως ἐξῆλθῃ τὸ πάθος, σπεύδει. Σὺ μὲν γὰρ ταῦτόν ποιεῖς, ὡσπερ ἂν, περὶ τὴν κεφαλὴν νοσήματος γενομένου, μὴ τὸ νόσημα παύσης, ἀλλὰ τὴν κεφαλὴν ἀποτέμεις· ἐγὼ δὲ οὐκ οὕτως, ἀλλὰ τὸ νόσημα ἀποτέμνω· καὶ εἰργω μὲν αὐτὸν μυστηρίων καὶ ἱερῶν περιθῶλων, ἀναστησάμενος δὲ αὐτόν, καὶ ἀπλλαγέντα τῆς κακίας, καὶ ἀμείνω τῇ μετανοίᾳ γενόμενον ἀναλαμβάνω πάλιν. Καὶ πῶς ἐστὶν ἐξελεῖν μοιχεῖαν; φησίν. Ἔστι, καὶ σφόδρα ἐστὶν ὑπὸ τοῖς [551] νόμοις γενόμενον τούτοις. Βαλανεῖον γὰρ ἐστὶν ἡ Ἐκκλησία πνευματικὴν, οὐ ῥύπον σώματος, ἀλλὰ ψυχῆς ἀποσμήχον κηλῖδα τοῖς πολλοῖς τῆς μετανοίας τρόποις. Σὺ μὲν γὰρ ἂν τε ἀφῆς ἀτιμώρητον, χείρωνα εἰργάσω· ἂν τε κολάσῃς, ἀνίστατον εἰσάσας· ἐγὼ δὲ οὐτε ἀφήμι ἀτιμώρητον, οὐτε κολάζω, ὡς σὺ, ἀλλὰ καὶ δίκην ἀπαίτω τὴν ἐμοὶ πρόπευσαν, καὶ διορθοῦμαι τὸ γεγενημένον. Βούλει καὶ ἐτέρως μαθεῖν, πῶς; σὺ μὲν ξίφη γυμνῶν, καὶ φλόγα δεικνύς τοῖς ἀμαρτάνουσιν, οὐ πολλὴν ἐργάζῃ τὴν ἰατρείαν, ἐγὼ δὲ τούτων χωρὶς πρὸς καθαρὰν ἔχειραγώγησα τὴν ὑγιειαν; Οὐ δεῖ δὲ μοι λόγων οὐδὲ ῥημάτων, ἀλλὰ γῆν καὶ θάλατταν εἰς μέσον ἄγω, καὶ αὐτὴν τῶν ἀνθρώπων τὴν φύσιν. Καὶ ἐξέτασον, πρὶν ἢ τὸ δικαστήριον τοῦτο καθίσαι, πῶς τὰ ἀνθρώπινα διέκειτο πράγματα, πῶς οὐδὲν τῶν νῦν κατορθωθέντων οὐδὲ μέχρις ὀνόματος ἦν ἀκούσασαι ποτε. Τίς γὰρ θανάτου κατετόλμησε; τίς χρημάτων κατεφρόνησε; τίς δόξης ὑπερεῖδε; τίς τοὺς ἐν μέσῳ

* Legebatur ταύτην παρὰ.
 Ὡς ἐν τοῖς Ἰσακίου Δυνάτου βιβλίῳ ἐπιδειξάμενος.
 Διὸ ἐπιδειξάμενον εἰς μὲν καλῶς.

infrugiferae aliae arbores et agrestes in altum elatae subjectarum arborum incrementum impediunt. Et sicut praefecti ac reges habent qui imperium suum labefactent atque oppugnent: ita etiam agricola ferarum incursus, aeris intemperiem, grandinem, rubiginem, imbrem, siccitatem aliaque ejusdem generis. Quae quidem eo flunt, ut perpetuo spes tua in Deo sita sit. Nam caeterae quidem artes hominum quoque studio ac praesidio sese tuentur; haec vero ubertatis spem magna ex parte in Dei ope atque auxilio positam habet, totaque pene omnino hinc pendet: at tametsi pluvias etiam, partiumque anni temperiem desideret, potissimum tamen Dei providentiam requirit. Neque enim qui plantat, aut qui rigat est aliquid, sed qui incrementum dat, Deus (1. Cor. 3. 7). Quin hic quoque et mors et vita est, et parturientes et partus, ut in hominibus. Nam et excindi contingit, et fructum ferre, et mori, et quod mortuum fuerit, rursus ad vitam redire: in quo etiam nobis varie ac perpicue terra de resurrectione sermociatur. Nam cum radix fructum fert ac semen edit, annon id resurrectionis est? Ac multam utique Dei providentiam et sapientiam imperio huic adjunctam cernere quis possit, si singula persequi velit. Verum, ut ad institutam orationem veniam, imperium illud circa terram ac stirpes versatur; nostrum autem circa curam animarum. Quanto itaque inter stirpes et animas interest, tanto hoc imperium illo praestabilius censei debet. Rursus qui praesentis vitae imperio potiuntur, tanto iis, penes quos ecclesiasticum imperium est, inferiores sunt, quanto minus praeclearum est invitis, quam volentibus, imperare. Nam hoc etiam naturae consentaneum imperium est. Etenim illic quidem omnia metu ac necessitate perficiuntur; hic voluntas liberaque animi sententia omnia exsequitur. Neque haec tantum ratione hoc imperium illi praestat, sed etiam quia non imperium modo, verum et paternitas, ut ita dicam, est: nam patris mansuetudinem habet, cumque majora praecipiat, ea tamen persuadet. Externus enim princeps dicit, Si adulterium admiseris, actum de te erit: at hic gravissimas poenas minatur, si impudicis oculis mulierem conspexeris. Etenim grave ac venerandum est hoc tribunal; nec corpus solum, sed animam etiam corrigit.

5. Quantum ergo inter corpus et animum discriminis est, tantum item hoc imperium ab illo distat. Ad haec qui imperio illo fungitur, perspicuorum dumtaxat criminum iudex sedet, imo ne horum quidem omnium, verum eorum tantum, quae comperta sunt: quin plerumque etiam accidit, ut prodito jure ea dissimulet. At contra tribunal nostrum omnes qui ingrediantur hoc docet, quod qui apud nos iudicis partes tenet, nuda omnia et aperta in communi totius terrarum orbis theatro proferet: nec cuiquam sese occultandi facultas erit. Ac proinde Christiana lex multo magis vitam nostram tuetur et continet, quam externae. Nam si de tectis atque occultis peccatis contremiscere, cautiorem hominem reddit, quam de perspicuis tantum in metu esse, atque is, qui de

levibus etiam noxis poenas expetit, ad virtutis studium magis excitat, quam qui gravissima dumtaxat punit: non est profecto dubium quin vita nostra hoc imperio maxime fulciatur et conservetur. Quod si placet, utriusque etiam principis ordinationem consideremus: hic quippe multum discrimen perspicias. Non enim numerata pecunia hoc imperium accipere licet, sed edito probatissimae vitae documento: nec vero ad hoc imperium ita provelitur is qui ordinatus est, quasi ad humanam gloriam et privatam requiem, sed velut ad labores et sudores ac publicam utilitatem. Unde etiam haud parvum a Spiritu sancto auxilium consequitur. Atque illic quidem non ultra progreditur is qui imperat, quam ut quae facienda sint edicat; hic vero precum etiam et gratiae subsidium adjungit. Quin potius illic ne verbum quidem ullum de philosophia habetur, nec sedet quisquam qui doceat, quid sit anima, quid mundus, quid ipsi postea futuri, et ad quae hinc migraturi sumus, quaque ratione virtutem adipisci queamus; verum de pactis quidem et contractibus ac pecuniis multa verba funduntur, harum autem rerum nulla prorsus cura est. At in Ecclesia sermones omnes hisce de rebus institui conspicias. Ob eamque causam quidvis eam merito nuncuparis, tribunal, medicinae et philosophiae scholam, et animae ludum literarium, et gymnasium cursuum in caelum ferentium. Jam vero, quod hoc imperium omnium imperiorum leuissimum sit, etiam si alioqui plus diligentiae requiras, hinc liquet. Nam qui externum imperium gerit, si adulterum arripuerit, protinus in eum animadvertit. Ecquid porro hinc commodi existit? hoc enim non vitium est de medio tollere, sed sauciam animam abigere. At qui hic imperat, non hoc curat ut de nocente supplicium sumat, sed ut vitium evellat. Nam tu quidem perinde facis, ac si morbo aliquo in capite enato, non morbum comprimis, sed caput amputes: ego vero non ita, sed morbum trunco; atque eum quidem a mysteriis sacrisque septis arceo, sed eundem postea excitatum, ac vitio liberatum melioremque per poenitentiam effectum, rursus assumo. Et qui fieri potest, inquis, ut adulterium eximatur? Potest, inquam, et quidem facile: si quis his legibus sese submittat. Balneum enim spirituale est Ecclesia, non corporis spurcitiem, sed animae labes variis poenitentiae modis abstergens. Nam tu quidem, si eum impunitum dimiseris, pejorem reddis; si supplicio affeceris, incurabilem reliquisti: ego autem nec impunitum abire sino, nec tuo more plecto; verum simul et poenam, quam debeo, ab eo expeto, et quod commissum est corrigo. Visne etiam aliter ex me discere quo pacto tu gladium stringens, ac flammam peccatoribus ostendens, haud magnam iis medicinam afferas; ego autem his etiam remotis ad integram eos sanitatem ducam? Nec vero mihi oratione ac verbis opus est, sed terram ac mare, atque adeo ipsam hominum naturam in medium adduco. Ac mihi velim expendas, priusquam tribunal hoc fixum casset, quanam rerum humanarum status erat; quomodo nihil

eorum, quæ nunc præstantur, ne nomine quidem tenus olim audiri poterat. Equis enim adversus mortem intrepidum animum præbuit? ecquis opes contempsit? quis gloriam pro nihilo duxit? quis fuga relictis mundi tumultibus montes et solitudinem, philosophiæ matrem, complexus est? ubinam virginitatis nomen olim erat? Hæc quippe omnia, etque his plura, tribunalis hujus beneficio nobis contigerunt: hæc nobis hoc imperium effecit. Cum igitur

hæc perspecta habeatis, atque omnem hujus vitæ utilitatem, orbisque universi correctionem hinc fluere intelligatis, date operam, ut ad divinorum sermonum auditionem atque ad hos conventus et preces crebro veniatis. Nam si ad hunc modum vos componatis, vitamque ac mores cælis dignos exhibeatis, promissa bona consequi poteritis, per gratiam et benignitatem, etc.

HOMILIA XVI.

CAP. 7. v. 13. *Ideo consolati sumus in consolatione vestra; abundantius autem magis gavisi sumus super gaudio Titi, quia relictus est spiritus ejus ab omnibus vobis.*

1. En rursus quomodo laudes eorum attollat, eorumque caritatem ostendat. Posteaquam enim magnam se voluptatem cepisse asseruit, quod tantum ipsius epistola præstitisset, quodque tantum inde emolumenti ad Corinthios rediisset; *Gaudeo enim, inquit, non quia contristati estis, sed quia contristati estis ad penitentiam*; suamque erga eos caritatem his verbis declarasset: *Etiamsi scripsi vobis, non propter eum qui fecit injuriam, nec propter eum qui passus est, sed ad manifestandam sollicitudinem nostram, quam habemus pro vobis ad vos*; rursus aliud eorum benevolentiam argumentum commemorat, quod magnam ipsis laudem conciliat, ostenditque quam sincera caritate præditi sint: *In consolatione enim vestra, inquit, abundantius gavisi sumus super gaudio Titi.* Atqui non est hoc hominis magno amore flagrantis, ob eum majori lætitia affici, quam ob illos. Imo vero, inquit Paulus, magni amoris hoc argumentum est: non enim tam illius, quam vestra causa sum delectatus: unde etiam mox subdit, *Quia viscera ejus resecta sunt a vobis omnibus.* Non dixit, Ipse, sed, *Viscera ipsius*; hoc est, caritas ea, qua vos completur. Quoniam autem modo resecta sunt? *Ab omni-* bus: nam id quoque amplissimæ laudi ducendum est. 14. *Et si quid apud illum de vobis gloriatus sum.* Magna hæc laus habenda est, cum præceptor gloriatur: ait enim, *Non sum confusus.* Ob id gavisus sum, quod meliores exstistis, ac rebus ipsis verba mea comprobastis. Ex quo mihi duplex ornamentum comparatum est, tum quia vestra virtus altius provecta est, tum quia minime a veritate aberrasse visus sum. *Sed sicut omnia vobis in veritate loquuti sumus, ita et gloriatio nostra, quæ fuit ad Titum, veritas facta est.* Hoc loco aliud quoque subindicat. Quemadmodum, inquit, apud vos omnia de Tito vere loquuti sumus (verisimile enim est, eum multas apud illos Titi laudes protulisse): sic vicissim ea, quæ de vestris laudibus a me ad Titum dicta sunt, vera comperta sunt. 15. *Et viscera ipsius abundantius in vobis sunt.* His verbis jam eum commendat, ut magno amore inflammatum atque ipsis devinctum. Non enim dixit, Caritas ipsius, sed *Viscera ipsius.* Deinde ne assentari videatur, ubique amicitiam causas affert, tum ne, uti jam dixi, in adu-

lationis suspicionem incidat, tum ut eos ad virtutem acrius incitet, laudem ad eos referens, atque ostendens eos esse, qui tantæ benevolentiam initium atque argumentum Tito injecerint. Nam cum dixisset, *Viscera ejus abundantius sunt ad vos*, subjungit, *Reminiscentis omnium vestrum obedientiam.*

Eleemosyna copiosa sit. — Ac proinde superius dicebat, *Ut sufficientiam habentes abundetis in omne opus bonum*; et hic, *Qui ministrat panem ad vescendum, multiplicet semen vestrum; hoc est, spirituale.* Neque enim eleemosynam dumtaxat exigit, sed copiosam et affluentem. Quo fit, ut eam semen quoque assidue appellet. Ut enim triticum consitum florentes segetes reddat: ita etiam eleemosyna multos justitiæ manipulos efficit, atque ineffabilem segetem edit. Postquam autem tantam ipsis ubertatem exoptavit, ostendit rursus ubinam ea impendi debeat, his verbis utens: 11. *Ut in omnibus locupletati abundetis in omnem simplicitatem, quæ operatur per nos gratiarum actionem Deo.* Non ut in ea, in quæ minime decet, opes vestras insumatis, sed in ea, ex quibus plurima gratiarum actio ad Deum redit. Magnas quippe res Deus arbitrii nostri effecit; ac minora sibi ipsi relinquens, majora nobis concessit. Alimenti enim illius, quo corpus alitur, arbiter ipse esse voluit; spiritualis autem curam nobis commisit: hoc quippe in arbitrio nostro situm est, ut segetem nostram virentem exhibeamus. Neque enim ea imbres desiderat, partiumque anni temperiem; sed voluntas modo adsit, etiam ad ipsum usque cælum curret. Per simplicitatem porro hoc loco munificentiam intelligit, quæ quidem per nos efficit, ut gratiæ Deo habeantur. Neque enim hinc solum eleemosyna existit, sed etiam permultæ gratiarum actionis materia; nec solum gratiarum actionis, sed etiam multarum aliarum rerum, quas etiam ipsas orationis progressu ponit: ut cum illud demonstrarit, multa hinc emolumenta exoriri, promptiores atque alacriores ipsos reddat. Quænam igitur sunt multa hæc commoda? Audi ipsum loquentem: 12. *Quoniam ministerium hujus officii non solum supplet ea quæ desunt sanctis, sed etiam abundat per multas gratiarum actiones Deo, 13. per probationem ministerii hujus glorificantes Deum in obedientia confessionis vestræ in evangelium Christi, et simplicitate communicationis vestræ in illos et in omnes. 14. et in illorum obsecratione pro vobis, desiderantium vos propter eminentem gratiam Dei in vobis.* Hæc autem verba hunc sensum habent: Primum sanctorum egestatem ac penuriam non modo expletis, sed etiam exundatis, hoc est, plus etiam quam necesse sit ipsis impertitis: deinde per eos laudem ad Deum mittitis; ipsius enim gloriam ob confessionis vestræ obedientiam prædicant. Ne enim eos ostendat hoc dumtaxat nomine, quod beneficiis affecti sint, gratias agere, vide quam sublimes eos reddit: quod in Epistola ad Philippenses ait: *Non quia requiro datum (Philipp. 4. 17): his quoque hoc testificor.* Nam gaudent illi quidem, quod res eas, quarum inopia premuntur, ipsis subministretis, ac paupertatem eorum subleveis; multo magis autem, quod evangelio ita subditi sitis. Cui rei hoc argumento est, quod tam munifice tribuatis; id enim evangelium præscribit. *Et simplicitate com-*

municationis vestræ in illos et in omnes. Atque ideo, inquit, Deum laudibus efferunt, quod non erga eos dumtaxat, sed etiam erga omnes tam liberales sitis. Hoc rursus ad eorum laudem spectat, nempe quod pro iis quoque gratias agant, quæ in alios conferuntur. Neque enim quæ sua sunt dumtaxat ornant, sed aliorum quoque commodis consulunt, idque cum in extrema paupertate versentur: quod magnæ eorum virtutis indicium est. Nihil enim perinde invidia æstuat, ut id hominum genus, quod egestate laborat. At illi hoc vitio vacant; tantumque abest, ut ob vestra in alios beneficia discrucientur, ut ex illis non minus gaudeant, quam ex iis quæ ipsi accipiunt. *Et ipsorum obsecratione pro vobis.* Nam pro illis quidem, inquit, gratias Deo agunt; pro vestra autem caritate atque congressu eum rogant, ut vestro conspectu sibi frui liceat. Hoc enim non ob vestras opes expetunt, sed ut gratiæ vobis datæ spectatores sint.

2. Videsne Pauli prudentiam? quomodo eorum virtutem efferens, laudem omnem Deo adscripserit, id gratiam vocans. Postquam enim magna de ipsis loquutus est, ministros nuncupans, atque ipsos in cælum evexit; siquidem ipsi ministrabant (a), ipse subminister erat; et probatos illos appellans, ostendit Deum harum omnium rerum auctorem esse: atque ipse una cum illis Deo in hæc verba gratias agit, 15. *Gratia autem Deo super inenarrabili dono ejus.* Per donum hoc loco tot ac tanta illa bona intelligit, quæ tam iis qui accipiunt, quam qui dant, per eleemosynam comparantur: vel arcana illa bona, quæ per ipsius præsentiam orbi terrarum universo amplissime tributa sunt: id quod etiam magis conjicere licet. Ut enim illos coereret ac largiores redderet, quæ a Deo acceperant ipsis commemorat. Hoc enim maximum est ad virtutem omnem incitamentum; ideoque hic sermonem claudit. Quod si Dei beneficium inenarrabile est, ecquid tandem eorum furori par esse queat, qui in pervestiganda ipsius essentia curiose versantur? Nec vero ipsius dumtaxat beneficium sermonem omnem excedit, sed etiam pax ea, per quam supera cum inferis reconciliavit, omnem cogitationem superat. Quamobrem operam demus ut, cum tanta gratia fruamur, parem vitæ probitatem præstemus magnamque eleemosynæ curam geramus: geremus autem, si id quod modum excedit fugiamus, si temulentiam, si ingluviem. Nam et esca et potus nobis a Deo idcirco data sunt, non ut iis ingurgitemur, sed ut alamur. Neque enim vinum est, quod temulentiam gignit; si enim ita se res haberet, omnes temulentos esse necesse esset. At, inquis, oporteret ipsum nec largius haustum nocere. Ebriorum hæc verba sunt. Nam cum largius adhibitum noceat, ac ne sic quidem ab immodico potu abstineas; cum hoc adeo sædum et noxium sit, ac ne sic quidem improbæ cupiditati finem imponas: si liceret et multo mero uti, et nullo hinc detrimento affici, quomodo bibendi aviditatem com-

(a) Hæc referuntur ad illa superius allata Pauli verba: *Quoniam ministerium hujus officii.*

pressisses? annon flumina quoque in vinum verti cupiisses? annon omnibus rebus pestem atque exitium attulisses? Si alimenti certa mensura est, quam cum excedimus, valetudinem lædimus, ac ne sic quidem tamen frenum pati potes, verum eo perrupto omnes omnium facultates accipis, ut improbæ gulæ tyrannidi administram operam præstes: quid non fecisses, si modus hic a natura constitutus sublatu esset? annon universum vitæ tempus in hoc impendisses? Num igitur oportebat cupiditatem adeo absurdam confirmare, atque perniciem ex immoderatione nascentem minime coercere? et quot tandem hinc alia incommoda non orta fuissent? Verum, o vecordes homines! qui cum in crapula reliquisque luxuriæ generibus tamquam in cœno volutentur, si paulum resipuerint, nihil aliud sedentes faciunt, quam ut his verbis utantur: Cur hoc in hanc rem insumitur? cum contra peccata ipsi sua accusare debeant. Nam pro eo quod ais: Quare Deus certos fines constituit? quare non omnia temere feruntur? ita loquere: Quare ebrietati studere non desinimus? quare non satiamur? quare animantes rationis expertes stoliditate superamus? Hæc enim eos inter se quærere conveniebat, atque apostolorum vocem audire, perspectumque habere quotnam his viris bona ex eleemosyna oriri testetur, atque hunc thesaurum præripere. Hoc enim, nempe pecunias aspernari, probos, ut ab eo dictum est, homines reddit, et ut Dei gloria celebretur, efficit, et caritatem inflammat, et magnitudinem animi gignit, et sacerdotes constituit sacerdotio fungentes, quod ingentem mercedem afferat. Nam qui eleemosynæ studiosus est, non ille quidem talari veste indatus est, nec tintinnabula circumfert, nec corona redimitus est; verum beneficentiæ stola, quæ sacram illam vestem sanctitate superat, vestitus est, oleoque delibutus, non ex materia quæ in sensum cadat, sed a Spiritu effecto; coronam a commiseratione contextam habet; ait enim Scriptura: *Qui coronat te in misericordia et miserationibus (Psal. 102. 4)*: ac pro lamina Dei nomen gestat, imo Dei similitudinem assequitur. Quomodo? *Similes, inquit, eritis Patri vestro qui in cælis est (Math. 5. 45)*.

5. Visne etiam ipsius altare intueri? Non illud Beseleel, non ullus artifex alius extruxit, sed Deus ipse, non ex lapidibus, sed ex materia cælo illustriore, hoc est, ex animis ratione præditis. At dices: In sancta sanctorum ingreditur sacerdos. Licet tibi, hoc sacrificii munus obeunti, in adyta magis tremenda ingredi, in quibus nemo adest, nisi Pater tuus, qui te in abscondito videt (*Id. 6. 6*), in quibus nemo alius cernit. Quomodo, inquires, fieri potest, ut nemo videat, eum palam sit altare? Hoc enim est, quod admirationem movet: quia tunc quidem portæ undique et vela solitudinem efficiebant; nunc vero palam rem sacram facienti, ut in sanctis sanctorum, majoraque cum animi

horrore hoc facere licet. Nam cum non humanæ ostentationis causa hoc facis, viderit licet universus orbis, nullus vidit, quando ita fecisti. Neque enim tantum dixit Christus, *Ne faciatis coram hominibus*; sed adjecit, *Ut videamini ab eis (Math. 61)*. Hæc ara ex ipsis Christi membris constat, ac Domini corpus altare tibi efficitur. Hoc ipsum verere: in carne victimam Domini immolas. Hoc altare præsentem quoque altari terribilius est, nedum veteri illo. Verum ne turbemini: hoc enim admirandum quidem est ob victimam, quæ in ipso imponitur; illud autem, hoc est, hominis misericordiæ studiosi, non hoc dumtaxat nomine, sed etiam quia ex ipsa quoque victima, quæ hoc efficit, constructum est. Rursum hoc altare admirandum est, quia natura quidem lapis est, sanctum autem efficitur, postquam Christi corpus excipit; illud vero quia Christi corpus est. Itaque hoc horribilius est quam illud, cui tu laicus adstas. Ecquid jam tibi Aaron videtur, si cum his rebus conferatur? quid corona? quid tintinnabula? quid sancta sanctorum? Nam quid jam vetus illud altare ad comparisonem afferre necesse est, cum etiam cum hoc nostro collatum, adeo splendidum apparuerit? At tu altare quidem hoc in honore habes, quia Christi corpus capit; eum autem, qui ipsummet Christi corpus est, contumelia afficis ac pereuntem despicias. Hoc altare ubique et in vicis et in foro situm videre poteris, singulisque horis in eorum sacram facere: nam hic quoque sacrificium obitur. Et sicut stat sacerdos, Spiritum accersens: ita tu quoque Spiritum accersis, non voce, sed rebus ipsis. Neque enim quidquam est, quod perinde Spiritus ignem retineat atque accendat, ut oleum istud largiter effusum. Quod si etiam scire expetis, quid fiant quæ abs te deponuntur, accede, et ea tibi monstrabo. Quisnam igitur hujus aræ fumus est? quæ fragrantia? Gloria, et gratiarum actio. Quonam usque progreditur? ad cælum usque? Imo vero ipsum cælum transcendit, et cælum cæli, atque regio ipsi solio adstat: *Preces enim tuæ, inquit, et eleemosynæ ascenderunt in conspectum Dei (Act. 10. 4)*. Atque ea odoris suavitas, quæ in sensum cadit, ne magnam quidem aeris portionem intersecat; hæc autem ipsos etiam cælorum fornices reserat. Ac tu quidem taces, res autem ipsa clamat; sitque sacrificium laudis, non vitula jugulata, nec pelle cremata, sed spirituali anima, quæ sua sunt asserente. Omni enim humanitatis genere sacrificium istud est præstantius. Cum ergo pauperem fide præditum cernis, existima te altare videre: cum hujusmodi pauperem conspicias, non modo eum contumelia ne affice, sed etiam verere. Quod si alterum contumeliam ipsi inferentem videas, prohibe atque injuriam propulsa. Sic enim poteris et ipse propitium Deum habere, ac promissa bona consequi: quæ utinam nobis omnibus consequi detur, per gratiam et benignitatem Domini nostri Jesu Christi, etc.

πλεονεξίας; ἄρα οὐκ ἂν ἐπεθύμησας, καὶ τοὺς ποταμοὺς γενέσθαι οἶνον; οὐκ ἂν πάντα ἀπώλεσας καὶ διέφθειρας; Εἰ μέτρον ἐστὶ τροφῆς, καὶ τοῦτο ὑπερδάντες βλαπτόμεθα. καὶ οὐδὲ οὕτως ἀνέχη τοῦ χαλινοῦ, ἀλλὰ διαβρόησας αὐτὸν τὰ πάντων λαμβάνεις, ἵνα λειτουργήσῃς τῇ πονηρᾷ τῆς γαστριμαργίας τυραννίδι· τί οὐκ ἂν ἐποίησας, εἰ τοῦτο ἀνηρέθῃ τὸ μέτρον τῆς φύσεως; Οὐκ ἂν πάντα τὸν χρόνον εἰς τοῦτο ἀνάλωσας; Ἔδει οὖν οὕτως ἐπιθυμίαν ἀποπνέουσαν ἰσχυρὰν ποιῆσαι, καὶ τὴν βλάβην μὴ κωλύσαι τὴν ἐκ τῆς ἀμετρίας; καὶ πόσαι οὐκ ἂν ἐτέθησαν ἐντεῦθεν ἕτεραι βλάβαι; Ἄλλ' ὡ τῶν ἀνοήτων! οἱ, καθάπερ βορβόρῳ κυλινδούμενοι τῇ μέθῃ καὶ ταῖς λοιπαῖς ἀσωτίαις, ὅταν μικρὸν ἀνανήψωσιν, οὐδὲν ἄλλο τι κάθηνται ποιῶντες, ἢ ταυτὶ φθειγόμενοι, διὰ τί τοῦτο εἰς τοῦτο ἀναλίσκεται, δέον τοῖς ἑαυτῶν κρίνειν πλημμελήμασιν; Ἀνθ' οὗ γὰρ λέγεις, διὰ τί θρονος τέθεικε; διὰ τί μὴ πάντα ἀτάκτως φέρεται; εἰπέ, διὰ τί μὴ παυόμεθα μεθύοντες; διὰ τί μὴ λαμβάνομεν κόρον; διὰ τί τῶν ἀλόγων ἐσμεν ἀνοητότεροι; Ταῦτα γὰρ ἔδει ζητεῖν πρὸς ἀλλήλους, καὶ τῆς ἀποστολικῆς ἀκοῦειν φωνῆς, καὶ εἰδέναι πόσα τούτοις μαρτυρεῖ τὰ ἀγαθὰ ἐκ τῆς ἐλεημοσύνης, καὶ ἀρπάζειν τοῦτον τὸν θησαυρὸν. Καὶ γὰρ δοκίμοις τοῦτο ποιεῖ, καθάπερ αὐτὸς ἔφησε, τὸ χρημάτων ὑπερροπῆν, καὶ τὸν θεὸν δοξάζειν· αἱ παρασκευάζει, καὶ ἀγάπην θερμαίνει, καὶ μεγαλοψύχους ἐργάζεται, καὶ ἱερέας καθίστησι καὶ ἱερωσύνην πολλὴν φέρουσιν τὸν μισθόν. Ὁ γὰρ ἐλεήμων οὐ ποδῆρη ἐνδέδεται, οὐδὲ κώδωνας περιφέρει, οὐδὲ στέφανον ἀναδεῖται, ἀλλὰ ἀναβέβληται [581] μὲν τῆς φιλανθρωπίας στολήν, τῆς ἱερέας ἐσθῆτος ἀγιωτέραν οὖσαν, κέχρισται δὲ ἐλαίῳ, οὐκ ἐξ ὕλης αἰσθητῆς συγκειμένῃ, ἀλλ' ὑπὸ Πνεύματος γεωργουμένῃ, ἔχει δὲ στέφανον ἀπὸ τῶν οἰκτιρμῶν· *Τὸν στεφανοῦντά σε γάρ, φησὶν, ἐν ἐλλείῃ καὶ οἰκτιρμοῖς*· ἀντὶ δὲ τοῦ πέταλον φέρειν ἄνομα ἔχον θεοῦ, αὐτὸς ἰσὸς γίνεται τῷ θεῷ. Πῶς γάρ; *Γενήσεσθε, φησὶν, ὅμοιοι τοῦ Πατρὸς ὑμῶν τοῦ ἐν τοῖς οὐρανοῖς.*

γ'. Βούλει καὶ τὸ θυσιαστήριον αὐτοῦ ἰδεῖν; Οὐ Βεσελεὴλ αὐτὸ ψυχοδόμησεν, οὔτε ἄλλος τις, ἀλλ' αὐτὸς ὁ θεός, οὐ διὰ λίθων, ἀλλὰ δι' ὕλης τοῦ οὐρανοῦ λαμπροτέρας, διὰ ψυχῶν λογικῶν. Ἄλλὰ εἰς τὰ Ἅγια τῶν ἁγίων εἰσέρχεται ὁ ἱερεύς. Ἐξεστὶ σοι εἰς τὰ φρικωδέστερα εἰσελθεῖν θύοντι τὴν θυσίαν ταύτην, ἔνθα μηδεὶς πάρεστιν, ἀλλ' ὁ Πατήρ σου, ὁ βλέπων σε ἐν τῷ κρυπτῷ, ἔνθα μηδεὶς ἄλλος ὄρα. Καὶ πῶς, φησὶν, ἐστὶ μὴ ὄρα, δημοσίᾳ ἐστώτος τοῦ θυσιαστηρίου; Τὸ γὰρ θαυμαστὸν τοῦτο ἐστίν, ὅτι τότε μὲν ἀμφίθυρα καὶ παραπετάσματα τὴν ἐρημίαν ἐποίει· νῦν δὲ ἔξεστι δημοσίᾳ θύοντι, ὡς ἐν τοῖς Ἁγίοις τῶν ἁγίων, καὶ πολλῷ φρικωδέστερον τοῦτο ποιεῖν. Ὅταν γὰρ μὴ πρὸς ἐπίδειξιν ἀνθρώπων ποιῆς, καὶ ἡ οἰκουμένη

εἶδεν, οὐδεὶς εἶδεν, ἐπειδὴ σὺ οὕτως ἐποίησας. (Ὁ γὰρ εἶπε, *Μὴ ποιεῖτε*, ἀπλῶς, *ἔμπροσθεν τῶν ἀνθρώπων*, ἀλλὰ προσέθηκε, *Πρὸς τὸ θεοβῆναι αὐτοῖς*. Τοῦτο τὸ θυσιαστήριον ἐξ αὐτῶν τῶν τοῦ Χριστοῦ σύγκειται μελῶν, καὶ τὸ σῶμα τοῦ Δεσπότης θυσιαστήριόν σοι γίνεται. Αἰδέσθητι τοῦτο αὐτό· ἐν τῇ σαρκὶ θύεις τοῦ Δεσπότης τοῦ ἱερέων. Τοῦτο τὸ θυσιαστήριον καὶ τοῦτο τοῦ νῦν φρικωδέστερον, οὐχὶ τοῦ παλαιοῦ μόνον. Ἄλλὰ μὴ θορυβηθῆτε· τοῦτο μὲν γὰρ θαυμαστὸν διὰ τὴν ἐπιτιθεμένην ἐν αὐτῷ θυσίαν· ἐκεῖνο δὲ τὸ τοῦ ἐλεήμονος οὐ διὰ τοῦτο μόνον, ἀλλὰ καὶ ὅτι καὶ ἐξ αὐτῆς σύγκειται τῆς θυσίας τῆς τοῦτο ποιούσης. Θαυμαστὸν τοῦτο πάλιν, ὅτι λίθος μὲν ἐστὶ τὴν φύσιν, ἅγιον δὲ γίνεται, ἐπειδὴ σῶμα δέχεται Χριστοῦ· ἐκεῖνο δὲ, ἐπειδὴ αὐτὸ σῶμα ἐστὶ Χριστοῦ. Ὡστε τοῦτο φρικωδέστερον ἐκεῖνον, ὅ ἢ σὺ παρέστηκας ὁ λαϊκός. Ἄρα σοι μὴ τι ὁ Ἁαρὼν φαίνεται πρὸς ταῦτα; μηδὲ ὁ στέφανος, μηδὲ οἱ κώδωνες, μηδὲ τὰ Ἅγια τῶν ἁγίων; Τί γὰρ δεῖ πρὸς ἐκεῖνο λοιπὸν τὸ θυσιαστήριον ποιῆσθαι τὴν σύγκρισιν, ὅπου γε καὶ πρὸς τοῦτο συγκρινόμενον, οὕτω λαμπρὸν ἐφάνη; Σὺ δὲ τὸ μὲν θυσιαστήριον τοῦτο τιμᾶς, ὅτι δέχεται τοῦ Χριστοῦ σῶμα· τὸν δὲ αὐτὸ τὸ σῶμα τοῦ Χριστοῦ ὄντα καθυβρίζεις, καὶ περιορᾶς ἀπολλύμενον. Τοῦτο τὸ θυσιαστήριον πανταχοῦ δυνήσῃ κείμενον ἰδεῖν, καὶ ἐν στενωποῖς καὶ ἐν ἀγοραῖς, καὶ καθ' ἐκάστην ἐν αὐτῷ θύειν τὴν ὕραν· καὶ γὰρ καὶ ἐνταῦθα θυσία τελεῖται. Καὶ καθάπερ ὁ ἱερεύς ἔστηκε τὸ Πνεῦμα καλῶν, οὕτω καὶ σὺ τὸ Πνεῦμα καλεῖς· ἀλλ' οὐ διὰ φωνῆς, ἀλλὰ δι' ἔργων. Οὐδὲν γὰρ οὕτω κατέχει καὶ ἀνάπτει τοῦ Πνεύματος τὸ πῦρ, ὡς τοῦτο τὸ ἔλαιον δαψυλὴς ἐκχεόμενον. Εἰ δὲ βούλει, καὶ τὰ καταβαλλόμενα ἰδεῖν τί γίνεται, δεῦρο, καὶ ταῦτά σοι δεῖξω. Τίς οὖν ὁ καπνός; [582] τίς ἡ εὐωδία τοῦ θυσιαστηρίου τούτου; Δόξα καὶ εὐχαριστία. Καὶ μέχρι ποῦ προβαίνει; ἄρα μέχρι τοῦ οὐρανοῦ; Οὐδαμῶς· ἀλλ' αὐτὸν ὑπερβαίνει τὸν οὐρανὸν, καὶ τὸν οὐρανὸν τοῦ οὐρανοῦ, καὶ αὐτῷ παρίσταται τῷ θρόνῳ τῷ βασιλικῷ· *Αἱ εὐχαῖαι σου γάρ, φησὶ, καὶ αἱ ἐλεημοσύναι σου ἀρέθησαν ἐνώπιον τοῦ Θεοῦ*. Καὶ ἡ μὲν αἰσθητὴ εὐωδία οὐδὲ τὸ πολὺ διατέμνει τοῦ ἀέρος· αὕτη δὲ αὐτὰς ἀνοίγει τῶν οὐρανῶν τὰς ἀψίδας. Καὶ σὺ μὲν σιγᾶς, τὸ δὲ ἔργον βοᾷ· καὶ γίνεται θυσία ἀνέσεως, οὐ δαμάλευς σφαττομένης, οὐδὲ δέρματος καιομένου, ἀλλὰ ψυχῆς πνευματικῆς τὰ παρ' αὐτῆς εἰσφερούσης. Φιλανθρωπίας γὰρ πάσης ἡ τοιαύτη θυσία εὐδοκιμωτέρα. Ὅταν οὖν ἴδῃς πένθητα πιστῶν, θυσιαστήριον ὄρα· νόμισε· ὅταν ἴδῃς πτωχῶν τοιοῦτον, μὴ μόνον μὴ ὑβρίστης, ἀλλὰ καὶ αἰδέσθητι· καὶ ἕτερον ἴδῃς ὑβρίσαντα, κώλυσον, ἄμυνον. Οὕτω γὰρ δυνήσῃ καὶ αὐτὸς τὸν θεὸν ἴλεων ἔχειν, καὶ τῶν ἐπηγγεμένων ἐπιτυχεῖν ἀγαθῶν· ὧν γένοιτο πάντας ἡμᾶς ἐπιτυχεῖν, χάριτι καὶ φιλανθρωπίᾳ τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, καὶ τὰ ἐξῆς.

ΟΜΙΛΙΑ ΚΑ'.

Αὐτὸς δὲ ἐγὼ Παῦλος παρακαλῶ ὑμᾶς διὰ τῆς πραότητος καὶ ἐπιεικείας τοῦ Χριστοῦ, ὃς κατὰ πρόσωπον μὲν ταπεινὸς ἐν ὑμῖν, ἀπὼν δὲ θαρρῶ εἰς ὑμᾶς. Δέομαι δὲ τὸ μὴ παρὼν θαρρήσῃαι τῇ πεποιθήσει, ἢ λογιζομαι τολμησαί, ἐπὶ τινὰς τοὺς λογιζομένους ἡμᾶς, ὡς κατὰ σάρκα περιπατοῦντας.

α'. Ἀπαρτίσας τὸν περὶ ἐλεημοσύνης λόγον, ὡς ἔδει, καὶ δείξας ὅτι πλεῖον αὐτοὺς ἀγαπᾷ, ἢ ἀγαπᾶται, καὶ τὰ περὶ τῆς ὑπομονῆς αὐτοῦ καὶ τῶν πειρασμῶν διηγησάμενος, εὐκαίρως λοιπὸν τῶν ἐπιτιμητικωτέρων ἄπτεται λόγων, τοὺς ψευδαποστόλους αἰνιττόμενος, καὶ εἰς τὰ φορτικώτερα κατακλείων τὸν λόγον, καὶ ἑαυτὸν συνιστῶν. Τοῦτο γὰρ καὶ δι' ὅλης ἐργάζεται τῆς ἐπιστολῆς. Ὅθεν καὶ αἰσθανόμενος ἑαυτὸν πολλάκις διορθοῦται, αὐτὸ τοῦτο λέγων· Ἄρχόμεθα πάλιν ἑαυτοὺς συνιστάνειν; καὶ προῖών φησιν, Ὁὐ πάλιν ἑαυτοὺς συνιστάμεν, ἀλλὰ ἀφορμὴν διδόντες ὑμῖν καυχήσεως· καὶ μετὰ ταῦτα, Ἄφρων γέγονα καυχώμενος, ὑμεῖς με ἠγαγκάσατε. Καὶ πολλάκις τοιαύταις κέχρηται διορθώσει. Καὶ οὐκ ἂν τις ἀμάρτοι, τὴν ἐπιστολὴν ταύτην ἐγκώμιον Παύλου προσειπῶν· οὕτω καὶ τὰ τῆς χάριτος μετὰ σαφιλείας τίθησι, καὶ τὰ τῆς ὑπομονῆς τῆς αὐτοῦ. Ἐπειδὴ γὰρ ἦσαν τινες παρ' αὐτοῖς μέγα φρονοῦντες, καὶ προτιθέντες ἑαυτοῦς τοῦ Ἀποστόλου, καὶ ὡς ἀλαζόνα διαβάλλοντες, καὶ ὡς οὐδὲν ὄντα, οὐδὲ ὑγιᾶς τι διδάσκοντα (τοῦτο γὰρ αὐτὸ μάλιστα τῆς διαφθορᾶς αὐτῶν τεκμήριον ἦν)· ὄρα πῶς ἄρχεται τῆς κατ' αὐτῶν ἐπιτιμῆσεως· Αὐτὸς δὲ ἐγὼ Παῦλος. Εἶδες πόση ἡ βαρύτης, πόσον τὸ ἀξίωμα; Ὁ γὰρ θέλει εἰπεῖν, τοῦτό ἐστι· Δέομαι [583] ὑμῶν, μὴ με ἀναγκάσητε, μὴδὲ ἀφῆτε χρῆσασθαι τῇ δυνάμει μου κατὰ τῶν ἐξευτελιζόντων ἡμᾶς, καὶ νομιζόντων σαρκικούς ἀνδρας εἶναι. Βαρύτερον τοῦτο ἐκείνων ὢν ἐν τῇ προτέρῃ πρὸς αὐτοὺς ἀπειλῶν ἔλεγεν, Ἐν ῥάβδῳ ἔλθω πρὸς ὑμᾶς, ἢ ἐν ἀγάπῃ πνεύματι τε πραότητος; νῦν δὲ, Ὡς μὴ ἐρχομένου δέ μου πρὸς ὑμᾶς, ἐφρυσώθησάν τινες. Ἐλεύσομαι δὲ καὶ γνώσομαι, οὐ τὸν λόγον τῶν εφρυσισμένων, ἀλλὰ τὴν δύναμιν. Καὶ γὰρ ἐνταῦθα ἀμφοτέρωθεν δείκνυσι, καὶ τὸ δυνατόν, καὶ τὸ φιλόσοφον καὶ ἀνεξίκακον· εἰ γὰρ οὕτω παρακαλεῖ, καὶ μετὰ τοσαύτης σπουδῆς, ὥστε μὴ ἀναγκασθῆναι εἰς ἐπίδειξιν ἔλθειν τῆς οἰκείας δυνάμεως τῆς τιμωρητικῆς, καὶ πληξῆσαι αὐτοὺς καὶ κολάσαι, καὶ τὴν ἐσχάτην ἀπαιτήσαι δίκην. Τοῦτο γὰρ ἠνίκατο λέγων, Δέομαι δὲ τὸ μὴ παρὼν θαρρήσῃαι τῇ πεποιθήσει, ἢ λογιζομαι τολμησαί, ἐπὶ τινὰς τοὺς λογιζομένους ἡμᾶς, ὡς κατὰ σάρκα περιπατοῦντας. Τίως δὲ ἐπὶ τὴν ἀρχὴν τὸν λόγον ἀγάγωμεν. Αὐτὸς δὲ ἐγὼ Παῦλος. Πολλὴ ἡ ἐμφασις, πολλὴ ἡ βαρύτης· ὡσπερ ἀλλαχοῦ φησιν, Ἴδε, ἐγὼ Παῦλος λέγω ὑμῖν· καὶ πάλιν, Ὡς Παῦλος πρεσβύτης· καὶ ἀλλαχοῦ πάλιν, Ἦτις πολλῶν προστάτις ἐγενήθη, καὶ αὐτοῦ ἐμοῦ. Οὕτω καὶ

ἐνταῦθα, Αὐτὸς δὲ ἐγὼ Παῦλος. Μέγα μὲν καὶ τοῦτο, τὸ αὐτὸν παρακαλεῖν· τὸ δὲ ἕτερον μείζον, ὃ προσέθηκεν εἰπὼν· Διὰ τῆς πραότητος καὶ ἐπιεικείας τοῦ Χριστοῦ. Καὶ γὰρ σφίδρα αὐτοὺς ἐντρέψαι βουλόμενος, προβάλλεται τὴν πραότητα καὶ τὴν ἐπιεικείαν, ταύτη μείζονα ποιῶν τὴν ἱκετηρίαν· ὡς ἂν εἰ ἔλεγεν, Αὐτὴν αἰδέσθητε τὴν ἐπιεικείαν τοῦ Χριστοῦ, δι' ἧς ὑμᾶς παρακαλῶ. Ταῦτα δὲ ἔλεγεν, ὁμοῦ καὶ δεικνύς ὅτι κἂν μυριαν ἀνάγκην ἐπάγωσιν, αὐτὸς πρὸς τοῦτο ἐπιβρέπεστερον ἔχει, διὰ τὸ πρῶτος εἶναι· οὐ διὰ τὸ ἀσθενὲς δὲ οὐκ ἐπεξέρχεται, ἐπεὶ καὶ ὁ Χριστὸς οὕτως ἐποίησεν. Ὡς κατὰ πρόσωπον μὲν ταπεινὸς ἐν ὑμῖν, ἀπὼν δὲ θαρρῶ εἰς ὑμᾶς. Τί δὴ τοῦτό ἐστιν; Ἦτοι κατ' εἰρωνεῖαν φησὶ, τὰ ἐκείνων φθειγγόμενος. Ἐκείνοι γὰρ τοῦτο ἔλεγον, ὅτι ὅταν μὲν παρῆ, οὐδενὸς ἐστιν ἄξιος λόγου, ἀλλ' εὐτελής καὶ εὐκαταφρόνητος· ὅταν δὲ ἀπῆ, φουσδαί καὶ κομπάζει καὶ κατεξανίσταται ἡμῶν καὶ ἀπειλεῖ. Τοῦτο γοῦν καὶ ἐξῆς αἰνιττεται λέγων· Ὅτι αἱ μὲν ἐπιστολαί, φησὶ, βαρεῖαι· ἢ δὲ παρουσία τοῦ σώματος ἀσθενῆς, καὶ ὁ λόγος ἐξουθετημένος. Ἦ τοῦν κατ' εἰρωνεῖαν, φησὶ, πολλὴν ἐμφαίνων βαρύτητα, καὶ λέγων· Ἐγὼ ὁ ταπεινός, Ἐγὼ ὁ εὐτελής ἐν τῷ παρῆναι, καθὼς ἐκεῖνοί φασιν, καὶ ἀπὼν ὑψηλός· ἢ ὅτι κἂν μεγάλη φθέγγηται, οὐκ ἐξ ἀπονοίας, ἀλλ' ἐκ τοῦ θαρρῆναι αὐτοῖς. Δέομαι δὲ τὸ μὴ παρὼν θαρρήσῃαι τῇ πεποιθήσει, ἢ λογιζομαι τολμησαί, ἐπὶ τινὰς τοὺς λογιζομένους ἡμᾶς, ὡς κατὰ σάρκα περιπατοῦντας. Εἶδες πόση ἡ ἀγανάκτησις, καὶ πῶς σαφὴς ὁ ἔλεγχος τῶν εἰρημένων; Δέομαι γὰρ ὑμῶν, φησὶ, μὴ με ἀναγκάσητε δεῖξαι, ὅτι καὶ παρὼν ἰσχυρὸς εἰμι καὶ δύναμις ἔχω. Ἐπειδὴ γὰρ ἔλεγον, ὅτι ἀπὼν πάνυ ὑμῶν καταθάρρῶ καὶ ἐπαίρομαι, αὐτοῖς κέχρημαι τοῖς [584] ῥήμασι· δέομαι οὖν μὴ με ἀναγκάσωσι χρῆσασθαι μου τῇ δυνάμει. Τοῦτο γὰρ ἐστὶ τῇ πεποιθήσει. Καὶ οὐκ εἶπεν, Ἦ περιεσκυάσμαι, ἀλλ', Ἦ λογιζομαι. Οὐπω μὲν γὰρ τοῦτο ἔκρινε, αὐτοὶ δὲ μοι τὴν αἰτίαν παρέχουσιν· ἀλλ' οὐδὲ οὕτω βούλομαι. Καίτοι οὐκ ἐκουτῶ ἀμύνων τοῦτο ἐποίησεν, ἀλλὰ τῷ εὐαγγελίῳ. Εἰ δὲ, ἔθθα τῷ κηρύγματι ἀμύνειν ἔχρην, οὐκ ἐστὶν αὐστηρὸς, ἀλλὰ ἀναδύεται καὶ μέλλει, καὶ παρακαλεῖ μὴ γενέσθαι τοσαύτην ἀνάγκην· πολλῶν μᾶλλον ὑπὲρ ἑαυτοῦ οὐκ ἂν οὐδέποτε τι τοιοῦτον ἐποίησεν.

β'. Τοῦτο οὖν μοι χάρισσασθε, φησιν, ὥστε μὴ με ἀναγκάσαι δεῖξαι, ὅτι καὶ παρὼν δύναμαι καταθάρρῆσαι καθ' ὧν ἂν δέη· τούτεστι, κολάσαι αὐτοὺς καὶ τιμωρῆσαι. Εἶδες πῶς οὐκ ἦν φιλότιμος, οὐδὲ πρὸς ἐπίδειξιν τι ἐποίησεν, ὅπου γὰρ καὶ χρειαζομένης, τόλμαν τὸ πρᾶγμα καλεῖ; Δέομαι γὰρ, φησὶ, τὸ μὴ παρὼν θαρρήσῃαι τῇ πεποιθήσει, ἢ λογιζομαι τολμησαί, ἐπὶ τινὰς. Τοῦτο γὰρ διδασκάλου μάλιστα ἐστὶ, τὸ μὴ ταχέως ἀμύνασθαι, ἀλλὰ διορθοῦσθαι, καὶ μέλλειν αἰεὶ καὶ βραδύνειν ἐν ταῖς τιμωρίαις. Τίνας δὲ

HOMILIA XXI.

CAP. 10. V. 1. *Ipse autem ego Paulus obsecro vos per mansuetudinem et modestiam Christi, qui in facie quidem humilis sum inter vos, absens autem confido in vobis.* 2. *Rogo autem vos ne præsens audeam per eam confidentiam, qua existimor audere, in quosdam qui arbitrantur nos, tamquam secundum carnem ambulemus.*

1. Postquam institutum de elemosyna sermonem, ut oportebat, absolvit, ostenditque plus eos a se amari, quam ab ipsis ametur, atque insuper de patientia sua et de tentationibus verba fecit; tempestive jam ad objurgandum se confert, pseudoapostolos subindicans, et in iis quæ molestiora erant sermonem concludens, ac seipsum commendans. Nam hoc quoque in tota epistola facit; idque etiam sentiens, plerumque se ipse corrigit, his verbis utens: *Num iterum nos ipsos commendamus* (2. Cor. 3. 1) ? atque ulterius progrediens: *Non rursus nos ipsos commendamus, sed occasionem damus vobis gloriandi* (2. Cor. 5. 12); et postea, *Insipiens factus sum gloriando: vos me coegistis* (2. Cor. 12. 11). Ac multas hujusmodi correctiones adhibuit. Nec vero quispiam aberrabit, qui hanc epistolam Pauli encomium appellavit: adeo copiose et quæ gratiæ sunt, et quæ ad ipsius patientiam attinent, largiter describit. Quoniam enim nonnulli erant, qui magnifice de se sentirent, ac se ipsos Paulo anteferrent, eumque ut arrogantem, ut nullius pretii hominem, ut nihil sani docentem traducerent (nam hoc corrupti eorum animi vel maximum erat indicium); vide quomodo eos objurgare incipiat: *Ipse autem ego Paulus.* Viden' qua gravitate, qua auctoritate loquatur? Hoc enim perinde est ac si diceret: Obsecro vos, ne me cogatis, ac mea adversus eos, qui me parvipendunt et carnalem hominem esse existimant, potentia uti sinatis. Hoc porro minis illis acerbius est, quas in priore ad eos epistola his verbis intebat: *In virga veniam ad vos, an in caritate et spiritu lenitatis? nunc autem, Quasi non venturus sim ad vos, sic inflati sunt quidam. Veniam autem et cognoscam, non sermonem eorum qui inflati sunt, sed virtutem* (1. Cor. 4. 21. 18. 19). Utrumque etenim hoc loco ostendit, nimirum et potentiam, et lenitatem ac patientiam, ut qui tali modo tamque accurate roget atque obsecret, ut ne ad ultricis suæ potentiæ demonstrationem venire necesse habeat, atque ferire ac supplicio afflicere pœnasque ab iis extremas expetere. Hoc enim his verbis subindicavit, *Rogo autem vos ne præsens audeam per eam confidentiam, qua existimor audere, in quosdam qui arbitrantur nos, quasi secundum hominem ambulemus.* Interim vero ad id, quod in initio positum est, sermonem conferamus: *Ipse autem ego Paulus.* Magna in his verbis emphasis, magna gravitas inest; ut alio loco ait: *Ecce ego Paulus dico vobis* (Gal. 5. 2); et rursus, *Ut Paulus sanex* (Philem. 19); et rursus alio loco, *Ipsa enim adstint multis, et mihi ipsi* (Rom. 16. 2). Eodem modo hic quoque ait, *Ipse autem ego Paulus.* Atque illud

quidem magnum est, quod ipse obsecret; sed alterum majus, quod adjunxit dicens: *Per clementiam et benignitatem Christi.* Nam quia magnum ipsis pudorem incutere studet, clementiam ac mansuetudinem præterdit; hac ratione obnixius supplicans, perinde ac si diceret: Ipsam Christi mansuetudinem, per quam vos rogo, vereamini. Hoc autem ideo dicebat, ut illud planum faceret, se quantumvis illi necessitatem afferrent, tamen ad lenitatem propensior esse, non quod viribus non valeret aspere agere, quia sic etiam Christus faciebat. *Qui in facie quidem humilis sum inter vos, absens autem confido in vobis.* Quid hoc est? Vel ironice loquitur, eorum verba usurpans. Hoc enim illi dicebant, quod cum præsens ipse esset, nullius omnino pretii, sed vilis ac despicibilis esset; cum autem abesset, tum demum intumesceret ac magnifice loqueretur, ipsosque vexaret ac minis insectaretur. Hoc quippe per hæc verba, quæ sequuntur, subindicat, *Quoniam, inquit, epistolæ graves sunt, præsentia autem corporis infirma et sermo contemptibilis.* Ergo vel per ironiam, inquit, magnam asperitatem declarans, ac dicens: Ego ille, coram humilis, ego ille vilis, ut ipsi aiunt; cum autem absens, sublimis: vel certe hoc vult, se, quamvis magnifice loquatur, non ex arrogantia hoc facere, sed quod eorum fiducia niteretur. *Rogo autem vos ne præsens audeam hac confidentia, qua existimor audere, in quosdam qui nos secundum carnem ambulare arbitrantur.* Vides quanta sit hæc indignatio, quamque his verbis eos perspicue arguat? Rogo enim vos, inquit, ne in eam necessitatem me adducatis, ut ostendere cogar, quod præsens quoque viribus ac potentia polleam. Quia enim dicebant me absentem magna adversum vos audacia uti atque efferri, his verbis usus sum: Idcirco obsecro ne mihi hanc necessitatem afferant, ut potentia mea utar. Hoc enim significat illud, *Ea confidentia.* Nec dixit, *Qua paratus sum, sed, Qua existimor.* Necdum enim hoc constitutum est, verum ipsi occasionem præbent: at ego ne sic quidem hoc facere in animum induco. Atqui non ut se, sed ut evangelium ulcisceretur, hoc faciebat. Quod si, ubi prædicationis causa tuenda erat, minime acerbum se præbet, sed moras necit, rogatque ne tanta sibi necessitas inferatur: multo minus in suis injuriis propulsandis quidquam hujusmodi fecisset.

2. Hoc igitur, inquit, mihi indulgete, ut ne necesse habeam ostendere, quod coram etiam adversus quos par sit fiducia uti queam, hoc est, eos punire ac supplicio afflicere. Videsne quam a gloriæ studio alienus esset, nec ostentationis causa quidquam faceret, ut qui, cum necesse esset, audaciam tamen id appellaret? *Rogo enim, inquit, ne præsens audeam ea confidentia, qua existimor audere, in quosdam.* Hoc enim magistri officium est, non confestim pœnas sumere, sed corrigere, atque in inferendis suppliciis cunctantem ac tardum esse. Quosnam porro eos intellegit, quibus comminatur? Eos videlicet, *Qui de nobis*

ita existimant, tamquam secundum carnem ambulemus. Nam eum illi ut hypocritam, ut improbum atque arrogantem insimulabant. 3. *In carne enim ambulantes, non secundum carnem militamus.* Hic jam eos figurata voce terret: carnem enim gerimus, inquit; non id inficior; verum carni non vivimus. Imo vero ne hoc quidem dixit, sed aliquantisper reservavit, quod ad vitæ laudem pertineret: ac prius de prædicatione disserit, ostendens eam minime humanam esse, nec inferiore ope indigere. Quocirca non dixit, Non secundum carnem vivimus; sed, *Non secundum carnem militamus*; hoc est, bellum quidem ac dimicationem suscepimus, at carnalibus armis minime decertamus, nec humanis auxiliis nos tuemur. 4. *Arma enim nostra non sunt carnalia.* Quænam enim arma carnalia sunt? Opes, gloria, principatus, facundia, gravitas, concursationes, assentationes, simulationes, aliaque ejusmodi. At nostra arma non talia sunt. Qualia ergo? *Potentia Deo.* Nec dixit, Nos haud carnales sumus, sed, *Arma nostra.* Nam uti jam dixi, de prædicatione verba prius facit, potentiamque universam Deo adscribit. Nec dixit, Spiritualia, quamquam hoc vocabulum adhibendum esset, ut carnalibus opponeretur, sed, *Potentia*; per hoc illud quoque significans atque ostendens, quod illorum arma infirma et imbecilla sint. Atque animadvertit quam ipse fastus omnis sit expers. Non enim dixit, Nos potentes sumus, sed, *Arma nostra Deo potentia sunt.* Non nos ea talia paravimus, sed Deus ipse. Quoniam enim ipsi flagris cadebantur et exagitabantur, atque innumeris malis premebantur, quæ quidem imbecillitatis argumentum erant, idcirco Dei potentiam ostendens ait, *Sed Deo potentia sunt.* Nam hoc in primis ipsius vim indicat, quod per hæc arma victoriam adipiscatur. Itaque tametsi nos hæc gestamus; at ipse tamen est, qui per ea dimicat et operatur. Postea horum quoque armorum longum encomium texit dicens: *Ad destructionem munitiorum.* Ac ne munitiorum audito nomine, quidquam sensibile cogites, ait: *Consilia destruentes*; per figurarum loquendi genus emphasim indicans, per id autem quod subjunxit, spirituale hoc bellum esse declarans. Munitiorum enim istæ non corpora, sed animos obsident. Quare illis firmiores sunt; ob idque majoribus etiam armis opus habent. Munitiorum porro vocabulo Græcorum fastum intelligit, et sophismatum atque argumentationum vim. Et tamen omnia contra ipsos parata arma superavit. *Consilia destruentes, 5. atque omnem altitudinem extollentem se adversus scientiam Dei.* Persistit in metaphora, ut significantius sese exprimat. Quamvis enim munimenta sint, inquit, quamvis turres, atque aliud quidvis; his tamen armis cedunt. *Et captivantes omnem intellectum in obsequium Christi.* Atqui incommodam significationem habet captivitatis vocabulum: est enim libertatis eversio. Cur ergo hæc voce usus est? Secundum alteram significationem. Captivitas enim nomen duplicem significationem habet; nempe et vi captum esse, atque ita expugnatum, ut jam nulla resurgendi facultas sit. Itaque posterioris

hujus significationis ratione hoc vocabulum usurpavit. Ut enim, cum ait, *Alias Ecclesias expoliavi* (1. Cor. 11. 8), his indicat se non furtim accepisse, sed eas expoliasse atque omnia accepisse: sic etiam hoc loco cum ait, *In captivitate redigentes.* Neque enim ex æquo pugnabat Paulus, sed facillime victoriam obtinebat. Non dixit, unum, aut duos, sed *Omnem*: non dixit, Vincimus tantum ac superiores existimus, sed, *In captivitate redigimus*: ut superius etiam non dixit, Tormenta propugnaculis admoveamus, sed, *Destruimus*: armis quippe, inquit, longe eos antecellimus. Non enim verbis pugnamus, sed rebus adversus verba: non in carnali sapientia, sed in spiritu mansuetudinis ac potentiae. Quomodo ergo gloriaturus eram, inquit, ac per sermonem jactaturus, et per epistolas comminaturus, ut illi eum criminabantur dicentes, *Epistolæ quidem graves* (2. Cor. 10. 10); cum vis nostra in his minime sita esset?

5. Postquam autem dixit, *In captivitate redigentes omnem intellectum in obsequium Christi*; quia captivitatis nomen durius erat, tropum hunc confestim dissolvit, his verbis utens: *In obsequium Christi*, a servitute in libertatem, a morte ad vitam, ab exito ad salutem. Neque enim tantum adversarios sternimus, sed eos ad veritatem transferimus. 6. *Et in promptu habentes ulcisci omnem inobedientiam, cum impleta fuerit vestra obedientia.* Hoc loco non illos tantum, sed et hos quoque metu concutit. Vos enim, inquit, expectamus, ut posteaquam nostris admonitionibus ac minis correcti ac repurgati, atque ab eorum societate abducti fueritis, tum demum illis qui incurabili morbo laborant, solis relictis, supplicium inferamus, cum vos prorsus ab ipsis abscesseritis. Nam obeditis quidem nunc quoque, verum non integre. Atqui, inquires, si hoc nunc fecisses, majus lucrum consequutus fuisses. Minime vero: si enim nunc hoc fecissem, vos quoque eodem supplicio involvissem. At dices, Eos quidem poena afficere oportebat, nobis autem parcere. Verum si pepercissem, gratia ductus id facere visus fuisset: nunc vero id minime volo, sed prius vos corrigere, atque hinc ad puniendos illos me conferre. Quid visceribus illis mitius? quippe qui suos alienis permixtos cernens, plagam quidem inferre vult, cæterum se cohibet atque indignationem reprimat, donec illi secesserint, ut hos solos feriat; vel potius ut ne hos quidem. Ob id enim his minatur, atque se illos tantum recuperare cupere, ut et isti timore correcti ad meliorem frugem migrent, nec in quemquam iram effundat. Ut enim præstantissimus medicus et pater communis et patronus ac curator, ita omnia agebat, ita omnium commo-dis consulebat, impedimenta submovens, pestiferos homines cocrens, undique cursitans. Neque enim pugnando negotia sic conficiebat, sed ut ad paratam promptamque victoriam pergens, tropæa erigebat, diaboli propugnacula, dæmonumque machinas diruens, demoliens, ac solo æquans, atque prædam omnem ad Christi castra traducebat; ac ne tantillum quidem respirabat, ab his ad illos, ab illis rursus ad alios

τούτους φησίν, οἷς ἀπειλεῖ; *Τοὺς λογιζομένους ἡμᾶς, ὡς κατὰ σάρκα περιπατοῦντας.* Ἐκείνοι γὰρ αὐτὸν διέβαλλον ὡς ὑποκριτὴν, ὡς πονηρὸν, ὡς ἀλαζόνα. *Ἐν σαρκὶ γὰρ περιπατοῦντες, οὐ κατὰ σάρκα στρατευόμεθα.* Ἐνταῦθα λοιπὸν καὶ φοβεῖ τῇ τροπῇ· σάρκα μὲν γὰρ περικεῖμεθα, φησίν, ὁμολογῶ, οὐ σαρκὶ δὲ ζῶμεν. Μᾶλλον δὲ οὐδὲ τοῦτο εἶπεν, ἀλλὰ τέως αὐτὸ ταμיעύεται· βίου γὰρ ἐστὶν ἐγκώμιον· περὶ δὲ τοῦ κηρύγματος διαλέγεται, δεικνύς ὅτι οὐκ ἐστὶν ἀνθρώπινον, οὐδὲ τῆς κάτωθεν δεόμενον βοήθειας. Διόπερ οὐκ εἶπεν, *Ὁὐ κατὰ σάρκα ζῶμεν, ἀλλ', Ὁὐ κατὰ σάρκα στρατευόμεθα.* τούτῃ ἐστι, Πόλεμον ἀνεδεξάμεθα καὶ μάχην, ἀλλ' οὐχὶ σαρκίκοις πολεμοῦμεν ὅπλοις, οὐ διὰ τίνος ἀνθρωπίνης συμμαχίας. *Τὰ γὰρ ὅπλα ἡμῶν οὐ σαρκικά.* Ποῖα γὰρ ὅπλα σαρκικά; Πλοῦτος, δόξα, δυναστεία, εὐγλωττία, δεινότης, περιδρομαί, κολακείαι, ὑποκρίσεις, τὰ ἄλλα τὰ τούτοις εἰκότα. Ἀλλὰ τὰ ἡμέτερα, οὐ τοιαῦτα, ἀλλὰ ποταπά; *Δυνατὰ τῷ Θεῷ.* Καὶ οὐκ εἶπεν, Ἡμεῖς οὐ σαρκικοί, ἀλλὰ, *Τὰ ὅπλα ἡμῶν.* Ὅπερ γὰρ ἔφην, τέως περὶ τοῦ κηρύγματος διαλέγεται, καὶ τὴν δύναμιν πᾶσαν τῷ Θεῷ ἀνατίθει. Καὶ οὐ λέγει, Πνευματικῶς, καίτοι τοῦτο ἦν τὸ πρὸς ἀντιδιαστολὴν τοῦ σαρκικοῦ, ἀλλὰ *Δυνατὰ*, διὰ τούτου κάκεινα αἰνιττόμενος, καὶ δεικνύς ὅτι τὰ ἐκείνων ἀσθενῆ καὶ ἀδύνατα. Καὶ σκόπει αὐτοῦ τὸ ἄτυφον. Οὐ γὰρ εἶπεν, Ἡμεῖς δυνατοί, ἀλλὰ, *Τὰ ὅπλα ἡμῶν δυνατὰ τῷ Θεῷ.* Οὐχ ἡμεῖς αὐτὰ τοιαῦτα κατασκευάσαμεν, ἀλλ' αὐτὸς ὁ Θεός. Ἐπειδὴ γὰρ ἐμαστίζοντο, ἠλαύνοντο καὶ μυρία ἔπασχον ἀνήκεστα, ἅπερ ἀσθενείας ἦν· δεικνύς τοῦ Θεοῦ τὴν ἰσχύν, φησίν· *Ἀλλὰ τῷ Θεῷ δυνατὰ ἐστί.* Τοῦτο γὰρ μάλιστα δείκνυσιν αὐτοῦ τὴν ἰσχύν, ὅτι διὰ τούτων περιγίνεται. [585] Ὅστε εἰ καὶ ἡμεῖς αὐτὰ περικεῖμεθα, ἀλλ' αὐτὸς ἐστὶν ὁ δὲ αὐτῶν πολεμῶν καὶ ἐνεργῶν. Εἶτα καὶ ἐγκώμιον αὐτῶν διεξέειπε μακρὸν λέγων· *Πρὸς καθαιρεσὶν ὀχυρωμάτων.* Καὶ ἵνα μὴ, ἀκούσας ὀχυρώματα, αἰσθητόν τι νομίσης, φησὶ· *Λογισμοὺς καθαιροῦντες*· διὰ μὲν τῆς τροπῆς τὴν ἔμφασιν δεικνύς, διὰ δὲ τῆς ἐπαγωγῆς τὸ νοητὸν τοῦ πολέμου παραδηλῶν. Ταῦτα γὰρ τὰ ὀχυρώματα ψυχᾶς πολιορκεῖ, οὐ σώματα. Ὅστε ἐκείνων ἰσχυρότερα· διὸ καὶ μειζρόνων δεῖται τῶν ὅπλων. Ὅχυρώματα δὲ λέγει τὸν τύφον τὸν Ἑλληνικὸν, καὶ τῶν σοφισμάτων καὶ τῶν συλλογισμῶν τὴν ἰσχύν. Ἀλλ' ὅμως ἅπαντα ἠλεγξέ· τὰ ὅπλα, φησίν, ἰστάμενα κατ' αὐτῶν. *Λογισμοὺς γὰρ καθαιροῦντες, καὶ πᾶν ὕψωμα ἐκαιρόμενον κατὰ τῆς γνώσεως τοῦ Θεοῦ.* Ἐπέμεινε τῇ τροπῇ, ἵνα πλεῖον ποιήσῃ τὴν ἔμφασιν. Κἂν γὰρ ὀχυρώματα ἦ, φησὶ, κἂν πυργώματα, κἂν ὀτιοῦν ἔτερον, εἶκει καὶ παραχωρεῖ τοῖς ὅπλοις τούτοις. *Καὶ αἰχμαλωτίζοντες πᾶν νόημα εἰς τὴν ὑπακοὴν τοῦ Χριστοῦ.* Καίτοι κακέμφοτος ἢ τῆς αἰχμαλωσίας προσηγορία· τῆς ἐλευθερίας γὰρ ἐστὶν ἀντίρροπος. Τίνος οὖν ἔνεκεν αὐτῇ κέχρηται; Καθ' ἕτερον σημαίνόμενον. Τὸ γὰρ τῆς αἰχμαλωσίας ὄνομα δύο δηλοῖ, καὶ τὸ ἐκπεσεῖν ἐλευθερίας, καὶ τὸ κατὰ κράτος ἀλῆναι, ὥστε μὴ ἀναστῆναι πάλιν. Κατὰ τοῦτο οὖν τὸ δευτέρον αὐτῇ ἐξελάβετο. Ὅπερ ὅταν λέγῃ,

Ἄλλας Ἐκκλησίας ἐσύλησα, οὐ τὸ λόθηρα λαβεῖν λέγει, ἀλλὰ τὸ γυμνῶσαι καὶ πάντα λαβεῖν· οὕτω καὶ ἐνταῦθα λέγων, *Αἰχμαλωτίζοντες.* Οὐ γὰρ ἐκ τοῦ ἰσοῦ ἢ μάχῃ ἀλλὰ μετὰ πολλῆς εὐκολίας. Οὐκ εἶπεν ἔν και δύο, ἀλλὰ πᾶν· οὐκ εἶπε δὲ, Νικῶμεν καὶ περιγινόμεθα, μόνον, ἀλλὰ καὶ, Αἰχμαλωτίζομεν· ὡσπερ οὖν καὶ ἀνωτέρω οὐκ εἶπε, Προσάγομεν μηχανήματα τοῖς ὀχυρώμασιν, ἀλλὰ, Καθαίρουμεν αὐτὰ· καὶ γὰρ πολλῆ τῶν ὅπλων ἢ περιουσία. Οὐ γὰρ λόγοις πολεμοῦμεν, φησίν, ἀλλ' ἔργοις πρὸς λόγους, οὐκ ἐν σοφίᾳ σαρκικῇ, ἀλλ' ἐν πνευματικῇ πραότητι καὶ δυνάμει. Πῶς οὖν ἐμελλον φιλοτιμεῖσθαι, φησὶ, καὶ κομπάζειν διὰ λόγων, καὶ ἀπειλεῖν διὰ ἐπιστολῶν, καθάπερ ἐκείνοι διέβαλλον λέγοντες, ὅτι *Αἱ ἐπιστολαὶ βαρεῖαι,* ὅπου γε οὐκ ἐν τούτοις ἦν ἡμῖν ἰσχὺς;

γ'. Εἰπὼν δὲ, *Αἰχμαλωτίζοντες πᾶν νόημα εἰς τὴν ὑπακοὴν τοῦ Χριστοῦ,* ἐπειδὴ τὸ τῆς αἰχμαλωσίας ὄνομα βαρὺ, ταχέως τὸν τρόπον ἐντεῦθεν κατέλυσεν εἰπὼν· *Εἰς τὴν ὑπακοὴν τοῦ Χριστοῦ*· ἀπὸ δουλείας εἰς ἐλευθερίαν, ἀπὸ θανάτου πρὸς ζωὴν, ἐξ ἀπωλείας πρὸς σωτηρίαν. Οὐ γὰρ ἀπλῶς βλάσιν ἠλοομεν, ἀλλὰ μεταστῆσαι πρὸς τὴν ἀλήθειαν τοὺς ἐναντιούμενους. *Καὶ ἐν ἐτοίμῳ ἔχοντες ἐκδικῆσαι πᾶσαν παρακοὴν, ὅταν πληρωθῇ ὕμῶν ἡ ὑπακοή.* Ἐνταῦθα καὶ τούτους ἐφόβησεν, οὐκ ἐκείνους μόνον. Ὑμᾶς γὰρ, φησίν, ἀναμένομεν, ἵν', ὅταν ὑπὸ τῆς παραίνεσως καὶ τῆς ἀπειλῆς διορθώσωμεν ὑμᾶς καὶ ἐκκαθάρωμεν καὶ ἀποστήσωμεν τῆς ἐκείνων κοινωνίας, τότε ἐκείνων ἀπολειφθέντων μόνων ἀνίστα νοσοῦντων ἐπαγάγωμεν τὴν τιμωρίαν, ὅταν γνησίως ἴδωμεν ὑμᾶς ἀποστάντας. [586] Ὑπακούετε μὲν γὰρ καὶ νῦν, οὐ τελείως δέ. Καίτοι εἰ νῦν ἐποίησα, μείζον ἂν εἰργάσω τὸ κέρδος, φησίν. Ὑδαμῶς· εἰ γὰρ νῦν ἐποίησα, καὶ ὑμᾶς ἂν περιέβαλον τῇ τιμωρίᾳ. Ἀλλ' ἔδει κολᾶσαι μὲν ἐκείνους, ἡμῶν δὲ φείσασθαι. Ἀλλ' εἰ ἐφεισάμην, χάριτι ἂν ἔδοξα τοῦτο ποιεῖν· νῦν δὲ οὐ τοῦτο βούλομαι, ἀλλὰ πρῶτον κατορθῶσαι ὑμᾶς, καὶ τότε ἐπ' ἐκείνους ἐλθεῖν. Τί τῶν σπλάγγων ἐκείνων ἡμερώτερον; ὅς ἐπειδὴ τοὺς οἰκείους ἔώρα τοῖς ἄλλοτριῶν ἀναμειγμένους, βούλεται μὲν ἐπαγαγεῖν τὴν πληγὴν, φείδεται δὲ, καὶ κατέχει τὴν ἀγανάκτησιν, ἕως ἂν ἐκείνοι ἀναχωρήσωσιν, ἵνα τούτους πατάξῃ μόνους· μᾶλλον δὲ, ἵνα μὴδὲ τούτους. Διὰ γὰρ τοῦτο ἀπειλεῖ τούτοις, καὶ φησὶ μόνους βούλεσθαι ἐκείνους ἀπολαβεῖν, ἵνα καὶ ἐκείνοι τῷ φόβῳ διορθωθέντες μεταναστῶσι, καὶ εἰς μὴδένα ἀφῆ τὴν ὀργήν. Καθάπερ γὰρ ἰατρός ἀριστος; καὶ πατήρ κοινός καὶ προστάτης καὶ κηδεμῶν, οὕτω πάντα ἔπραττεν, οὕτω πάντων ἐκῆδετο, τὰ κωλύματα ἀναιρῶν, τοὺς λυμαινομένους ἀναστῆλων, πανταχοῦ περιτρέπων. Οὐδὲ γὰρ μαχόμενος οὕτω τὰ πράγματα ἦν, ἀλλ' ὡς ἐπὶ ἐτοίμῳ καὶ πρόχειρον ἐρχόμενος νίκην, τὰ τρόπαια ἴσθη, κατασκάπτων, καθαιρῶν, καταβάλλων τοῦ διαδόλου τὰ ὀχυρώματα καὶ τῶν δαιμόνων τὰ μηχανήματα, καὶ τὴν λείαν μετήγεν ἅπασαν ἐπὶ τὸ τοῦ Χριστοῦ στρατόπεδον· καὶ οὐδὲ μικρὸν ἀνέπνευε, ἀπὸ τούτων ἐπ' ἐκείνους, καὶ πάλιν ἀπ' ἐκείνων ἐφ' ἐτέρους μεταπηδῶν, καθάπερ

τις στρατηγὸς ἄριστος καθ' ἐκάστην ἡμέραν ἰσῶν τρόπαια, μᾶλλον δὲ καθ' ἐκάστην ὥραν. Ἄπὸ γὰρ χριτωνίσκου μόνου εἰς τὴν παράταξιν εἰσελθὼν, αὐτῶν ἀνδρῶν ἦρει τῶν ἐναντίων τὰς πόλεις, καὶ τόξα καὶ δόρατα καὶ βέλη καὶ πάντα ἢ γλῶττα Παύλου. Καὶ γὰρ ἐφθέγγετο μόνον, καὶ παντὸς πυρὸς σφοδρότερον τοῖς πολεμίοις αἱ ῥήσεις ἐνέπιπτον· καὶ τοὺς μὲν δαίμονας ἤλαυε, τοὺς δὲ ὑπ' αὐτῶν κατεχομένους ἀνθρώπους πρὸς ἑαυτὸν ἐπανῆγεν. Ὅτε γοῦν τὸν δαίμονα ἐκείνον τὸν πονηρὸν ἐξέβαλε, γοήτων ἀνδρῶν μυριάδες πέντε συνελθοῦσαι, τὰ βιβλία τῶν μαγεῶν κατέκαιον, καὶ πρὸς τὴν ἀλήθειαν μεθίσταντο. Καὶ καθάπερ ἐν πολέμῳ, πύργου πεσόντος ἢ τυράννου κατενεχθέντος, οἱ μετ' ἐκείνου πάντες τὰ ὄπλα ῥίψαντες, τῷ στρατηγῷ προστρέχουσιν· οὕτω δὴ καὶ τότε ἐγένετο. Τοῦ γὰρ δαίμονος ἐκδηθέντος, πολιορκηθέντες ἅπαντες, καὶ τὰ βιβλία ῥίψαντες, μᾶλλον δὲ καταλύσαντες, τοῖς Παύλου ποσὶ προσέτρεχον· ὁ δὲ, καθάπερ ἐν στρατοπέδῳ, τῇ οἰκουμένῃ παραταττόμενος, οὐδαμῶ ἴστατο, ἀλλ' ὡσπερ τις ὑπόπτερος ὢν, πάντα ἐποιεῖ· καὶ νῦν μὲν χυλὸν διώρθου, νῦν δὲ νεκρὸν ἡγειρε, νῦν δὲ ἕτερον ἐπήρου, τὸν μάγον λέγω· καὶ οὐδὲ ἐν δεσμοτηρίῳ κατακλειόμενος ἡσύχαζεν, ἀλλὰ καὶ ἐκεῖ τὸν δεσμοφύλακα μετήγε πρὸς ἑαυτὸν, τὴν καλὴν ταύτην αἰχμαλωσίαν ἐργάζομενος.

[587] θ. Τοῦτον οὖν καὶ ἡμεῖς μιμησώμεθα κατὰ δύναμιν. Καὶ τί λέγω, κατὰ δύναμιν; Ἐξέστι γὰρ καὶ ἐγγὺς ἐκείνου γενέσθαι τῷ βουλομένῳ, καὶ θεωρησῆαι τὴν ἀριστείαν, καὶ μιμήσασθαι τὴν ἀνδρείαν. Ἔτι γὰρ καὶ τοῦτο ποιεῖ, λογισμοὺς καθαιρῶν, καὶ πᾶν ὄψωμα ἐπαίρόμενον κατὰ τῆς γνώσεως τοῦ Θεοῦ. Καίτοι γε πολλοὶ κατατέμνειν αὐτὸν ἐπεχείρησαν αἵρετικοί· ἀλλ' ὅμως κατὰ μέλος ὢν πολλὴν ἐπιδεικνυται τὴν ἰσχύν. Κέχρηται μὲν γὰρ αὐτῷ καὶ Μαρκίων καὶ Μανιχαῖος, ἀλλὰ κατατέμνοντες· ἀλλ' ὅμως καὶ οὕτως ἐλέγχονται ἀπὸ τῶν μελῶν. Καὶ γὰρ καὶ χεῖρ μόνη τοῦ ἀριστέως τούτου παρ' αὐτοῖς οὔσα, κατ' ἄκρας αὐτοὺς ἐλαύνει· καὶ ποῦς μόνος παρ' ἑτέροις διώκει καὶ καταβάλλει, ἵνα μάθῃς δυνάμεις περιουσίαν, καὶ ἕτι καὶ περικοπτόμενος· ἀρκεῖ πάντας ἐλεῖν τοὺς ἐναντιουμένους. Καὶ μέντοι τοῦτο, φησὶ, διαστροφῆς, τὸ πάντας αὐτῷ κεχρησθαι τοὺς ἀλλήλοις μαχομένους. Διαστροφῆς μὲν οὖν, τῆς Παύλου δὲ μὴ γένοιτο, ἀλλὰ τῆς τῶν χρωμένων. Οὐ γὰρ ποικίλος τις ἦν, ἀλλὰ ἀπλοῦς καὶ σαφής· οὗτοι δὲ πρὸς τὰς οἰκείας διέστρεψαν τὰ ῥήματα ἐννοίας. Καὶ διὰ τί οὕτως ἐρρέθη, φησὶν, ὡς δοῦναι λαθὰς τοῖς βουλομένοις; Οὐκ αὐτὸς ἔδωκεν, ἀλλ' ἐκείνων μαγία· οὐκ εἰς δέον γὰρ τούτοις ἐχρήσαντο. Ἐπεὶ καὶ ὁ

κόσμος οὗτος ὅλος καὶ θαυμαστός καὶ μέγας, καὶ τῆς τοῦ Θεοῦ σοφίας τεκμήριον, καὶ *Οἱ οὐρανοὶ διηγοῦνται δόξαν Θεοῦ, καὶ ἡμέρα τῇ ἡμέρᾳ ἐρᾷγεται ῥῆμα, καὶ νύξ νυκτὶ ἀναγγέλλει γνώσιν*· ἀλλ' ὅμως τοῦτω πολλοὶ προσέπταισαν, καὶ ἀπ' ἐναντίας ἀλλήλοισ· καὶ οἱ μὲν οὕτως αὐτὸν ὑπὲρ τὴν ἀξίαν ἐθαύμασαν ὡς αὐτὸν νομίσαι εἶναι Θεόν· οἱ δὲ οὕτως αὐτοῦ τὸ κάλλος ἠγνόησαν, ὡς ἀνάξιον εἶναι φανῆναι τῆς τοῦ Θεοῦ δημιουργίας, καὶ ὕλη τιλὶ πονηρᾷ τὸ πλεόν αὐτοῦ ἀναθεῖναι. Καίτοι γε ἀμφοτέρους ὁ Θεὸς ἠσφαλίσατο, καλὸν μὲν ποιήσας καὶ μέγαν, ἵνα μὴ ἀλλότριος αὐτοῦ τῆς σοφίας εἶναι νομίζοιτο· ἐνδεῆ δὲ καὶ οὐκ αὐτάρκη ἑαυτῷ, ἵνα μὴ Θεὸς ὑποπιεῖται. Ἄλλ' ὅμως οἱ πηρωθέντες ἐξ οἰκείων λογισμῶν, εἰς ἐναντίας ἐξέπεσον ἐννοίας, ἀλλήλους ἐλέγχοντες, καὶ ἀλλήλων γινόμενοι κατήγοροι, καὶ ὑπὲρ τῆς τοῦ Θεοῦ σοφίας ἀπολογούμενοι καὶ αὐτῶν ὡς ἐπλανήθησαν λογισμῶν. Καὶ τί λέγω τὸν ἥλιον καὶ τὸν οὐρανόν; Πρὸ τῶν ὀφθαλμῶν εἶδον θαύματα· οἱ Ἰουδαῖοι γινόμενα τοσαῦτα, καὶ μόσχον εὐθέως προσεκύνησαν. Πάλιν ἐώρων δαίμονας τὸν Χριστὸν ἀπελαύνοντα, καὶ δαιμονῶντα αὐτῶν ἐκάλουν. Ἄλλ' οὐ τοῦ ἐκβάλλοντος τοῦτο ἐγκλημα, ἀλλὰ τῆς τῶν πεπηρωμένων διανοίας κατηγορία. Μὴ τοῖνον μηδὲ Παύλου καταγίνωσκε διὰ τὴν τῶν κακῶς χρησαμένων γνώμην, ἀλλὰ μάθε τὸν θησαυρὸν αὐτοῦ καλῶς καὶ τὸν πλοῦτον ἀνάπτυσον, καὶ πρὸς πάντας στήθη γενναίως ἀπὸ τῶν ἐκείνου φραττόμενος ὄπλων· οὕτω [588] καὶ Ἕλληνας, καὶ Ἰουδαίους ἐπιστομίσαι δυνήση. Καὶ πῶς, φησὶν, οὐ πιστεύοντας αὐτῷ; Ἄπὸ τῶν γεγενημένων δι' αὐτοῦ^β, ἀπὸ τῆς κατὰ τὴν οἰκουμένην διορθώσεως. Οὐ γὰρ ἦν ἀνθρωπίνης δυνάμειος τοσαῦτα δυνήθηαι, ἀλλ' ἡ τοῦ σταυρωθέντος ἰσχύς ἐμπνέουσα αὐτῷ, τοιοῦτον αὐτὸν εἰργάσατο, καὶ ῥητόρων καὶ φιλοσόφων καὶ τυράννων καὶ βασιλέων καὶ πάντων δυνατώτερον ἀπέφηνεν. Οὕτως οὐχ ὄπλισασθαι μόνον ἱκανὸς καὶ βαλεῖν τοὺς ἐναντίους, ἀλλὰ καὶ ἐτέρους κατασκευάσαι τοιούτους. Ἴν' οὖν καὶ ἑαυτοῖς καὶ ἐτέροις γινώμεθα χρήσιμοι, συνεχῶς αὐτὸν μεταχειριζώμεθα, ἀντὶ λειμῶνος καὶ παραδείσου τοῖς τούτου γράμμασιν ἐντροφῶντες. Οὕτω γὰρ δυνησώμεθα καὶ κακίας ἀπαλλαγῆναι, καὶ ἀρετὴν ἐλέσθαι, καὶ τῶν ἐπιγγεγμένων τυχεῖν ἀγαθῶν, χάριτι καὶ φιλανθρωπίᾳ τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, μεθ' οὗ τῷ Πατρὶ ἅμα τῷ ἁγίῳ Πνεύματι δόξα, κράτος, τιμὴ, νῦν καὶ ἀεὶ, καὶ εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. Ἀμήν.

^α Savil. suspicatur legendum δι' αὐτῶν.

^β Savil. coniecit δι' αὐτοῦ, recte Editi. δι' αὐτοῦ.

transiliens : non secus atque præclarissimus quispiam imperator, quovis die vel , ut rectius loquar, quavis hora tropæa erigens. Cum unica enim tunica in aciem ingressus, hostium urbes una cum civibus capiebat : arcuumque, hastarum et telorum, ac denique omnium rerum instar erat Pauli lingua. Loquebatur enim ille tantum, et protinus ipsius verba igne vehementius in hostes labebantur; ac dæmones quidem abigebat, homines autem ab ipsis detentos ad se reducebat. Etenim cum malum illum dæmonem eiecit, præstigatorum hominum quinquaginta millia confluerunt, librisque magicis exustis, ad veritatem sese transtulerunt. Et quemadmodum in bello collapsa turri aut prostrato tyranno, omnes, qui cum ipso stabant, abjectis armis ad hostium imperatorem accurrunt : ad eundem modum tunc quoque accidit : pulso enim dæmone, omnes ii qui obsessi tenebantur, abjectis vel potius deletis libris suis, ad Pauli pedes confugerunt. At ille adversus orbem, quasi adversus exercitum unum, aciem instruens, nusquam consistebat, verum, perinde ac pennis quibusdam præditus, omnia faciebat : ac nunc claudum erigebat, nunc mortuum ad vitam revocabat, nunc alterum, hoc est, magum illum oculorum caligine mulcabat; ac ne in carcere quidem quiescebat, verum illic quoque carceris custodem ad suas partes pertrahebat, præclarum hoc captivitatis genus efficiens.

4. *Paulus imitandus; Marcionis et Manichæi hæresis.* — Hunc igitur nos quoque pro viribus imitemur. Quid autem dico, pro viribus? Licet enim cuivis ad eum propius accedere, ejusque dimicandi præstantiam intueri, ac fortitudinem imitari. Adhuc enim etiam hoc facit, consilia destruens, atque omnem altitudinem sese extollentem adversus scientiam Dei. Et quidem eum plerique hæretici conscindere aggressi sunt; at ipse etiam in membra distractus, ingentis roboris specimen edit. Siquidem et Marcion et Manichæus eo usi sunt, verum concise ac truncatim : at sic tamen etiam a membris confutantur. Nam et manus sola fortissimi hujus viri, cum apud ipsos est, perfacile eos fundit ac fugat; et pes solus, cum apud alios est, eos insectatur ac dejicit, ut ex eo tibi potentia ipsius magnitudinem intelligere liceat, quippe qui etiam carne undique concisus, cunctos tamen hostes expugnare possit. Atqui perversitatis hoc argumentum est, inquires, si omnes eo utantur, qui inter se configunt. Perversitatis quidem hoc sane, non tamen Pauli, absit, sed eorum qui eo abutuntur. Neque enim varius erat, sed simplex et perspicuus; at isti verba ipsius ad suam sententiam detorserunt. Sed cur ita loquutus est, inquires, ut ansam volentibus daret? Non dedit ipse, sed eorum amentia, qui ipsius verbis non ut par erat usi sunt. Quandoquidem et totus hic mundus ingens quidem et præclarus est,

divinæque sapientiæ argumentum, et *Cæli gloriam Dei enarrant, et dies diei eructat verbum, et nox nocti indicat scientiam* (*Psal. 18. 2. 3*): et tamen plerisque ad hunc offendere contigit, atque illi inter se pugnant. Alii enim ita plus quam par erat ipsum admirati sunt, ut deum esse putarent (a); alii ita ejus pulchritudinem ignorarunt, ut Dei creatione indignum haberent ac perniciosæ cuidam materiæ magnam ejus partem assignarent. Atqui Deus utrumque connumerat, pulchrum et magnum faciens, ne ab ipsius sapientia alienus esse censeretur, et rursus aliena ope indigentem nec sibi sufficientem, ne eum quam Deum esse suspicaretur. Et tamen ipsi a rationibus suis cæcati, in contrarias opiniones inciderunt, seque mutuo confutantes et accusantes, divinamque sapientiam per eas ipsas rationes, quibus in errorem induci sunt, ab omni reprehensione vindicantes. Quid autem solem, quid cælum commemoro? Judæi tot miracula præ oculis patrari conspexerant; et statim vitulum adorarunt. Rursus Christum dæmones pellentem videbant; et dæmoniacum eum vocabant. Atqui non, qui dæmones depellebat, sed ii, qui mentis oculis capti erant, in crimen vocandi. Proinde ne tu quoque Paulum, ob eorum sententiam qui ipsius verbis abusi sunt, reprehende; quin potius da operam, ut ipsius thesaurum probe intelligas opesque explices. Ita fiet, ut ipsius armis munitus adversus omnes strenue dimices; ita fiet, ut et gentilibus et Judæis ora obstruere queas. Quomodo, inquires, cum fidem ipsi non habeant? Per ea, quæ ipsius opera contigerunt; per eam correctionem, quam toti terrarum orbi adhibuit. Neque enim humanæ facultatis erat, tot tantaque perficere; verum Crucifixi vis eum afflans talem effecit, atque oratoribus, philosophis, tyrannis, regibus et quibusvis aliis valentiorum reddidit. Ille enim non modo arma induere, et adversarios ferire poterat, sed alios quoque tales efficere. Ut ergo et nobisipsis et aliis usui esse possimus, ipsum in manibus semper habeamus, atque in ipsius scriptis, tamquam in amœno prato atque horto, summa cum animi voluptate versemur. Sic enim et a vitio nos abstrahere, et virtutem amplecti, et promissa bona consequi poterimus: quæ utinam consequamur, per gratiam ac benignitatem Domini nostri Jesu Christi, cui cum Patre et Spiritu sancto gloria, honor, imperium, nunc et semper, et in sæcula sæculorum. Amen.

(a) Multi dicebant mundum esse Deum. Qua de re Balbus apud Ciceronem lib. 2 de Natura Deorum, ostendit mundum esse intelligentem, sapientem, deum denique si dilis placeat. Cicero autem ibidem ait: *Quocirca sapientem esse mundum necesse est, naturamque eam, quæ res omnes complexa tenet, perfectione rationis excellere, eoque deum esse mundum omnemque vim mandati divina natura contineri.* Hæc vero fusissime persequitur Dunæus in Notis Sævilianis.

HOMILIA XXII.

CAP. 10. v. 7. *Quæ secundum faciem sunt, videtis. Si quis sibi confidit Christi se esse, hoc cogitet iterum apud se, quia sicut ipse Christi est, ita et nos.*

1. Cum multis aliis hoc maxime in Paulo quis miretur, quod cum in maximam necessitatem inciderit seipsum extollendi, utrumque assequitur, nempe ut et hoc faciat, et tamen ex suarum laudum prædicatione nulli sit molestus: id quod etiam in epistola ad Galatas maxime perspicere licet. Etenim illic quoque in ejusmodi argumentum delapsus, utrumque horum curat: id quod perdifficile sane est, magnamque prudentiam requirit: nam et modestiam tenet, et magnum quiddam de se prædicat. Ac velim consideres, quonam pacto hoc quoque loco magnifice id faciat. *Quæ secundum faciem sunt, videtis.* Perspice quam hic etiam prudentia utatur. Postquam enim in eos, a quibus decepti fuerant, invectus est, non in illis orationem terminavit, verum ab iis ad hos quoque transiit: atque assidue hanc rationem tenet. Neque enim deceptores tantum, sed eos etiam, quibus fucus factus est, insectatur. Nam si eos a reprehensione immunes abire permisisset, non ita facile ex iis, quæ in alios conjecta fuissent, ad meliorem mentem rediissent; imo admodum sese, tanquam his criminibus non obnoxii, animis extulissent. Ideo hos quoque perstringit. Nec vero hoc tantum nomine sese admirandum Paulus præbet, sed et hoc etiam, quod congruentem utrisque objurgationem adhibet. Audi quippe quid his dicat: *Quæ secundum faciem sunt videtis.* Non leve hoc crimen est, sed maximum. Quare? Quia hominum genus facile decipi potest. Quasi diceret: Ab his, quæ externe patent, homines probatis, a carnalibus, a corporeis. Quid est, Ab iis quæ externe patent? Si quis opibus circumfluit, si quis intumescit, si quis adulatorum gregibus stipatus est, si quis magna de se prædicat, si quis inanis gloriæ studio ducitur, si quis virtutem qua caret ementitur: hoc enim hæc verba significant, *Quæ secundum faciem sunt, videtis.* Si quis confidit sibi se Christi esse, hoc cogitet iterum apud se, quod sicut ipse Christi est, ita et nos sumus. Neque enim initio vehemens esse vult, verum sensim orationem auget atque amplificat. Ac vide quantum asperitatis in his verbis subsit et ænigmatis. Hæc enim verba, *Apud se*, hæc declarant: Non expectet dum a nobis id discat, hoc est, ex nostra adversus eum objurgatione; verum ex seipso id consideret, quod quemadmodum ipse Christi est, ita et nos: non quod ita esset Christi, ut ille, verum, *Sicut ipse Christi est, ita et ego Christi.* Atque hac ratione inter nos est societas: non enim ipse Christi est, ego alterius cujuspiam. Postquam autem hoc, quod æque uterque habebat, posuit, addit id quoque, quo alterum antecellebat. 8. *Nam etsi amplius aliquid gloriatus fuero de potestate nostra, quam dedit nobis Deus ad ædificationem, et non in destructionem, non erubescam.* Quoniam enim magnum aliquid de se dicere parabat, vide quomodo id præmolliat.

Laus propria quam odiosa. — Neque enim quidquam multos auditores perinde offendit, ut cum quis seipsum laudat. Quocirca, ut invidiæ occurrat, ait: *Etsi amplius aliquid gloriatus fuero.* Nec vero dixit, Si quis confidit sibi se Christi esse, hoc secum reputet quod longo a nobis intervallo distat; ego enim magnam ab eo auctoritatem habeo, ut quos voluero pœna afficiam: sed quid? *Nam etsi amplius quiddam.* Atqui ineffabile est, quanta potentia polleret; verum eam verbis contrahit. Nec dixit, Glorior, sed, *Si gloriatus fuero*, si ita voluntas tulerit: sic et modestia utens, et præstantiam suam ostendens. *Si igitur gloriatus fuero*, inquit, *de potestate, quam mihi dedit Dominus.* Rursum totum ipsi adscribit, et commune facit donum. *Ad ædificationem, non ad destructionem.* Vides quo pacto rursus invidiam eam, quam ipsi laudes suæ conflare poterant, mitiget auditoremque sibi conciliet, usum eum commemorans, ob quem hanc potentiam acceperit? Quonam igitur modo ait, *Consilia destruentes?* Quoniam hoc ipsum præsertim ædificationis genus est, impedimenta de medio tollere, et quæ corrupta sunt refutare, ac vera compingere. *Ad ædificationem.* Ergo ad hoc potentiam accepimus, ut ædificemus. Quod si quis oblectetur ac dimicet, atque insanabilis sit, altera quoque facultate utemur, eum diruentes ac prosternentes. Unde etiam ait, *Non erubescam*; hoc est, non mendax nec arrogans reperiar. 9. *Ut autem non existimer tanquam terrere vos per epistolas*; 10. *quoniam quidem epistolæ, inquit, graves sunt et fortes, præsentia autem corporis infirma et sermo contemptibilis*: 11. *hoc cogitet qui talis est, quod quales sumus per epistolas absentes, tales et præsentem in facto.* Quod perinde est ac si diceret: Poteram quidem gloriari, verum ne rursus eadem mihi objiciant, quod per literas me jactem, eum coram despicibilis sim, nihil magnum dicam. Et quidem postea dixit; verum non de hac potentia, per quam terrori erat, sed de revelationibus, majoreque etiam ex parte de tentationibus. Itaque ne vos dumtaxat metu afficere videar, *Hoc cogitet qui ejusmodi est, quod quales sumus per epistolas absentes, tales et præsentem in facto.* Quoniam enim dicebant, quod magna quidem per literas commemoraret, præsens vero nullius pretii esset, ideo his verbis utitur, iisque rursus parce ac modeste. Non enim dixit, *Ut magna scribimus, ita magna quoque præsentem gerimus*; sed demissius loquutus est. Nam cum illos quidem alloqueretur, non sine acrimonia hoc posuit, inquit, *Rogo autem vos, ne præsens audeam per eam confidentiam qua existimor aude, in quosdam*; cum autem ad hos verba facit, submissius agit: ob idque ait, *Quales sumus præsentem, tales et absentes*; hoc est humiles, compositi, nusquam nosipsums jactantes. Idque liquet ex his quæ sequuntur: 12. *Non enim audemus inserere aut comparare nos quibusdam, qui seipsos commendant.*

2. Hoc loco illos et arrogantiam morbo laborare, et magna de seipsis loqui ostendit; eosque, ut seipsos

ΟΜΙΑΙΑ ΚΒ'.

Τὰ κατὰ πρόσωπον βλέπετε. Εἰ τις πέποιθεν ἑαυτῷ Χριστοῦ εἶναι, τοῦτο λογιζέσθω πάλιν ἄφ' ἑαυτοῦ, ὅτι καθὼς αὐτὸς Χριστοῦ, οὕτως καὶ ἡμεῖς.

α'. Ὁ μάλιστα ἂν τις θαυμάσειε Παύλου μετὰ τῶν ἄλλων, τοῦτό ἐστιν, ὅτι εἰς ἀνάγκην ἐμπροσθῶν μεγάλῃν τοῦ ἐπάραι ἑαυτὸν, ἀμφοτέρω ἐργάζεται, τοῦτο τε αὐτὸ, καὶ τὸ μὴ δοκεῖν ἐπαχθῆς εἶναι τοῖς πολλοῖς διὰ τὴν περιαιτολογίαν ταύτην· ὃ καὶ ἐν τῇ πρὸς Γαλάτας μάλιστα ἴδοι τις ἂν. Καὶ γὰρ ἐκεῖ ἐμπροσθῶν εἰς τοιαύτην ὑπόθεσιν, ἀμφοτέρων ἐπιμελεῖται τούτων· ὅπερ τῶν σφόδρα ἐστὶ δυσκολωτάτων, καὶ πολλῆς δεομένων συνέσεως· καὶ μετριάζει, καὶ περὶ ἑαυτοῦ μέγα τι λέγει. Σκόπει δὲ πῶς καὶ ἐνταῦθα μέγα αὐτὸ ποιεῖται. *Τὰ κατὰ πρόσωπον βλέπετε.* Ὅρα κἀνταῦθα σύνεσιν. Ἐπιτιμήσας γὰρ τοῖς ἀπατώσιν αὐτοῦς, οὐ μέχρις ἐκείνων τὸν λόγον ἔστησεν, ἀλλ' ἀπ' ἐκείνων καὶ εἰς τούτους μεταπηδᾷ· καὶ συνεχῶς τοῦτο οὕτως ποιεῖ. Οὐ γὰρ δὴ μόνον τῶν παρακρουμένων, ἀλλὰ καὶ τῶν ἠπατημένων καθάπτεται. Εἰ γὰρ καὶ αὐτοὺς ἀφήκεν ἀνευθύνους, οὐκ ἂν οὕτως εὐκόλως ἐκ τῶν ἐτέροις εἰρημένων διωρθώθησαν. ἀλλὰ καὶ σφόδρα ἂν ἐπήρθησαν, ἂν οὐκ ὄντες ἐγκλήμασιν ὑπεύθυνοι. Διὰ τοῦτο καὶ αὐτῶν καθάπτεται. Καὶ οὐ τοῦτο μόνον αὐτοῦ ἐστὶ τὸ θαυμαστὸν, ἀλλ' ὅτι καὶ καταλλήλως ἑκατέρους ἐπιτιμᾷ. Ἄκουε γοῦν εἰ. τοῦτοις φησὶ· *Τὰ κατὰ πρόσωπον βλέπετε.* Οὐ μικρὸν τὸ ἐγκλημα, ἀλλὰ καὶ σφόδρα μέγα. Πῶς; Ὅτι εὐεξαπάτητον τὸ τῶν ἀνθρώπων [589] γένος, φησὶν. Ὁ δὲ λέγει, τοῦτό ἐστιν· Ἀπὸ τῶν φαινομένων δοκιμάζετε, ἀπὸ τῶν σαρκικῶν, ἀπὸ τῶν σωματικῶν. Τί ἐστίν, Ἀπὸ τῶν φαινομένων; Εἰ τις πλουτεῖ, εἰ τις φουστᾷται, εἰ τις πολλοὺς περιδέβληται κόλακας, εἰ τις μεγάλα περὶ ἑαυτοῦ λέγει, εἰ τις κενοδοξεῖ, εἰ τις ὑποκρίνεται ἀρετὴν, οὐκ ἔχων ἀρετὴν· τοῦτο γὰρ ἐστὶ, *Τὰ κατὰ πρόσωπον βλέπετε. Εἰ τις πέποιθεν ἑαυτῷ Χριστοῦ εἶναι, τοῦτο λογιζέσθω πάλιν ἄφ' ἑαυτοῦ, ὅτι καθὼς αὐτὸς Χριστοῦ, οὕτως καὶ ἡμεῖς.* Οὐ γὰρ βούλεται ἐκ προοιμίων σφόδρως γίνεσθαι, ἀλλὰ κατὰ μικρὸν αὐξάνεται καὶ κορυφούται. Σκόπει δὲ ἐνταῦθα τὴν πολλὴν τραχύτητα, καὶ πολὺ τὸ αἰνίγμα ὄν. Τὸ γὰρ; Ἀφ' ἑαυτοῦ, τοῦτό ἐστιν ἐμφάνιτος· Μὴ γὰρ ἀναμενέτω, φησὶ, παρ' ἡμῶν μαθεῖν, τουτέστι, διὰ ἐπιτιμήσεως τῆς κατ' αὐτοῦ, ἀλλ' ἄφ' ἑαυτοῦ τοῦτο λογιζέσθω, ὅτι καθὼς αὐτὸς Χριστοῦ, οὕτως καὶ ἡμεῖς· οὐκ ἐπειδὴ οὕτως ἦν τοῦ Χριστοῦ, ὡς ἐκεῖνος, ἀλλ' ὅτι Ὅσπερ ἐκεῖνος Χριστοῦ, οὕτως καὶ ἐγὼ Χριστοῦ. Κατὰ τοῦτο ἡ κοινωνία· οὐ γὰρ δὴ αὐτὸς μὲν Χριστοῦ, ἐγὼ δὲ ἐτέρου τινός. Καὶ θεὸς τοῦτο τὸ ἴσον, προσετίθηται καὶ τὴν ὑπεροχὴν, λέγων· *Ἐὰν γὰρ καὶ περισσὸν καυχῆσθωμι περὶ τῆς ἐξουσίας, ἧς ἔδωκέ μοι ὁ Κύριος εἰς οἰκοδομὴν καὶ οὐκ εἰς καθαίρεισιν, οὐκ αἰσχυρῆσθωμι.* Ἐπειδὴ γὰρ μέγα τι λέγειν ἐμᾶλλον, ὅρα πῶς αὐτὸ παραμυθεῖται.

* *Supplendum videtur* ὡς, ut vult *Dunjeus.*

Οὐδὲν γὰρ οὕτως προσίσταται τοῖς πολλοῖς τῶν ἀκροατῶν, ὡς τὸ ἑαυτὸν τινα ἐγκωμιάζειν. Διόπερ ὑποτεταμένους τὸ βαρὺ, τοῦτό φησιν· *Ἐὰν γὰρ καὶ περισσὸν τι καυχῆσθωμι.* Καὶ οὐκ εἶπεν, ὅτι Εἰ τις πέποιθεν εἶναι Χριστοῦ, λογιζέσθω ὅτι πολὺ ἡμῶν ἀπέχει· ἐγὼ γὰρ ἐξουσίαν ἔχω παρ' αὐτοῦ πολλήν, ὥστε οὐς ἂν ἐθέλω, κολάζειν καὶ ἀποκτινύναι· ἀλλὰ τί; *Ἐὰν γὰρ καὶ περισσὸν τι.* Καίτοι ἄφατον εἶχεν, ἀλλ' ὅμως συστέλλει τῷ λόγῳ. Καὶ οὐκ εἶπεν, ὅτι Καυχῶμαι, ἀλλ', *Ἐὰν καυχῆσθωμι, ἐὰν βουληθῶ· ἅμα καὶ μετριάζων, καὶ τὴν ὑπεροχὴν δεικνύς.* *Ἐὰν οὖν καυχῆσθωμι, φησὶ, περὶ τῆς ἐξουσίας, ἧς ἔδωκέ μοι ὁ Κύριος.* Πάλιν τὸ πᾶν αὐτῷ ἀνατίθησι, καὶ κοινὸν ποιεῖ τὸ δῶρον. *Εἰς οἰκοδομὴν, καὶ οὐκ εἰς καθαίρεισιν.* Εἶδες πῶς πάλιν παραμυθεῖται τὸν φθόνον τὸν ἀπὸ τῶν ἐγκωμίων, καὶ τὸν ἀκροατὴν ἐπισπᾷται, τὴν χρεῖαν εἰπὼν δι' ἣν ἔλαβε; Καὶ πῶς φησὶ, *Λοισιμοὺς καθαίρουντες;* Ὅτι αὐτὸ τοῦτο μάλιστα οἰκοδομῆς εἶδος ἐστὶ, τὸ τὰ κωλύματα ἀναίρειν, καὶ τὰ σαβὰ διελέγχειν, καὶ τὰ ἀληθῆ συντιθέναι. *Ἐρ οἰκοδομῆ.* Εἰς τοῦτο μὲν οὖν ἐλάβομεν, ἵνα οἰκοδομῶμεν. Ἐὰν δὲ τις πυκτεύῃ καὶ πολεμῇ καὶ ἀνίατος ἦ, καὶ τῇ ἐτέρῳ χρησόμεθα ἐνεργείᾳ, καθαίρουντες αὐτὸν καὶ καταβάλλοντες. Διὸ καὶ, *Οὐκ αἰσχυρῆσθωμι,* φησὶ· τουτέστιν, Οὐ δειχθήσομαι ψευδόμενος, οὐδὲ ἀλαζονεύμενος. *Ἴνα δὲ μὴ δόξω, ὡς ἂν ἐκφοβεῖν ὑμᾶς, ὅτι αἰ μὲν ἐπιστολοῖαι, φησὶ, βαρεῖαι καὶ [590] ἰσχυραὶ, ἢ δὲ πυρουσία τοῦ σώματος ἀσθενῆς, καὶ ὁ λόγος ἐξουθενημένος· τοῦτο λογιζέσθω ὁ τοιοῦτος, ὅτι οἱοί ἐσμεν δι' ἐπιστολῶν ἀπόντες, τοιοῦτοι καὶ παρόντες τῷ ἔργῳ.* Ὁ δὲ λέγει, τοῦτό ἐστιν· Ἡδυνάμην μὲν καυχῆσθαι· ἵνα δὲ μὴ τὰ αὐτὰ πάλιν λέγωσιν, ὅτι κομπάζω ἐπιστέλλων, καὶ εὐκαταφρόνητός εἰμι παρῶν, οὐδὲν μέγα ἐρῶ. Καὶ μὴ ὕστερον ἐφθέγγετο, ἀλλ' οὐ περὶ τῆς δυνάμεως ταύτης δι' ἧς ἦν φοβερὸς, ἀλλὰ περὶ ἀποκαλύψεων, καὶ τὸ πλέον περὶ πειρασμῶν. Ἴν' οὖν μὴ δόξω φοβεῖν ὑμᾶς, *Τοῦτο λογιζέσθω ὁ τοιοῦτος, ὅτι οἱοί ἐσμεν δι' ἐπιστολῶν ἀπόντες, τοιοῦτοι καὶ παρόντες τῷ ἔργῳ.* Ἐπειδὴ γὰρ ἔλεγον, ὅτι ἐπιστέλλει μεγάλα περὶ ἑαυτοῦ, παρῶν δὲ οὐδενός λόγου ἐστὶν ἄξιον· διὰ τοῦτο ταῦτά φησὶ, καὶ αὐτὰ πάλιν συνεσταλέμενος. Οὐ γὰρ εἶπεν, ὅτι Ὡς μεγάλα ἐπιστέλλομεν, μεγάλα καὶ πράττομεν παρόντες· ἀλλ' ὑφειμένως μᾶλλον. Ὅτε μὲν γὰρ πρὸς ἐκείνους διελέγετο, μετὰ σφοδρότητος αὐτὸ τέθεικε λέγων, *Δέομαι δὲ τὸ μὴ παρῶν θαρβῆσαι τῇ πεποιθήσει, ἢ λογιζομαι τολμῆσαι, ἐπὶ τινας·* ὅτε δὲ πρὸς τούτους, καθυφῆκε. Διὸ καὶ λέγει, *Ὅποιοί ἐσμεν παρόντες, καὶ ἀπόντες·* τουτέστι, ταπεινοί, συνεσταλέμενοι, οὐδαμοῦ κομπάζοντες. Καὶ ὄηλον ἐκ τῶν ἐξῆς· *Οὐ γὰρ τολμῶμεν ἐγκρίναι ἢ συγκρίναι ἑαυτούς τισι τῶν ἑαυτοῦς συνιστανόντων.*

β'. Ἐνταῦθα καὶ ἀλαζόνως δεικνυσιν ὄντας ἐκείνους, καὶ μεγάλα περὶ ἑαυτῶν φθεγγόμενους· καὶ κωμω-

δει αὐτοὺς ὡς ἑαυτοὺς συνιστῶντας. Ἄλλ' ἡμεῖς οὐδὲν τοιοῦτον· ἀλλ' εἴ τινα καὶ μεγάλα εἰργασάμεθα, ἐπὶ τὸν Θεὸν ἄπαντα ἀναφέροντες, καὶ ἀλλήλοις ἑαυτοὺς παραβάλλομεν· διὸ καὶ ἐπήγαγεν. Ἄλλ' αὐτοὶ ἐν ἑαυτοῖς ἑαυτοὺς μετροῦντες, καὶ συγκρίνοντες ἑαυτοῖς ἑαυτοὺς οὐ συνιοῦσιν. Ὁ δὲ λέγει, τοῦτό ἐστιν· Οὐ πρὸς ἐκείνους ἑαυτοὺς παραβάλλομεν, ἀλλὰ πρὸς ἀλλήλους. Καὶ γὰρ προῖών ἔλεγεν, *Οὐδὲν ὑστέρησα τῶν ὑπὲρ ἡμῶν ἀποστόλων*· καὶ ἐν τῇ προτέρᾳ Ἐπιστολῇ, *Περὶ πολλοτέρων αὐτῶν πάντων ἐκοπίασα*· καὶ πάλιν, *Τὰ μὲν σημεῖα τοῦ ἀποστόλου κατεργάσθη ἐν ὑμῖν ἐν πάσῃ ὑπομονῇ*. Ὡστε ἑαυτοῖς συγκρίνομεν ἑαυτοὺς, οὐκ ἐκείνοις τοῖς οὐδὲν ἔχουσιν· ἡ γὰρ τοιαύτη ἀπόνοια ἀνοίας ἐστίν. Ἡ περὶ ἑαυτοῦ οὖν τοῦτό φησιν, ἡ περὶ ἐκείνων, ὅτι Οὐ τολμῶμεν συγκρίναί τινα ἑαυτοὺς ἐκείνοις τοῖς πρὸς ἀλλήλους ἀμιλλωμένοις καὶ μεγάλα κομπάζουσι, καὶ μὴ συνιοῦσι, τούτεστι, μὴ αἰσθανομένοις πῶς εἰσι καταγέλαστοι τοιαῦτα ἀλαζονόμενοι, καὶ μεταξὺ ἀλλήλων ἑαυτοὺς εἰπαίροντες. *Ἡμεῖς δὲ οὐκ εἰς τὰ ἄμετρα καυχώμεθα*, καθάπερ οὗτοι. Καὶ γὰρ εἰκὸς ἦν αὐτοὺς, κομπάζοντας λέγειν, ὅτι τὴν οἰκουμένην ἐπεστρέψαμεν, πρὸς τὰ πέρατα τῆς γῆς ἀφικόμεθα, καὶ πολλὰ ἔτρα τοιαῦτα μεγαλήγορεϊν. Ἄλλ' ἡμεῖς οὐχ οὕτως, φησὶν, Ἄλλὰ κατὰ τὸ μέτρον οὐ ἐμέρισεν ἡμῖν ὁ Θεὸς μέτρον, ἐφικέσθαι ἄχρις καὶ ὑμῶν. Ὡστε ἐκατέρωθεν ἡ ταπεινοφροσύνη αὐτοῦ κατὰ μέρος, καὶ ὅτι οὐδὲν ἄλλο πλεῖον ἢ εἰργάσατο, [591] εἶπε, καὶ ὅτι τοῦτο αὐτὸ τῷ Θεῷ ἀνατίθησι. *Κατὰ γὰρ τὸ μέτρον, φησὶν, τοῦ κανόνα οὐ ἐμέρισεν ἡμῖν ὁ Θεὸς μέτρον, ἐφικέσθαι ἄχρις καὶ ὑμῶν*. Καθάπερ γεωργοὶ· ἀμπελον ἢ διανέμων, οὕτως ἡμῖν ἀφώρισε. Μέχρις οὖν οὐ κατηξιώθημεν φθάσαι, μέχρι τούτου καυχώμεθα. Οὐ γὰρ μὴ ὡς ἐφικόμενοι εἰς ὑμᾶς, ὑπερεκτεινομεν ἑαυτοὺς· μέχρι γὰρ καὶ ὑμῶν ἐφθάσαμεν ἐν τῷ εὐαγγελίῳ τοῦ Χριστοῦ. Οὐκ ἀπλῶς παρεγενόμεθα, ἀλλὰ κατηγγελάμεν, ἐκηρύξαμεν, ἐπεισαμεν, κατωρθώσαμεν. Εἰκὸς γὰρ ἐκείνους καὶ ἀπλῶς παραγινομένους τοῖς τῶν ἀποστόλων μαθηταῖς, ἑαυτοῖς τὸ πᾶν λογίζεσθαι, ἐκ τῆς ψιλῆς ἐπιδημίας. Ἄλλ' οὐχ ἡμεῖς οὕτως· οὐδ' ἂν ἔχοι τις εἰπεῖν, ὅτι οὐ μέχρις ὑμῶν ἰσχύσαμεν ἔλθειν, καὶ τῷ λόγῳ μόνον ἐκτεινομεν τὴν μέχρις ἡμῶν καύχυσιν· καὶ γὰρ καὶ ὑμῖν τὸν λόγον ἐκηρύξαμεν. *Οὐκ εἰς τὰ ἄμετρα καυχώμενοι, ἀλλ' ἐν ἀλλοτριῶς κόποις, ἐλπίδα δὲ ἔχοντες, αὐξανομένης τῆς πίστεως, ἐν ὑμῖν μεγαλυνθῆναι κατὰ τὸν κανόνα ἡμῶν εἰς περισσειαν, εἰς τὰ ὑπερέκεινα ὑμῶν εὐαγγελισασθαι, οὐκ ἐν ἀλλοτρίῳ κανόνι εἰς τὰ ἔτοιμι καυχῆσασθαι*. Πολλὴν δεικνύσι τὴν κατηγορίαν ἐκείνων ἐντεῦθεν, ὅτι καὶ εἰς τὰ ἄμετρα ἐκαυχῶντο, καὶ ὅτι εἰς τὰ ἀλλοτρία, καὶ ὅτι τῶν μὲν ἀποστόλων ὁ ἰδριὸς ἦν ἅπας, ἐκείνοι δὲ ἐκαλλωπίζοντο τοῖς ἐκείνων κόποις. Ἡμεῖς δὲ, φησὶ, διὰ τῶν ἔργων ταῦτα ἐπεδείξαμεν. Οὐ τοίνυν ἐκείνους μιμησόμεθα, ἀλλ'

ἐνθα ἡμῖν μαρτυρεῖ τὰ ἔργα, ταῦτα ἐροῦμεν. Καὶ τί λέγω, φησὶν, ὑμᾶς; Ἐλπίδα γὰρ ἔχω, αὐξανομένης τῆς πίστεως ὑμῶν· οὐ γὰρ ἀποφαίνεται ἀπλῶς, τὸ οἰκεῖον ἦθος· μιμούμενος, ἀλλ', Ἐλπίζω, φησὶν, ὑμῶν ἐπιδιδόντων, ὅτι καὶ περαιτέρω ὁ κανὼν, ἡμῶν ἐπεκταθήσεται, εἰς τὰ ὑπερέκεινα εὐαγγελισασθαι. Προβησόμεθα γὰρ καὶ περαιτέρω, φησὶν, ὥστε κατηρύξαι καὶ χαμεῖν, οὐχ ὥστε λόγοις κομπάζειν ὑπὲρ ὧν ἔκαμνον ἑτεροί. Καλῶς δὲ κανόνα ἐκάλεσε καὶ μέτρον, ὡς ἐπὶ κτήσιν τῆς οἰκουμένης ἐλθῶν καὶ κληρονομίαν ἀρίστην, καὶ δεικνύς τὸ ἔργον τοῦ Θεοῦ ὅλον. Ἐχοντες οὖν τοιαῦτα ἔργα, φησὶ, καὶ μεῖζονα προσδοκῶντες, οὐ κομπάζομεν, ὡς ἐκεῖνοι μὴδὲν ἔχοντες, οὐδὲ ἑαυτοῖς τι λογιζόμεθα, ἀλλὰ τῷ Θεῷ τὸ πᾶν. Διὸ καὶ ἐπάγει, *Ὁ καυχώμενος, ἐν Κυνίῳ καυχάσθω*. Καὶ τοῦτο, φησὶν, ἐκ τοῦ Θεοῦ ἡμῖν προσγίνεται. *Ὁ γὰρ ὁ ἑαυτὸν συνιστῶν, ἐκεῖνός ἐστι δόκιμος, ἀλλ' ὄν ὁ Κύριος συνίστησιν*. Οὐκ εἶπεν, Ἡμεῖς ὁρμεν, ἀλλ', *Ὁρ ὁ Κύριος συνίστησιν*. Εἴδες πῶς συνεσταλμένως φέγγεται; Εἰ δὲ προῖών ὑψηλότερα ἀνίστησι, μὴ θαυμαστὸς· καὶ γὰρ καὶ τοῦτο τῆς τοῦ Παύλου συνέσεως. Εἰ γὰρ ἐμελλε πανταχοῦ ταπεινὰ φέγγεσθαι, οὐκ ἂν αὐτοὺς ἐπληξεν οὕτως, οὐδ' ἂν τοὺς μαθητὰς τῆς πλάνης ἀπήλλαξεν. Ἔστι γὰρ καὶ μετριάζοντα ἀκαίρως, βλάψαι, καὶ λέγοντά τι περὶ ἑαυτοῦ θαυμαστὸν εὐκαίρως, ὠφελῆσαι. Ὡσπερ οὖν καὶ αὐτὸς ἐποίησε. Καὶ γὰρ κίνδυνος ἦν οὐ μικρὸς, περὶ [592] Παύλου τι πεισθῆναι φαῦλον τοὺς μαθητὰς, οὐκ ἐπειδὴ Παῦλος ἐζήτηε τὴν παρ' ἀνθρώπων δόξαν. Εἰ γὰρ τοῦτο ἐζήτηε, οὐκ ἂν τὰ μεγάλα ἐκεῖνα καὶ θαυμαστὰ τὰ πρὸ δεκαεσσάρων ἐτῶν ἂν εἰσέγισσε χρόνον τοσοῦτον· οὐδ' ἂν, ἀνάγκης ἐπιχειρήσας, οὕτως ἀνεδύετο καὶ ὤκνει εἰπεῖν. Δῆλον δὲ, ὅτι οὐδ' ἂν τότε εἶπεν, εἰ μὴ σφόδρα κατηναγκάσθη.

Οὐκοῦν οὐ τὴν παρὰ ἀνθρώπων δόξαν ἐπιζητῶν, ταῦτα ἔλεγεν, ἀλλὰ τῶν μαθητῶν κηδόμενος. Ἐπειδὴ γὰρ διέβαλλον αὐτὸν ὡς ἀλαζόνα καὶ λόγοις κομπάζοντα, ἔργοις δὲ οὐδὲν δυνάμενον ἐπιδείξει, ἀναγκάζεται λοιπὸν εἰς ἐκεῖνας τὰς ἀποκαλύψεις ἔλθειν. Καίτοι γε δυνάμενος διὰ τῶν ἔργων αὐτοὺς πείσαι, ἠνίκα ταῦτα ἔλεγεν, ἀλλ' ὄμως ἐτι τῇ διὰ τῶν λόγων κέχρηται ἀπειλῇ· κενοδοξίας γὰρ μάλιστα καθαρὸς ἦν· καὶ τοῦτο αὐτοῦ δεικνύσιν ἅπας ὁ βίος, καὶ ὁ πρότερος καὶ ὁ μετὰ ταῦτα. Διὰ τοῦτο γοῦν καὶ ἀθρόον μετέστη, καὶ μεταστὰς συνέχεεν Ἰουδαίους, καὶ πᾶσαν ἐκείνην ἔρριψε τὴν παρ' αὐτῶν τιμὴν, καίτοι γε τὸ κεφάλαιον αὐτῶν, καὶ ὁ προστάτης αὐτὸς ἦν. Ἄλλ' οὐδὲν ἐκείνων ἐνενόησεν, ἐπειδὴ τὴν ἀλήθειαν εὔρεν, ἀλλ' ὕβρεις καὶ ἀτιμίας αὐτῶν ἀντηλλάξατο· καὶ γὰρ πρὸς τὴν σωτηρίαν ἑώρα τῶν πολλῶν, τοῦτο πάντα ἡγούμενος. Ὁ γὰρ μήτε γένεσαν, μήτε βασιλείαν ἡγούμενός τι εἶναι, μήτε ἄσμοις μυρίους πρὸς τὸν τοῦ Χριστοῦ πόθον, πῶς ἂν τὴν παρὰ τῶν πολλῶν δόξαν ἐθήρευεν; Οὐδαμῶς· ἀλλὰ καὶ σφόδρα ταπεινός ἐστιν, ὅταν ἐξῆ, καὶ τὸν πρότερον αὐτοῦ στηλιτεύει βίον, ἅτε βλάσφημον καὶ διώκτην καὶ ὑβριστὴν ἀποκαλῶν ἑαυτὸν. Καὶ ὁ μα-

^a Sic cum Savillio legendum, et sic legit interpres. In Editis ἢ deest.

^b Bibl. Gr. ἀμπελῶνα.

commendantes, traducit. At nos, inquit, nihil ejusmodi facimus; verum si quid etiam magni patramus, ad Deum omnia referimus, et nos mutuo comparamus: ideo subjunxit, *Sed ipsi in seipsis sese metientes, et sese sibiipsis comparantes, non intelligunt.* Quod ait, hanc sententiam habet: Non cum illis nosipsum comparamus, sed nosmet inter nos. Nam et ulterius progressus dicebat, *Nihil minus habui a magnis apostolis (2. Cor. 12. 11)*; et in priorē epistola, *Plus illis omnibus laboravi (1. Cor. 15. 10)*; et rursus, *Signa apostolatus mei facta sunt inter vos in omni patientia (2. Cor. 12. 12)*. Itaque nosipsum inter nos comparamus, non cum illis, qui nil habent: hujusmodi quippe arrogantia ex amentia oritur. Ergo vel de seipso hoc dicit, vel de illis: quasi dicat, Non audemus nosipsum cum illis conferre, qui inter se contendunt ac magna de se jactant, nec intelligunt, hoc est, non sentiunt quam sint ridiculi, cum ad hunc modum gloriantur, seque ipsos inter se efferunt. 15. *Nos autem non in immensum gloriabimur*; quemadmodum illi. Probabile enim erat, eos jactando eo usque progressos fuisse, ut se orbem terrarum convertisse, atque ad extremos usque terræ fines perrexisse dicerent, multaque alia ejusmodi de se magnifice prædicarent. At nos, inquit, non ita, *Sed secundum mensuram regulæ, quamensus est nobis Deus, mensuram pertingendi usque ad vos.* Itaque utrimque ipsius modestia elucet, tum quia laud plus quam effecerit dicit, tum quia hoc ipsum Deo acceptum refert. *Secundum enim mensuram, inquit, regulæ quamensus est nobis Deus, mensuram pertingendi usque ad vos.* Quemadmodum vineam quamdam agricolis dispertiens, ita nobis metas nostras distinxit. Ac proinde non ultra gloriamur, quam quousque nobis pervenire concessum est. 14. *Non enim quasi non pertingentes ad vos, superextendimus nos: usque ad vos enim pervenimus in evangelio Christi.* Non simpliciter ad vos accessimus, verum etiam annuntiavimus, concionati sumus, persuasimus, rem probe confecimus. Verisimile enim est illos, cum ad apostolorum discipulos se contulissent, ob simplicem hujusmodi adventum eo arrogantia prædiisse, ut omnem rei successum sibi adscriberent. At nos, inquit, non sic nos gessimus; nec quisquam dicere possit, quod ad vos usque proficisci nequiverimus, verbisque solis nostram ad vos usque gloriationem efferamus: nam vobis quoque verbum prædicavimus. 15. *Non immensum gloriantes, sed in alienis laboribus, spem autem habentes crescentis fidei vestræ, in vobis magnificari secundum regulam nostram in abundantiam, 16. etiam in illa quæ ultra vos sunt evangelizare, non in aliena regula, in iis quæ præparata sunt gloriari.* Magnam his verbis reprehensionis notam illis inurit, tum quod immodice gloriarentur, tum quod de alienis laboribus. Nam cum sudor omnis apostolorum esset, illi de ipsorum laboribus sese venditabant. At nos, inquit, per opera hæc demonstravimus. Quamobrem non eos imitabimur, verum ea dicemus, quæ rerum ipsarum testimonio nituntur. Quid autem vos dico? Spem enim habeo fore, ut crescente vestra fide:

non enim plane affirmat, morem videlicet suum retinens; verum, Spero, inquit, fore ut vobis in fide progressum facientibus regula nostra latius sese extendat, ut ulterius evangelium prædicemus. Longius enim progrediemur, inquit, ut concionemur ac labores suscipiamus, non autem ut de alienis ærumnis nosipsum jactemus. Regulæ autem ac mensuræ vocabulis commode usus est, velut ad orbis terrarum possessionem præstantissimamque hereditatem profectus, ostendens totum opus Dei esse. Ergo hujusmodi res habentes, inquit, ac majores expectantes, non perinde gloriamur, ut illi qui nihil habent, nec nobisipsis quidquam adscribimus, verum omnia Deo. Unde etiam subdit. 17. *Qui gloriatur, in Domino gloriatur.* Et hoc, inquit, divinitus nobis contingit. 18. *Non enim qui seipsum commendat, ille probatus est, sed quem Deus commendat.* Non dixit, Nos sumus, sed, *Quem Deus commendat.* Vides quam modeste loquatur? Quod si sermonis progressu altius loquitur, ne mirum tibi videatur: id enim Paulinæ prudentiæ est. Nam si ubique demisse loquutus fuisset, tantam illis plagam minime inflixisset, nec discipulos errore liberasset. Siquidem accidit interdum, ut et intempestiva modestia quispiam utens, detrimentum afferat, et contra, eximium aliquid de se opportune prædicans, prosit: quemadmodum ipse quoque fecit. Neque enim parvum periculum imminerebat, ne discipuli de Paulo sinistram aliquam opinionem imberent: non quod Paulus humanam gloriam captaret. Nam si eam appetisset, non magna illa et admiranda, quæ ante quatuordecim annos ipsi contigerant, tanto tempore silentio compressisset; nec profecto, qui urgente etiam necessitate ita dicere cunctabatur, ea tum dixisset, nisi magna necessitate constrictus fuisset.

Paulus male audiebat apud quosdam. — Quocirca non humanæ gloriæ studio hæc dicebat, sed ut discipulis consuleret. Quia enim eum, ut vanum hominem ac verbis quidem sese venditarent, et re ipsa nihil præstare valentem, traducebant; idcirco necesse jam habebat ad revelationes illas venire. Quamquam per res ipsas fidem illis facere poterat, cum hæc diceret, sed tamen verborum minis adhuc utendum censuit; siquidem ab inanis gloriæ cupiditate maxime purus erat: id quod universa ipsius vita, tam ante quam post acta, declarat. Ideo etiam subito ad Christi fidem migravit, statimque ut migravit, Judæos perturbavit, omnemque illum quo apud eos florebat honorem abiecit, etsi caput eorum atque antistes erat. Verum inventa veritate nihil horum animo versavit, sed ea cum probis et ignominia commutavit. Multorum quippe salutem sibi ob oculos proponebat, in hoc omnia posita existimans. Et sane qui fieri potuisset, ut qui nec gehennam nec regnum nec innumerabiles mundos præ Christi amore quidquam esse duceret, is vulgi gloriam venaretur? Minime profecto: imo contra perquam humilis erat, cum liceret, prioremque vitam præscindebat, cum blasphemum se ac persecutorem et contumeliosum appellaret. Atque ipsius

etiam discipulus Lucas de eo multa commemorat, quæ nimirum ex ipso didicerat, cum priorem vitam suam ei non minus quam sequentem exponeret.

3. Hæc autem dico, ut non tantum audiamus, sed etiam discamus. Nam cum ille peccata, quæ ante baptismum admiserat, etsi prorsus extincta, in memoria tamen haberet: quam nos veniam consequi possimus, qui ea etiam, quæ post baptismum perpetravimus, oblivione deleamus? Quid ais, homo? Deum offendisti, et oblivisceris? Altera jam est hæc offensio, altera inimicitia. A quibusnam ergo peccatis solvi petis? an ab iis, quæ ne tibi quidem nota sunt? Ita sane. Non enim laboras, anxioque animo es, quo pacto eorum rationem redditurus sis, qui ne memoria quidem ea tenere cures, sed ludas in minime ludicris. Verum aderit illud tempus, cum non jam ultra nobis ludus hic procedet. Prorsus etenim mori necesse est (eo quippe plerique stupore sunt, ut de perspicuis quoque rebus loqui necesse sit), prorsus resurgere, prorsus iudicium subire, ac pœna affici: quamquam ne hoc quoque, si quidem velimus. Nam illa quidem, hoc est, mors nostra et reditus ad vitam et iudicium, nostri arbitrii non sunt, verum Domini nostri; at vero pœnas vel subire vel non subire, in arbitrio nostro situm est: hoc enim ex eorum genere est, quibus provideri potest. Quamquam si voluntas nostra ita tulerit, hoc ex eorum classe faciemus, quæ nullo modo fieri possint, ut Paulus et Petrus atque omnes sancti: illi enim supplicio affici nullo modo possunt. Proinde si voluerimus, eodem modo impossibile erit, ut aliquid mali perpetiamur. Nam etiamsi innumeris nosipos sceleribus obstrinxerimus, salutem tamen recuperare possumus, quamdiu hic sumus. Quocirca demus operam, ut nosipos recuperemus: atque is quidem, qui senili ætate est, cogitet se propediem hinc excessurum esse, ac satis diu ætatem in voluptate duxisse: quamquam, quæ hæc voluptas est, in vitiis vitam exigere? verum ad ipsius opinionem orationem interim accommodo; animadvertat postea, licere ipsi omnes maculas exiguo tempore abstergere. Juvenis rursus secum reputet quam incertus vitæ finis sit, quodque sæpe contigit, ut multis senibus diutius hic manentibus, juvenes ante ipsos morte abrepti sint. Ideo enim noster e vita discessus in incerto jacet, ne eum negotiemur (a). Unde etiam Sapiens quidam his verbis nos admonet: *Non tardes converti ad Dominum, et ne differas de die in diem (Ecclesi. 5. 8); nescis enim quid paritura sit superventura dies (Prov. 27. 1)*. Ex dilatione quippe periculum ac metus nascitur: sin vero quis moram omnem fugiat, perspicua ei et certa salus. Proinde virtutem complectere. Sic enim, sive juvenis hinc abscedas, tuto abscedes; sive ad senilem ætatem pervenias, eum amplissimis opibus excedes, duplicemque lætitiæ ac festivitatem per omnem vitam habebis, nimirum et a vitio abstinens, et virtutem amplectens.

(a) Quid sibi velit Chrysostomus non statim percipitur, verum in sequentibus non obscure loquitur; sed ex incerto mortis tempore, ad non differendam conversionem et penitentiam concitat.

Cave dixeris, Erit tempus cum ad meliorem frugem revertendum erit: hæc enim verba Deum majorem in modum ad iracundiam concitant. Quid tandem? Quod cum ille infinita tibi sæcula pollicitus sit, tu contra in presenti hac vita, quæ brevis ac fluxa est, nullum laborem suscipere velis; verum ita dissolutus et ignavus sis, ut etiam hac ipsa breviorē requiras. Annon eadem comessationes quotidie? annon eadem mensa? annon eadem scorta? annon eadem theatra? annon eadem pecunia? Quousque ista tamquam vera et solida amabis? quousque inexplibili vitii cupiditate teneberis? Memento quod quosque scortatus es, toties teipsum condemnasti. Huiusmodi quippe est peccatum: protinus ut perpetratum est, sententiam fert iudex. Mero te obruisti, cibus te ingurgitasti, rapuisti? Consiste jam, teque in contrariam viam refer: Deo gratias age, quod te inter media peccata non abripuit: ne alterum quoque tibi tempus ad flagitiose vivendum præstinari postules. Multi, dum avaritiæ studerent, hinc abrepti sunt, atque ad perspicuas certasque pœnas abscesserunt. Ne idem tibi inexcusabili accidat, time. At, inquis, multis Deus in extrema quoque senectute peccata sua confitendi spatium concessit? Quid tum? an tibi quoque concedet? Fortasse, inquis. Quid ais, fortasse, et interdum, et sæpe? in mentem tibi veniat, te de anima tua consilium inire: contrarium pone, tecumque ita reputa ac dic, Quid autem, si non concesserit? Tu contra, quid si concesserit? inquis. Concessit quidem ipse; verumtamen hoc illo tutius et utilius. Etenim si jam probe vivere incipias, sive certum vitæ spatium acceperis sive non, omnia lucratus eris: si autem moras quotidie nectas, ideo persæpe non accipies. Enimvero, cum ad bellum profiscisceris, non dicis, Non necesse est testamentum condere; fortasse revertar: nec, cum de ineundo matrimonio consultas, dicis, Uxorem egentem accipiam; multi enim præter opinionem ad opes ita pervenerunt: nec, cum domum exstruere paras, infirma fundamenta jacias; permultæ enim ædes sic etiam consisterunt: at cum de anima consilium inis, imbecillioribus niteris, nimirum illo, fortasse, sæpe, interdum, incertisque eventibus teipsum committis. Non incertis, inquis, eventibus, sed Dei benignitati: benignus enim est Deus. Id ipse quoque compertum habeo; sed tamen benignus hic illos etiam, quos dixi, de medio sustulit. Quid vero, si accepto longiori vitæ spatio, idem ipse tuique similis maneat? nam qui ejusmodi est, in senectute quoque ignavus erit. Non, inquires. Sed is qui hæc cogitat, etiam post octoginta annos, nonaginta requirit, et post nonaginta, centum, et exactis centum annis senior adhuc erit; atque ita tota vita incassum absuetur, tibi quoque etiam id accidet, quod de Judæis dictum est, *Defecerunt in vanitate dies eorum (Psal. 77. 33)*. Atque utinam in vanitate dumtaxat, ac non etiam in perniciem. Cum enim illuc abierimus, gravem peccatorum sarcinam gestantes (hoc quippe est in perniciem), alimentum igni, ingentemque vermi mensam deferemus. Quamobrem rogos atque obsecro,

θητής δὲ αὐτοῦ Λουκᾶς πολλά περὶ αὐτοῦ φησι, δηλονότι παρ' αὐτοῦ μαθὼν, ἐκπομπέοντος αὐτοῦ τῷ προτέρῳ βίῳ οὐχ ἤττον ἢ τῷ μετὰ ταῦτα.

γ'. Ταῦτα δὲ λέγει, οὐχ ἵνα ἀκρούωμεν μόνον, ἀλλ' ἵνα και μανθάνωμεν. Εἰ γὰρ ἐκεῖνος τῶν πρὸ τοῦ λουτροῦ πλημμελημάτων ἐμέμνητο, καίτοι πάντων ἀφανισθέντων, τίνα ἂν σχοίημεν συγγνώμην οἱ τῶν μετὰ τὸ λουτρὸν ἀμνημονοῦντες ἡμεῖς; Τί λέγεις, ἄνθρωπε; προσέκρουσας τῷ Θεῷ, καὶ ἐπιλανθάνῃ; Δευτέρα αὕτη πρόσκρουσις, δευτέρα ἀπέχθεια. Ποῖων οὖν ἁμαρτημάτων αἰεὶς λύσιν; ὧν οὐδὲ οἶδας αὐτός; Πάνυ γε. Οὐ γὰρ μεριμνᾷς καὶ φροντίζεις πῶς λόγον δώσεις, ὃ μὴδὲ μεμνήσθαι αὐτῶν σπουδάζων, ἀλλὰ παίζων ἐν οὐ παικτοῖς. Ἄλλ' ἔσται καιρὸς, ὅτε οὐκέτι προχωρήσει τὰ τῆς παιδείας ἡμῶν. Καὶ γὰρ δεῖ ἡμᾶς πάντως ἀποθανεῖν (διὰ γὰρ τὴν πολλὴν ἀναίσθησίαν τῶν πολλῶν καὶ ὑπὲρ τῶν φανερῶν διαλέγεσθαι δεῖ), καὶ ἀναστῆναι πάντως, καὶ κριθῆναι πάντως, καὶ κολασθῆναι· μᾶλλον δὲ τοῦτο οὐ πάντως, ἐὰν θέλωμεν. Ἐκείνων μὲν γὰρ οὐχ ἡμεῖς κύριοι, οὔτε τῆς τελευτῆς ἡμῶν, οὔτε τῆς ἀναστάσεως, οὔτε τῆς κρίσεως, ἀλλ' ὁ Δεσπότης ὁ ἡμέτερος· τοῦ μέντοι δίδόναι [593] δίκην, ἢ μὴ, ἡμεῖς κύριοι· τοῦτο γὰρ τῶν ἐνδεχομένων ἔστιν. Ἄλλ' ἐὰν θέλωμεν, τῶν ἀδυνάτων αὐτὸ ποιήσομεν, ὡσπεροῦν Παῦλος, ὡς Πέτρος, ὡς οἱ ἄγιοι πάντες, καὶ γὰρ ἐκεῖνους κολασθῆναι ἀδύνατον. Ἄν τοίνυν ἐθέλωμεν, καὶ ἡμᾶς ὁμοίως ἀδύνατον τι παθεῖν. Κἂν γὰρ μυρία πεπλημμεληκότες ὦμεν, δυνατὸν ἀνακτήσασθαι, ἕως ἂν ἐνταῦθα ὦμεν. Ἀνακτησώμεθα τοίνυν ἑαυτοῦς· καὶ ὁ μὲν γέρων ἐννοεῖτω, ὅτι μικρὸν ὕστερον ἀπελεύσεται, ὅτε ἱκανῶς ἐνετρώθη τῇ ηλικίᾳ (καίτοι γε ποῖα τοῦτο τρυφή τὸ ἐν κακίᾳ διάγειν; ἀλλὰ τέως πρὸς τὴν ἐκείνου δόξαν τοῦτ' ἔφημι): ἐννοεῖτω μετὰ τοῦτο, ὅτι ἔξεστιν αὐτῷ ἐν βραχεῖ χρόνῳ τὸ πᾶν ἀπονίφασθαι. Ὁ νέος πάλιν καὶ αὐτός τὸ ἀθλον λογιζέσθω τῆς τελευτῆς, καὶ ὅτι πολλῶν πολλακίς πρὸς αὐτῶν μενόντων ἐνταῦθα, οἱ νέοι πρὸ αὐτῶν ἀπηνέχθησαν. Ἴνα γὰρ μὴ πραγματευώμεθα τὴν τελευτὴν ἡμῶν, διὰ τοῦτο ἐν ἀθήλῳ κεῖται. Διὸ καὶ σοφός τις παραινεῖ λέγων, *Μὴ ἀνάμεινε ἐπιστρέψαι πρὸς Κύριον, καὶ μὴ ἀναβάλλου ἡμέραν ἐξ ἡμέρας· οὐ γὰρ οἶδεις τί τέξεται ἡ ἐπιούσα*. Ἐκ μὲν γὰρ τοῦ ἀναβάλλεσθαι κίνδυνος καὶ φόβος, ἐκ δὲ τοῦ μὴ ἀναβάλλεσθαι σωτηρία δῆλη καὶ ἀσφαλής. Ἔχου τοίνυν τῆς ἀρετῆς. Οὕτω γὰρ, κἂν νέος ἀπέθῃς, ἀσφαλῶς ἀπῆλθες· κἂν εἰς γῆρας ἔλθῃς, μετὰ πολλῆς ἀπῆλθες τῆς εὐπορίας· καὶ διπλῆ ἑορτὴν διὰ παντὸς ἔξεις τοῦ βίου, κακίας τε ἀπεχόμενος, καὶ ἀρετῆς ἐπιλημμένος. Μὴ λέγε, Ἔσται καιρὸς ὅταν ἐπιστρέψαι δέῃ· ταῦτα γὰρ τὰ βήματα σφόδρα παροργίζει τὸν Θεόν.

* Sic legit Interpres et sic conjecerat Savilius. Ediii βραχυτέρας, minus recte.

Τί δὴ ποτε; Ὅτι αὐτός σοι ἀπείρους αἰῶνας ἐπηγγέλατο, σὺ δὲ οὐδὲ τὴν παρούσαν ζωὴν ἐθέλεις πονεῖν, τὴν βραχεῖαν ταύτην καὶ πρόσκαιρον, ἀλλ' οὕτως εἰ χαῦνος καὶ ἀνάνδρος, ὡς καὶ αὐτῆς ταύτης βραχυτέραν ἂ ἐπιζητεῖν. Οὐχ οἱ αὐτοὶ κῶμοι καθ' ἡμέραν; οὐχ αἱ αὐταὶ τράπεζαι; οὐχ αἱ αὐταὶ πόρνα; οὐχὶ τὰ αὐτὰ θέατρα; οὐχὶ τὰ αὐτὰ χρήματα; Μέχρι τίνος ὡς ἐκείνων ἐντων ἔρῃς; μέχρι τίνος τὴν ἀκόρεστον ἔχεις τῆς κακίας ἐπιθυμίαν; Ἐνόησον ὅτι ὀσάκις ἐπόρνευσας, τοσαυτάκις κατέγνωσ σαυτοῦ. Καὶ γὰρ τοιοῦτον ἡ ἁμαρτία· ἅμα γέγονε, καὶ τὴν ψῆφον ἤνεγκεν ἐ δικαστῆς. Ἐμεθύσθης, ἐγαστρισθῆς, κῆρπασας; Στῆθι λοιπὸν, ὑπόστρεψον τὴν ἐναντίαν, ὁμολόγησον τῷ Θεῷ χάριν, ὅτι σε οὐκ ἐν μέσοις ἀνήρπασε τοῖς ἁμαρτήμασι· μὴ καὶ ἐτέραν ζητεῖ προθεσμίαν εἰς τὸ κακῶς ἐργάζεσθαι. Πολλοὶ μεταξὺ πλεονεκτοῦντες ἀνηρπάγησαν, καὶ ἀπῆλθον ἐπὶ φανερὰν δίκην. Φοβήθητι μὴ καὶ σὺ τοῦτο πάθῃς ἀναπολόγητος. Ἄλλὰ πολλοὶς ἔδωκε [594] προθεσμίαν ὁ Θεός, καὶ ἐν ἐσχάτῳ γῆρας ἐξομολογήσασθαι. Τί οὖν; καὶ σοὶ δώσει; Ἴσως δώσει, φησί. Τί λέγεις. Ἴσως, καὶ ἐνίοτε, καὶ πολλακίς; ἐνόησον ὅτι περὶ ψυχῆς βουλευή, καὶ τίθει καὶ τὸ ἐναντίον, καὶ λογίζου καὶ λέγε, Τί δὲ, ἐὰν μὴ δῶ; Τί δὲ, ἐὰν δῶ, φησὶν; Ἔδωκε μὲν αὐτός, πλὴν τοῦτο ἐκείνου ἀσφαλέστερον καὶ κερδαλεώτερον. Ἐὰν μὲν γὰρ ἦδη ἄρξῃ, τὸ πᾶν ἐκέρδαναι, ἂν τε λάθῃς, ἂν τε μὴ λάθῃς προθεσμίαν· ἐὰν δὲ αἰεὶ μέλλῃς, δι' αὐτὸ τοῦτο πολλακίς οὐ λήψῃ. Σὺ δὲ εἰς μὲν πόλεμον ἐξῶν, οὐ λέγεις, οὐκ ἀνάγκη διαθεσθαι, ἴσως ἐπανήξω· οὐδὲ περὶ γάμου βουλευόμενος λέγεις, Λάθω γυναῖκα πενιχρὰν, πολλὰ παρὰ δόξαν καὶ οὕτως ἐπλουτήσαν· οὐδὲ οἰκίαν οἰκοδομούμενος, Καταβάλλω θεμελίους σαθροῦς, πολλὰ καὶ οὕτως ἔστησαν οἰκίαι· ὑπὲρ δὲ ψυχῆς βουλευόμενος, τοῖς σαθροτέροις ἐγχειρεῖς, τὸ ἴσως καὶ πολλακίς καὶ ἐνίοτε τιθεῖς, καὶ τοῖς ἀθήλοις ἐπιτρέπεις σαυτόν; Οὐ τῷ ἀθήλῳ, φησὶν, ἀλλὰ τῇ τοῦ Θεοῦ φιλανθρωπίᾳ· φιλάνθρωπος γὰρ ὁ Θεός. Οἶδα καγὼ· ἀλλ' ὁ φιλάνθρωπος οὗτος κάκεινους οὐς εἶπον ἀνήρπασε. Τί δὲ, ἂν καὶ χρόνον λαβὼν ὁμοίως μένης; ὁ γὰρ τοιοῦτος καὶ ἐν γῆρα ῥάθυμος· ἔσται. Οὐ, φησὶν· Ὁ γὰρ λογισμὸς οὗτος ^b καὶ μετὰ τὰ ὑγδοήκοντα ἔτη, ἐνενήκοντα ἐπιζητεῖ, καὶ μετὰ τὰ ἐνενήκοντα, ἑκατὸν, καὶ μετὰ τὰ ἑκατὸν, ἀργότερος ἔσται. Καὶ οὕτως ὁ βίος ἅπας ἀναλωθήσεται μάτην, καὶ συμβῆσεται τὰ περὶ τῶν Ἰουδαίων εἰρημμένα καὶ ἐπὶ σοὶ· ὅτι *Ἐξέλιπον ἐν ματαιότητι αἱ ἡμέραι αὐτῶν*. Καὶ εἶθε ἐν ματαιότητι μόνον, ἀλλὰ μὴ καὶ ἐπὶ κακῷ. Ὅταν γὰρ ἀπέλθωμεν ἐκεῖ τὸ βροτὸν τῶν ἁμαρτημάτων φορτίον φέροντες (τοῦτο γὰρ ἔστιν, ἐπὶ κακῷ), τροφήν ἀποίσσομεν τῷ πυρὶ, καὶ πολλὴν τῷ σκόλῃκι τράπεζαν. Διὸ δέομαι καὶ ἀντιβολῶ στήναί

^b Legendum puto οὐ, φησὶν. Ἄλλ' ὁ λογισμὸς οὗτος, εἰς.

ποτε γενναίως, καὶ ἀποστήναι κακίας, ἵνα καὶ τῶν ἐπηγγελμένων τύχωμεν ἀγαθῶν· ὧν γένοιτο πάντας ἡμᾶς ἐπιτυχεῖν, χάριτι καὶ φιλανθρωπία τοῦ Κυρίου

ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, μεθ' οὗ τῷ Πατρὶ ἕνα τῷ ἁγίῳ Πνεύματι δόξα, κράτος, τιμὴ, νῦν καὶ ἀεὶ, καὶ εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰῶνων. Ἀμήν.

ΟΜΙΛΙΑ ΚΓ'.

Ὁφθαλμοὶ ἠνείχεσθέ μου μικρὸν τῇ ἀφροσύνῃ, ἀλλὰ καὶ ἀνέχεσθέ μου.

α'. Μέλλων ἐμβαίνειν εἰς τοὺς οἰκεῖους ἐπαίνους, πολλῆ κέχρηται τῇ προδιορθῶσει. Καὶ οὐχ ἄπαξ, οὐδὲ δεύτερον τοῦτο ποιεῖ· καίτοι γε ἱκανὴ ἦν ἡ ἀνάγκη τῆς ὑποθέσεως ἀπολογησασθαι ὑπὲρ αὐτοῦ, καὶ τὰ πολλάκις εἰρημένα αὐτῷ. Ὁ γὰρ ἄμαρτημάτων μεμνημένος, [595] ὧν ὁ Θεὸς οὐκ ἐμέμνητο, καὶ διὰ τοῦτο λέγων ἀνάξιος εἶναι καὶ τῆς προσηγορίας αὐτῆς τῶν ἀποστόλων, καὶ τοῖς σφόδρα ἀναισθητοῖς εὐδελός ἐστιν οὐ διὰ δόξαν ταῦτα λέγων, ἀ μάλλι νῦν ἐρεῖν. Καὶ γὰρ, εἰ δεῖ τι καὶ θαυμαστὸν εἰπεῖν, εἰς δόξαν αὐτὸν μάλιστα τοῦτο παρέδραπτε, τὸ περὶ ἑαυτοῦ τι λέγειν· καὶ προσίσταται τοῦτο τοῖς πολλοῖς. Ἀλλ' ὅμως οὐδὲν τούτων ὑπέιδετο, ἀλλ' εἰς ἐν εἶδε, τὴν τῶν ἀκούοντων σωτηρίαν. Ὅστε οὖν μὴδὲ βλάψαι τούτῳ τοὺς ἀνοήτους, τῷ μεγάλῳ περὶ ἑαυτοῦ εἰπεῖν, ἐκ περιουσίας κέχρηται ταῖς· πολλαῖς ταῦταις προδιορθώσεσι, καὶ φησιν, *Εἴθε ἠνείχεσθέ μου μικρὰ τινα ἀνοηταίνοντος· μᾶλλον δὲ καὶ ἀνέχεσθε*. Εἶδες σύνεσιν; Τὸ μὲν γὰρ εἰπεῖν, *Εἴθε*, κυρίους αὐτοὺς ποιοῦντός ἐστι· τὴ δὲ καὶ ἀποφῆνασθαι, σφόδρα θαρρόντος αὐτῶν ἐστὶ τῇ ἀγάπῃ, καὶ ἐνδεικνυμένου ὅτι καὶ φιλεῖ καὶ φιλεῖται· μᾶλλον δὲ οὐκ ἀπὸ ἀγάπης ψιλῆς ἀπλῶς, ἀλλ' ἀπὸ τινος ἔρωτος θερμοῦ καὶ μανικιοῦ φησι δεῖν αὐτοὺς ἀνασχέσθαι καὶ ἀνοηταίνοντος. Διὸ καὶ ἐπήγαγε, *Ζηλωτὴ γὰρ ὑμᾶς Θεοῦ ζήλω*. Οὐκ εἶπεν, Ἀγαπῶ γὰρ ὑμᾶς, ἀλλ' ὁ πολλῶν τούτου σφοδρότερον ἦν τίθησι. Ζηλοῦσι γὰρ εἰσὶν αἱ ψυχαὶ αἱ σφόδρα τῶν ἐρωμένων περικαϊόμεναι, καὶ οὐκ ἂν ἄλλως τεχθεῖν ζηλοτυπία, ἀλλ' ἢ ἀπὸ σφοδρᾶς φιλίας. Εἶτα ἵνα μὴ νομισώσιν, ὅτι δυναστείας ἔνεκεν, ἢ τιμῆς, ἢ χρημάτων, ἢ ἄλλου τινὸς τοιοῦτου, τῆς φιλίας αὐτῶν ἐπίσταται, προσέθηκε, Θεοῦ ζήλω. Καὶ γὰρ ὁ Θεὸς λέγεται ζηλοῦν, οὐχ ἵνα πάθος ὑποπέυση τις· καὶ γὰρ ἀπαθὲς τὸ Θεῖον· ἀλλ' ἵνα μάθωσιν ἅπαντες, ὅτι δι' οὐδὲν ἕτερον, ἀλλ' ἢ δι' αὐτοὺς τοὺς ζηλοτυπομένους πάντα ποιεῖ· οὐχ ἵνα αὐτός τι κερδάῃ, ἀλλ' ἵνα ἐκείνους διασώσῃ. Ἐπὶ μὲν γὰρ τῶν ἀνθρώπων οὐχ οὕτως ὁ ζῆλος γίνεσθαι, ἀλλὰ διὰ τὴν οἰκείαν ἀνάπαισιν· οὐ διὰ τὸ καθυβρίζεσθαι τοὺς ἐρωμένους, ἀλλὰ διὰ τὸ μὴ πληττεσθαι τοὺς φιλοῦντας, καὶ παρευδοκιμῆσθαι, καὶ ἔλαττον ἔχειν παρὰ τοῖς ἐρωμένοισι. Ἐνταῦθα δὲ οὐχ οὕτως. Οὐ γὰρ τούτου μοι μέλει, φησί, μὴ ἔλαττον σχῶ παρ' ὑμῖν, ἀλλὰ μὴ ὑμᾶς ἰδῶ διαφθαρέντας. Τοιοῦτος γὰρ ὁ τοῦ Θεοῦ ζῆλος, τοιοῦτος καὶ ὁ ἐμὸς, σφοδρὸς ὁμοῦ καὶ καθαρὸς. Εἶτα καὶ ἡ αἰτία ἀναγκαία· *Ἡρμοσάμην γὰρ ὑμᾶς ἐνὶ ἀνδρὶ παρθένον ἀγνήν*. Οὐκοῦν οὐκ ἑμαυτῷ, ἀλλ' ἐκείνῳ ζηλωτῶ, ᾧ ἠρμοσάμην. Μνηστείας γὰρ ἐστὶ καιρὸς ὁ παρὼν καιρὸς, ὁ δὲ τῶν παστᾶδων ἕτερος, ἔσαν λέγουσιν, Ἀνέστη ὁ νυμφίος. Ὡ καινῶν πραγμάτων! ἐπὶ τοῦ κόσμου παρθένοι μένουσι πρὸ

τοῦ γάμου, μετὰ δὲ τὸν γάμον οὐκέτι. Ἐνταῦθα δὲ οὐχ οὕτως· ἀλλὰ καὶ μὴ ὡς παρθένοι πρὸ τοῦ γάμου τούτου, μετὰ τὸν γάμον παρθένοι γίνονται. Οὕτω πᾶσα ἡ Ἐκκλησία παρθένος ἐστὶ. Καὶ γὰρ πρὸς πάντας διαλεγόμενος ταῦτα φησι, καὶ τοὺς γεγαμηκότας καὶ τὰς γεγαμημένας. [596] Ἀλλ' ἴδωμεν τί φέρων, ἡμᾶς ἠρμόσατο, ποῖα ἔδνα. Οὐ χρυσόν, οὐκ ἄργυρον, ἀλλὰ τὴν βασιλείαν τῶν οὐρανῶν· διὸ καὶ ἔλεγεν, *Ἵπὲρ Χριστοῦ πρεσβεύομεν*· καὶ παρακαλεῖ, ὅτε τὴν νύμφην ἑμελλε λαμβάνειν. Τούτου τύπος ἦν τὰ ἐπὶ τοῦ Ἀβραάμ. Καὶ γὰρ ἐκεῖνος τὸν παῖδα τὸν πιστὸν ἔπεμψε μνηστευσόμενον· κόρην ἔθνικὴν· καὶ ἐνταῦθα ἔπεμψεν ὁ Θεὸς τοὺς οἰκέτας τοὺς ἑαυτοῦ μνηστευσομένους τῷ παιδὶ τὴν Ἐκκλησίαν, καὶ προφήτας ἀνωθεν ταῦτα λέγοντας· *Ἀκουσον, θύγατερ, καὶ ἴδε, καὶ ἐπιλάθου τοῦ λαοῦ σου καὶ τοῦ οἴκου τοῦ πατρὸς σου, καὶ ἐπιθυμήσει ὁ βασιλεὺς τοῦ κάλλους σου*. Εἶδες καὶ τὸν προφήτην ἀρμολόμενον; εἶδες καὶ τὸν Ἀπόστολον μετὰ πολλῆς τῆς παρρησίας τοῦτο τὸ ῥῆμα φβεγγόμενον, καὶ λέγοντα, *Ἡρμοσάμην ὑμᾶς ἐνὶ ἀνδρὶ παρθένον ἀγνήν παραστῆσαι τῷ Χριστῷ*; Εἶδες πάλιν σύνεσιν; Εἰπὼν γὰρ, ὅτι Ὁφείλετέ μου ἀνέχεσθαι, οὐκ εἶπε, Διδάσκαλος γὰρ ὑμῶν εἰμι, καὶ οὐ, Δι' ἑμαυτὸν λέγω· ἀλλ' ὁ μάλιστα τοῦτοις ἔφερεν ἀξίωμα, τοῦτο τίθησιν, ἑαυτὸν μὲν ἐν χώρᾳ τῆς προμνηστρίας, ἐκείνους δὲ ἐν τάξει τῆς νύμφης στήσας· καὶ ἐπάγει λέγων, *Φοβοῦμαι δὲ μὴ πως, ὡς ὄφεις ἔδνα ἠπάτησε διὰ τῆς παρουρησίας αὐτοῦ, οὕτω φθαρῆ τὰ νοήματα ὑμῶν ἀπὸ τῆς ἀπλότητος τῆς εἰς τὸν Χριστόν*. Εἰ γὰρ καὶ ἡ ἀπώλεια ὑμετέρα, ἀλλὰ ἡ ἀθυμία κοινή. Καὶ σκόπει τὴν σύνεσιν· οὐ γὰρ αὐτὸ ἀποφαίνεται, καίτοι ἦσαν διεφθαρμένοι· καὶ τοῦτο δηλῶν ἔλεγεν, *Ὅταν πληρωθῇ ὑμῶν ἡ ὑπακοή, καὶ Περθησῶ πολλοὺς τῶν προημαρτηκότων*· ἀλλ' ὅμως οὐκ ἀφήσιν αὐτοὺς ἀναισχυντήσαι· διὸ φησι, *Μήποτε*. Οὔτε γὰρ καταδικάζει, οὔτε σιγᾷ· οὐδέτερον γὰρ ἀσφαλές, οὔτε εἰπεῖν φανερώς, οὔτε κρύψαι διηνεκῶς. Διὸ τὸ μέσον τίθησι λέγων, *Μήποτε*. Τοῦτο γὰρ οὐδὲ σφόδρα κατεγνωκότος, οὐδὲ σφόδρα θαρρόντος, ἀλλ' ἐν τῷ μέσῳ τούτων ἑκατέρων ἐστῶτος. Οὕτω μὲν οὖν παρεμυθήσατο· τῇ δὲ μνήμῃ τῆς ἱστορίας εἰς φόβον ἄφατον ἐνέβαλε, καὶ πάσης ἀποστραφεί συγγνώμης αὐτοὺς. Εἰ γὰρ καὶ ὁ ὄφεις κακοῦργος, κακείνη ἀνόητος, ἀλλ' ὅμως οὐδὲν τούτων ἐξήρπασε τὴν γυναικα.

β'. Ὅρατε οὖν μὴ ταῦτα πάθητε, φησί, καὶ οὐδὲν ὑμῶν προσθήσεται. Καὶ γὰρ καὶ ἐκεῖνος μείζονα ἐπαγγειλάμενος, οὕτως ἠπάτησεν. Ὅθεν δηλῶν ὅτι

* Μνηστευσόμενον, et infra μνηστευσομένους. Sic legendum putat Savilius et sic interpres Launus legit. Editi, μνηστευσάμενον et μνηστευσάμενους, male

ut tandem aliquando fortiter stemus, nosque a vitio removeamus, ut promissa bona consequamur: quæ utinam nobis omnibus consequi detur, per gratiam

et benignitatem Domini nostri Jesu Christi, cui cum Patre et Spiritu sancto gloria, Imperium, honor, nunc et semper, et in sæcula sæculorum. Amen.

HOMILIA XXIII.

CAP. 11. v. 1. *Utinam sustineretis modicum quid insipientiæ meæ, imo vero sustinetis me.*

1. Ingressurus in suas laudes, magna præmunitio-
ne utitur. Idque non semel dumtaxat atque iterum
facit: quamquam alioqui argumenti necessitas ad eum
purgandum sufficiebat, et ea quæ persæpe ab ipso
dicta fuerant. Nam qui peccata ea, quæ Deus e-
memoria ejecerat, in memoria habebat, ob idque apostoli
quoque nomine indignum se esse aiebat, perspicuum
utique est vel admodum stupidis ac vecordibus, quod
non gloriæ studio ea dicit, quæ nunc dicturus est.
Etenim, ut mirum aliquid dicam, hoc ei ad gloriam
plurimum incommodi afferebat, quod suas ipse laudes
prædicaret: id enim plerosque offendit. Et tamen ne
hoc quidem facere supersedebat, verum unum spe-
ctabat, ut auditorum saluti consuleret. Cæterum ne
hoc nomine stultorum animos læderet, quod magni-
ficis de se sermonibus uteretur, ex abundanti multas
hasce præmunitiones adhibuit, aitque, *Utinam sus-
tineretis modicum quid insipientiæ meæ; imo vero sus-
tinetis.* Vides prudentiam? Nam dum, *Utinam*, dicit, hoc
eorum arbitrii esse statuit; dum autem affirmat, pla-
num reddit, se eorum benevolentiam majorem in mo-
dum confidere, atque et eos amare et vicissim ab ipsis
amari. Vel potius, non tam a simplici ac vulgari
benevolentia, quam a ferventi quodam et insano amo-
re oportere ait eos se etiam insipienter gerentem per-
ferre. Unde etiam subjunxit, 2. *Æmulor enim vos Dei
æmulatione.* Non dixit, Amo enim vos; sed quod
multo vehementius erat, ponit. Zelotypia enim labo-
rant eorum animi, qui erga eos quos amant ardentius
affecti sunt. Neque enim aliunde oriri queat zeloty-
pia, quam ab acri ac vehementi amicitia. Deinde ne
putent ab eo vel honoris, vel pecuniarum, vel alius
cujusquam rei causa amorem suum expeti, adjecit,
Dei æmulatione. Deus etenim zelo affici dicitur, non
ut perturbationem aliquam suspiceris; Deus enim ab
omni perturbatione remotus est; verum ut omnes
intelligent, eum non aliam ob causam, quam ob eos
ipsos, quos zelotypia prosequitur, omnia facere: non
ut ipse quæstum aliquem hinc faciat, sed ut eis salu-
tem afferat. Nam in hominibus non ita zelus efficitur,
verum ob privatam quietem: non quod contumelia
afficiantur qui amantur, verum quod non perinde
tangantur ii qui amant, sed superentur minoresque
partes ferant apud eos quos amant. Hic autem non
ita se res habet. Ne enim, inquit, id mihi curæ est,
ne inferiore apud vos conditione sim, sed ne vos
corruptos videam. Hujusmodi enim Dei zelus est,
talís quoque meus, vehemens simul ac purus. Sequi-
tur autem causa necessaria: *Despondi enim vos uni
viro virginem castam exhibere Christo.* Ergo non mea
causa, sed illius, cui vos despondi, zelo ardeo. Spon-

salium enim præsens hoc tempus, alterum nuptiarum,
tum videlicet, cum dicitur, Surrexit sponsus. O rem
novam! in mundo virgines ante matrimonium ma-
nent, post matrimonium non item. Hæc autem non
sic; verum etiam virgines ante hoc matrimonium
non sint, post initum matrimonium virgines efficiun-
tur. Sic tota Ecclesia virgo est. Etenim ad omnes et
conjugatos et conjugatas Paulus loquitur. Videamus
autem quid secum ferens nos desponderit, quam do-
tem. Non aurum, non argentum, sed cælorum re-
gnum: unde etiam dicebat, *Pro Christo legatione
fungimur* (2. Cor. 5. 20); atque obsecrat, cum spon-
sam accepturus erat. Hujus rei signam gerebant ea,
quæ tempore Abrahæ contigerunt. Etenim ille fide-
lem servum misit, qui puellam ethnicam desponderet:
hic quoque Deus servos suos misit, qui filio suo Ec-
clesiam desponderent, ac prophetas, olim his verbis
utentes: *Audi, filia, et vide, et obliviscere populum
tuum et domum patris tui* (Psal. 44. 11. 12). *Et con-
cupiscet rex decorem tuum.* Vidisti etiam prophetam
despondentem? vidisti etiam Apostolum cum magna
fiducia hoc verbum præferentem ac dicentem, *De-
spondi vos uni viro virginem castam exhibere Christo?*
Vidisti rursus prudentiam? Postquam enim dixit,
Æquum est ut me sustineatis, non dixit, *Magister
enim vester sum*, nec, *Mea causa hæc dico*; sed quod
potissimum illis dignitatem afferebat, hoc ponit, ni-
mirum se pronubæ, illos autem sponsæ loco consti-
tuens. Ac postea subjungit, 3. *Timeo autem, ne forte
ut serpens Evam decepit per astutiam suam, sic cor-
rumpantur sensus vestri a simplicitate quæ est in Christo
Jesu.* Nam etsi exitium vestrum est; at mœror tamen
mibi vobiscum communis est. Ac vide qua prudentia
utatur: neque enim hoc perspicue indicat, tametsi
ipsi corrupti erant; idque his verbis ostendebat, *Cum
impleta fuerit obedientia vestra, et, Lugeam multos qui
peccaverunt* (2. Cor. 10. 6. et 12. 21). Sed tamen non
sinit eos pudorem mittere; ideoque ait, *Ne forte.*
Neque enim condemnat, nec rursus silet: neutrum
quippe tutum erat, nempe vel aperte dicere, vel per-
petuo occultum tenere. Quocirca id quod medium
erat ponit, dicens, *Ne forte.* Hoc enim nec admodum
condemnantis erat, nec rursus magnopere fidentis,
sed inter hæc duo stantis. Ita eos consolatus est: atque
per historię commemorationem incredibilem quem-
dam metum ipsis incussit, omnemque veniam ademit.
Quamvis enim et serpens versutus esset, et illa stulta;
neutrum tamen horum mulierem supplicio exemit.
2. Videte itaque, ait, ne hoc vobis accidat, nec
quidquam vobis præsidio sit. Nam ille quoque majora
pollicitus, hac ratione ipsam in fraudem induxit.
Unde liquet istos quoque sese jactantes atque in-
flantes, ipsos decepisse. Atque hoc non modo hinc

conjicere licet, verum etiam ex iis, quæ postea ait : 4. *Si is qui venit, alium Jesum prædicat quem non prædicavimus, aut alium spiritum accipitis quem non accepistis, aut aliud evangelium quod non recepistis, recte pateremini.* Nec vero ait, Ne forte sicut Adam deceptus est; sed ostendit eos feminas esse, qui hæc patiuntur: feminarum enim est decipi. Nec etiam dixit, Sic vos decipiamini; sed persans in metaphora ait, *Ne forte corrumpantur sensus vestri a simplicitate quæ est in Christo Jesu.* A simplicitate, inquam, non a versutia: non, inquam, ex versutia, neque ex eo quod fides vobis desit; sed ex simplicitate. Et tamen ne hoc quidem nomine veniam promerentur qui decipiuntur: id quod Eva indicavit. Quod si hoc veniam minime meretur, multo minus cum quis ob inanem gloriam in hanc fraudem incidit. *Si enim is qui venit, alium Jesum prædicat quem non prædicavimus;* hinc videlicet ostendens, non ex se Corinthios esse corruptos, sed aliunde irrepere, qui eos in fraudem impellunt: ideoque ait, *Qui venit. Si alium spiritum accipitis, si aliud evangelium, quod non recepistis, recte pateremini.* Quid ais? qui Galatis dicebas, *Si quis evangelizaverit vobis præterquam quod accepistis, anathema sit (Gal. 1. 9),* nunc dicis, *Recte pateremini?* Atqui hoc nomine minime par erat sustinere, verum pedem remove: sin autem eadem dicunt, tum deum sustinere opus est. Qui fit igitur ut dicas, Quoniam eadem dicunt, non opus est sustinere? si alia dicerent, æquumne esset sustinere? Advertamus itaque: magnum enim periculum imminet atque præcipitium, si leviter hoc prætereamus; aditumque omnibus hæresibus præbet id quod dictum est. Quænam ergo horum verborum sententia est? Sic se actabant illi, tamquam apostoli non perfecte docerent, atque ipsi plus aliquid quam illi afferrent. Verisimile enim est, quod illi multa blaterantes, stultam quamdam colluviem in hujusmodi dogmata invehebant. Unde etiam et serpentis et Evæ, quæ sic amplitudinis majoris expectatione decepta fuerat, mentionem facit. Hoc quippe etiam in priore epistola subindicans, dicebat, *Jam divites facti estis, sine nobis regnatis;* ac rursus, *Nos stulti propter Christum, vos autem prudentes in Christo (1. Cor. 4. 8. 10).* Quoniam igitur illi, ut verisimile est, externa sapientia utentes, multa nugabantur, hoc inquit: Si quid præterea dicerent, atque alium Christum prædicarent, quem prædicari non oporteret, nos autem prætermissemus, recte sustineretis; ideo enim adjecit, *Quem non prædicavimus:* si autem eadem fidei capita, quid amplius? quidquid enim dixerint, nihil amplius dicturi sunt, quam quæ diximus. Ac vide quam exacte hoc ponat: non enim dixit, Si is qui venit amplius aliquid dicit: nam illi amplius aliquid dicebant, ut qui cum majore auctoritate concionarentur, atque ingentem verborum elegantiam adhiberent: eaque de causa non hoc dixit, sed quid? *Si is qui venit, alium Jesum prædicat;* quod quidem verborum probationem minime requirebat: *Aut spiritum alium accipitis;* neque enim hic sermonibus opus erat; hoc est, locu-

pletiores vos, quantum ad gratiam attinet, efficit: *Aut evangelium aliud quam quod recepistis;* ne hoc quidem rursus verborum elegantiam desiderabat; *Recte sustineretis.* Ac velim consideres, quomodo ubique distinctione usus sit, qua indicet nihil amplius atque copiosius ab ipsis allatum fuisse. Postquam enim dixit, *Si is qui venit alium Jesum prædicat,* subjunxit, *Quem non prædicavimus: et alium spiritum accipitis,* adjecit, *Quem non accepistis: aut evangelium aliud,* addidit, *Quod non recepistis.* Per quæ omnia indicavit, non simpliciter an illi quid amplius dixerint, attendendum esse, sed an aliquid amplius dixerint quod dici oporteret, et a nobis omissum sit. Quod si non oportebat, inquit, ideoque nec a nobis dictum sit; quid causæ afferri potest, cur eos admiremini?

3. At, dicit quispiam, si eadem dicunt, quid est cur eos prohibeas? Quoniam per simulationem alia dogmata inducunt. Verum id nondum ait, sed postea illud ponit, cum dicit, *Transfigurant se in apostolos Christi:* interim autem ab iis, quæ minus molesta erant, discipulos ab eorum auctoritate abducit, non quod invideret illis, sed quod his prospectum vellet. Alioqui enim cur Apollo non impedit, virum præsertim eloquentem ac Scripturarum cognitione præstantem; etiamque se eum missurum pollicetur? Quod ille una cum eruditione dogmatum integritatem conservaret; isti autem contra. Ob eamque causam eos bello lacescit, et discipulos insectatur quod in illos inhiarent, dicens: Nam si quid quod in rem esset, a nobis prætermissum, ipsi implevissent, non impediremus; sin autem omnia cumulate a nobis præstita sunt, nihilque omissum est, unde vos illi ceperunt? Ideo subdit, 5. *Existimo enim me nihil minus habere a magnis apostolis;* non jam scilicet cum illis, sed cum Petro reliquisque hujusmodi comparationem faciens. Itaque si isti scientia me superant, sane et illos. Ac vide quo pacto hic quoque sermonem temperet. Non enim dixit, Nihil amplius quam ego apostoli dixerunt; sed quomodo? *Existimo;* hoc est, arbitror me nihilo posteriorem fuisse excellentibus apostolis. Nam quoniam eo nomine inferiore conditione esse videbatur, quod illi, ut qui cum antecessissent, in majore fama essent ac major illorum celebritas esset, atque isti sese introducere parabant; idcirco sese illis modo sibi conveniente comparat. Unde etiam cum encomiis mentionem eorum facit. Neque enim simpliciter apostolos dixit, sed magnos et eximios, Petrum videlicet et Jacobum et Joannem indicans. 6. *Nam etsi imperitus sermone, sed non scientia.* Quia enim in hoc superiores illi erant, qui Corinthios corrumpebant, quod non rudes et indocti essent, id quoque ponit, quo ostendat se propterea non modo pudore minime affici, sed etiam gloriari. Nec dixit, Si ego imperitus verbo, et illi quoque; hoc enim visum fuisset esse hominis et illos traduentis et istos attollentis; verum rem ipsam, hoc est, externam sapientiam dejecit. Atque in priore quidem epistola vehementer in hoc incumbit, ut ostendat hoc ad prædicationem non modo nihil utilitatis afferre, sed etiam crucis

καὶ οὗτοι κομπάζοντες, φουσῶντες αὐτούς • ἐξηπά-
των. Καὶ τοῦτο οὐκ ἐντεῦθεν μόνον ἐστι στοχάσασθαι,
ἀλλὰ καὶ ἐξ ὧν μετὰ ταῦτα λέγει, *ὅτι Εἰ μὲν ὁ ἐρ-
χόμενος ἄλλον Ἰησοῦν κηρύσσει, ἢ οὐκ ἐκη-
ρύξαμεν, ἢ πνεῦμα ἕτερον λαμβάνετε, ἢ οὐκ ἐλά-
βετε, ἢ εὐαγγελίον ἕτερον, ἢ οὐκ ἐδέξασθε, κα-
λῶς ἠνείχεσθε.* Καὶ οὐ λέγει, Μὴ πως ὡς ὁ Ἀδάμ
ἠπατήθη, ἀλλὰ δείκνυσι γυναῖκας ὄντας τοὺς ταῦτα
πάσχοντας • γυναικῶν γὰρ τὸ ἀπατάσθαι. Καὶ οὐκ
εἶπεν, Οὕτω καὶ ὑμεῖς ἀπατηθῆτε • ἀλλὰ ἐτι μένων ἃ
τῇ μεταφορᾷ, φησὶ, *Μὴ πως φθορῇ τὰ νοήματα
ὑμῶν ἀπὸ τῆς ἀπλότητος [597] τῆς εἰς Χριστόν.* Ἀπὸ
τῆς ἀφελείας, οὐκ ἀπὸ τῆς κακοουργίας, λέγων • οὕτε
ἐκ κακοουργίας οὕτε ἐκ τοῦ μὴ πιστεῦσιν ὑμῶν, ἀλλ' ἐξ
ἀφελείας. Ἄλλ' ὅμως οὐδὲ ἐντεῦθεν συγγνώμης ἄξιοι
οἱ ἀπατώμενοι • καὶ ἐδήλωσεν ἡ Εὐα. Εἰ δὲ τοῦτο οὐ
συγγνώμης ἄξιον, πολλῶ μᾶλλον, ὅταν διὰ κενοδο-
ξίαν τις τοῦτο πάθῃ. *Εἰ μὲν γὰρ ὁ ἐρχόμενος ἄλλον
Ἰησοῦν κηρύσσει, ἢ οὐκ ἐκηρύξαμεν.* Δείκνυσιν
ἐντεῦθεν οὐχὶ διαφθειρομένους Κορινθίους ἐξ αὐτῶν,
ἀλλ' ἐτέρωθεν αὐτοῖς ὄντας τοὺς ἀπατῶντας • διό
φησιν, *Ὁ ἐρχόμενος. Εἰ πνεῦμα ἕτερον λαμβά-
νετε, εἰ εὐαγγελίον ἕτερον, ἢ οὐκ ἐδέξασθε, κα-
λῶς ἠνείχεσθε.* Τί λέγεις; ὁ Γαλάταις εἰπὼν, *Ἐάν-
τις εὐαγγελίζηται ὑμᾶς παρ' ὁ παρελάβετε, ἀνά-
θεμα ἔστω,* νῦν λέγεις, *Καλῶς ἠνείχεσθε;* Καὶ
μέντοι διὰ τοῦτο οὐκ ἔδει ἀνέχεσθαι, ἀλλ' ἀποπηδᾶν •
εἰ δὲ τὰ αὐτὰ λέγουσι, δεῖ ἀνέχεσθαι. Πῶς οὖν λέ-
γεις, Ἐπειδὴ τὰ αὐτὰ λέγουσιν, οὐ δεῖ ἀνέχεσθαι;
εἰ γὰρ ἄλλα ἔλεγον, φησὶν, ἔδει ἀνέχεσθαι; Προ-
έχουμεν τοίνυν • καὶ γὰρ μέγας ὁ κίνδυνος καὶ βαθὺς
ὁ κρημνός, ἂν ἀπλῶς αὐτὸ παραδράμωμεν, καὶ πά-
σαις ταῖς αἰρέσεσι πάροdon δίδωσι τὸ εἰρημένον. Τί
οὖν ἐστὶ τὸ νόημα τῶν ῥημάτων τούτων; Οὕτως
ἐκόμπαζον ἐκεῖνοι, ὡς ἀτελῶς τῶν ἀποστόλων διδα-
σκόντων, ὡς αὐτῶν πλείον τι εἰσφέροντες. Εἰκὸς γὰρ
αὐτοὺς πολλὰ φιλαρῶντας, φορυτὴν ἐπεισάγειν
ἀνόητον τοῖς δόγμασι τούτοις. Διὸ καὶ τοῦ ὄψεως καὶ
τῆς Εὐας ἀνεμνήσθη οὕτως ἀπατηθείσης τῇ τοῦ
πλείονος προσδοκίᾳ. Τοῦτο καὶ ἐν τῇ προτέρᾳ αἰνι-
τόμενος ἔλεγεν, *Ἦδη ἐπλουτίσασθε χωρὶς ἡμῶν
ἐδουλεύσατε* • καὶ πάλιν, *Ἡμεῖς μωροὶ διὰ Χρι-
στὸν, ὑμεῖς δὲ φρόνιμοι ἐν Χριστῷ.* Ἐπεὶ οὖν
πολλὰ εἰκὸς αὐτοὺς φιλαρεῖν τῇ ἔξωθεν σοφίᾳ κε-
χρημένους, τοῦτό φησιν, ὅτι Εἰ μὲν τι περιττὸν
ἔλεγον οὗτοι, καὶ ἕτερον ἐκήρυττον Χριστόν, ἢ οὐ
κηρυχθῆναι ἔδει, ἡμεῖς δὲ παρελίπομεν, καλῶς ἠνεί-
χεσθε • διὰ γὰρ τοῦτο προσέθηκεν, *Ὅν οὐκ ἐκηρύ-
ξαμεν.* Εἰ δὲ τὰ αὐτὰ κεφάλαια τῆς πίστεως, τί τὸ
πλέον; ὅσα γὰρ ἂν εἴπωσιν, οὐδὲν πλέον ἐροῦσιν ὧν
ἡμεῖς εἰρήκαμεν. Καὶ ὅρα πῶς αὐτὸ ἀκριβῶς τίθη-
σιν • οὐ γὰρ εἶπεν, Εἰ μὲν ὁ ἐρχόμενος πλείον τι λέ-
γει • ἔλεγον γὰρ τι πλέον, μετὰ πλείονος δημηγο-
ροῦντες ἐξουσίας, καὶ πολλοῦ τοῦ κάλλους τῶν ῥη-
μάτων • διόπερ οὐκ εἶπε τοῦτο, ἀλλὰ τί; *Ὁ ἐρχόμε-
νος ἄλλον Ἰησοῦν κηρύσσει* • ὅπερ οὐ χρεῖαν

εἶχε τῆς διὰ τῶν λόγων κατασκευῆς • *Ἡ πνεῦμα
ἕτερον λαμβάνετε* • οὐδὲ γὰρ ἐνταῦθα λέγων ἦν
χρεία • τούτῃστι, πλουσιωτέρους ὑμᾶς ποιεῖ κατὰ
τὴν χάριν • *Ἡ εὐαγγέλιον ἕτερον, ἢ οὐκ ἐδέξασθε* •
οὐδὲ τοῦτο λόγων ἐδεῖτο πάλιν, *Καλῶς ἠνείχεσθε.*
Σὺ δὲ μοι σκόπει πῶς πανταχοῦ τῷ διορισμῷ κέ-
χρηται, τῷ δηλοῦντι ὅτι οὐδὲν περιττὸν, οὐδὲν πλέον
τι παρ' αὐτῶν εἰσενήκεται. Εἰπὼν γὰρ, ὅτι *Εἰ ὁ
ἐρχόμενος ἄλλον Ἰησοῦν κηρύσσει,* ἐπήγαγεν,
*Ὅν οὐκ ἐκηρύξαμεν [598] καὶ πνεῦμα ἕτερον
λαμβάνετε,* προσέθηκεν, *Ὁ οὐκ ἐλάβετε* • ἢ εὐ-
αγγέλιον ἕτερον, ἐπήγαγεν, *Ὁ οὐκ ἐδέξασθε* •
διὰ πάντων δηλῶν, ὅτι οὐχ ἀπλῶς, εἰ πλέον τι λέ-
γουσι, προσέχειν δεῖ, ἀλλὰ εἰ τι πλέον λέγουσιν ὁ
λεχθῆναι ἔδει, καὶ παρ' ἡμῶν παρελείφθη. Εἰ δὲ
οὐδὲ ἔδει, διὸ οὐδὲ παρ' ἡμῶν εἴρηται, ἵνα τί πρὸς
αὐτοὺς κεχῆνατε;

γ'. Καίτοι εἰ τὰ αὐτὰ λέγουσι, φησὶ, τίως ἐνεκεναὐ-
τοὺς κωλύεις; Ὅτι ὑποκρίσει κεχρημένοι, ἔτερα
εἰσάγουσι δόγματα. Ἀλλὰ τοῦτο μὲν τέως οὐ λέγει,
ἀλλ' ὕστερον αὐτὸ τίθησιν, ὅταν λέγῃ, Μεταστρημα-
τίζονται εἰς ἀποστόλους Χριστοῦ • τέως δὲ ἐκ τῶν
ἀνεπαχθεστέρων ἀπάγει τῆς αὐθεντίας αὐτῶν τοὺς
μαθητάς • καὶ οὐκ ἐκεῖνους βασκαίνων, ἀλλὰ τούτους
ἀσφαλιζόμενος. Ἐπεὶ τὸν Ἀπολλῶ διὰ τί οὐ κωλύει,
καίτοι ἀνδρα λόγιον ὄντα, καὶ δυνατὸν ἐν ταῖς Γρα-
φαῖς, ἀλλὰ καὶ παρακαλεῖ, καὶ ἐπαγγέλλεται πέμ-
φειν αὐτόν; Ὅτι μετὰ τῆς παιδεύσεως ἐκεῖνος καὶ
τὴν τῶν δογμάτων ὀρθότητα διετήρει • οὗτοι δὲ τού-
ναντιον. Διόπερ αὐτοῖς πολεμεῖ, καὶ τοῖς μαθηταῖς
ἐγκαλεῖ πρὸς αὐτοὺς κεχρησῖαι, λέγων, ὅτι Εἰ μὲν τι
τῶν ὀφειλόντων λεχθῆναι παρελίπομεν ἡμεῖς, ἐπλή-
ρωσαν δὲ ἐκεῖνοι, οὐ κωλύομεν προσέχειν • εἰ δὲ
πάντα ἀπήρτισται παρ' ἡμῶν, καὶ οὐδὲν λείπεται,
πόθεν ὑμᾶς εἶλον ἐκεῖνοι; Διὸ καὶ ἐπάγει λέγων, *Λο-
γίζομαι γὰρ μηδὲν ὑστερηκεῖναι τῶν ὑπερλίαν
ἀποστόλων* • οὐκέτι πρὸς ἐκείνους, ἀλλὰ πρὸς τοὺς
περὶ Πέτρον ποιούμενος τὴν σύγκρισιν. Ὅστε εἰ
ἐμοῦ τι πλέον ἴσασι, κάκεινων. Καὶ ὅρα πῶς κάν-
ταῦθα μετριάζει. Οὐ γὰρ εἶπεν, ὅτι Οὐδὲν μου πλέον
εἶπαν οἱ ἀπόστολοι • ἀλλὰ πῶς; *Λογίζομαι* • οὕτω
νομίζω, ὅτι οὐδὲν ὑστέρησα τῶν ὑπερλίαν ἀποστό-
λων. Ἐπειδὴ γὰρ καὶ τοῦτο ἐλάττωμα αὐτοῦ ἔδοκει
εἶναι τὸ προλαβόντας ἐκείνους ὄνομα ἔχειν πλέον, καὶ
μείζων περὶ ἐκείνους ἦν ἡ δόξα, καὶ ἐμελλον οὕτοι
παρεισάγειν ἑαυτοὺς, διὰ τοῦτο πρὸς αὐτοὺς ποιεῖται
τὴν σύγκρισιν μετὰ τοῦ προσήκουτος αὐτῷ σχήμα-
τος. Διὸ καὶ μετ' ἐγκωμίων αὐτῶν μέμνηται, οὐχ
ἀπλῶς τῶν ἀποστόλων εἰπὼν, ἀλλὰ, *Τῶν ὑπερλίαν,*
Πέτρον καὶ Ἰάκωβον καὶ Ἰωάννην δηλῶν. *Εἰ δὲ καὶ
ιδιῶτης τῷ λόγῳ, ἀλλ' οὐ τῇ γνώσει.* Ἐπειδὴ γὰρ
τούτῳ ἐκεῖνοι ἐπλεονέκτουσαν οἱ διαφθείροντες Κοριν-
θίους, τῷ μὴ εἶναι ἰδιῶται, καὶ τοῦτο τίθησι, δεικνύς
ὅτι οὐκ ἐπαισχύνεται τούτῳ, ἀλλὰ καὶ ἐγκαλλωπίζεται.
Καὶ οὐκ εἶπεν, Εἰ δὲ καὶ ἰδιῶτης τῷ λόγῳ, ἀλλὰ
κάκεινοι • τοῦτο γὰρ ἔδοκει διαβάλλοντος εἶναι κά-
κεινους, καὶ τούτους ἐπαίροντος • ἀλλ' αὐτὸ καθα-
ρεῖ τὸ πρῶγμα τὸ τῆς ἔξω σοφίας. Καὶ ἐν μὲν τῇ
προτέρᾳ Ἐπιστολῇ καὶ σφόδρα ἀγωνίζεται περὶ τοῦ-

^a Sic legit interpres Lat. et sic legendum. Editi εκ-
τούς.

^b Conjecit Savil. ἐπιμένων.

του λέγων, ὅτι οὐ μόνον οὐδὲν συντελεῖ πρὸς τὸ κήρυγμα τοῦτο, ἀλλὰ καὶ ἐπισκιάζει τῇ δόξῃ τοῦ σταυροῦ· Ἦλθον γάρ, φησίν, *ἵνα καθ' ὑπεροχὴν λόγου ἢ σοφίας πρὸς ὑμᾶς, ἵνα μὴ κερωθῇ ὁ σταυρὸς τοῦ Χριστοῦ*· καὶ ἕτερα πολλὰ τοιαῦτα· ὅτι τῇ γνώσει ἰδιώται ἦσαν, ἤπερ [599] καὶ ἐσχάτη ἐστὶν ἰδιωτεία.

Ὅτε μὲν οὖν ἐν τοῖς μεγάλοις ἔδει συγκρίνειν, τοῖς ἀποστόλοις ἑαυτὸν συγκρίνει· ὅτε δὲ δεῖξαι τὸ δοκοῦν ἐλάττωμα εἶναι, οὐκέτι, ἀλλ' αὐτῷ συμπλέκεται τῷ πράγματι, καὶ δείκνυσι πλεονέκτημα τοῦτο γενόμενον· καὶ ὅτε μὲν οὐδεμίαν ἀνάγκη κατήπειγε, καὶ ἐλάχιστόν φησι τῶν ἀποστόλων εἶναι, καὶ οὐδὲ τῆς προσγορίας βξιον· ἐνταῦθα δὲ πάλιν, ὅτε καιρὸς ἐκάλει, φησὶ μὴδὲν ὑστερηκέαι τῶν ὑπερλίαν ἀποστόλων. Ἦδει γάρ τοῦτο μάλιστα ὠφέλησον τοὺς μαθητάς· διδὸν καὶ ἐπάγει λέγων, *Ἄλλ' ἐν παντὶ φανερωθέντες ἐν πᾶσιν εἰς ὑμᾶς*. Καὶ γὰρ ἐνταῦθα πάλιν διαβάλλει τοὺς ψευδαποστόλους, ὡς ἐν πανουργίᾳ περιπατοῦντας. Ταῦτα δὲ καὶ ἐμπροσθεν περὶ ἑαυτοῦ ἔλεγεν, ὅτι οὐ κατὰ πρόσωπον ἔζη, οὐδὲ δολῶν καὶ κατηλεύων τὸν λόγον ἐκήρυττεν. Ἐκεῖνοι δὲ ἕτεροι μὲν ἦσαν, ἕτεροι δὲ ἐφαίνοντο, ἀλλ' οὐκ αὐτός. Διδὸν καὶ πανταχοῦ μέγα φρονεῖ ἐπὶ τῷ μὴδὲν πρὸς ἀνθρώπων δόξαν ποιεῖν, μὴδὲ ἀποκρύπτεσθαι τὰ καθ' ἑαυτὸν. Ὅπερ καὶ ἐμπροσθεν ἔλεγεν, ὅτι *Τῇ φανερώσει τῆς ἀληθείας συνιστῶντες ἑαυτοὺς πρὸς πᾶσαν συνείδησιν ἀνθρώπων*· καὶ νῦν δὲ φησίν, *Ἐν παντὶ φανερωθέντες εἰς ὑμᾶς*. Τί δὲ τοῦτό ἐστιν; Ἰδιώται, φησίν, ἐσμὲν, καὶ οὐκ ἀποκρυπόμεθα· λαμβάνομεν παρὰ τινων, καὶ οὐ αἰγῶμεν. Παρ' ὑμῶν οὖν λαμβάνομεν, καὶ οὐχὶ προσποιούμεθα μὴ λαμβάνειν, καθάπερ οὗτοι λαμβάνοντες· ἀλλὰ πάντα ποιούμεν φανερὰ ὑμῖν. Καὶ σφόδρα θαρρόντως ἐκεῖνοις ἦν, καὶ μετὰ ἀληθείας ἅπαντα καταγγέλλοντες. Διδὸν καὶ μάρτυρας αὐτοῦς καλεῖ, καὶ νῦν εἰπὼν, *Ἐν πᾶσιν εἰς ὑμᾶς, καὶ ἐμπροσθεν λέγων, Οὐ γὰρ ἄλλα γράφομεν ὑμῖν, ἀλλ' ἢ ἃ ἀναγινώσκετε, ἢ καὶ ἐπιγινώσκετε*. Εἶτα ἐπειδὴ ὑπὲρ τῶν καθ' ἑαυτὸν ἀπελογήσατο, βαρέως τὸ ἐξῆς ἐπάγει λέγων, *Ἡ ἀμαρτίαν ἐποίησα, ἑμαυτὸν ταπεινῶν, ἵνα ὑμεῖς ὑψώθητε*; Καὶ ἐρμηνεύων αὐτὸ, φησίν, *Ἄλλας Ἐκκλησίας ἐσύλησα, λαβὼν ὀφώνιον, πρὸς τὴν ὑμετέραν διακορίαν*. Ὅ δὲ λέγει, τοῦτό ἐστιν· Ἐν στενωχῶρι γὰρ διήγαγον· τοῦτο γάρ ἐστι τὸ, *Ταπεινῶν ἑμαυτὸν*. Τοῦτο οὖν μοι ἔχετε ἐγκλαῖν; καὶ διὰ τοῦτο κατεπαίρεθέ μοι, ἐπειδὴ ἐταπεινώσα ἑμαυτὸν προσαιτῶν, στενωχορούμενος, λιμώττων, ἵνα ὑμεῖς ὑψώθητε; Καὶ πῶς ὑψοῦντο οὗτοι, τούτου ὄντος ἐν στενωχῶρι; Μᾶλλον ὠκοδομοῦντο, καὶ οὐκ ἐσανδαλίζοντο· ὃ καὶ μεγίστη αὐτῶν ἀνεῖη κατηγορία, καὶ τῆς ἀσθενείας αὐτῶν ἐγκλημα, ὅτι οὐκ ἦν αὐτοὺς ἄλλως ἐνάγειν, ἢ πρότερον ταπεινωθέντα. Ἐγκαλεῖτέ μοι οὖν ὅτι ταπεινὸς γέγονα; Ἀλλὰ διὰ τοῦτο ὑμεῖς ὑψώθητε. Ἐπειδὴ γὰρ καὶ ἀνωτέρω ἔλεγεν, ὅτι διέβαλλον αὐτὸν, ὅτι παρὼν μὲν ταπεινός, ἀπὼν δὲ θαρβεί, ἀπολογούμενος πλήττει πάλιν αὐτοὺς ἐνταῦθα λέγων, ὅτι *Καὶ τοῦτο δι' ὑμᾶς*. Ἄλλας Ἐκκλη-

σίας ἐσύλησα. Ἐνταῦθα λοιπὸν ὀνειδιστικῶς· ἀλλὰ τὰ πρότερα οὐκ ἀφίησιν ἐπαχθῆ ταῦτα φανῆναι. Εἶπε γάρ, Ἄνεγέσθε μοι μικρὸν τῇ ἀφροσύνῃ· καὶ πρὸ τῶν ἄλλων αὐτοῦ κατορθωμάτων ἐν τούτῳ πρώτῳ καυχᾶται. Τοῦτο γὰρ μάλιστα ζητοῦσιν [600] οἱ βιωτικοί, καὶ ἐν τούτῳ κάκεινοι, οἱ δι' ἐναντίας μέγα ἐφρόνουν. Διὰ τοῦτο οὐ πρότερον εἰς τὸν τῶν κινδύων ἐμβάλλει λόγον, οὐδὲ εἰς τὸν τῶν σημείων, ἀλλ' εἰς τὸν τῆς τῶν χρημάτων ὑπεροφίας, ἐπειδὴ ἐν τούτῳ ἐφρόνουν· ἰμοῦ δὲ αὐτοὺς καὶ αἰνίττεται πλουτοῦντας.

δ'. Τὸ δὲ θαυμαστὸν αὐτοῦ τοῦτό ἐστιν, ὅτι ἔχων εἰπεῖν ὅτι καὶ ἀπὸ τῶν χειρῶν ἐτρέφετο, οὐκ εἶπε τοῦτο, ἀλλ' ὃ μάλιστα αὐτοὺς ἐνέτρεπε, καὶ οὐδὲ αὐτοῦ ἐγκώμιον ἦν, τοῦτο λέγει, ὅτι *Παρὰ ἄλλων ἔλαβον*. Καὶ οὐκ εἶπαν, Ἐλαβον, ἀλλὰ, *Ἐσύλησα*· τουτέστιν, ἐγύμνωσα, καὶ πένητας αὐτοὺς ἐποίησα. Καὶ τὸ δὴ μείζον, ὅτι οὐκ εἰς περιουσίαν, ἀλλὰ εἰς τὴν τῶν ἀναγκαίων χρείαν· ὅταν γὰρ εἴπη, *ὀφώνια, τὴν ἀναγκαίαν λέγει τροφήν*. Καὶ τὸ χαλεπώτερον, *Εἰς τὴν ὑμῶν διακορίαν*. Ὑμῖν κηρύττομεν, καὶ παρ' ὑμῶν ὀφείλων τρέφεσθαι, παρ' ἐτέρων τούτων ἀπῆλαυον. Διπλοῦν τὸ ἐγκλημα, μᾶλλον δὲ τριπλοῦν· ὅτι καὶ παρ' αὐτοῖς ὦν, καὶ αὐτοῖς διακονούμενος, καὶ τὴν ἀναγκαίαν ζήτην τροφήν, ἐτέρους εἶχε τοὺς χορηγοῦντας. Καὶ πολλὰ τούτων ὑπερβολὴ πρὸς ἐκεῖνους. Οἱ μὲν γὰρ ἐν βραθυμίᾳ, οἱ δὲ ἐν σπουδῇ· οἱ μὲν καὶ μακρὰν ὄντι ἐπεμπον, οἱ δὲ οὐδὲ παρόντα ἔτρεφον. Εἶτα ἐπειδὴ σφοδρῶς αὐτῶν καθήψατο, ἡρέμα πάλιν χαλᾷ τὸ σφοδρὸν τῆς ἐπιτιμήσεως, λέγων· *Καὶ παρὼν πρὸς ὑμᾶς καὶ ὑστερηθεὶς, οὐ κατενόκησα οὐδενός*. Οὐ γὰρ εἶπεν, *Οὐ δεδώκατέ μοι, ἀλλ', Ἐγὼ οὐκ ἔλαβον*. Φεῖδεται γὰρ αὐτῶν εἶ· ἀλλ' ὁμοῦ· καὶ ἐν τῇ ὑφέσει τοῦ λόγου, λαθανόντως πάλιν πλήττει· τὸ γὰρ, *Παρὼν, σφόδρα ἐμφαντικόν, καὶ τὸ, Ὑστερηθεὶς*. ἵνα γὰρ μὴ λέγωσι, Τί οὖν, εἰ εἶχες; ἐπήγαγε, *Καὶ Ὑστερηθεὶς οὐ κατενόκησα ὑμῶν*. Ἐνταῦθα πάλιν μετρίως αὐτοὺς πλήττει, ὡς ὀκνηρῶς τὴν τοιαύτην τιθέντας φορὰν, ὡς βαρυνομένους. Εἶτα καὶ ἡ αἰτία, κατηγορίας μεσθῆ καὶ ζηλοτυπίας γέμουσα. Διδὸν καὶ τέθεικεν αὐτὴν οὐ προηγουμένης, ἀλλ' ὡς διδάσκων πῶθεν καὶ παρὰ τίνων ἐτράφη, ὥστε ἀνυπόπτως διεγείρειν πάλιν εἰς τὸν τῆς ἐλεημοσύνης λόγον. *Τὸ γὰρ ὑστέρημα μου, φησὶ, προσανεπλήρωσαν οἱ ἀδελφοὶ ἐλθόντες ἀπὸ Μακεδονίας*. Εἶδες πῶς παροξύνει πάλιν, εἰς μέσον ἄγων τοὺς διακονοσάμενους; Πρότερον γὰρ εἰς ἐπιθυμίαν αὐτοὺς ἄγων τοῦ μαθεῖν τίνας ἂν εἴεν οὗτοι, ὅτε ἔλεγεν, *Ἄλλας Ἐκκλησίας ἐσύλησα*, τότε καὶ ὀνομαστὶ αὐτοὺς τίθησιν· ὅπερ καὶ εἰς ἐλεημοσύνην αὐτοὺς προέτρεπε. Τοὺς γὰρ ἠτηθέντας ἐν τῷ μὴ θρέψαι τὸν Ἀπόστολον, πείθει καὶ ἐν τῇ τῶν πενήτων μὴ ἠτηθῆναι βοήθειᾳ. Τοῦτο δὲ καὶ αὐτοῖς Μακεδόσιν ἐπιστέλλων λέγει, ὅτι *Ἐν ταῖς χρεῖαις μου ἐπέμψατέ μοι καὶ ἅπαξ καὶ δις, καὶ ἐν ἀρχῇ τοῦ εὐαγγελίου*· ὅπερ καὶ ἐγκώμιον μέγιστον αὐτῶν ἦν, ὅτι ἐξ αὐτῶν τῶν προομιῶν ἔλαμψαν. Ἄλλ' ὄρα πανταχοῦ τὴν χρείαν αὐτοῦ τιθέντα, καὶ οὐδαμῶς περιουσίαν. Τῷ μὲν οὖν εἰπεῖν, ὅτι

gloriam obscurare : *Veni enim, inquit, non in sublimitate sermonis aut sapientiae ad vos, ut non evacuetur crux Christi (1. Cor. 2. 4. et 4. 17)*: ac multa alia ejusmodi; quod scientia imperiti essent: quæ quidem summa est imperitia:

Paulus cur varie de se loqueretur. — Ergo cum in magnis comparatio facienda erat, seipsum apostolis confert; cum autem ostendendum id quod imbecillitatis speciem habeat; non item: quin potius cum re ipsa concreditur, ostenditque hoc lucro cessisse. Ac cum nulla necessitas urgebat, minimum etiam apostolorum se dicebat, ac ne apostoli quidem nomine dignum; hic rursus, cum tempus id postulabat, nihilo inferiorem se esse præstantissimis apostolis. Norat enim hinc magnam ad discipulos utilitatem reddituram esse: ideoque subjunxit, *Sed in omnibus manifestati sumus vobis.* Etenim hic quoque falsos apostolos perstringit, ut in versutia ambulantes. Hæc vero de se ante prædicabat, quod non secundum personam viveret, nec fraudulentum animo atque ad quæstum prædicaret. Illi autem alii erant, alii apparebant, non item ipse. Quo fit, ut ubique magnifice de se hoc nomine sentiat, quod nihil humanæ gloriæ causa faceret, nec res suas occultaret. Id quod etiam ante dicebat, *In manifestatione veritatis commendantes nosipsum ad omnem conscientiam hominum (1. Cor. 4. 2)*: nunc item, *In omnibus manifestati sumus vobis.* Quid autem hoc sibi vult? Imperiti sumus, nec id celamus; a nonnullis accipimus, nec tacemus. A vobis igitur accipimus, nec dissimulamus nos accipere, sicut isti cum accipiunt, verum omnia perspicua vobis facimus. Id quod hominis erat magnopere illis confidentis, atque omnia cum veritate referentis. Unde etiam testes eos citat; et nunc cum ait, *Vobis*, et prius cum dicebat, *Non enim alia scribinus vobis, quam quæ legitis, aut etiam agnoscitis (2. Cor. 4. 13)*. Deinde postquam se purgavit, durius postea subjungit, *7. An peccatum feci me humilians, ut vos exaltemini?* Idque exponens ait, *8. Alias Ecclesias exspoliavi, stipendium accipiens ad vestrum ministerium; id est, In summis rerum angustiis versatus sum: hoc enim his verbis significatur, Humilians meipsum.* Hoccine igitur est, quod mihi vitio vertitis? atque ideo adversum me animos efferitis, quod meipsum depressi, mendicans, in arctum redactus ac fame laborans, ut vos exaltemini? Et quonam pacto evehebantur illi, ipso in angustia versante? Amplius ædificabantur, minimeque offendeabantur. Quod quidem maximum ipsorum probrum erat, et imbecillitatis argumentum: nempe quod aliter eos subvehere non posset, nisi ipse prius sese depressisset. Illudne mihi criminari vertitis quod humilis factus sum? At vos ob eam causam evecti estis. Quoniam enim superius dicebat, quod eum hoc nomine criminabantur, quia præsens quidem humilis, absens autem fiducia plenus erat, se purgat, ut rursus eos feriat, dicens: *Vestra causa hoc a me factum est. Alias Ecclesias exspoliavi.* Hic jam exprobrandi modo loquitur. verum, quæ præcesserunt,

non sinunt hæc molesta videri. Dixit enim, *Sufferte me paulum in insipientia: atque ante alia sua recte facta in hoc primo gloriatur.* Hoc enim in primis quærunt mundani; atque in hoc adversarii quoque illi animos attollebant. Quocirca non ante in periculis ac miraculorum sermonem ingreditur: sed de pecuniarum contemptu prius verba facit, quandoquidem hoc nomine sese efferebant: simul etiam tacite indicat, eos opibus præditos fuisse.

4. Quod autem in eo admirationem habet, istud est, quod cum dicere posset se manuum labore sibi victum parasse, non tamen hoc dixit; verum illud demum, quod pudorem illis incutiebat, nec ad ipsius laudem pertinebat: nempe, *Ab aliis accepi.* Nec dixit, *Accepi*, sed, *Exspoliari*: hoc est, diripui, pauperesque eos reddidi. Quodque majus est, non ad profusus sumptus, sed ad necessarios usus: stipendii enim vocabulo necessarium cibum intelligit. Quodque etiam gravius, *Ad ministerium vestrum.* Vobis prædicamus, inquit, et cum a vobis ali debere, ab aliis id percipiebam. Duplex culpa, imo triplex: quod cum apud eos esset, atque ipsis ministraret, necessariumque alimentum quæreret, alios tamen habebat qui ipsi suppeditarent. Ac sane isti illos longe superabant: illi enim in socordia erant; hi in studio: illi ne præsentem quidem alebant; isti ad eum, etiam longe remotum, mittebant. Postea autem, ubi illos vehementer perstrinxit, sensim rursus objurgationis acerbiter lenit, dicens: *9. Et cum præsens essem apud vos et egerem, neminem gravari.* Non enim dixit, *Non mihi dedistis*, sed, *Ego non accepi.* Adhuc enim mitius cum illis agit; sed tamen in orationis submissione tacite rursus eos percellit: hoc enim vocabulum, *Præsens*, admodum emphaticum est, et illud, *Cum egerem.* Ne enim illi dicerent, *Quid igitur, si habebas?* subjunxit, *Et cum egerem, non gravavi vos.* Hic rursus leviter eos ferit, quod segniter, tamquam gravati, hujusmodi collationis munere fungerentur. Sequitur deinde causa, accusationis plena ac zelotypia referta. Unde etiam eam non ut præcipuum posuit, sed velut docens, unde et a quibus nutritus sit: ut eos citra omnem suspicionem ad eleemosynæ opus excitaret. *Nam quod mihi decrat,* inquit, *suppleverunt fratres qui venerunt e Macedonia.* Vides quomodo ipsos rursus perstringat, dum eos, quorum ope sublevatus est, in medium adducit? Nam cum prius in cupiditatem ipsos injecisset sciendi quinam hi essent, cum diceret, *Alias Ecclesias exspoliavi*, tum demum illos nominatim profert: quod quidem hos ad eleemosynam incitabat. Nam ipsi suadet, ut cum in hoc nomine inferiores existissent, quod apostolum non aluissent, saltem non committerent ut in sublevanda pauperum inopia vincerentur. Hoc autem ad Macedones scribens dicebat, *Ad usus meos mihi misistis semel et iterum, et in principio evangelii (Philipp. 4. 16. 15)*: quod maximæ ipsis laudi erat, quod ab ipso statim initio eorum virtus effulsisset. Ac vide quo pacto ubique necessitatem dumtaxat ponat, nusquam autem pro-

susam copiam. Et quidem cum dixit, *præsens*, et, *Cum egerem*, illud indicavit, debuisse se a Corinthiis ali: cum autem dixit, *Quod deerat mihi supplerunt*, ostendit se ue hoc quidem postulasse. Ac causam æfert, quæ non erat. Quam tandem hanc? Quod nempe ab aliis accepisset: *Quod enim mihi deerat*, inquit, *supplerunt qui venerunt*. Ideo ait, *Non vos gravavi*, non quod vobis non confiderem. Atqui ob hoc ipsum istud facit, idque demonstrat per ea quæ sequuntur: tamen hoc non aperte dicit, sed subindicat, audientium conscientiæ id relinquens. Idque tacite ostendit per ea quæ sequuntur, dicens, *Et in omnibus sine onere me vobis servavi, ac servabo*. Neque enim velim existimetis hæc eo a me dici, ut accipiam. Illud autem, *Servabo*, acerbius erat; si necdum ipsis confidebat, sed se aliquid ab eis accepturum omnino desperabat. Ostendit autem quod hoc illi grave ac molestum esse censerent: unde dicebat, *Sine onere me vobis servavi, ac servabo*. Sicque etiam in superiori epistola dicebat, *Non scripsi, ut ita fiat in me: melius enim mihi es mori, quam ut gloriam meam quis evacuet* (1. Cor. 9. 15). Atque hic rursus, *Sine onere me vobis servavi, atque etiam adhuc servabo*. Postea, ne hoc idcirco dicere videatur, ut eorum gratiam sibi magis conciliet, ait: 10. *Est veritas Christi in me*. Ne putetis, inquit, me ideo hæc dixisse, ut accipiam, vosque magis ad me pertraham: *Est enim*, inquit, *veritas Christi in me, quod gloriatio hæc mea non infringetur in regionibus Achaïæ*. Nam ne quis rursus existimaret eum hoc nomine discredari, aut iafenso et irato animo hæc commemorare, gloriationem quoque hanc rem appellat. Atque in priore quoque epistola idem adstruebat. Nam etiam illic, ne eos percelleret, ait: *Quæ ergo mihi merces est? Ut evangelizans sine sumptu ponam evangelium Christi* (Ib. v. 18)? Atque ut illic mercedem, ita hoc loco gloriationem vocat, ne ob hæc verba pudore suffundatur, ut petenti minime porrigentes. Quid enim, si detis? inquit; at ego non accipio. Atque illud, *Non infringetur*, metaphora est, ductum a fluminibus; fama ipsius ubique fluebat, quia nihil acciperet. Non, inquit, largitione libertatem meam obstruetis. Sed non dixit, *Non obstruetis*, quod amarulentius erat; verum, *Non obstruetur in regionibus Achaïæ*. Quod quidem rursus gravem plagam infligebat, abundeque sufficiebat ad eos dejiciendos ac mœrore afficiendos, utpote quos solos repudiaret. Nam si gloriabatur, ubique gloriari oportebat: si autem apud vos solos, propter imbecillitatem fortasse vestram hoc facit. Quamobrem, ne hæc secum reputantes mœstitia afficerentur, vide quomodo istud mitiget: 11. *Quare? quia non diligo vos? Deus scit*. Propere solutionem adjecit, facilius eos liberaturus: quamquam ne sic quidem culpa eos liberavit. Neque enim dixit, *Non estis imbecilles*; neque, *Non estis firmi ac robusti*; sed, *Quia diligo vos*: quod accusationem vehementer augebat. Ab ingenti enim ipsius erga eos amore illud proficiscebatur, quod ab iis nihil accipiebat, quandoquidem acriter perstringebantur.

5. Itaque res contrarias ex amore faciebat, nempe ut acciperet, et non acciperet: contrarietas porro hæc ex eorum qui dabant affectu nascebatur. Ac non dixit, Propterea non accipio, quia vehementer vos amo, quoniam imbecillitatem eorum accusaverat, atque in anxietatem ipsos coniecerat; verum ad aliam causam sermonem convertit. Quam tandem? 12. *Ut amputem occasionem eorum qui quærent occasionem ut in quo gloriantur inveniantur, sicut et nos*. Quia enim operam dabant, ut ansam aliquam invenirent, hanc quoque amputare oportebat. Hoc enim solum erat, in quo gloriabantur. Ut itaque nulla re superiores essent, hoc quoque correctum oportuit: siquidem in aliis inferiores erant. Nihil enim, ut a me dictum est, mundanos perinde ædificat, ut nihil accipere. Quocirca diabolus pro sua perversitate hanc potissimum illecebram iniecerat, studens eos in aliis lædere. Mihi autem hoc quoque ab hypocrisi manasse videtur. Quamobrem nec dixit, In quo recte se gesserunt; sed quid? *In quo gloriantur*. Quibus verbis eorum arrogantiam cavillis incessebat: jactabant enim id quoque quod non erant. Atqui præstantem virum non modo de iis quæ ipsi desunt, gloriari non convenit, sed ne de iis quidem quæ habet: sicut beatus hic vir faciebat: ac patriarcha Abraham dicebat, *Ego autem sum terra et cinis* (Gen. 18. 27). Nam quia nulla peccata habebat, quæ commemorare posset, verum virtutibus splendebat; idcirco, cum nec gravem ullam adversum se reprehensionis ansam reperisset, ad naturam confugit: et quoniam terræ nomen quodammodo honestum est, ideo cineris vocabulum adjunxit. Unde etiam alius dicebat, *Quid superbit terra et cinis* (Eccli. 10. 9)? Neque enim mihi oris florem commemora, nec erectam cervicem, nec egregiam vestem et equum atque assecas; sed ubi hæc omnia desinant considera, idque adijunge. Quod si ea quæ oculis cernuntur dixeris, ego quæ in picturis sunt, longeque hæc splendore superant, proferam. At sicut illa ob aspectum minime admiramur, quod ejusmodi eorum substantiam esse perspicimus, ut nihil præter lutum sint: sic ne hæc quoque. Nam et ista lutum sunt, prius etiam, quam intereant atque in pulverem dilabantur. Ostende mihi hunc elata cervicem hominem febriliter laborantem, atque extremum spiritum edentem; ac tum te alloquar et percontabor, quo ingens ille ornatus reciderit, quo ingens illa assentatio, ac servorum obsequium abierit, opumque ac prædiorum copia; quis ventus obortus omnia flatu suo excusserit. At, inquires, in lectulo jacens, opum ac fastus signa circumfert, imposita ipsi veste luculenta, pauperibus juxta ac divitibus funus prosequentibus, populis fausta illi precantibus. Maxime quidem hæc merus risus sunt: verum utcumque sit, hæc tamen protinus instar floris diffluunt. Nam simulatque ex urbis portis exarserimus, traditoque vermibus cadavere redierimus, rursus ex te quæram, quoniam ingens illa turba se conferat, quo clamor ille ac tumultus evaserit, quo lampades, quo seminarum cœtus? annon insomnium ista sunt? quo clamores abierunt? quo multa illa

Παρῶν, καὶ Ὑστερηθεῖς, ἔδειξεν ὅτι παρὰ Κορινθίων [601] ἔδει τραφῆναι· τῷ δὲ εἶπεν, ὅτι *Τὸ ὑστέρημα μου προσυπεπλήρωσα*, δεικνυσὶν ὅτι οὐδὲ ἤτης. Καὶ αἰτίαν τίθησιν οὐκ οὔσαν. Ποίαν δὴ ταύτην; Τὸ παρ' ἐτέρων λαβεῖν· *Τὸ γὰρ ὑστέρημά μου, φησί, προσυπεπλήρωσα ὅ ἐλλόδοντες*. Διὰ τοῦτο φησιν, *Οὐ κατενύρησα*, οὐ διὰ τὸ μὴ θαρβῆναι. Καὶ μὴν διὰ τοῦτο αὐτὸ ποιεῖ, καὶ δείκνυσι διὰ τῶν ἐξῆς· ἀλλ' οὐ λέγει αὐτὸ σαφῶς, ἀλλὰ συσκιάζει, ἀφελὲς τῷ συνειδῶτι τῶν ἀκρωμένων. Καὶ λανθανόντως αὐτὸ ἐνδεικνύται διὰ τῶν ἐξῆς, λέγων, *Καὶ ἐν παντί ἀδαρῆ ἑμαυτὸν ἐτήρησα, καὶ τηρήσω*. Μὴ γὰρ νομιστε, φησί, ταῦτα λέγειν με, ἵνα λάθω. Τὸ δὲ, *Τηρήσω*, βραύτερον, εἰ μὴδ' ἔτι αὐτοῖς θαρβῆναι, ἀλλὰ καθάπαξ ἀπέγνω τι λαβεῖν παρ' αὐτῶν. Δείκνυσι δὲ, ὅτι καὶ βῆρος ἐνόμιζον εἶναι τοῦτο· διὸ ἔλεγεν, *Ἀδαρῆ ἐτήρησα, καὶ τηρήσω*. Τοῦτο καὶ ἐν τῇ προτέρᾳ λέγει, *Οὐκ ἔγρυψα, ἵνα οὕτω γένηται ἐν ἑμοί· καλὸν γὰρ μοι ἀποθανεῖν, ἢ τὸ καύχημά μου ἵνα τις κενώσῃ*. Καὶ ἐνταῦθα πάλιν, *Ἀδαρῆ ὑμῖν ἑαυτὸν ἐτήρησα, καὶ ἔτι τηρήσω*. Εἴτα ἵνα μὴ δόξῃ ὑπὲρ τοῦ μᾶλλον ἐπισπάσασθαι αὐτοὺς ταῦτα λέγειν, φησὶν· *Ἔστιν ἀλήθεια Χριστοῦ ἐν ἑμοί*. Μὴ νομίσητε, ὅτι διὰ τοῦτο εἶπον, ἵνα λάθω, ἵνα μᾶλλον ἐφευκώσωμαι· *Ἔστι γὰρ, φησὶν, ἀλήθεια ἐν ἑμοί, ὅτι ἡ καύχησίς μου αὕτη οὐ φραγῆσεται ἐν τοῖς κλίμασι τῆς Ἀχαΐας*. Ἴνα γὰρ μὴ τις αὐτὸν νομίση πάλιν ἀλγεῖν ἐπὶ τούτῳ, ἢ ὀργιζόμενον ταῦτα λέγειν, καὶ καύχων τὸ πρᾶγμα καλεῖ. Καὶ ἐν τῇ προτέρᾳ δὲ ὁμοίως αὐτὸ φασκευάζει. Ὡστε γὰρ μὴδὲ ἐκεῖ πῆξαι αὐτοὺς, φησὶ· *Τίς οὖν μοι ἔστιν ὁ μισθός; Ἴνα εὐαγγελιζόμενος ἀδάπανον θήσω τὸ εὐαγγέλιον τοῦ Χριστοῦ*. Καὶ ὡσπερ ἐκεῖ μισθὸν, οὕτως ἐνταῦθα καύχημα καλεῖ, ἵνα μὴ σφόδρα αἰσχύνωνται τοῖς λεγομένοις, ὡς αἰτοῦντι μὴ παρέχοντες. Τί γὰρ, ἂν καὶ ὑμεῖς δῶτε, φησὶν; ἀλλ' ἐγὼ οὐ δέχομαι. Καὶ τὸ, *Οὐ φραγῆσεται*, ἀπὸ μεταφορᾶς τῶν ποταμῶν, αὐτοῦ φήμης ὡς πανταχοῦ ρεούσης ὅτι οὐ λαμβάνει. Οὐκ ἐμφράσσετε τῷ δόματι τὴν παρῆρσιαν τὴν ἐμήν. Ἄλλ' οὐκ εἶπεν, Οὐκ ἐμφράσσετε, ὅπερ πληκτικώτερον, ἀλλ', *Οὐ φραγῆσεται ἐν τοῖς κλίμασι τῆς Ἀχαΐας*. Τοῦτο πάλιν καιρίαν διδόντος ἦν, καὶ σφόδρα ἱκανὸν αὐτοὺς καθελεῖν καὶ λυπηῆσαι, εἴ γε μόνους αὐτοὺς παρητεῖτο. Εἰ γὰρ ἐκαυχᾶτο, πανταχοῦ ἔδει καυχᾶσθαι· εἰ δὲ ἐν ὑμῖν μόνους, διὰ τὴν ἀσθένειαν ἴσως, τὴν ὑμῶν. Ἴν' οὖν μὴ ταῦτα λογιζόμενοι ἀθυμῶσιν, ὅρα πῶς αὐτὸ διορθοῦται· *Διὰ τί; ὅτι οὐκ ἀγαπῶ ὑμᾶς; Ὁ Θεὸς οἶδε· ταχέως τὴν λύσιν ἐπαγαγὼν, καὶ εὐαπαλλάκτως*. Ἄλλ' ὅμως οὐδὲ οὕτως ἀπήλλαξεν αὐτοὺς τῶν ἐγκλημάτων. Οὐδὲ γὰρ εἶπεν, ἔτι· οὐκ ἔστε ἀσθενεῖς, οὐδ' ὅτι [Οὐκ] ἔστε ἰσχυροί, ἀλλ', *Ὅτι ἀγαπῶ ὑμᾶς*· ὃ μάλιστα ἐπέτεινεν αὐτῶν τὴν κατηγορίαν. Τοῦ γὰρ μάλιστα φιλεῖν αὐτοὺς ἦν τὸ μὴ λαμβάνειν παρ' αὐτῶν, ἐπειδὴ σφόδρα ἐπλήττοντο.

[602] ε'. Ὡστε ἐναντία ἐποιοῖ ἀπὸ τοῦ φιλεῖν, καὶ ἐλάμβανε, καὶ οὐκ ἐλάμβανεν· ἡ δὲ ἐναντιότης παρὰ τὴν τῶν διδόντων ἔστιν. Καὶ οὐκ εἶπε μὲν, Διὰ τοῦτο

οὐ λαμβάνω, ἐπειδὴ σφόδρα ὑμᾶς ἀγαπῶ, ἐπεὶ κατηγορίαν αὐτῶν εἶχε τῆς ἀσθενείας, καὶ εἰς ἀπορίαν ἐνέβαλεν, ἀλλ' ἔτρεψεν εἰς ἑτέραν αἰτίαν τὸν λόγον. Ποίαν δὴ ταύτην; *Ἴνα ἐκκόψω τὴν ἀφορμὴν τῶν θελόδων ἀφορμὴν, ἵνα ἐν ᾧ καυχῶνται εὐρεθῶσι, καθὼς καὶ ἡμεῖς*. Ἐπειδὴ γὰρ τοῦτο ἐσπούδαζον, λαβὴν τινα εὐρεῖν, καὶ ταύτην ἀναρεῖν δεῖ. Τοῦτο γὰρ ἐστὶν ᾧ σεμνύνονταί· ἵνα τοῖνον μὴδὲν πλέον ἔχωσι, καὶ τοῦτο διορθῶσαι ἔδει· ἐν γὰρ τοῖς ἄλλοις ἡλαττωμένοι ἦσαν. Οὐδὲν γὰρ, ὅπερ ἔφην, οὕτως οἰκοδομεῖ τοὺς βιωτικούς, ὡς τὸ μὴ λαμβάνειν. Πονηρὸς οὖν ὢν ὁ διάβολος, τοῦτο μάλιστα τὸ δέλεαρ καθῆκε, βουλόμενος αὐτοὺς εἰς ἕτερα παραβλάψαι. Δοκεῖ δέ μοι καὶ τοῦτο ὑποκρίσεως εἶναι. Διόπερ οὐδὲ εἶπεν, Ἐν ᾧ κατέρωθον, ἀλλὰ τί; Ἐν ᾧ καυχῶνται· ὃ καὶ εἰς ἀλαζονεῖαν σκώπτοντος ἦν· ἐκαυχῶντο γὰρ καὶ τοῦτο ὃ οὐκ ἦσαν. Τὸν δὲ γενναῖον ἄνδρα οὐ μόνον ἐφ' οἷς οὐκ ἔχει καυχᾶσθαι οὐ δεῖ, ἀλλ' οὐδὲ ἐν οἷς κέκτηται· καθάπερ ὁ μακάριος οὗτος ἐποιοῖ, καθάπερ ὁ πατριάρχης Ἀβραάμ, λέγων, *Ἐγὼ δὲ εἰμι γῆ καὶ σποδός*. Ἐπειδὴ γὰρ οὐκ εἶχεν εἰπεῖν ἀμαρτήματα, ἀλλ' ἔλαμπεν ἀπὸ κατορθωμάτων, πανταχοῦ περιδραμῶν, καὶ μὴ εὐρών τινα καθ' ἑαυτοῦ μεγίστην λαβὴν, ἐπὶ τὴν φύσιν καταφεύγει· καὶ ἐπειδὴ τὸ τῆς γῆς ὄνομα ὀπωσθήποτε σεμνὸν, καὶ τὸ τῆς σποδοῦ προσέθηκε. Διὸ καὶ ἕτερός τις ἔλεγε, *Τὶ ὑπερηφανεύεται γῆ καὶ σποδός*; Μὴ γὰρ μοι τὸ ἄνθος εἶπης τῆς ὕψους, μὴδὲ τὸν ἀνατεταμένον αὐχένα, μὴδὲ τὴν χλίνδα καὶ τὸν ἴππον καὶ τοὺς ἀκολούθους· ἀλλὰ ποῦ τελευταῖα ταῦτα πάντα λογίζου καὶ προστίθει. Ἐάν δὲ τὰ φαινόμενα λέγῃς, καὶ ἐγὼ σοι τὰ ἐν ταῖς Γραφαῖς ἔρω, τὰ πολλῶν τούτων λαμπρότερα. Ἄλλ' ὡσπερ ἐκεῖνα διὰ τὴν ὕψιν οὐ θαυμάζομεν, τὴν οὐσίαν αὐτῶν ὀρώντες ὅτι πηλὸς ἐστὶ τὸ πᾶν· οὕτω δὴ μὴδὲ ταῦτα. Καὶ γὰρ καὶ ταῦτα πηλός· μᾶλλον δὲ, καὶ πρὶν διαλυθῆναι καὶ γενέσθαι κόνιν. Δεῖξόν μοι τοῦτον τὸν ἀνατεταμένον πυρέττοντα, ψυχορραγούντα· καὶ τότε σοι διαλέξομαι, καὶ ἐρήσομαι τί γέγονεν ὁ πολὺς κόσμος ἐκεῖνος, ποῦ δὲ ὄχεται ἡ πολλὴ κολακεία, καὶ ἡ θεραπεία τῶν δούλων, καὶ ἡ περιουσία τῶν χρημάτων, τῶν κτημάτων, ποῦ; ἄνεμος ἐπεισθλῶν ἐξεψύσθησε πάντα. Ἄλλὰ ἔρεις, ὅτι καὶ ἐπὶ τῆς κλίνης κείμενος φέρει τοῦ πλοῦτου καὶ τοῦ τύφου τὰ σύμβολα, ἐσθῆτος λαμπρᾶς ἐπικειμένης, πενήτων καὶ πλουσιῶν προπεμπόντων, δῆμων εὐφημούντων. Μάλιστα μὲν καὶ ταῦτα κατάγει· πλὴν ἀλλὰ καὶ ταῦτα εὐθέως ἐλέγχεται ὡσπερ ἄνθος διαβρέοντα. Ὅταν γὰρ τὸν οὐδὸν ὑπερβῶμεν τῶν τῆς πόλεως· πυλῶν, καὶ τοῖς σκώληξι παραδόντες τὸ σῶμα ὑποστρέψωμεν, πάλιν [603] σε ἐρήσομαι, ποῦ πορεύεται ὁ πολὺς ὄχλος ἐκεῖνος; τί γέγονεν ἡ κραυγὴ καὶ ὁ θόρυβος; ποῦ δὲ αἱ λαμπάδες; ποῦ δὲ οἱ χοροὶ τῶν γυναικῶν; ἄρα μὴ ἄρα ταῦτά ἐστι; τί δὲ καὶ ἐγένοντο αἱ βοαὶ; ποῦ τὰ στόματα τὰ πολλὰ ἐκεῖνα τὰ κραυγάζοντα, καὶ παρακαλυπόμενα θαρβῆναι, ὅτι οὐδεὶς θάνατος; Οὐ γὰρ ταῦτα ἔδει λέγεσθαι· τῷ μὴ ἀκούοντι, ἀλλ' ὅτε ἤρπαζεν, ὅτε ἐπλεονέκτει, τότε μικρὸν παραλλάξαντας ἔδει λέγειν· Οὐ δεῖ θαρσεῖν, οὐδεὶς ἀθάνατος·

ἐπίσχεσ τῆς μανίας, σβέσον τὴν ἐπιθυμίαν, μηδὲ θάρσει τῷ ἀδικουμένῳ. Ἐπεὶ τοῦτ' γε τὸ τὰ τοιαῦτα νῦν λέγειν, καὶ φειδομένων ἐστὶ καὶ εἰρωνευομένων· οὐ γὰρ διὰ τοῦτο αὐτὸν χρῆ θάρρειν λοιπὸν, ἀλλὰ δεδοικέναι καὶ τρέμειν. Ἄλλ' εἰ καὶ ἐκεῖν' ταῦτα ἀνογητὰ λοιπὸν ἐξελλόντι τὸ στάδιον, καὶ οἱ τὰ αὐτὰ νοσοῦντες τῶν πλουτουόντων, καὶ ἐπὶ τὸ σῆμα ἀκολουθοῦντες, ἀκουέτωσαν. Ἐπειδὴ γὰρ ἐμπροσθεν ὑπὸ τῆς μέθης τῶν χρημάτων οὐδὲν τοιούτων ἐννοοῦσιν, ἀλλ' ἐν τῷ καιρῷ ἐκεῖν', ὅτε καὶ ἡ ἔψις τοῦ κειμένου πιστοῦται τὸ λεγόμενον, σωφρονεῖσθωσαν, παιδεύσθωσαν, ἐννοοῦντες ὅτι μικρὸν ὕστερον καὶ αὐτοὺς ἤξουσιν οἱ ἀπάγοντες ἐπὶ τὰς φοβεράς ἐκείνας εὐθύνας, καὶ τὸ δοῦναι δίκην ὧν ἤρπασαν, ὧν ἐπλεονέκτησαν. Καὶ τί ταῦτα πρὸς τοὺς πένητας, φησί; Μάλιστα μὲν πολλοὶ καὶ τοῦτο ἤδῃ, τὸ ἰδεῖν κολαζόμενον τὸν ἀδικήσαντα. Ἄλλ' ἡμῖν οὐχ ἡδῇ, ἀλλὰ τὸ μὴ παθεῖν κακῶς. Ἐπειῶν σφόδρα ἡμᾶς καὶ ἀποδέχομαι, ταῖς ἀλλοτρίαις οὐκ ἐφθρομένους συμφοραῖς, ἀλλὰ τὴν οἰκείαν ζητούντας ἀσφάλειαν. Φέρε οὖν καὶ ταύτην ὑμῖν ἐγγυήσομαι. Ἄν γὰρ παρὰ ἀνθρώπων πάσχωμεν κακῶς, ὑποτεμνόμεθα τοῦ χρέους οὐκ ὀλίγον, φέροντες γενναίως τὰ γινόμενα. Οὐκ ἄρα ἀδικούμεθα· λογίζεται γὰρ εἰς τὸ θρήνημα ἡμῖν τὴν ἐπήρειαν ὁ Θεὸς, οὐ κατὰ τὸν τοῦ δικαίου λόγον, ἀλλὰ κατὰ τὸν τῆς φιλανθρωπίας. Διὰ τοῦτο καὶ ἄνωθεν οὐκ ἤμυνη παθόντι κακῶς. Πόθεν τοῦτο δῆλον, φησὶν; Ἐπαθὸν ὑπὸ τῶν Βαβυλωνίων οἱ Ἰουδαῖοι ποτε κακῶς, καὶ ὁ Θεὸς οὐκ ἐκώλυσεν, ἀλλ' ἀπήγοντο παῖδες καὶ γυναῖκες· ἀλλὰ μετὰ ταῦτα ἡ αἰχμαλωσία αὕτη κατὰ ἀναλογίαν τῶν ἀμαρτημάτων αὐτοῖς γέγονε παραμυθία. Διὰ τοῦτο τῷ Ἡσαΐῃ φησὶ, *Παρακαλεῖτε, παρακαλεῖτε τὸν λαόν μου, ἱερεῖς· λαλήσατε ἐπὶ τὴν καρδίαν Ἱερουσαλήμ, ὅτι ἐδέξυτο ἐκ χειρὸς Κυρίου διαπλῆ τὰ ἀμαρτήματα αὐτῆς· καὶ πάλιν, Ἄδς ἡμῖν εἰρήνην· πάντα γὰρ ἀπέδωκας ἡμῖν. Καὶ ὁ Δαυὶδ φησιν, Ἴδε τοὺς ἐχθρούς μου, ὅτι ἐπληθύνθησαν, καὶ ἄφες πάσας τὰς ἀμαρτίας μου. Καὶ ἠνίκα τὸν Σαμεεὶ καταρῶμενον ἔφερε, λέγει, Ἄφες αὐτὸν, ὅπως ἴδῃ Κύριος τὴν ταπεινωσίν μου, καὶ ἀνταποδοῖ μοι ἀντὶ τῆς ἡμέρας ταύτης. Ὅταν γὰρ μὴ ἀμύνη ἀδικουμένοις, τότε μάλιστα ὠφελοῦμεθα· λογίζεται γὰρ ἡμῖν εἰς κατόρθωμα, ἂν εὐχαρίστως ἐνέγκωμεν.*

[604] ς'. Ὡστε ὅταν ἴδῃς πλοῦσιον ἀρπάζοντα πένητα, ἀφείς τὸν ἐπηρεαζόμενον, δάκρυσον τὸν ἀρπάζοντα. Ὁ μὲν γὰρ ἀποτίθεται ῥύπον, ὁ δὲ προστρέβεται ῥύπον. Οὕτω καὶ ὁ τοῦ Ἐλισσαίου παῖς ἐπαθεν, ἐπὶ τοῦ Νεεμάν· εἰ γὰρ καὶ μὴ ἤρπασεν, ἀλλὰ τὸ ἐν ἀπάτῃ λαβεῖν, ἀδικία. Τί οὖν γέγονεν; Ἐλαβε μετὰ τῆς ἀδικίας καὶ τὴν λέπραν· καὶ ὁ μὲν ἀδικηθεὶς, ὠφέλιτος, ὁ δὲ ἀδικήσας, τὰ μέγιστα βλάπτεται. Τοῦτο καὶ νῦν ἐπὶ τῆς ψυχῆς γίνεται. Καὶ τοσοῦτον τοῦτό ἐστιν, ὅτι τοῦτο μόνον πολλάκις ἴλεων τὸν Θεὸν ἐποίησε· καὶ ὁ πάσχων κακῶς ἀνάξιος ἢ βοηθείας,

ὅταν μεθ' ὑπερβολῆς τοῦτο πάθῃ, καὶ εἰς τὴν ἑαυτοῦ συγγνώμην τὸν Θεὸν ἐπισπᾶται, καὶ εἰς τὴν ἄμυναν τοῦ ποιοῦντος ἐντεῦθεν μόνον. Διὸ καὶ τοῖς βαρβάρους ἔλεγεν ὁ Θεὸς ἄνωθεν, Ἐγὼ μὲν παρεδῶκα αὐτοὺς εἰς ὀλίγα, αὐτοὶ δὲ συνεπέθετο εἰς κακά· διὸ τοῦτο τὰ ἀνηκεστα πείθονται. Οὐ γὰρ ἔστιν, οὐκ ἔστιν οὐδὲν τὸν Θεὸν οὕτω παροξύνον, ὡς τὸ ἀρπάζειν καὶ βιάζεσθαι καὶ πλεονεκτεῖν. Τί δήποτε; Ὅτι σφόδρα εὐκολον ταύτης ἀπέχεσθαι τῆς ἀμαρτίας. Οὐ γὰρ ἔστι φυσικὴ ἐνοχλοῦσα ἐπιθυμία, ἀλλὰ ἀπὸ βῆθυμίας γίνεται.

Πῶς οὖν ρίζαν κακῶν αὐτὴν ὁ Ἀπόστολος καλεῖ; Καὶ γὰρ ἐγὼ τοῦτο λέγω· ἀλλὰ παρ' ἡμᾶς ἡ ρίζα αὕτη, οὐ παρὰ τὴν φύσιν τοῦ πράγματος. Καὶ, εἰ βούλεσθε, ποιησώμεθα σύγκρισιν, καὶ ἴδωμεν ποῖον τυραννικώτερον, χρημάτων ἢ σωματῶν ἐπιθυμία· ὃ γὰρ ἂν εὐρεθεῖτε μεγάλους ἄνδρας καταβεβηκῆς, τοῦτό ἐστι τὸ χαλεπώτερον. Οὐκοῦν ἴδωμεν τίνα μέγαν κατέσχε χρημάτων ἐπιθυμία. Οὐδένα, ἀλλὰ οἰκτροῦς σφόδρα καὶ ἀπεβρίμ[μ]ένους, τὸν Γιεζῆ, τὸν Ἀχζάδ, τὸν Ἰούδαν, τοὺς ἱερεῖς τοὺς Ἰουδαϊκοῦς· ἐπιθυμία δὲ σωματῶν τοῦ μεγάλου προφήτου περιεγένετο τοῦ Δαυὶδ. Καὶ ταῦτα λέγω, οὐ συγγνώμην διδοὺς τοῖς ὑπὸ ἐπιθυμίας τοιαύτης ἀλίσκομένοις, ἀλλὰ μάλλον αὐτοὺς νήφειν παρασκευάζων. Ὅταν γὰρ δείξω μέγα τὸ πάθος, τότε μάλιστα αὐτοὺς δεικνυμι συγγνώμης ἀπάσης ἀπεστερημένους. Εἰ μὲν γὰρ ἠγνώεις τὸ θηρίον, εἶχεσ εἰς αὐτὸ τοῦτο καταφυγεῖν· νυκτὶ δὲ εἰδὼς καὶ ἐμπίπτων, οὐκ ἂν σχολίης ἀπολογίαν τίνε. Μετὰ δὲ τοῦτον, τὸν τοῦτον παῖδα μετὰ κλεινοῦς εἶλεν ὑπερβολῆς· καίτοι σοφώτερος ἐκείνου οὐδεὶς γέγονε, καὶ πᾶσαν δὲ τὴν ἄλλην ἐπῆλθεν ἀρετῆν· ἀλλ' ὁμως ὑπὸ τοῦτου οὕτω σφοδρῶς ἐάλω, ὡς καὶ ἐν τοῖς καιροῖς δέξασθαι τὴν πληγὴν. Καὶ ὁ μὲν πατὴρ ἀνέστη, καὶ ἀνεμαχίσαστο τὴν πάλην, καὶ πάλιν ἐστεφανώθη· οὗτος δὲ οὐδὲν τοιοῦτον ἐπεδείξατο. Διὰ τοῦτο καὶ Παῦλος ἔλεγε· *Κρεῖσσόν ἐστι γυμῆσαι, ἢ πυροῦσθαι· καὶ ὁ Χριστὸς, Ὁ δυνάμενος χωρεῖν, χωρεῖτω.* Περὶ δὲ χρημάτων οὐχ οὕτως, ἀλλ', Ὅς ἀφῆκε τὰ ὑπάρχοντα αὐτοῦ, ἑκατονταπλασίονα λήψεται. Πῶς οὖν, φησὶ, περὶ τῶν πλουτουόντων εἶπεν, ὅτι δυσκόλως ἐπιτεύζονται τῆς βασιλείας; Πάλιν τὴν βλακειαν αὐτῶν αἰνιτόμενος, οὐ τὴν τυραννίδα τῶν χρημάτων, ἀλλὰ τὴν σφοδρὰν αὐτῶν δουλείαν. Καὶ τοῦτο καὶ ἐξ ὧν ὁ [605] Παῦλος συνεβούλευσε δῆλον. Ἐκείνης μὲν γὰρ ἀπάγει τῆς ἐπιθυμίας λέγων, *Οἱ δὲ βουλόμενοι πλουτεῖν, ἐμπίπτουσιν εἰς πειρασμόν*· ἐπὶ δὲ ταύτης οὐκέτι, ἀλλὰ πρὸς καιρὸν μόνον διαλύσας, καὶ τοῦτο συμφώνως, πάλιν ἐπὶ τὸ συνέχεσθαι συμβουλεύει. Δέδοικε γὰρ τὰ κύματα τῆς ἐπιθυμίας, μήποτε ναυάγιον ἐργάζηται χαλεπὸν. Τοῦτο καὶ ὀργῆς εὐτόνοτερον πάθος· ὀργίζεσθαι μὲν γὰρ οὐκ ἐνι, μηδενὸς ὄντος τοῦ παροξύνοντος· ἐπιθυμεῖν δὲ ἀνάγκη, καὶ τῆς δ' ἔψως τῆς εἰς τοῦτο κινούσης μὴ φαινομένης. Διὸ ταύτην μὲν οὐκ ἐξέκοψε

ora vociferantia, atque ad fiduciam adhortantia, quia nulla mors est? Atqui non nunc hæc accinere oportebat non audienti, sed cum rapiebat, cum avaritiæ studebat, tunc verbis nonnihil immutatis dicere oportebat. Non est quod fidenti animo sis, nemo immortalis est; amentiam istam comprime, cupiditatem exstingue, nec læso confidas. Etenim huic nunc talia dicere non nisi ad delirantes et irridentes pertinet; non enim illum jam fidere oportet, sed metuere ac tremere. Verum etsi illi, ut qui e stadio excesserit, nihil hæc jam utilitatis afferunt, at saltem divites illi qui eodem morbo laborant, atque eum ad sepulcrum prosequuntur, audiant. Quia enim hoc illis opum ebrietas prius afferebat, ut nihil ejusmodi cogitarent; at eo certe tempore, cum ipse jacentis aspectus fidem verbis adstruit, castigentur et erudiantur, illud secum reputantes, paulo post fore ut illi veniant, a quibus ipsi quoque ad horrenda illa loca abducantur, ubi referendæ rationes erunt, pœnæque subeundæ: ob ea quæ rapuerunt atque usurparunt. Et quid hæc ad pauperes? inquires. Sane quidem multis hoc quoque voluptati est, excruciatum eum cernere, a quo injuriam acceperunt. At nobis hoc jucundum non est, inquires, verum illud, si nihil ipsi mali perpetiamur. Equidem hoc nomine vehementer vos laudo atque amplector, quod alienis calamitatibus non gaudeatis, verum propriam dumtaxat securitatem quærat. Age igitur, hæc quoque vobis spondebo. Etenim cum detrimento aliquo ab hominibus mulctamur, non parvam debiti partem succidimus, si ea quæ nobis inferuntur generoso animo perferamus. Ex quo fit, ut nulla injuria afficiamur: Deus enim vexationem nobis pro debito imputat, non secundum juris, sed secundum benignitatis rationem. Idcirco non ab initio eum, qui injuria affectus est, ulciscitur. Unde hoc perspicuum est? inquires. Judæi quondam a Babyloniiis vexabantur, nec Deus prohibuit, verum et pueri et mulieres in servitutem abducebantur: at postea hæc captivitas pro peccatorum ratione in consolationem ipsis cessit. Ob eam causam Isaia dicebat, *Consolamini, consolamini populum meum, sacerdotes: loquimini ad cor Jerusalem, quia suscepit de manu Domini duplicia peccata sua (Isai. 40. 1. 2)*; ac rursus, *Da nobis pacem: omnia enim reddidisti nobis (Isai. 26. 12)*. Et David ait, *Vide inimicos meos quia multiplicati sunt, et dimitte omnia peccata mea (Psal. 24. 19. 18)*. Et cum Semei dira omnia ipsi imprecantem ferret, aiebat, *Dimitte eum, ut videat Dominus humilitatem meam, et reddat mihi pro hac die (2. Reg. 16. 11. 12)*. Nam cum ille nobis injuria affectis opem non fert, tum maximam utilitatem accipimus: nobis enim hoc pro recte factis adscribit, cum acceptam injuriam ferimus, ut ipsi gratias agamus.

6. Quocirca cum pauperem a divite diripi videris, missum faciens eum cui injuria fit, reptorem lacrymnis prosequere. Ille enim sordes excutit, hic vero sordibus se inficit. Sic etiam Elisæi puero in Naaman contigit: nam et si non rapuit, tamen hoc ipsum injustitiæ rationem habebat, quod cum fraude accepit. Quid ergo evenit? Ex injustitia lepram conse-

quutus est; is, cui illata injuria fuerat, juvabatur: qui autem inferebat, lædebatur. Hoc nunc quoque in anima usu venit. Atque hoc tantam vim habet, ut etiam solum sæpe Deum placarit: etiamsi alioqui is, qui male mulctabatur, subsidio indignus esset, cum supra modum vexatur, vel hinc solum Deum ad dandam sibi veniam allicit, ulciscendumque eum qui injuriam infert. Unde etiam Deus barbaris antiquitus dicebat, *Ego quidem eos ad pauca tradidi; ipsi autem adjecerunt ad mala (Zach. 1. 15)*: idemque atrocissimis suppliciis mulctabuntur. Non enim, non, inquam, est quidquam quod Deum ad iracundiam perinde incitet, ut rapere et vim afferre aliosque circumvenire. Quid ita? Quia perfacile est ab hoc flagitio abstinere. Neque enim naturalis quædam cupiditas hæc est, negotium facessens, sed ab animi segnitie ortum trahit.

Avaritia cur omnium malorum radix appelletur. Salomon non respicit.— Quonam igitur modo, inquires, Apostolus eam malorum radicem vocat? Ego certe idem dico: verum nostro vitio, non rei ipsius natura, radix ipsa est. Atque si ita lubet, comparationem inducamus, ac videamus ultra violentior sit, pecuniarumne an corporum cupiditas: hoc enim demum gravius judicandum est, quod magnos viros prostravisse reperietur. Videamus itaque quem magnum virum opum cupiditas invaserit. Neminem profecto, sed miseros admodum et abjectos, Giezi videlicet, Achab, Judam, Judaicos sacerdotes. At vero corporum cupiditas magnum illum prophetam Davidem superavit. Nec vero hæc eo dico, ut iis, qui hujusmodi cupiditate correpti tenentur, veniam concedam, sed potius ut vigilantes sint. Nam cum magnum esse malum demonstro, tunc maxime eos omni venia orbatos esse ostendo. Etenim si feram hanc ignorares, ad hoc ipsum tibi confugere liceret: nunc autem cum noris, et tamen in eam incidas, nulla tibi excusatio superest. Post hunc, ejus filium magis adhuc superavit. Atqui nemo unquam ei sapientiæ laude præstitit, virtutibusque aliis omnibus ornatus fuit; sed tamen hoc vitio usque adeo captus est, ut letale etiam vulnus acceperit. Ac pater quidem surrexit, acceptumque damnum sarcivit, ac rursus coronam adeptus est; hic autem nihil tale ostendit. Quocirca Paulus etiam dicebat: *Melius est nubere, quam uri (1. Cor. 7. 9)*; et Christus, *Qui potest capere, capiat (Matth. 19. 12)*. De opibus autem non ita, sed, *Qui reliquerit bona sua, centuplum accipiet (1b. v. 29)*. Quonam ergo modo, inquires, de iis, qui opibus abundant, hoc asseruit, eos ægre cælorum regnum obtenturos (1b. v. 23)? Iis rursus verbis ipsorum ignaviam subindicat, nec opum tyrannidem, sed vehementem eorum servitutem. Idque etiam ex iis, quæ Paulus consulendi causa dicebat, liquet. Ab illa enim cupiditate abducit, dicens, *Qui autem volunt divites fieri, incidunt in tentationem (1. Tim. 6. 9)*: ab hac autem non item, sed postquam ad tempus dumtaxat disjunct, idque ex consensu, rursus ut conveniant admonet. Fluctus libidinis timebat, ne forte ea grave naufragium efficeret. Hic affectus etiam ira

acrior ac vehementior est. Neque enim irasci quisquam potest, si nemo sit qui ad iram exstimulet: at concupiscentia oritur, etiamsi vultus qui ad hoc incitat, minime cernatur. Itaque eam non prorsus amputavit, sed, *Sine causa*, addidit; nec rursus libidinem omnem sustulit, sed iniquam tantum: *Propter concupiscentias enim*, inquit, *unusquisque uxorem suam habeat* (1. Cor. 7. 2). Atqui vero pecunias aggerere, nec ob causam, nec sine causa concessit. Si quidem illi affectus ob necessitatem nobis insiti sunt, nimirum libido procreandorum liberorum causa; ira autem, ut iis qui læduntur auxilium afferamus; pecuniarum autem cupiditas, minime: neque enim naturalis est affectus. Ac proinde, si ea te capi ac vinci sinas, tanto utique sædiora patieris. Ideo Paulus, cum secundas nuptias permittat, in pecuniis tamen ac divitiis accurationem requirit, dicens: *Quare non potius injuriam patimini? quare non potius damnum accipitis* (Id. 6. 7)? Ac de virginitate quidem disserens, ait, *Præceptum Domini non habeo; et, Ad utilitatem vestram dico, non ut laqueum vobis injiciam* (Id. 7. 35): at cum de divitiis ei sermo est, *Habentes*, inquit, *vestes et alimenta, his contenti simus* (1. Tim. 6. 8). Quid igitur causæ est, inquires, cur plerique hoc affectu capiuntur? Quia adversus eum

non ita præparati sunt, ut adversus impudicitiam ac fornicationem: nam si æque grave hoc malum ipsis visum fuisset, haud cito capti fuissent. Sic miseræ quoque illæ virgines e thalamo ejectæ sunt, quoniam, majore hoste prostrato, ab imbecilliore ac nullo robore prædito dejectæ sunt. Huc accedit, quod si quis libidinem superans, a pecuniis supereatur, sæpe ne libidinem quidem vincit; verum a natura hoc nactus est, ut ab hoc affectu non admodum negotii ei exhibeatur: neque enim omnes in eum æque proni sunt. Hæc itaque perspecta habentes, ac virginum exemplum perpetuo cum animis nostris versantes, perniciosam hanc belluam fugiamus. Nam si virginitas illis nihil profuit, verum post infinitos labores ac sudores ob pecuniæ studium in exitium abierunt, quis tandem nos supplicio eripiet, si in hunc affectum inciderimus? Quocirca rogo, omnia agamus, ut nec capiamur nec capi sustineamus, sed gravia quoque hæc vincula perfringamus. Sic enim ad caelum pervenire poterimus, atque innumerabilia illa bona consequi: quæ utinam nobis omnibus consequi detur, per gratiam et benignitatem Domini nostri Jesu Christi, cui cum Patre et Spiritu sancto gloria, imperium, honor, nunc et semper, et in sæcula sæculorum. Amen.

HOMILIA XXIV.

CAP. 11. v. 13. *Nam ejusmodi pseudopostoli sunt operarii dolosi, transfigurantes se in apostolos Christi.*

1. Quid ais? Qui Christum prædicant, qui pecunias non accipiunt, qui evangelium aliud non inducunt, pseudopostoli sunt? Maxime, inquit; atque hoc præsertim nomine, quod hæc omnia ficto animo faciunt, ut fallant. *Operarii dolosi*. Operantur enim, sed quæ plantata sunt evellunt. Quoniam enim exploratum habent, se non aliter gratos acceptosque fore, veritatis larva assumpta, ita demum fraudis fabulam agunt. Et vero, inquit, pecunias non accipiunt. Ut plura accipiant, ut animas perdant. Quin potius id quoque falsum; nam et accipiebant, sed furtim: idque in iis, quæ sequuntur, ostendit. Atque id quidem jam tacite indicavit, cum dixit, *Ut in quo gloriantur inveniantur sicut et nos*: cæterum idem dilucidius postea his verbis significavit, *Si quis vos devorat, si quis accipit, si quis extollitur, hunc sustinetis* (v. 20). Nunc autem aliunde hos insectatur, dicens, *Transfigurantes*. Larva tantum ipsos, ac pellis ovis obtexit. 14. *Et non mirum. Si enim ipse satanas transfiguratur se in angelum lucis*, 15. *quid magnum est, si ministri ejus transformantur velut ministri justitiæ?* Itaque, si quid admirari oportet, hoc est, non autem quod isti agunt. Nam cum eorum magister nihil non audeat ac moliat, nihil mirum discipulos quoque ipsius exemplum sequi. Quid autem est, *Angelum lucis?* Eum, qui loquendi libertatem habet, eum qui Deo adstat. Sunt enim etiam angeli tenebrarum, hi qui diaboli sunt, ac caliginosi et feroces. Ac multos diabolus ad hunc modum fefellit, dum se in angelum lucis transfiguravit, non autem talis effectus est. Eodem igitur modo isti larvam quidem apostoli circumferunt,

non autem vim ac facultatem: neque enim possunt.

Ad ostentationem aliquid facere diabolicum est. — Nihil porro tam diabolicum est, quam ad ostentationem aliquid efficere. Quid autem est, *Ministri justitiæ?* Id videlicet, quod nos sumus, evangelium quod justitiam habet, vobis prædicantes. Aut enim hoc est quod ait, aut certe, quod justorum virorum famam sibi pepererunt. Quanam ergo ratione eos agnosceremus? Ab ipsorum operibus, ut a Christo dictum est. Ob idque et sua recte facta, et illorum vitia inter se conferre cogitur, ut ex comparatione falsi atque adulterini appareant. Ac rursus in suas laudes ingressurus, primum illos accusat, ut ostendat sibi necesse esse in hoc argumento versari, ne quis alioqui ipsum, ut de suis laudibus verba facientem, reprehendat: atque dicit, 16. *Iterum dico*. Etenim multa jam præmonitione usus est; Sed tamen his quæ dixi, non sum contentus, inquit, sed rursus dico, ne quis me insipientem esse existimet. Hoc enim eorum negotium erat, cum nulla causa suppeteret, gloriari. Ac velim consideres, quomodo quoties in suas laudes ingredi parat, id præparet. Stulta enim res est, inquit, gloriari; ego vero hoc, non ut stolidus facio, sed ut coactus. Quod si vobis id non persuaderi sinitis, verum, quamvis id me necessario facere videatis, tamen me condemnatis; ne sic quidem hoc facere detrectabo. Videsne quo pacto magnam sibi loquendi necessitatem esse ostendat? Nam qui ne hanc quidem suspicionem reformidabat, quantam vim ad loquendum sustineret, quamque hujusmodi sermonem velut parturiret ac profundere cogeretur, velim consideres. At sic quoque tamen moderationem in hac re adhibuit. Non enim dixit, Ut

καθάπαξ, ἀλλὰ τὸ, *Εἰκῆ*, προσέθηκεν· οὐτ' αὐτὴν ἐπιθυμίαν ἀνεῖλεν, ἀλλὰ τὴν ἀδικον· Διὰ γὰρ τὰς ἐπιθυμίας, φησὶν, ἕκαστος τὴν ἑαυτοῦ γυναικα ἐχέτω. Θησαυρίζειν δὲ οὔτε εἰκῆ, οὔτε μὴ εἰκῆ συν-εχώρησε. Ταῦτα μὲν γὰρ τὰ πάθη χρεῖαις ἔνεκεν ἡμῖν ἐνεφουτεύθη· ὑπὲρ μὲν παιδοποιίας ἐπιθυμία, ὑπὲρ δὲ βοήθειας τῶν ἀδικουμένων ὀργή· ἐπιθυμία δὲ χρημάτων οὐδαμῶς. Οὐκοῦν οὐδὲ ἐστὶ φυσικὴν τὸ πάθος. Ὡστε ὅταν ὑπὸ τούτου ἀλῶς, τοσοῦτ' ἄλλοι τὰ ἀσχιστα πείσῃ. Διὰ δὲ τούτο καὶ δεύτερον ἐπιτρέπων γάμον ὁ Παῦλος, ἐπὶ χρημάτων πολλὴν ἀπαιτεῖ τὴν ἀκρίθειαν, λέγων, Διὰ τί οὐ μᾶλλον ἀδικεῖσθε; διὰ τί οὐ μᾶλλον ἀποστερεῖσθε; Καὶ περὶ μὲν παρθενίας διαλεγόμενος, φησὶν· *Ἐπιταγήν Κυρίου οὐκ ἔχω*· καὶ, *Πρὸς τὸ συμφέρον ὑμῖν λέγω, οὐχ ἵνα βρώχον ὑμῖν ἐπιβάλλω*· ὅταν δὲ περὶ χρημάτων ὁ λόγος αὐτῶ, *Ἐχόντες, φησὶ, σκεπάζματα καὶ τροφήν, τούτους ἀρκεσθησόμεθα*. Πῶς οὖν, φησὶ, τοῦτ' ἄλλοι ἀλίσκονται πολλοί; Ὅτι οὐχ οὕτως εἰσὶ πρὸς αὐτὸ παραταττόμενοι, ὡς πρὸς ἀσέλγειαν καὶ πορνείαν· ὡς εἴ γε ὁμοίως ἐδόκει εἶναι δεῖνόν, οὐκ ἂν ταχῶς ἐάλωσαν. Οὕτω καὶ αἱ ἄθλια παρθένου ἐκείνου

bant? Hoc enim longe majus est eo, quod patriarcha fecit. Nam ille, cum post victoriam reversus esset, ac rex ipsi spolia offerret, negavit se quidquam accepturum, præter ea quæ socii ipsius comedissent (*Gen. 14*): hic autem ne necessarium quidem alimentum capere voluit, nec socios quoque participes ipsius esse passus est: sic nimirum impudentium ora quam maxime comprimens. Ideoque nec ipse pronuntiat nec dicit eos non accepisse, sed quod majus est, ipsos Corinthios testes adducit, nihil eos accepisse; ut ne a persona ipse sua, sed ab illorum calculo testimonium petere videatur: id quod in rebus exploratis et de quibus non dubitamus, facere solemus. Dicit enim, inquit, num quis ex iis quos misi vos per avaritiam circumvenit? Non dixit, Num quis a vobis aliquid accepit? verum *πλεονεξία*, hoc est, fraudationem, id vocat, illos perstringens ingentique pudore afficiens, atque ostendens fraudationem esse ab invitis quidpiam accipere. Nec dixit, Num Titus, sed, *Num quis?* Neque enim hoc dicere queatis, inquit, hunc non accepisse, illum autem accepisse: neque enim quisquam ex iis, qui ad vos se contulerunt, aliquid accepit. *Rogavi Titum.* Id quoque acriter dictum est: neque enim dixit, Titum misi, sed, *Rogavi*; hinc ostendens quod etiamsi aliquid accepisset, jure suo accepisset; et tamen sic quoque purum ab accipiendo se præstitit. Quocirca eos rursus his verbis interrogat, *Numquid vos Titus circumvenit? nonne eodem spiritu ambulavimus? Quid sibi vult, Eodem spiritu?* Divinæ gratiæ totum adscribit, ostenditque universam hanc laudem non nostris laboribus comparari, sed Spiritus beneficio et gratia præstari. Etenim amplissima Dei gratia hoc fiebat, ut quavis

inopia et egestate premerentur ac fame laborarent, tamen ob eorum quos erudiendos susceperant utilitatem nil acciperent. *Nonne iisdem vestigiis?* Hoc est, sinceritatem hanc ne tantillum quidem immutarent, sed eandem normam retinuerunt. 19. *Rursus putatis quod nos excusemus apud vos?* Vides quomodo ubique metuat, ne adulationis opinionem contrahat? vides prudentiam apostolicam, quam assidue id inculcet? Nam et prius dicebat, *Non rursus nos ipsos commendamus, sed occasionem damus vobis gloriandi* (2. Cor. 5. 12); et in epistolæ initio, *Num indigemus commendatitiis epistolis? Omnia autem propter ædificationem vestram* (2. Cor. 3. 1). Rursus eos demulcet: at ne hic quidem aperte ait, *Ob imbecillitatem vestram non accipimus: sed, Ut vos ædificemus; dilucidius aliquanto quam ante loquens, detegensque id quod animo parturiebat, non tamen amarulenter. Non enim dixit, Ob imbecillitatem vestram, sed, Ut ædificemini.* 20. *Timeo enim ne forte, cum venero, non quales volo inveniam vos, et ego inveniar a vobis, qualem non vultis.* Magnum aliquid ac molestum dicturus est, ac proinde excusationem ponit, tum per id quod dixit, *Omnia autem propter ædificationem vestram, tum quia adjecit, Timeo: ut eorum quæ dicturus est asperitatem mitiget.* Hoc quippe non jam arrogantia ejusdam erat, nec auctoritatis ejus, quam magistri adhibere solent, sed paternæ sollicitudinis; quod graviori etiam, quam illi ipsi qui peccarunt, metu commoveatur, cum eos castigare parabat. Quin ne sic quidem eos exagitat, nec certo pronuntiat, sed dubitando loquitur, *Ne forte, cum venero, non quales volo.* Non dixit, probos ac virtutis studiosos, sed, *Non quales volo;* ubique amoris vocabula usurpans. Hoc autem verbum, *Inveniam*, id quod præter expectationem contingit indicat, ut et illud, *Inveniar a vobis.* Neque enim res ea voluntatis est, sed necessitatis causam a vobis accipientis: ideoque ait, *Inveniar qualem non vultis.* Hic non dixit, *Qualem nolo, sed ad feriendum accommodatius, Qualem non vultis.* Jam enim deinceps voluntas ejus erat, non quidem primarie, sed voluntas tamen. Poterat siquidem rursus dicere, *Qualem nolo, atque ita amorem indicare; at remissum auditorem reddere volebat. Quin potius sic oratio plus asperitatis habuisset; nunc autem et vehementius ferit, et mitiorem se ostendit.* Hoc enim ipsius sapientia proprium est, ut, cum profundius secat; blandius percutiat. Postea, quia obscurius loquutus erat, his verbis istud detegit, *Ne forte contentio, æmulationes, animositates, detractiones, susurrations, inflationes.* Et quod prius ponere debebat, hoc posterius collocat: etenim adversus eum arrogantia efferebantur. Verum ne prius quod suum erat querere videretur, propterea id quod commune erat, priore loco ponit.

2. Hæc enim omnia ex invidia oriebantur, calumniæ, accusationes, dissidia. Siquidem invidia, velut pernicioza quædam radix, iracundiam, accusationem, arrogantiam, atque alia omnia parabat, ab

isque amplius augebatur. 21. *Ne iterum, cum venero, humiliet me Deus apud vos.* Hoc quoque, *Iterum*, percutientis erat. Sufficiunt enim priora, inquit: velut etiam initio dicebat, *Parcens vobis non veni Corinthum* (2. Cor. 1. 23). Vides quo pacto simul et indignationem et benevolentiam præ se ferat? Quid autem est, *Humiliet?* Atqui gloria hæc est, nempo accusare, pœna afficere, rationes exposcere, judicis loco et gradu sedere: at humiliationem tamen id vocat. Tantum scilicet aberat, ut hujusmodi humiliationis eum puderet, quandoquidem presentia corporis infirma erat, et sermo contemptibilis (2. Cor. 10. 10); ut etiam perpetuo in eo statu versari cupe-ret, contrariumque deprecaretur. Atque hoc postea apertius dicit, humiliationemque id maxime ducit, nimirum in inferendæ pœnæ atque supplicii necessitatem incidere. Cur autem non dixit, *Ne, cum venero, humiliet, verum, Ne, cum venero, humiliet me Deus?* Quoniam nisi propter ipsum nulla me ea res sollicitudine affecisset. Neque enim, ut potestatem habens atque arroganter me gerens; pœnas exigo, sed quia ipse ita edixit. Ac superius quidem istud posuit, dicens, *Inveniar, qualem non vultis;* hic autem demissius ac lenius blandiusque loquitur, dicens, *Et lugeam multos ex his qui ante peccarunt, non simpliciter, qui peccaverunt, sed, qui non egerunt pœnitentiam.* Non dixit, *Omnes, sed, Multos;* ac ne eos quidem declarat, hinc quoque facilem ipsis ad pœnitentiam reditum dans; perspicuumque faciens, pœnitentiam errata corrigere posse, seque eos demum lugere, qui pœnitentia minime ducebantur, qui incurabili morbo laborabant, qui suo in vulnere manebant. Animadvertite itaque apostolicam virtutem, quod nullius mali sibi conscius, pro alienis malis ingemiscat, ac pro iis, quæ alij perperam admiserunt, deprimatur. Hoc enim præsertim magistri munus est, discipulorum calamitatibus ad hunc modum affici, atque ob eorum quibus præest vulnera lugere. Postea peccati genus exponit: *Super fornicatione et immunditia quam egerunt.* Hic quoque fornicationem innuit: si vero quis tamen accurate rem expendat, omne peccati genus hoc nomine appellari potest. Nam quamvis fornicator præcipue atque adulter immundi dicantur: tamen cætera etiam peccata immunditiam animæ asserunt. Ideoque Christus quoque Judæos immundos appellat, non modo fornicationem, sed reliqua etiam improbitatis genera ipsis obiciens. Unde etiam ait, eos externa tantum mundasse; et, *Non quæ intrant in os, coinquant hominem, sed quæ exeunt* (Matth. 23. 25. et 15. 11). Et alio loco dictum est, *Immundus est apud Dominum omnis qui elato est corde* (Prov. 16. 6). Et jure quidem. Ut enim virtute nihil purius, sic improbitate nihil obscœnius est: illa enim sole splendidior est, hæc cœno fœtidior. Atque hoc suo testimonio comprobare illi queant, qui in cœno volutantur, atque in tenebris versantur, si modo quispiam effecerit, ut vel tantillum videre queant. Quamdiu enim secum ipsi sunt atque hoc affectu inebriantur, velut in tenebris degentes, fœde atque indecore et

θειαν, ἀλλὰ τὸν αὐτὸν κανόνα διετήρησαν. *Πάλιν δοκεῖτε, ὅτι ὑμῖν ἀπολογούμεθα*; Εἶδες πῶς πανταχοῦ δέδοικε μὴ κολακείας δόξαν λάβῃ; εἶδες φρόνησιν ἀποστολικήν, πῶς συνεχῶς αὐτὸ τίθησι; Καὶ γὰρ ἐμπροσθεν ἔλεγεν, *Ὁὐ πάλιν ἑαυτοὺς συνιστάομεν, ἀλλ' ἀφορμὴν διδόντες ὑμῖν καυχήματος*· καὶ ἐν προοιμίῳ τῆς Ἐπιστολῆς, *Μὴ χρῆζομεν συστατικῶν ἐπιστολῶν*; *Τὰ δὲ πάντα ὑπὲρ τῆς οἰκοδομῆς ὑμῶν*. Πάλιν αὐτοὺς θεραπεύει. Καὶ οὐδὲ ἐνταῦθα σαφῶς φησιν, ὅτι διὰ τοῦτο οὐ λαμβάνομεν, διὰ τὴν ἀσθένειαν ὑμῶν, ἀλλ' ἵνα οἰκοδομήσωμεν ὑμᾶς· σαφέστερον μὲν ἢ πρότερον εἰπὼν, καὶ ἐκκαλύψας ὅπερ ὠδινεν, οὐ μὴν πληκτικῶς. Οὐ γὰρ εἶπε, διὰ τὴν ἀσθένειαν ὑμῶν, ἀλλ', Ἴνα οἰκοδομηθῆτε. *Φοβοῦμαι γὰρ μὴ πῶς ἐλθῶν, οὐχ οἴους θέλω, εὖρω ὑμᾶς, καὶ ἐγὼ εὐρεθῶ ὑμῖν ὅλον οὐ θέλετε*. Μέλλει μέγα τι καὶ φορτικὸν λέγειν. διὰ τοῦτο καὶ τὴν ἀπολογία ἐτίθησι, τῷ τε εἰπεῖν, ὅτι *Πάντα ὑπὲρ τῆς ὑμῶν οἰκοδομῆς*, καὶ τῷ προσθεῖναι, ὅτι *Φοβοῦμαι*, τὸ τραχὺ καταστέλλων τῶν μελλόντων λεχθήσεσθαι. Τοῦτο γὰρ οὐκ εἶ: αὐθαδίας ἦν οὐδὲ ἐξουσίας διδασκαλικῆς, ἀλλὰ κηδεμονίας πατρικῆς, ὅταν τῶν ἡμαρτηκῶτων μάλλον φοβῆται, καὶ τρέμῃ τὸ μέλλον αὐτοὺς διορθοῦν. Ἄλλ' οὐδὲ οὕτως αὐτῶν κατατρέχει, οὐδὲ ἀποφαίνεται, ἀλλ' ἐνδοιάζων φησί, *Μὴ πῶς ἐλθῶν οὐχ οἴους θέλω*. Οὐκ εἶπεν, ἐναρέτους, ἀλλ', *Ὁὐχ οἴους θέλω*, ἡ δὲ πάντων τὰ τῆς φιλίας ἐνδείκνυμενος ὀνόματα. Καὶ τὸ *εὖρω* δὲ, τὸ παρὰ προσδοκίαν δηλοῦντός ἐστιν, ὡσπεροῦν καὶ τὸ *εὐρεθῶ ὑμῖν*. Οὐ γὰρ προαιρέσεως τὸ πρᾶγμα, ἀλλὰ ἀνάγκης τὴν αἰτίαν παρ' ὑμῶν λαμβανούσης. Διό φησιν, *εὐρεθῶ ὅλον οὐ θέλετε*. Ἐνταῦθα οὐκ εἶπεν, Ὅλον οὐ θέλω· ἀλλὰ πληκτικώτερον, *Ὅλον οὐ βούλεσθε*. Λοιπὸν γὰρ αὐτοῦ βούλημα ἦν, οὐχὶ προηγούμενον μὲν, βούλημα δ' οὖν ὁμοῦ. [635] Ἡδύνατο μὲν γὰρ πάλιν εἰπεῖν, Ὅλον οὐ θέλω, καὶ οὕτω δεῖξαι τὴν ἀγάπην· ἀλλ' οὐ βούλεται ἐκλύσαι τὸν ἀκροατὴν. Μᾶλλον δὲ καὶ τραχύτερος ὁ λόγος οὕτως ἐγένετο· νῦν δὲ καὶ ἐπληξε μειζόνως, καὶ ἡμερώτερον ἑαυτὸν ἐδειξε. Τοῦτο γὰρ αὐτοῦ τῆς σοφίας ἐστὶν ἴδιον, τὸ βαθυτέρον τέμνοντα, ἡμερώτερον πλήττειν. Εἶτα ἐπειδὴ ἀσαφῶς εἶπεν, ἐκκαλύπτει αὐτὸ λέγων, *Μὴ πῶς ἐρις, ζῆλοι, θυμοί, καταλαλιαί, ψιθυρισμοί, φυσιώσεις*. Καὶ ὁ πρῶτον ἐμελλε τιθέσθαι, τοῦτο ὕστερον τίθησι· κατ' αὐτοῦ γὰρ ἀπενοοῦντο. Ἴνα οὖν μὴ δόξη προηγουμένως τὸ ἑαυτοῦ ζητεῖν, τὸ κοινὸν λέγει πρῶτον.

β. Ταῦτα γὰρ πάντα ἀπὸ βασκανίας ἐτίκτετο, αἱ διαβολαί, αἱ κατηγορίαι, αἱ διαστάσεις. Ὡσπερ γὰρ τις ῥίζα μονηρὰ ἢ βασκανία τὸν θυμὸν, τὴν κατηγορίαν, τὴν ἀπόνοιαν, τὰ ἄλλα πάντα ἐτίκτε, καὶ παρ' αὐτῶν ἤρξετο μαιζόνως. *Μὴ πάλιν ἐλθόντα με ταπεινώσῃ ὁ θεὸς μου πρὸς ὑμᾶς*. Καὶ τὸ, *Πάλιν*, πλήττοντος ἦν. Ἀρκεῖ γὰρ τὰ πρότερα, φησίν· ὁ δὲ ἀρχόμενος ἔλεγεν, ὅτι *Φειδόμενος ὑμῶν οὐκ ἦλθον εἰς Κόρινθον*. Εἶδες πῶς καὶ ἀγανάκτησιν δείκνυσι καὶ φιλοστοργίαν; Τί δὲ ἐστὶ, *Ταπεινώσῃ*; Καὶ μὴν δόξα αὐτῆ ἐστὶ, τὸ ἐγκαλεῖν, τὸ τιμωρεῖσθαι, τὸ εὐ-

θύναι· ἀπαιτεῖν, τὸ ἐν τάξει δικαστοῦ καθέζεσθαι· ἀλλ' ὁμοῦ ταπεινώσιν αὐτὸ καλεῖ. Τοσοῦτον ἀπείχεν αἰσχύνεσθαι τῇ ταπεινώσει ἐκείνη, ὅτι ἡ παρουσία τοῦ σώματος ἀσθενῆς, καὶ ὁ λόγος ἐξουθενημένος· ὅτι καὶ διηνεκῶς ἠβούλετο ἐν τούτῳ εἶναι, καὶ τούναντιον ἀπηύχετο. Καὶ λέγει αὐτὸ προῖων σαφέστερον, καὶ ταπεινώσιν τοῦτο μάλιστα ἡγεῖται, τὸ εἰς τοιαύτην ἐμπροσθὴν ἀνάγκην τοῦ κολάζειν, τοῦ τιμωρεῖσθαι. Καὶ τίνος ἕνεκεν οὐκ εἶπε, *Μὴ ἐλθῶν ταπεινωθῶ, ἀλλὰ, Μὴ ἐλθόντα με ταπεινώσῃ ὁ θεὸς μου*; Ὅτι εἰ μὴ δι' αὐτὸν, οὐκ ἂν ἐπεστράφη, οὐκ ἂν ἐφρόντισα. Οὐδὲ γὰρ ὡς ἐξουσίαν ἔχων καὶ αὐθαδίζόμενος ἀπαιτῶ δίκην, ἀλλὰ διὰ τὸ αὐτοῦ ἐπίταγμα. Ἄνωτέρω μὲν οὖν αὐτὸ τίθησι λέγων, *εὐρεθῶ ὅλον οὐ θέλετε*· ἐνταῦθα δὲ καθυφίσει, καὶ ἡμερώτερον καὶ πραότερον φθέγγεται λέγων, *Πενθήσω πολλοὺς τῶν ἡμαρτηκῶτων*. Οὐχ ἀπλῶς ἡμαρτηκῶτων, ἀλλὰ *τῶν μὴ μετανοησάντων*. Καὶ οὐκ εἶπε, πάντας, ἀλλὰ, *Πολλοὺς*· καὶ οὐδὲ τούτους ποιεῖ φανεροὺς, διδοὺς κἀνεκῶν ῥάδιαν αὐτοῖς τὴν πρὸς τὴν μετανοίαν ἐπάνοδον· καὶ ὅλον ποιῶν, ὅτι δύναται μετάνοια τὰ πεπλημμελημένα διορθῶσαι, τοὺς μὴ μετανοοῦντας πενθεῖ, τοὺς τὰ ἀνίατα νοσοῦντας, τοὺς ἐν τῷ τραύματι μένοντας. Ἐνόησον τοίνυν ἀποστολικὴν ἀρετὴν, ὅταν μηδὲν ἑαυτῷ συνειδῶς πονηρὸν, ὑπὲρ ἄλλοτρίων θρηγῆ κακῶν, καὶ ὑπὲρ τῶν ἐτέροις πεπλημμελημένων ταπεινώται. Τοῦτο γὰρ μάλιστα τοῦ διδασκάλου, τὸ οὕτω συναλεῖν ταῖς τῶν μαθητῶν συμφοραῖς, τὸ κόπτεσθαι καὶ πενθεῖν ἐπὶ τοῖς τραύμασι τῶν ἀρχομένων. Εἶτα λέγει καὶ τὸ εἶδος τῆς ἀμαρτίας· *Ἐπι τῇ ἀσελγείᾳ καὶ ἀκαθαρσίᾳ ἢ ἐπραξάν*. Καὶ αὐτὸς μὲν ἐνταῦθα πορνείαν αἰνίττεται· [636] εἰ δὲ τις ἀκριβῶς ἐξετάσει, καὶ ἅπαν εἶδος ἀμαρτίας τοῦτῳ δύναται καλεῖσθαι τῷ ὀνόματι. Εἰ γὰρ καὶ κατ' ἐξοχὴν ὁ πόρνος καὶ ὁ μοιχὸς λέγεται ἀκάθαρτος, ἀλλ' ὁμοῦ καὶ τὰ ἄλλα ἀμαρτήματα ἀκαθαρσίαν ἐμποιοῖ τῇ ψυχῇ. Διὰ δὲ τοῦτο καὶ ὁ Χριστὸς ἀκαθάρτους καλεῖ τοὺς Ἰουδαίους, οὐχὶ πορνείαν αὐτοῖς ἐγκαλῶν μόνον, ἀλλὰ καὶ πονηρίαν ἐτέραν. Διὸ καὶ φησι, ποιῆσαι καὶ τὸ ἐξω καθαρὸν· καὶ, ὅτι· *Ὁὐ τὰ εἰσερχόμενα κοινοὶ τὸν ἄνθρωπον, ἀλλὰ τὰ ἐξερχόμενα*· καὶ ἀλλαχοῦ εἰρηται, *Ἀκάθαρτος παρὰ Κυρίῳ πᾶς ὑψηλοκάρδιος*. Καὶ εἰκότως. Οὐδὲν γὰρ ἀρετῆς καθαρώτερον, οὐδὲν κακίας ἀκαθαρτότερον· ἢ μὲν γὰρ ἡλίου λαμπροτέρα ἐστὶν, ἢ δὲ βορβόρου δυσωδεστέρα. Καὶ ταῦτα μαρτυρήσαιεν ἂν καὶ αὐτοὶ οἱ ἐν τῷ βορβόρῳ κυλινδούμενοι, καὶ οἱ ἐν τῷ σκότῳ διάγοντες, ὅταν μικρὸν γούν τις αὐτοὺς διαβλέψαι παρασκευάζῃ. Ἔως μὲν γὰρ ἂν καθ' ἑαυτοὺς ὦσι, καὶ μεθύωσι τῷ πάθει, καθάπερ ἐν σκότῳ διατρίβοντες ἀσχημόνως κείνται μετὰ πολλῆς τῆς αἰσχρότητος, αἰσθανόμενοι μὲν καὶ τότε εἶθαι εἰσὶν, οὐκ ἀκριβῶς δὲ· ἐπειδὴν δὲ ἴδωσι τινα αὐτοὺς ἐλέγχοντα τῶν ἐν ἀρετῇ βιούντων, ἢ καὶ φανέντα μόνον, τότε σαφέστερον αὐτῶν διαγιγνώσκουσι τὴν ἀλιότητά, καὶ ὡσπερ ἀκτίνος ἀφειθείσης, οὕτω περιστέλλουσι τὴν οἰκίαν ἀσχημοσύνην, καὶ τοὺς συνειδόμενους ἐρυθριῶσι, κἂν ὁ μὲν δούλος, ὁ δὲ ἐλεύθερος ἦ, καὶ ὁ μὲν βασιλεὺς, ὁ δὲ ἀρχόμενος. Οὕτω

ιδῶν τὸν Ἥλιον ὁ Ἀχαῖς ἠσχύνετο, καὶ μηδέπω
μηδὲν εἰρηκᾶτος ἔκειντο, ἀπὸ τῆς ἔψεως αὐτοῦ μῆ-
νης ἀλόους· καὶ σιγῶντος τοῦ κατηγόρου, τὴν κατα-
δικάζουσαν αὐτὸν ἔφερε ψῆφον, τὰ τῶν θαλασσοπόρων
φθεγγόμενος, καὶ λέγων, *Ἐθρηκάς με ὁ ἄχθρός μου*.
Οὕτως αὐτὸς ὁ Ἥλιος τῷ τυράννῳ τότε ἐκείνῳ μετὰ
πολλῆς διελέγετο τῆς παρῆρσις. Οὕτως ὁ Ἡρώδης,
οὐ φέρων τὴν ἀπὸ τῶν ἐλέγχων αἰσχύνην (καὶ γὰρ
εἶδειε σαφέστερον, λάμψασα μέγα καὶ διαυγῆς ἡ τῆς
προφητικῆς γλώττης φωνή), ἐνέβαλεν εἰς τὸ δεσμο-
τήριον τὸν Ἰωάννην· κατὰπερ γυμνὸς ὢν, καὶ τὸν
λύχον σβῆσαι ἐπιχειρῶν, ἵνα πάλιν ἐν τῷ σκότῳ ᾗ.
Μᾶλλον δὲ αὐτὸς μὲν οὐκ ἐτόλμησε σβῆσαι, ἀλλ'
ὡσπερ ὑπὸ τὸν μόδιον εἰς τὸ οἶκμα τέθεικται· ἡ δὲ
ἀθλία καὶ ταλαίπωρος ἐκείνη τοῦτο γενέσθαι κατ-
ηνάγκασεν. Ἄλλ' οὐδὲ οὕτω καλύψαι ἴσχυσαν τὸν
ἐλεγχον, ἀλλὰ μισζόντως ἀνήσαν. Οἱ τε γὰρ ἔρωτων-
τες, διὰ τί Ἰωάννης εἰς τὸ δεσμοτήριον οἰκεῖ, τὴν
αἰτίαν ἐμάνθανον, οἳ τε μετὰ ταῦτα γῆν καὶ θάλατ-
ταν οἰκοῦντες ἅπαντες, οἳ τε τότε γενόμενοι, οἳ τε
νῦν, οἳ τε αὔθις ἐσόμενοι, σαφῶς ἔγνωσαν τε καὶ
εἰσονται τὰ πονηρὰ ταῦτα δράματα, τὰ τε τῆς ἀσελ-
γείας, τὰ τε τῆς μαιφονίας αὐτῶν, καὶ χρόνος οὐ-
δεὶς τὴν μνήμην τούτων ἐξαλείψαι δύνησεται.

γ'. Τοσοῦτον ἐστὶν ἀρετῆ, οὕτως ἀθάνατον ἔχει τὴν
μνήμην, οὕτω καὶ ἀπὸ βημάτων μόνων καταπλήττει
τοὺς ἀντικειμένους αὐτῇ. Τίνος γὰρ ἔνεκεν ἐνέβαλεν
αὐτὸν εἰς τὸ δεσμοτήριον; διὰ τί μὴ κατεφρόνησε;
μὴ γὰρ εἰς δικαστήριον αὐτὸν ἐμᾶλλον [637] ἔλκειν;
μὴ γὰρ δίκην ἀπήτησε τῆς μοιχείας; οὐχὶ ἔλεγχος ἦν
τέως τὰ λεγόμενα μόνον; τί τοίνυν δέδοικε καὶ τρέ-
μει; οὐχὶ βήματα ἦν καὶ λόγος ψιλός; Ἄλλὰ μᾶλλον
πραγμάτων ἔδακνε. Οὐκ ἤγαγεν εἰς δικαστήριον,
ἀλλ' εἰς ἕτερον τοῦ συνειδότες εἶλεν αὐτὸν κριτήριον,
καὶ πάντας ἐκάθισεν αὐτῷ δικαστὰς τοὺς μετ' ἐξου-
σίας κατὰ διάνοιαν τότε τὰς ψήφους φέροντας. Διὰ
τοῦτο ἔτρεμεν ὁ τύραννος, τῆς ἀρετῆς τὴν λαμπρότητα
οὐ φέρων. Εἶδες ἡλίχον φιλοσοφία; δεσμώτην τυράν-
νου λαμπρότερον ἐποίησε, καὶ τοῦτον ἐκείνος δέδοικε
καὶ τρέμει. Ἄλλ' αὐτὸς μὲν ἔδῃσε μόνον· ἡ δὲ μιὰρὰ
ἐκείνη καὶ ἐπὶ τὴν σφαγὴν ὤρμησε. Καίτοι γε ἐπὶ
τοῦτον ἐδ' ἐγκλημα μᾶλλον ἐφέρετο. Οὐδὲ γὰρ ἐκείνη
εἴτε ἀπαντήσας εἶπε, τί συνοικεῖς τῷ τυράννῳ; οὐκ
ἐπειδὴ ἀνεύθυνος ἦν· πῶς γὰρ; ἀλλ' ἐντεῦθεν τὸ πᾶν
διορθῶσαι ἐβούλετο. Διὰ τοῦτον ἐμέμψατο· καὶ οὐδὲ
τοῦτον εφοβῶς. Οὐδὲ γὰρ εἶπεν, Ὁ μιὰρὰ καὶ παμ-
μίαιρα, καὶ παράνομος, καὶ βέβηλε, κατεπάτησας τοῦ
θεοῦ τὸν νόμον, κατεφρόνησας τῶν ἐπιταχθέντων,
τὴν ἰσχὺν τὴν σὴν νόμον ἐποίησας. Οὐδὲν τούτων,
ἀλλὰ καὶ ἐν τοῖς ἐλέγχῳ πολλὴ ἡ ἐπιείκεια τοῦ ἀν-
δρός, πολλὴ ἡ πραότης· *Οὐκ ἔξεστι σοὶ γὰρ ἔχειν,*
φῆσι, τὴν γυναῖκα Φιλίππου τοῦ ἀδελφοῦ σου.
Διδάσκωντος μᾶλλον τὸ βῆμα ἢ ἐλέγχοντος, παιδεύον-
τος ἢ κολάζοντος, βυθμίζοντος ἢ ἐκπομπέοντος, δι-

ορθοῦντος ἢ ἐπεμβαίνοντος. Ἄλλ', ἔπερ ἔφην, ἐχθρὸν
τῷ κλέπτῃ τὸ φῶς, ἐπαχθὸς ὁ δίκαιος τοῖς ἁμαρτάν-
ουσι καὶ φαινόμενος ἀπλῶς· *βαρὺς γὰρ ἡμῖν καὶ*
βλεπόμενος. Οὐ γὰρ φέρουσι αὐτοῦ τὰς ἀκτίνας,
καθὰπερ οἱ τοὺς ὀφθαλμοὺς νοσοῦντες, τὰς ἡλιακὰς.
Πολλοὶ δὲ τῶν πονηρῶν οὐ φαινόμενος μόνον, ἀλλὰ
καὶ ἀκουόμενος, βαρὺς. Διὰ τοι τοῦτο καὶ ἡ μιὰρὰ
καὶ παμμίαιρος ἐκείνη, ἡ προαγωγὸς τοῦ θυγατρῖου,
μᾶλλον δὲ ἡ παιδοκτόνος, καίτοι οὐδὲ ἰδοῦσα αὐτὸν,
οὐδὲ ἀκούσασα αὐτοῦ τῆς φωνῆς, ἐπὶ τὴν σφαγὴν
ὤρμησε· καὶ παρασκευάζει ἢ ἀσελγῶς ἔθρεψε, ταύ-
την καὶ εἰς φόνον ἔλθειν· οὕτως ἐκ περιορισίας αὐτὸν
ἐδεδόικε. Καὶ τί φησι; *Δός μοι ἐπὶ πίνακι ὡς*
τὴν κεφαλὴν Ἰωάννου τοῦ βασιλεῦτος. Ποῖ φέρῃ
κατὰ κρημνῶν, ἀθλία καὶ ταλαίπωρος; μὴ γὰρ πέρ-
εστιν ὁ κατήγορος; μὴ γὰρ ὁρᾷται καὶ ἐνοχλεῖ;
Ἔτεροι εἶσαν, βαρὺς ἡμῖν ἔστι καὶ βλεπόμενος·
ταύτη δὲ, ἔπερ εἶπον, καὶ ἀκουόμενος· διὸ φησι, *Δός*
μοι ὡς ἐπὶ πίνακι τὴν κεφαλὴν Ἰωάννου. Καὶ
μὴν δεσμοτήριον οἰκεῖ διὰ σέ, καὶ ἀλύσει περιχει-
ται, καὶ ἔξεστί σοι νεανιεύεσθαι ἐπὶ τῷ ἔρωτι, καὶ
λέγειν οὕτως· Ἐκράτησα τοῦ βασιλέως, ὅτι οὐδὲ δη-
μοσίᾳ ἐγκληθεὶς καθυπῆκεν, οὐδὲ ἀπέστη τοῦ ἔρωτος,
οὐδὲ διέσπασέ μου τὴν μοιχείαν, ἀλλὰ καὶ τὸν ἐγκα-
λέσαντα ἔδῃσε. Τί μάλιν καὶ λυσσᾶς, ἔχουσα καὶ
μετὰ τὸν ἐλεγχον τῆς ἁμαρτίας τὸν νυμφιον; τί τρά-
πεζαν ἐριννύων ἐπιζητεῖς, καὶ δαιμόνων ἀλαστόρων
συμπόσιον κατασκευάζεις; Εἶδες πῶς οὐδαμῖνον, πῶς
δειλὸν, πῶς ἀνανδρον ἢ κακία, πῶς ὅτε μάλιστα κρα-
τήσῃ, τότε [638] γίνεται ἀσθενεστέρα; Καὶ γὰρ αὐτῇ
οὐχ οὕτως ἐθοροβεῖτο πρὶν εἰς δεσμοτήριον ἐμβαλεῖν
τὸν Ἰωάννην, ὡς παρὰτῆρα δεθέντος αὐτοῦ, καὶ
ἐπαίγει λέγουσα, *Δός μοι ὡς ἐπὶ πίνακι τὴν κε-*
φαλὴν Ἰωάννου. Καὶ διὰ τί ὡς; Δέδοικα μὴ
συσκισσῆθαι, φησὶν, ὁ φόνος, μὴ ἐξέλωσιν αὐτὸν τινες
τοῦ κινδύνου. Καὶ διὰ τί μὴ ὄλον τὸν νεκρὸν ἐπιζη-
τεῖς, ἀλλὰ τὴν κεφαλὴν; Τὴν λυπῆσασαν, φησὶ, γλώτ-
ταν, ταύτην ἐπιθυμῶ σιγῶσαν ἰδεῖν. Ἄλλὰ τοῦναν-
τίον ἐστὶν, ὅπερ οὖν καὶ γέγονεν, ἀθλία καὶ ταλαί-
πωρος, λαμπρότερον βοήσεται, μετὰ ταῦτα ἀποτυμ-
θεῖσα. Τότε μὲν γὰρ ἐν Ἰουδαίᾳ μόνον ἔβδα, νῦν δὲ
πρὸς τὰ πέρατα τῆς οἰκουμένης ἀφίξεται· καὶ ὅπου-
περ ἂν εἰσέλθῃ εἰς Ἐκκλησίαν, κἂν ἐν τῇ Μαύρῳν,
κἂν ἐν τῇ Περσῶν, κἂν πρὸς αὐτὰς τὰς Βρετανικὰς
νήσους, ἀκούεις βοῶντος Ἰωάννου, *Οὐκ ἔξεστι σοὶ*
ἔχειν τὴν γυναῖκα Φιλίππου τοῦ ἀδελφοῦ σου.
Ἄλλ' οὐδὲν εἰδοῦσα αὐτῇ φιλοσοφεῖν κατεπέγει καὶ
ἄγχει καὶ ὠθεῖ τὸν ἀνόητον τύραννον ἐπὶ τὸν φόνον,
δεδοικυῖα μὴ ποτε μεταδάλῃται. Σὺ δὲ μάθε πάλιν
κάντεῦθεν τῆς ἀρετῆς τὴν ἰσχύν. Οὐδὲ ἐγκεκλεισμέ-
νον, οὐδὲ δεδεμένον καὶ σιγῶντα φέρει τὸν δίκαιον.
Εἶδες πῶς ἀσθενὲς ἢ κακία, πῶς ἀκάθαρτος; Ἄνετ
γὰρ ἐδεδωμάτων ἀνθρωπίνῳ κεφαλῇ ἐπὶ πίνακι εἰσ-
άγει. Τί μιὰρῶτερον, τί δὲ ἐναγέστερον, τί δὲ ἀν-
αίδεότερον τῆς κόρης ἐκείνης; οἶαν ἀφῆκε φωνὴν ἐν

cum summa turpitudine jacent, sentientes illi quidem tum quoque quo in statu sint, sed non perfecte: at cum ab aliquo eorum, qui in virtute vivunt, sese coargui viderint, vel etiam eum conspexerint, tum demum miseriam suam apertius agnoscunt, ac velut immisso quodam radio fœditatem suam contegunt, atque ante consciôrûm ora erubescunt, etiamsi hic servus sit, ille liber, hic subditus, ille rex. Sic Achab ad Eliæ conspectum pudore suffusus est, tamen nullum ille verbum adhuc emiserat, solo videlicet ipsius prospectu convictus: ac silente accusatore, sententiam, qua facinus ipsius damnabatur, ferebat, eorum qui convicti sunt verba proferens, ac dicens, *Invenisti me, hostis meus* (3. Reg. 21. 20). Tanta videlicet animi libertate ac fiducia Elias tyrannum illum tunc alloquebatur. Sic Herodes, cum reprehensionum pudorem ferre non posset (siquidem propheticæ vocis ingens ac præclarus splendor erat), Joannem in carcerem conjecit, tamquam qui nudus esset, ac lucernam extinguere conaretur, ut rursus in tenebris degeret. Quin potius ipse quidem eam extinguere non ausus est, sed in domo, velut sub modio, collocavit: infelix autem ac misera illa hoc ut fieret, ab eo extorsit. At ne sic quidem criminis reprehensionem obtegere potuerunt, verum eam magis accenderunt. Nam et qui sciscitabantur quam ob causam Joannes in vinculis teneretur, eam disciebant et qui postea vel tum terram aut mare incolebant, vel nunc sunt, aut posthac futuri sunt, sceleratam hanc tragœdiam, hoc est tam libidinem, quam nefariam ab ipsis perpetratam cædem, apertius intellexerunt atque intellecturi sunt; nec ulla unquam vetustas harum rerum memoriam delere poterit.

3. Tam præclara res est virtus, tamque immortalis est ipsius memoria: ita vel sermone solo eos, qui ipsi adversarii sunt, metu concutit! Cur enim eum in carcerem conjecit? cur non eum contempsit? num Joannes eum in judicium tracturus erat? num adulterii pœnas ab eo expetiit? nonne reprehensio dumtaxat erant ea quæ dicebantur? Quid ergo metuit ac tremit? annon verba erant, ac simplex sermo? Sed hujusmodi verba magis, quam res ipsæ pungebant. Non eum ad judicium, sed ad aliud conscientie tribunal pertrahebat; omnesque eos, qui libera cogitatione suffragium tunc ferebant, iudices ipsi constituebat. Quocirca tremebat tyrannus, virtutis splendorem haud ferens. Vides quanta philosophiæ vis sit? eum qui catenis victus erat, tyranno splendidiorem reddidit, effecitque ut hic illum formidaret ac tremere. Verum ipse quidem in vincula dumtaxat eum conjecit; at nefaria illa in cædem impulit. Quamquam alioqui in hunc potius crimen conferebatur. Neque enim, eum obviam illi factus fuisset, dixerat, Cur cum tyranno consuetudinem habes? non quod illa criminis vacaret, (qui enim id fieri potuisset?) verum hæc ratione totum emendare volebat. Quamobrem illum reprehendit, nec admodum vehementer. Neque enim dixit, O scelesti, imo scelestissime, o flagitiose ac profane, Dei legem

protrivisti, imperia illius contempsisti, potentiam tuam pro lege habuisti. Nihil horum loquutus est, sed etiam in criminis insectatione multa ab eo moderatio ac lenitas adhibita est: *Non licet, inquit, tibi habere uxorem Philippi fratris tui* (Marc. 6. 18). Quæ quidem verba docentis potius sunt quam coarguentis, erudentis potius quam vindicantis, instituentis potius quam tradocentis, corrigentis potius quam insultantis. Verum, ut dixi, inimica furi lux est: vir justus vel solo aspectu peccatoribus molestus est: *Gravis est enim nobis, inquit, etiam ad videndum* (Sap. 2. 14). Neque enim ipsius radios ferre queunt: quemadmodum nec solares radios, qui ægris oculis sunt. Multis quoque pravis hominibus non aspectu tantum, sed etiam auditu gravis est. Ac proinde scelerata illa, atque adeo sceleratissima filiæ lena, vel carnifex potius, quamvis ne ipsum quidem vidisset, nec ipsius vocem audisset, tamen ad ejus cædem animum adjecit; operamque dedit, ut ea, quam impudice alebat, in cædem quoque prorumperet: usque adeo eum metuebat! Et quid ait? *Da mihi in disco hic caput Joannis Baptistæ* (Matth. 14. 8). Quo præcepto ferris misera et calamitosa? num adest accusator? num cernitur ac molestiam exhibet? Alii dicebant, *Gravis est nobis etiam ad videndum*; huic autem, uti dixi, auditu etiam gravis est: ob idque ait, *Da mihi in disco hic caput Joannis*. Atqui tua causa carcerem incolit ac vinculis adstrictus tenetur, tibi que licet amoris ergo tete jactare, atque his verbis uti: Regem superavi, quandoquidem ne publice quidem reprehensus, remissior fuit, nec ab amore se abduxit, nec adulterium meum divulsit: quin potius eum ipsum, a quo propterea reprehensus fuerat, in vincula conjecit. Quid furis ac rabie percelleris, cum etiam post peccati reprehensionem sponso fruaris? quid furiarum mensam requiris, atque carnificum dæmonum convivium efficis? Vides quam nihil prorsus, quam meticulousam atque ignavum sibi vitium? quoniam modo, cum maxime vincit, tum imbecillius fiat? Etenim ea non ita tumultuabatur, antequam Joannem in carcerem contrusisset, quam victo postea eo perturbabatur, atque urgebat, dicens, *Da mihi hic in disco caput Joannis*. Et quare hic? Timeo, inquit, ne cædes ceu umbra obturbetur: ne aliqui eum e periculo eripiant. Et quare non integrum cadaver, sed caput dumtaxat poscis? Linguam illam, inquit, silentem cernere gestio, quæ me molestia affecit. At, o infelix ac misera, contrarium omnino eveniet: secta enim clarius postea clamabit. Tunc enim in Judæa tantum clamabat; nunc autem ad extremos usque orbis fines se conferet: et in quamcumque Ecclesiam ingressus fueris, sive apud Mauros, sive apud Pertas, sive apud ipsas Britannicas insulas, clamantem Joannem audis, *Non licet tibi habere uxorem Philippi fratris tui*. Verum illa sapientiæ omnis expertus et ignara stolidum tyrannum ad cædem urget, et premit atque impellit; metuens scilicet, ne sententiam mutet. Ac tu hinc quoque virtutis robur

intellige : ne carcere quidem inclusum ac vinculis adstrictum , et silentem justum virum ferre potest. Vides quam imbecilla , quam impura res sit vitium ? Etenim humanum corpus eduliorum loco in disco infert. Quid puella illa scelestius , quid libidinosius , quid impudentius ? quam in diaboli theatro , ac demonum convivio vocem emisit ? Vides linguam , et linguam : alteram salutaria medicamenta ferentem , alteram autem venenum habentem , ac diabolicarum epularum exstructricem ? Sed cur non intus in ipso convivio , ubi major ei voluptas erat ; eum obruncari jussit ? Metuebat scilicet ne , si eo accessisset sequæ contuendum præbuisset , ipso aspectu ac loquendi libertate omnium animos immutaret. Ideo caput quærebat , illustre stupri tropæum erigere cupiens ; et matri suæ dedit.

4. Vides saltationis præmia ? vides diabolicarum insidiarum spolia ? non Joannis caput dico , sed ipsum maritum. Nam si quis accurate rem expenderit , adversus regem tropæum erit ; et quæ vicerat , vincebatur , et qui capite truncatus fuerat , coronam obtinebat ac victor pronuntiabatur , ut qui etiam post mortem animos eorum , qui scelere se constrinxerant , vehementius concuteret. Quodque hæc , quæ a me dicta sunt , non inanis quidam verborum fumus sint , Herodem ipsum interroga. Nam ille ,

postquam Christi miracula ad ejus aures pervenerunt , dicebat : *Hic est Joannes : ipse surrexit a mortuis , et ideo virtutes operantur in eo* (*Matth. 14. 2*). Usque adeo vigentem in se metum ac perpetuam trepidationem habebat ; nec quisquam erat , qui conscientie terrorem ei eximere posset , verum incorruptus ille judex continenter eum præfocabat , singulisque diebus perpetratæ cædis pœnas ab eo repelebat. Hæc cum perspecta habeamus , ne malo ab aliis affici , sed malum aliis inferre metuamus : illud enim victoria est , hoc clades. Eaque de causa Paulus etiam dicebat : *Quare non potius injuriam accipitis ? Sed vos injuriam facitis , et fraudatis : et quidem fratres* (*1 Cor. 6. 7. 8*). Etenim in perferendis malis coronæ bravia et præconia acquiruntur. Idque in omnibus sanctis perspicere est. Quia igitur omnes hac ratione corona donati , ac victores pronuntiatii sunt , nos proinde eandem viam ingrediamur ; atque illud quidem oremus , ut in tentationem minime intremus ; cæterum si accesserit , adversus ipsam fortissime stemus , eamque , quam par est , animi promptitudinem exhibeamus : ut futura bona nanciscamur , per gratiam et benignitatem Domini nostri Jesu Christi , cui cum Patre et Spiritu sancto gloria , honor , imperium , nunc et semper , et in sæcula sæculorum. Amen.

HOMILIA XXIX.

CAP. 13. v. 1. *Ecce tertio hoc venio ad vos ; In ore duorum ac trium testium stabit omne verbum.*

1. Cum aliunde etiam multis ex rebus , tum vel hinc maxime Pauli philosophiam , paternumque affectum perspicere licet : nimirum quam in denunciandis rebus vehemens , in inferendis autem pœnis tardus sit. Neque enim de iis qui peccabant pœnas statim sumpsit , sed semel atque iterum admonuit ; ac ne sicquidem in contumaces animadvertit , sed rursus admonet ac denuntiat dicens , *Tertio hoc venio ad vos* , ac priusquam adsim , rursus scribo. Postea , ne cunctatio segnitatem illis pariat , vide quo pacto hinc quoque eos corrigat , assidue nempe interminans ac plagas intentans , atque hisce verbis utens , *Si venero iterum , non parciam ; et , Ne , cum venero , lugeam multos*. Hæc porro idcirco facit ac loquitur , ut hac quoque parte omnium Dominum imitetur. Nam et Deus assidue quidem comminatur , ac sæpe præcipit , sed non sæpe punit et cruciatum infert. Ille itaque ipse quoque facit : ideoque etiam ante dicebat , *Parcens vobis non ultra veni Corinthum*. Quid est , *Parcens vobis* (*2. Cor. 1. 23*) ? Ille est , ne vos sceleribus devinctos inveniens , ac sine ulla emendatione in his perstantes , pœna et cruciatu vos afficiam. Et hoc loco , *Tertio hoc venio ad vos : In ore duorum ac trium testium stabit omne verbum*. Non scriptum cum scripto connectit : id quod alio quoque loco facit , cum ait , *Qui adhæret meretrici , unum corpus est : crunt enim , inquit , duo*

in carne una (*1. Cor. 6. 16*). Et quidem de legitimo matrimonio hoc dictum est ; verum eo loco commode ad hoc abusus est , ut vehementiorem terrorem incuteret. Ita ergo hic quoque facit , nempe testimoniorum loco adventus suos ac pœnæ denuntiationes ponens. Quod autem ait , hanc sententiam habet : Semel dixi atque iterum , cum ad vos accessi , et nunc item per litteras dico. Ac si quidem me audieritis , quod cupiebam contigit ; sin autem verba mea contempseritis , deinceps necesse erit , ut præstem quæ dixi , ac pœnam inferam. Idcirco ait : *2. Prædixi , et prædico ut præsens bis , nunc etiam absens scribo iis qui peccaverunt , et reliquis omnibus , quod si iterum venero , non parciam*. Nam si in ore duorum ac trium testium stat omne verbum , bis adfui et dixi , ac nunc quoque per epistolam dico ; jam itaque deinceps necesse est verba mea vera inveniri. Non enim est quod existimetis litteras meas inferioris auctoritatis esse , quam præsentiam , ut enim præsens dicebam , sic nunc quoque absens scribo. Vides paternam curam ac sollicitudinem ? vides magistro congruentem providentiam ? Nec tacuit , nec rursus pœnam intulit , verum sæpius quoque prædicit , atque in interminatione constanter permanet ac pœnam differt. Quod si in peccatis obstinati maneat , tum demum re ipsa pœnam se inflicturn minatur. Quid autem præsens prædixisti , ac nunc absens scribis ? *Quod si venero iterum , non parciam*. Postquam superius se hoc , nisi necessitate coactum , facere non posse ostendit , ac luctum et

τῷ θεάτρῳ τοῦ διαβόλου, καὶ τῷ συμποσίῳ τῶν δαιμόνων; Εἶδες γλώτταν καὶ γλώτταν, τὴν μὲν φάρμακα φέρουσαν σωτήρια, τὴν δὲ δηλητηρίον ἔχουσαν, καὶ τραπεζοποιὸν γινομένην ἐστίασεως διαβολικῆς; Ἀλλὰ τίνας ἐνεκεν οὐκ ἐκέλευσεν ἔνδον ἐν τῷ συμποσίῳ αὐτὸν κατασφαγῆναι, ἔνθα πλείων ἦν αὐτῇ ἡδονῇ; Ἐδεδοκίμει μὴ παραγενόμενος καὶ ὄφθεις, ἅπαντας μεταβάλλει διὰ τῆς ὄψεως, διὰ τῆς παβήσεως. Διὰ τοι τοῦτο τὴν κεφαλὴν ἐπιζητεῖ, τρόπαιον πορνείας λαμπρὸν στήσαι βουλομένη· καὶ ἔδωκε τῇ μητρὶ αὐτῆς.

δ'. Εἶδες τῆς ὀρχήσεως τὰ ἐπιχειρήματα, εἶδες τὰ λάφυρα τῆς διαβολικῆς ἐπιβουλῆς; οὐ τὴν κεφαλὴν Ἰωάννου λέγω, ἀλλ' αὐτὸν τὸν συνοικούντα. Εἰ γὰρ τις ἀκριδῶς ἐξετάσει, κατὰ τὸ βασιλέως ἔσται α τὸ τρόπαιον, καὶ ἡ νικῆσασα ἡττᾶτο, καὶ ὁ ἀποτμηθεὶς ἐστεφανώτο καὶ ἀνεκηρύττετο, καὶ μετὰ τὴν τελευτὴν σφοδρότερον κατασεύων τῶν ἡμαρτηκῶτων τὴν διάνοιαν. Καὶ ὅτι οὐ κόμπος τὰ εἰρημένα, αὐτὸν ἐρώτησαν τὸν Ἡρώδη· ὅς, ἐπειδὴ τοῦ Χριστοῦ τὰ ση-

α Conjecit Dunæus ἔστι.

μεῖα ἤκουσεν, ἔλεγεν· *Οὗτός ἐστιν Ἰωάννης· αὐτός ἐγέρθη ἐκ νεκρῶν, καὶ διὰ τοῦτο ἐνεργοῦσιν αὐτῷ δυνάμεις ἐν αὐτῷ*. Οὕτως ἀκμάζοντα εἶχε τὸν φρόνον καὶ διηνεκῆ τὴν ἀγωνίαν· καὶ οὐδεὶς ἀποβαλεῖν τὸ δέος τοῦ συνειδέτος ἴσχυσεν, ἀλλ' ἔμεινεν ὁ δικαστῆς ἐκεῖνος ὁ ἀδέκαστος ἀγχιον αὐτόν, καὶ καθ' ἡμέραν δίκην ἀπαϊτῶν τῆς σφαγῆς. Ταῦτ' οὖν εἰδότες, μὴ φοβώμεθα τὸ κακῶς παθεῖν, ἀλλὰ τὸ δρᾶσαι κακῶς· τοῦτο [639] μὲν γὰρ νίκη, ἐκεῖνο δὲ ἦττα. Διὸ καὶ ὁ Παῦλος ἔλεγε, *Διὰ τί οὐ μᾶλλον ἀδικεῖσθε; Ἀλλ' ὑμεῖς ἀδικεῖτε καὶ ἀποστερεῖτε, καὶ ταῦτα ἀδελφούς*. Ἐν γὰρ τῷ πάσχειν κακῶς οἱ στέφανοι καὶ τὰ βραβεῖα καὶ ἡ ἀνακήρυξις. Καὶ τοῦτο ἐπὶ πάντων ἔστι τῶν ἀγίων ἰδεῖν. Ἐπεὶ οὖν ἅπαντες ἐστεφανώθησαν οὕτως, ἀνεκηρύχθησαν οὕτω, καὶ ἡμεῖς ταύτην ὀδεύομεν τὴν ὁδόν· καὶ εὐχόμεθα μὲν μὴ εἰσελεῖν εἰς πειρασμόν· εἰ δὲ παραγένοιτο, μετὰ πολλῆς ἰστάμενοι τῆς ἀνδρείας, τὴν προσήκουσαν ἐπιδειξώμεθα προθυμίαν· ἵνα τῶν μελλόντων ἐπιτύχωμεν ἀγαθῶν, χάριτι καὶ φιλανθρωπίᾳ τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, μετ' οὐ τῷ Πατρὶ ἅμα τῷ ἁγίῳ Πνεύματι δόξα, κράτος, τιμὴ, νῦν καὶ ἀεὶ, καὶ εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. Ἀμήν.

ΟΜΙΛΙΑ ΚΘ'.

Τρίτον τοῦτο ἔρχομαι πρὸς ὑμᾶς, ἐπὶ στόματος δύο μαρτύρων καὶ τριῶν σταθῆσεται πᾶν ῥῆμα.

α'. Πολλαχῶθεν μὲν καὶ ἄλλοθεν, μάλιστα δὲ καὶ ἐκ τούτου, τοῦ Παύλου τὴν φιλοσοφίαν ἔστιν ἰδεῖν, καὶ τὴν πολλὴν φιλοστοργίαν πῶς πολὺς μὲν ἐν ταῖς παραγγελίαις καὶ σφοδρῶς, ὀκνηρῶς δὲ καὶ μελλήτης ἐν ταῖς τιμωρίαις. Οὐ γὰρ εὐθέως ἁμαρτάνοντας ἐκόλασεν, ἀλλὰ παρηγγεῖλεν ἅπασι καὶ δεύτερον· καὶ οὐδὲ οὕτω παρακούσαντας τιμωρεῖται, ἀλλὰ πάλιν παραγγέλλει λέγων, *Τρίτον ἔρχομαι τοῦτο πρὸς ὑμᾶς*, καὶ πρὶν ἢ παραγενῶμαι, γράψω πάλιν. Εἴτα ἵνα μὴ ἡ μέλλησις ῥαθυμίαν ἐργάσεται, ὅρα πῶς καὶ τὸ ἐντεῦθεν διορθοῦται, συνεχῶς ἀπειλῶν, καὶ ἐπανατεινόμενος τὴν πληγὴν, καὶ λέγων, *Ἐὰν ἔλθω εἰς τὸ πάλιν, οὐ φείσομαι* καὶ, *Μὴ πως ἔλθων πενήθω πολλούς*. Ταῦτα δὲ ποιεῖ καὶ λέγει, καὶ ταύτη τὸν δεσπότην τῶν ἀπάντων μιμούμενος· ἐπεὶ καὶ ὁ Θεὸς συνεχῶς μὲν ἀπειλεῖ καὶ πολλάκις παραγγέλλει, οὐ πολλάκις δὲ κολάζει καὶ τιμωρεῖται. Τοῦτο δὲ καὶ αὐτὸς ποιεῖ· καὶ διὰ τοῦτο καὶ ἐμπροσθεν ἔλεγεν, ὅτι *Φειδόμενος ὑμῶν, οὐκέτι ἦλθον εἰς Κόρινθον*. Τί ἐστι, *Φειδόμενος ὑμῶν*; ἵνα μὴ ἐδρῶν ἡμαρτηκῶτας καὶ ἀδιορθῶτους μείναντας, ἐπάγω κολασίν καὶ τιμωρίαν. Καὶ ἐνταῦθα, *Τρίτον τοῦτο ἔρχομαι πρὸς ὑμᾶς· ἐπὶ στόματος δύο μαρτύρων καὶ τριῶν σταθῆσεται πᾶν ῥῆμα*. Ἀγραφὸν ἐγγράφῳ συνάπτει· ὃ καὶ ἀλλαχού πεποίηκεν εἰπὼν, ὅτι· *Ὁ κολλώμενος τῇ πόρῃ, ἐν σώμα ἔστιν· ἔσονται γὰρ, φησὶν, οἱ δύο εἰς σάρκα*

μῖαν. Καίτοι γε ἐπὶ νομίμου τοῦτο εἴρηται γάμου. ἀλλὰ ἀπεχρήσατο αὐτῷ εἰς τοῦτο συμφερόντως, ὥστε φοβῆσαι μειζρόνως. Οὕτω δὲ καὶ ἐνταῦθα ποιεῖ, ἀντὶ μαρτυριῶν τὰς παρουσίας αὐτοῦ τιθεὶς καὶ τὰς παραγγελίας. Ὁ δὲ λέγει, τοῦτό ἐστιν· Ἄπασι εἶπον καὶ δεύτερον, ὅτε παρεγενόμην· λέγω καὶ νῦν διὰ γραμμάτων. Καὶ μὴν ἐὰν ἀκούσῃτέ μου, ὅπερ ἐπεσόμενοι ἐγίνοντο· ἐὰν δὲ παρακούσητε, ἀνάγκη λοιπὸν στήσαι [640] τὰ εἰρημένα, καὶ ἐπαγαγεῖν τὴν τιμωρίαν. Διό φησι, *Προεῖρηκα, καὶ προλέγω ὡς παρῶν τὸ δεύτερον, καὶ ἀπὼν νῦν γράψω τοῖς προσημαρτηκόσι καὶ τοῖς λοιποῖς πᾶσιν, ὅτι ἐὰν ἔλθω εἰς τὸ πάλιν, οὐ φείσομαι*. Εἰ γὰρ ἐπὶ στόματος δύο μαρτύρων καὶ τριῶν σταθῆσεται πᾶν ῥῆμα, παρεγενόμην α δεύτερον καὶ εἶπον, λέγω δὲ καὶ νῦν διὰ τῆς Ἐπιστολῆς· ἀνάγκη με λοιπὸν ἀληθεῦσαι. Μὴ γὰρ δὴ νομίσητε ἔλαττον ἔχειν τὰ γράμματα τῆς παρουσίας· ὥσπερ γὰρ παρῶν ἔλεγον, οὕτω καὶ ἀπὼν νῦν γράψω. Εἶδες κηδεμονίαν πατρικὴν; εἶδες διδασκαλίαν καὶ πρόπουσαν β πρόνοιαν; Οὕτε ἐσίγησεν, οὔτε ἐκόλασεν, ἀλλὰ καὶ προλέγει πολλάκις, καὶ μένει διηνεκῶς ἀπειλῶν, καὶ ἀναβάλλεται τὴν τιμωρίαν· καὶ εἰ μένοιεν ἀδιόρθωτοι, τότε ἀπειλεῖ τὴν πείραν ἐπαγαγεῖν. Τί δὲ προεῖρηκας παρῶν, καὶ ἀπὼν νῦν γράφεις; Ὅτι, *ἐὰν ἔλθω εἰς τὸ πάλιν, οὐ φείσομαι*. Δείξας πρότερον ὅτι οὐ δύναται, ἂν μὴ ἀναγκασθῇ, τοῦτο ποιῆσαι, καὶ πένθος τὸ πρᾶγμα καλέσας καὶ

α Legi vult Dunæus παρεγενόμενονδέ, probabiliter.

β Idem vult διδασκᾶν πρ. πρ.

ταπεινώσιν· *Μή πως γάρ, φησιν, ελθόντα με ὁ Θεός μου ταπεινώσῃ πρὸς ὑμᾶς, καὶ περθῆσω πολλοῦς τῶν προσημαρτηκότων, καὶ μὴ μετανοησάντων*· καὶ ἀπολογησάμενος· αὐτοῖς, ὅτι καὶ ἅπας καὶ δεύτερον καὶ τρίτον προεῖπε, καὶ ὅτι πάντα ποιεῖ καὶ μηχανάται, ὥστε ἀνακρούσασθαι τὴν τιμωρίαν, καὶ τῷ φόβῳ τῶν βημάτων βελτίους ποιῆσαι, τότε τὸ φορτικὸν τοῦτο καὶ φοβερόν ἐθῆκε λέγων, *Ὅτι, ἐὰν ἔλθω εἰς τὸ πάλιν, οὐ φείσομαι*. Οὐκ εἶπε, Τιμωρήσομαι καὶ κολάσω καὶ ἀπαιτήσω δίκην, ἀλλὰ πάλιν πατρικοῖς ῥήμασι καὶ αὐτὴν τὴν τιμωρίαν τίθεισι, δεικνύς αὐτοῦ τὰ σπλάγγνα καὶ τὴν συναλγοῦσαν αὐτοῖς διάνοιαν, διότι αἱ φειδόμενος ἀνεβάλλετο. Εἶτα, ἵνα μὴ καὶ νῦν νομισώσιν, ὅτι πάλιν ἀναβολὴ καὶ ἀπλῶς ἀπειλὴ ῥημάτων, διὰ τοῦτο καὶ ἔμπροσθεν εἶρηκεν· *Ἐπὶ στόματος δύο καὶ τριῶν μαρτύρων σταθῆσεται πᾶν ῥῆμα*· καὶ, *Ὅτι ἐὰν ἔλθω εἰς τὸ πάλιν, οὐ φείσομαι*. Ὁ δὲ λέγει, τοῦτό ἐστιν· οὐκέτι ἀναβαλοῦμαι, εἰ ἀδιορθώτους εὑροίμην, ὃ μὴ γένοιτο, ἀλλὰ ἐπάξω πάντως, καὶ στήσω ὅπερ εἶρηκα. Εἶτα μετὰ πολλοῦ τοῦ θυμοῦ καὶ σφοδρᾶς τῆς ἀγανακτήσεως πρὸς τοὺς κωμικοὺς αὐτὸν ὡς ἀσθενῆ, καὶ τὴν παρουσίαν αὐτοῦ χλευάζοντας, καὶ λέγοντας, *Ἦ παρουσίᾳ ἀσθενῆς, καὶ ὁ λόγος ἐξουθενημένος*, ὡς πρὸς τοῦτους γοῦν ἀποτεινόμενος, φησὶν· *Ἐπὶ δοκιμῇν ζητεῖτε τοῦ ἐν ἐμοὶ λαλοῦντος Χριστοῦ*; Τοῦτο γὰρ ὁμοῦ μὲν πλήττων, ὁμοῦ δὲ κάκεινων καθαπτόμενος εἶρηκεν. Ὁ δὲ λέγει, τοῦτό ἐστι· Ἐπειδὴ βούλεσθε δοκιμάζειν εἰ ἐν ἐμοὶ ὁ Χριστὸς οἰκεῖ, καὶ εὐθύνας ἀπαιτεῖτε, καὶ διὰ τοῦτο με κωμυδεῖτε, ὡς εὐτελῆ καὶ εὐκαταφρόνητον, ἄτε ἔρημον ὄντα τῆς δυνάμεως ἐκείνης· εἰσεσθε ὅτι οὐκ ἐσμὲν ἔρημοι, εἰ παράσχοιτε πρόφασιν, ὃ μὴ γένοιτο. Τί οὖν; εἰπέ μοι· διὰ τοῦτο κολάζεις, ἐπειδὴ δοκιμῇν ζητοῦσιν; Οὐχί, φησὶν· εἰ γὰρ τοῦτο ἐζητήσων, ἐκ πρώτης· ἂν ἐκόλασα ἁμαρτόντας, καὶ οὐκ ἀνεκαλόμην. Ὅτι δὲ οὐ τοῦτο ζητεῖ, προῖων τοῦτο [641] σαφέστερον ἔδειξεν εἰπὼν, *Εἴδομαι δὲ μηδὲν ποιῆσαι ὑμᾶς κακόν, οὐχ ἵνα μὴ ἡμεῖς δοκιμοὶ φαστάμεν, ἀλλὰ ὑμεῖς δοκιμοὶ ἦτε, ἡμεῖς δὲ ὡς ἀδοκιμοὶ ὤμεν*.

β'. Οὐ τοίνυναι· τοιοῦτως αὐτὸ τίθεισιν, ἀλλὰ μάλλον ἀγανακτῶν, μάλλον καθαπτόμενος τῶν καταφρονούντων αὐτοῦ. Ἐγὼ μὲν οὐ βούλομαι, φησὶ, δοῦναι πείραν ὑμῖν τοιαύτην· εἰ δὲ αὐτοὶ παρέχετε τὴν αἰτίαν, καὶ βουλῆθεῖτέ με ἐκκαλέσασθαι, εἰσεσθε διὰ τῶν ἔργων αὐτῶν. Καὶ ὄρα πῶς φορτικὸν ποιεῖ τὸν λόγον. Οὐ γὰρ εἶπεν, Ἐπειδὴ δοκιμῇν ζητεῖτε ἐμοῦ, ἀλλὰ, *Τοῦ ἐν ἐμοὶ λαλοῦντος Χριστοῦ*· δεικνύς ὅτι εἰς ἐκεῖνον ἡμάρτανον. Καὶ οὐκ ἀπλῶς εἶπε, Τοῦ ἐνοικούντος, ἀλλὰ, *Τοῦ λαλοῦντος*, δεικνύς πνευματικὰ ὄντα τὰ ῥήματα. Εἰ δὲ οὐκ ἐνδείκνυται αὐτοῦ τὴν ἰσχύν, οὐδὲ κολάζει· λοιπὸν γὰρ ἀφ' ἑαυτοῦ τὸν λόγον ἐκεῖ μετήγαγε, φοβερωτέραν ποιῶν τὴν ἀπειλήν· οὐ δὲ ἀσθένειαν· δύναται γὰρ· ἀλλὰ διὰ μακροθυμίαν. Μὴ τοίνυν τὴν ἀνοχήν αὐτοῦ ἀσθένειαν τις λογιζέσθω. Τί γὰρ θαυμάζεις, εἰ οὐκ ἐπεξέρχεται νῦν ἁμαρτάνουσι, οὐδὲ ἀπαιτεῖ δίκην ἀνεχόμενος καὶ μακροθυμῶν, ὅπου γε καὶ σταυρωθῆναι αὐτὸς

ὑπέμεινε, καὶ τοιαῦτα πάσχων οὐκ ἐκόλαζε; Ἀδὲ καὶ ἐπήγαγε, *Ὅς εἰς ὑμᾶς οὐκ ἀσθενεῖ, ἀλλὰ δύναται ἐν ὑμῖν*. Καὶ γὰρ εἰ ἐκασταυρώθη ἐξ ἀσθενείας, ἀλλὰ ζῆ ἐκ δυνάμεως Θεοῦ. Πολλὴν ἀσάφειαν ἔχει τὰ ῥήματα, καὶ τοῖς ἀσθενεστέροις θόρυβον ἐντίθησι. Διόπερ ἀναγκαῖον αὐτὰ ἀναπλῶσαι σαφέστερον, καὶ τῆς λέξεως ταύτης εἰπεῖν τὰ σημασιώμενα, περὶ ἧν ἡ ἀσάφεια, ἵνα μηδεὶς σκανδαλίζηται μηδὲ τῶν ἀφελεστέρων.

Τί ποτ' οὖν ἐστὶ τὸ εἰρημένον, καὶ τί θηλοῖ τὸ τῆς ἀσθενείας ὄνομα, καὶ κατὰ ποῖον σημασιώμενον εἰρηγεται, ἀναγκαῖον μαθεῖν. Μία μὲν γὰρ ἡ λέξις, πολλὰ δὲ τὰ ἐξ αὐτῆς δηλούμενα. Καὶ γὰρ ἀσθένεια λέγεται ἡ τοῦ σπύματος ἄβρωστία· διὸ καὶ ἐν τῷ Εὐαγγελίῳ εἶρηται, *Ἴδε ὃν φιλεῖς ἀσθενεῖ*, περὶ τοῦ Ἀσζάρου· καὶ αὐτὸς ἔλεγεν, *Ἦ ἀσθένεια αὐτῆ οὐκ ἐστὶ πρὸς θάνατον*· καὶ περὶ τοῦ Ἐπαφρᾶ ὁ Παῦλος· *Καὶ γὰρ ἠσθένησε παραπλήσιον θανάτῳ, ἀλλ' ὁ Θεὸς αὐτὸν ἠλέησε*· καὶ περὶ τοῦ Τιμοθέου, *Ὀίῳ ὀλίγῳ χρῶ διὰ τὸν στόμαχόν σου καὶ τὰς πυκνάς σου ἀσθενείας*. Ταῦτα γὰρ ἅπαντα σωματικὴν ἄβρωστιαν δηλοῖ. Λέγεται πάλιν ἀσθένεια τὸ μὴ πεπηγῆναι ἐν τῇ πίστει ἀπλῶς, μηδὲ τέλειον εἶναι καὶ ἀπρητισμένον. Καὶ τοῦτο δηλῶν ὁ Παῦλος ἔλεγε· *Τὸν δὲ ἀσθενούντα τῇ πίστει προσλαμβάνεσθε, μὴ εἰς διακρίσεις διαλογισμῶν*· καὶ πάλιν, *Ὅς μὲν πιστεύει φαγεῖν πάντα, ὃ δὲ ἀσθενῶν λάχανα ἐσθίει*· τὸν ἐν τῇ πίστει ἀσθενούντα δηλῶν. Ἰδοὺ δύο σημασιώμενα ἐκ τῆς ἀσθενείας· ἐστὶ καὶ τρίτον ἕτερον, ὃ καλεῖται ἀσθένεια. Ποῖον δὴ τοῦτο; Οἱ διωγμοί, αἱ ἐπιβουλαί, αἱ ἐπήρειαι, οἱ πειρασμοί, αἱ ἐπαγωγαί. Καὶ τοῦτο δηλῶν ὁ Παῦλος ἔλεγεν· *Ἐπεὶ τοῦτου τρις τὸν Κύριον παρεκάλεσα· καὶ εἶπέ μοι, Ἄρκεῖ σοι ἡ χάρις μου*· ἡ γὰρ δύναμις μου ἐν ἀσθενείᾳ τελειοῦται. [642] Τί ἐστίν, *Ἐν ἀσθενείᾳ*; Ἐν διωγμοῖς, ἐν κινδύνοις, ἐν πειρασμοῖς, ἐν ἐπιβουλαῖς, ἐν θανάτοις. Καὶ τοῦτο δηλῶν ἔλεγε, *Διὸ εὐδοκῶ ἐν ἀσθενείᾳ*. Εἶτα δεικνύς ποῖαν λέγει ἀσθένειαν, οὐ πυρετὸν εἶπεν, οὐκ ἀμφιβολίαν τὴν περὶ τὴν πίστιν, ἀλλὰ τί; *Ἐν ὄρεσιν, ἐν διωγμοῖς, ἐν ἀνάγκαις, ἐν στενοχωρίαις, ἐν πληγαῖς, ἐν φυλακαῖς, ἵνα ἐπισκηνώσῃ ἐκ' ἐμῆ ἢ δυνάμεως τοῦ Χριστοῦ*. Ὅταν γὰρ ἀσθενῶ, τότε δυνατὸς εἰμι· τοῦτέστιν, Ὅταν διώκωμαι, ὅταν ἐλαύνωμαι, ὅταν ἐπιβουλεύωμαι, τότε δυνατὸς εἰμι, τότε μάλλον κρατῶ καὶ περιγίνομαι τῶν ἐπιβουλεύοντων, τῆς χάριτος θαυφιλέστερον ἐνισχυοῦσιν ἐν ἐμοί. Κατὰ δὴ τοῦτο τὸ τρίτον τὴν ἀσθένειαν θεθεκεν ὁ Παῦλος· καὶ ὃ λέγει τοῦτό ἐστι· πρὸς ἐκεῖνο πάλιν ἀποτεινόμενος, ὃ καὶ ἔμπροσθεν εἶπον, ὅτι· εὐτελῆς αὐτοῖς ἐδόκει εἶναι καὶ εὐκαταφρόνητος. Οὐ γὰρ εἴθε ἐβούλετο κομπάζειν, οὐδὲ ὅπερ ἦν, εἶναι δοκεῖν αὐτὸν, οὐδὲ τὴν δύναμιν ἐνδείκνυσθαι, ἦν εἶχεν εἰς τὸ κολάζειν καὶ τιμωρεῖσθαι· ὅθεν καὶ ἐνομιζέτο εὐτελῆς εἶναι. Ἐπὶ οὖν τοῦτο νομιζόντες ἐν πολλῇ βεβουλησίᾳ ἦσαν καὶ ἀνασθησίᾳ, καὶ οὐ μετεβάλλοντο ἐκ τῶν ἁμαρτημάτων, κχιρὸν ἐπιτήθειον λαθῶν, καὶ περὶ τούτων αὐτῶν σφοδρὰ διαλέγεται, δεικνύς ὅτι οὐ δὲ ἀσθένειαν οὐδὲν ἐπολεῖ, ἀλλὰ διὰ μακροθυμίαν. Εἶτα, ὅπερ ἔφη, ἀφ'

humiliationem eam rem appellavit ; *Ne, cum venero, inquit, humiliet me Deus apud vos, et lugeam multos qui ante peccaverunt, et non egerunt poenitentiam* ; ac sese ipsis excusans, semel et iterum ac tertio prædixisse asseruit, quodque nihil non agat ac moliaturo quo sumendas poenas propulset, eosque verborum terrore meliores efficiat : tunc grave illud et horrendum affert dicens, *Si venero iterum, non parcam*. Non dixit, *Puniam ac vindicabo, poenasque expetam* ; sed rursus paternis verbis supplicium ponit, hinc viscera sua animumque ipsis condolentem ostendens, quod pro sua erga eos indulgentia semper poenam infligere differret. Postea autem, ne nunc quoque ita existimarent, eum rursus dilatione ac verborum tantum minis uti ; ideo prius quoque dixit : *In ore duorum vel trium testium stabit omne verbum* ; et, *Si venero, non parcam*. Quod autem ait, est ejusmodi : Non jam diutius cunctabor, si vos, quod Deus avertat, emendationis expertes invenero, sed poenas haud dubie inferam, ac quod dixi præstabo. Mox cum ingenti animi permotione ac vehementi indignatione in eos invehens, qui ipsum tanquam imbecillum traducebant, præsentiamque ipsius suggillabant dicebantque, *Præsentia infirma, et sermo contemptibilis* (2. Cor. 10. 10), adversus istos ait : 3. *An experimentum quaeritis ejus qui in me loquitur Christi* ? His enim verbis simul et hos scribit, et illos perstringit. Quod autem dixit, hunc sensum habet : Quandoquidem periculum facere vultis, an Christus in me habitat, rationesque a me exposcitis, eaque de causa me ut villem ac contemnendum traducitis, tamquam potentia illa destitutum ; hac me minime carere scietis, si, quod nolim, occasionem mihi præbueritis. Quid ergo quaeso ; ideo castigas, quod experimentum quaerant ? Minime, inquit : nam si hoc quaererem, mox ut primum peccassent, in eos animadvertissem, nec cunctatione ulla usus fuisset. Quod autem id minime quaerat, dilucidius postea indicavit his verbis : *Opto autem vos nullo malo afficere, non ut nos probati appareamus, sed ut vos, quod bonum est, faciatis, nos autem ut reprobis simus*.

2. Non ergo per causæ modum istud ponit, sed potius ut stomachans, eosque quibus contemptui erat incessans. Equidem ipse, inquit, hujusmodi experimentum vobis præbere nolo : quod si ipsi causam præbueritis, meque concitare in animum induxeritis, ex ipsis rebus intelligetis. Ac vide quomodo orationem exasperet. Neque enim dixit, Quoniam experimentum mei quaeritis, sed, *Ejus qui in me loquitur Christi*. Quibus verbis ostendit eos in illum peccavisse. Nec simpliciter dixit, *Ejus qui in me habitat*, sed, *Ejus qui in me loquitur* ; hinc videlicet indicans, verba sua a Spiritu proficisci. Quod si vim suam ille non ostendit, nec poenas irrogat ; jam enim a se orationem illuc traducit, quo plus terroris minæ habeant ; non imbecillitate prohibetur ; id enim potest ; sed animi lenitate. Quocirca ne ipsius tolerantiam imbecillitati quispiam adscribat. Cur miraris enim, si pro sua tolerantia patientiaque in peccatores non anim-

advertit nec poenas ab iis expetit, cum ipse quoque in crucem agi sustinuerit, atque hujusmodi cruciatus perpetuens, poenam minime irrogarit ? Unde etiam subjunxit, *Qui in vobis non infirmatur, sed potens est in vobis*. 4. *Nam etsi crucifixus est ex infirmitate, sed vivit ex virtute Dei*. Plurimum hæc verba obscuritatis habent, atque imbecillioribus perturbationem injiciunt. Quapropter apertius ea explicare necesse est, atque hujus dictionis, in qua obscuritas sita est, significationem asserre : ut ne quis etiam ex simplicioribus offendatur.

Infirmi-tatis modi varii.—Quidnam igitur sit id quod dixit, quid per infirmitatis vocabulum designet, et qua significatione hoc loco usurpatum sit, operam pretium est discere. Etenim una quidem est dictio, verum per eam multa indicantur : siquidem infirmitas dicitur corporis morbus ; eaque ratione in Evangelio dictum est de Lazaro, *Ecce quem amas infirmatur*. (Joan. 11. 3. 4) ; et ipse dicebat, *Hæc infirmitas non est ad mortem* (Philipp. 2. 27) ; ac Paulus de Ephrodito verba faciens, *Nam et infirmatus est usque ad mortem, sed Deus misertus est ejus* (1. Tim. 5. 23) ; et de Timotheo, *Vino modico utere propter stomachum tuum, et frequentes tuas infirmitates*. Hæc enim omnia corporeum morbum significant. Rursus infirmitas dicitur, cum quis in fide non satis firmus est, nec perfectus ac numeris omnibus absolutus. Idque his verbis Paulus indicabat : *Infirmum autem in fide assumite, non in disceptationibus cogitationum* ; ac rursus, *Alius quidem credit se comedere omnia ; qui autem infirmus est, solus manducat* (Rom. 14. 1. 2) ; infirmum in fide significans. Habes jam duos infirmitatis significatus. Est et tertia alia infirmitatis significatio. Quænam hæc ? Persequutiones, insidiæ, molestiæ, tentationes, calamitates. Quod etiam Paulus his verbis declarabat, *Pro hoc ter Dominum rogavi : et dixit mihi, Sufficit tibi gratia mea ; virtus enim mea in infirmitate perficitur* (2. Cor. 12. 8. 9). Quid est, *In infirmitate* ? In persecutionibus, in periculis, in tentationibus, in insidiis, in mortibus : id quod indicabat, cum diceret, *Quamobrem mihi placeo in infirmitate* (Ibid. v. 10). Ac postea exponens de qua infirmitate loqueretur, non febrem dixit aut dubitationem quamdam in fide, sed quid ? *In contumeliis, in persecu-tionibus, in necessitatibus, in angustiis, in plagis, in carceribus : ut inhabitet in me virtus Christi*. Cum enim infirmor, tunc potens sum. Hoc est, Cum vexor, cum exagitor, cum insidiis appetor, tunc robore polleo, tunc victoriam magis obtineo, atque eos qui mihi insidias parant supero, copiosiore gratia in me insidente. Secundum hoc tertium significationis genus, infirmitatis vocabulum hoc loco Paulus usurpavit ; quodque ait, est ejusmodi : adversus id, quod jam ante dixi, rursus contendit, nempe quod vilis ipsis et contemnendus esse videbatur. Non enim sese jactare volebat, qualis revera erat, nec vim eam, quam ad puniendum et poenas sumendas habebat, ostentare : unde etiam vilis et abjectus habebatur. Quoniam itaque ob eam opinionem in magna socor-

dia ac stupore versabantur, nec a peccatis resiliebant; commodam occasionem nactus, de his rebus acriter disserit, illud demonstrans, imbecillitatem non in causa esse cur nihil faciat, sed animi lenitatem. Ac postea, ut jam dixi, sermonem a se ad Christum traducens, metum auget ac minas amplificat. Quod autem ait, tale est: Nun, si quid etiam faciam, ac de iis qui peccaverunt pœnas sumam, ego sum qui punio et pœnas sumo? imo vero Christus ipse est, qui in me habitat. Quod si hoc non creditis, sed experimentum capere vultis, per ejus qui in me habitat opera id mox perspectum habebitis: non enim in vobis infirmus est, sed potens. Cur autem adjecit, *In vobis*, cum ipse ubique viribus polleat? nam sive infideles, sive dæmones, sive quidquid tandem illud esse queat, supplicio afficere voluerit, id potest (a). Quid ergo sibi vult illud additamentum? Hoc dicens, pudore suffundit illos ab iis quæ jam experti sunt; vel hoc significat: Interim in vobis virtutem suam ostendit, qui emendari debetis. Quod etiam alibi dicebat: *Quid enim mihi de iis, qui foris sunt, judicare (1. Cor. 5. 12)?*

3. Nam ab externis illis, inquit, tunc pœnas repetet in die judicii; a vobis autem etiam nunc, ut ab illo vos supplicio eximat. Attamen hanc curam et sollicitudinem ab amore partam, vide quanto cum timore et quanta cum indignatione adhibeat, dicens: *Qui in vobis non infirmatur, sed potens est in vobis. Nam etsi crucifixus est ex infirmitate, sed vivit ex virtute Dei. Quid significat illud, Si crucifixus est ex infirmitate? Etiam si, inquit, voluerit rem sustinere, quæ infirmitatis suspicionem præ se ferat; certe nihil hoc vim potestatemque ejus minuit: potestas quippe illa inexpugnabilis manet, et quod infirmitatis videtur esse, nihil illam lædit; imo potius hoc maxime ejus robur et vim ostendit, quod talem rem perpressus sit, nec tamen ejus virtus ac potentia imminuta fuerit. Ne ergo infirmitatis vocabulum te conturbet; etenim alibi quoque dicit: *Quod stultum est Dei, sapientius est hominibus, et quod infirmum est Dei, fortius est hominibus (1. Cor. 1. 25)*; quamquam nihil stultum nihilque infirmum Deus habet; sed crucem sic vocavit, incredulorum de ipso opinionem exponens. Audi enim illum, se ipsum interpretantem: *Verbum enim crucis pereuntibus quidem stultiitia est; iis vero qui salvi fiunt, id est nobis, Dei virtus est (1b. v. 18)*; et rursus, *Nos autem prædicamus Deum crucifixum, Judæis quidem scandalum, gentibus autem stultiitiam; ipsis autem vocatis Judæis atque Græcis, Christum Dei virtutem, et Dei sapientiam (1b. v. 23. 24)*; ac rursus, *Animalis autem homo non percipit ea, quæ sunt Spiritus: stultiitia enim est illi (1. Cor. 2. 14)*. Vide quomodo ubique incredulorum suspicionem tollat et interpretetur, qui crucem stultiitiam et infirmitatem esse putabant. Ita autem hoc quoque loco, non*

(a) Quæ sequuntur postea in Editione Morelli Parisiensi, ex Commentario Epistolæ ad Galatas advecta sunt, et per paginas duas integras seriem omnino inturbant, itque ex typographorum vel imperitia vel nequitia. Nos omnia restitimus.

2. Deinde ne putares eum hoc illis pro lege scribere, subjunctum est: *Hoc autem dico secundum indulgentiam, non secundum imperium* (1. Cor. 7. 6): eo quod hoc non esset iudicium ex auctoritate latum, sed indulgentia erga illorum incontinentiam: ideo dicit: *Propter incontinentiam vestram* (Ibid. v. 5). Nam si Pauli sententiam cupis cognoscere, audi quid dicat: *Volo omnes homines esse, ut ipse sum* (Ibid. v. 7), in continentia. Itidem et hic accidit, apostoli non ut legis defensores hoc concedebant, sed obsecundantes infirmitati Judaicæ: alioqui si legem tueri voluissent, non alio modo prædicassent Judæis, alio gentibus. Etenim si res ejusmodi fuisset, ut ab infidelibus necessario fuerit observanda: perspicuum est etiam ab omnibus fidelibus observandam fuisse. Contra si decretum est, nisi quis declararunt se hoc Judæis morem gerendo permisisset.

Apostoli falsi in quo differant a veris.—At falsi fratres non eodem modo, sed hoc agebant ut eos excluderent a gratia ac denuo in servitutis jugum pertraherent. Hoc igitur est primum discrimen inter apostolos et falsos fratres, longo intervallo illos dirimens. Alterum erat, quod apostoli id faciebant in Judæa, ubi lex vigeat; et falsi fratres hoc ubique faciebant: nam et Galatas omnes attigerant. Unde dilucidum est, hoc non factum ædificationis gratia, sed ad subvertendum totum negotium. Aliter ab apostolis concedebatur legis observatio; aliter a falsis fratribus studiose curabatur. *Qui subintroierunt, ut explorarent libertatem nostram quam habemus in Christo Jesu.* Vides ut exploratorum appellatione expressit bellum eorum? Exploratores enim ob nihil aliud ingrediuntur, nisi ut cognitis rebus adversariorum, ipsi sibi facillimum aditum parent ad expugnandum capiendumque; ut et illi tum faciebant, studentes eos in veterem retrahere servitutem. Unde vel hinc liquet, non idem fuisse propositum apostolis et istis, imo magnopere diversum. Illi siquidem concedebant, ut eos paulatim eximerent e servitute; isti contra hoc

moliebantur, ut eos in graviozem pertraherent servitutem. Ideoque observabant, attente circumspicientes et curiose disquirentes quinam haberent præputium, quod et Paulus declarans ait: *Subintroierunt, ut explorarent libertatem nostram.* Non tantum exploratorum vocabalo, verum etiam ex eo quod clam ingressi essent seque furtim intromisissent, eorum insidias demonstravit. 3. *Quibus nec ad horam cessimus subjuctions.* Vide sermonis nobilitatem et vim. Non dixit, Cessimus verbo, sed *Subjectione.* Non enim id faciebant, ut aliquid frugiferum docerent, sed ut eos subigerent et in servitutem pertraherent. Idcirco apostolis quidem cessimus, istis vero non item. *Ut evangelii veritas maneret apud vos.* Ut, inquit, quod prius verbis prædicaveramus, factis confirmaremus, nimirum quod *Vetera transierunt, et nova facta sunt omnia* (2. Cor. 5. 17): et quod, *Si quis est in Christo, nova est creatura*: et quod, *His qui circumcidentur, Christus nihil proderit* (Gal. 6. 15. et 3. 2). Hanc veritatem confirmantes, nec ad horam cessimus. At mox quoniam proliuus obstabant illa quæ faciebant apostoli, eratque verisimile futuros aliquos qui dicerent: Qui sit igitur, ut hæc illi præcipiant? vide quam sapienter solvit objectionem. Non enim explicat veram causam, videlicet quod id facerent apostoli ut sese attemperarent et morem gererent Judæis: alioquin enim offensi fuissent audientes. Oportet enim dispensationis ignorare causam eos, ad quos sit aliquis ex ea fructus rediturus: nam si pateat causa eorum quæ fiunt, tota perierit utilitas. Quapropter ipsum quidem, qui dispensationem adhibet, scire causam oportet eorum quæ geruntur: at eos quibus est profutura dispensatio, hanc oportet ignorare. Atque ut magis fiat dilucidum quod dico, ex hoc ipso argumento sumemus exemplum. Hic ipse beatus Paulus, qui circumcisionem tollit, cum Timotheum esset missurus ad docendum Judæos, prius illum circumcidit (Act. 16), atque ita misit.

Cur Paulus Timotheum circumcidit.—Id autem faciebat, quo doctor esset acceptior apud auditores, et ingressus est cum circumcisione, ut abrogaret circumcisionem. Atque hujus facti causam ipse quidem cum Timotheo noverat, discipulis autem non aperuit. Etenim si novissent quod illum hoc animo circumcidisset ut circumcisionem abrogaret, nec audissent omnino Timotheum concionantem, totumque lucrum et utilitas perisset: nunc vero hæc ignorantia maximam illis attulit utilitatem. Dum enim arbitrantur illum servandæ legis studio hoc facere, benevolis animis tum ipsum doctorem, tum ejus doctrinam excipiant. Qua recepta, ac paulatim eruditi, recesserunt a prioribus quod haudquaquam evenisset, si initio causam novissent. Etenim si novissent, aversati fuissent illum; aversantes artem, nequaquam auscultassent; si non auscultassent, perseverassent in errore pristino. Id vero ne fieret, non aperuit causam. Proinde ne hic aperuit dispensationis causam, sed alia via rem aggreditur, ita loquens: 6. *Ab his vero qui videbantur esse atiquid; quales aliquando fuerint, nihil mea*

δειξίς ἦν μεγίστη τοῦ μὴ καταγινώσκειν τῶν ὑπὸ τοῦ Παύλου λεγομένων, ἢ πραττομένων. Καὶ τὸ πολλῶν τούτου μείζων, ὅτι οὐδὲ ἐπικειμένον τῶν ἐναντιουμένων, καὶ ταῦτα εἰδόντες, ἠγακάσθησαν οἱ ἀπόστολοι τοῦτο κελεύσαι· ὅπερ οὐν καὶ αὐτὸ θηλῶν ἔλεγε, *Διὰ δὲ τοὺς παρεισάκτους ψευδαδέλφους*. Τίνες εἰσὶν οὗτοι οἱ ψευδάδελφοί; καὶ γὰρ οὐ μικρὸν ἐνταῦθα ζήτημα. Εἰ γὰρ οἱ ἀπόστολοι συνεχώρουν ἐνταῦθα περιτέμεσθαι, διὰ τί νῦν ψευδαδέλφους καλεῖς τοὺς κατὰ τὴν τῶν ἀποστόλων γνώμην καὶ αὐτοὺς κελεύοντας τοῦτο ποιεῖν; Ὅτι πρῶτον μὲν οὐκ ἔστι ταῦτόν, κελεύειν γίνεσθαι, καὶ γινόμενον συγχωρεῖν. Ὁ μὲν γὰρ προστάττων, μετὰ σπουδῆς, ὡς ἀναγκαῖον καὶ προηγουμένου, ποιεῖ· ὁ δὲ αὐτὸς μὲν μὴ κελεύων, τὸν δὲ βουλόμενον μὴ κωλύων, οὐχ ὡς δέον γενέσθαι συγχωρεῖ, ἀλλ' ἡ οικονομίαν τινὰ πληρῶν. Οἷόν τι λέγω· Κορινθίους ἔγραψεν ὁ Παῦλος, καὶ πάλιν ἐπὶ τὸ αὐτὸ συνέρχεσθαι γυναιξὶ καὶ ἀνδράσι διακελευόμενος.

β'. Εἶτα ἵνα μὴ νομίσης, ὅτι νομοθετῶν αὐτοῖς τοῦτο ἔλεγεν, ἐπήγαγε· *Τοῦτο δὲ λέγω κατὰ συγγνώμην, οὐ καὶ ἐπιταγήν*. Οὐ γὰρ τῆς αὐθεντίας κρίσις ἦν προηγουμένη, ἀλλὰ τῆς ἐκείνων ἀκρασίας συγγνώμη. Διὸ φησι· *Διὰ τὴν ἀκρασίαν ὑμῶν*. Εἰ γὰρ τὴν Παύλου γνώμην θέλεις μαθεῖν, ἀκουσον τί φησι· *Θέλω πάντα ἀνθρώπους εἶναι, ὡς καὶ ἑμαυτὸν, ἐν ἔγκρατειᾳ*. Οὕτως καὶ ἐνταῦθα, οἱ μὲν ἀπόστολοι οὐχ ὡς νόμον ἐκδικούντες, συνεχώρουν, ἀλλὰ τῇ ἀσθενείᾳ τῇ Ἰουδαϊκῇ συγκαταβαίνοντες. Εἰ γὰρ νόμον ἐξερίζουν, οὐκ ἂν Ἰουδαίους μὲν οὕτως, ἔθνεσι δὲ ἐτέρως ἐκήρυξαν. Καὶ γὰρ εἰ ὑπὸ τῶν ἀπίστων τὸ πρᾶγμα γενέσθαι ἀναγκαῖον ἦν, καὶ ὑπὸ πάντων εὐδηλον ὅτι τῶν [882] πιστῶν. Εἰ δὲ τοῖς ἔθνεσιν ἐνομοθέτου μὴ παρενοχλεῖν τούτων ἕνεκεν, ἔδειξαν ὅτι καὶ Ἰουδαίους συγκαταβαίνοντες ἐπέτρεπον.

Οἱ δὲ ψευδάδελφοί οὐχ οὕτως, ἀλλ' ὥστε τῆς χάριτος αὐτοὺς ἐκβαλεῖν, καὶ πάλιν ὑπὸ τὸν τῆς δουλείας ζυγὸν ἀγαγεῖν. Πρῶτη μὲν οὖν αὕτη ἡ διαφορά, πολὺ τὸ μέσον ἔχουσα. Δευτέρα δὲ, ὅτι οἱ μὲν ἀπόστολοι ἐν Ἰουδαίᾳ τοῦτο ἐποιοῦν, ἔθθα καὶ ὁ νόμος ἐκράτει, οἱ δὲ ψευδάδελφοί πανταχοῦ· καὶ γὰρ Γαλατῶν ἠψάντο πάντων. Ὅθεν ἔδηλον ὅτι οὐχὶ οἰκοδομῆς ἕνεκεν τὸ πρᾶγμα ἐγένετο, ἀλλὰ καταστροφῆς ολοκλήρου. Καὶ ἐτέρως μὲν παρὰ τῶν ἀποστόλων συνχωρεῖτο, ἐτέρως δὲ παρὰ τῶν ψευδαδέλφων ἐσπουδάζετο. *Οἵτινες παρεισήλθον κατασκοπήσαι τὴν ἐλευθερίαν ἡμῶν, ἣν ἔχομεν ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ*. Ὅρξ πῶς καὶ τῇ τῶν κατασκόπων προσηγορίᾳ ἐδήλωσε τὴν πόλεμον ἐκείνων; Οἱ γὰρ κατασκόποι δι' οὐδὲν εἰσέρχονται, ἀλλ' ἵνα καταμαθόντες τὰ τῶν ἐναντιῶν, πρὸς τὸ πορθησαί καὶ καθελεῖν, πολλὴν ἑαυτοῖς παρασκευάσωσι· τὴν εὐκολίαν· καθάπερ καὶ οὗτοι τότε ἐποιοῦν, ὑπὸ τὴν δουλείαν αὐτοὺς τὴν παλαιὰν εἰσαγαγεῖν βουλόμενοι. Ὡστε κἀντεῦθεν ἔδηλον, ὅτι οὐχ ἡ αὐτὴ προαίρεσις τῶν ἀποστόλων καὶ τούτων, ἀλλὰ καὶ σφόδρα ἐναντία. Ἐκείνοι μὲν γὰρ συνεχώρουν, ἵνα κατὰ μικρὸν ἐξαγάγῃσι τῆς δουλείας·

οὗτοι δὲ κατεσκευάζον, ἵνα μειζῶνως ὑποβάλωσι τῇ δουλείᾳ. Διὸ παρετήρουν περισκοποῦντες ἀκριβῶς, καὶ περιεργαζόμενοι τίνες ἀκρόβυστοι· καθὼς καὶ Παῦλος τοῦτο θηλῶν ἔλεγε, *Παρεισήλθον κατασκοπήσω τὴν ἐλευθερίαν ἡμῶν*· οὐ τῶν κατασκόπων ὀνόματι μόνον, ἀλλὰ καὶ τῶν τρώων τῆς λαθραίας εισόδου καὶ παρεισόδου τὴν ἐπιβουλὴν αὐτῶν ἐνδεικνύμενος. *Οἷς οὐδὲ πρὸς ὄραν εἴξαμεν τῇ ὑποταγῇ*. Ὅρα λέξεως εὐγένειαν καὶ ἔμφασιν. Θύ γὰρ εἶπε, *Τῷ λόγῳ, ἀλλὰ, Τῇ ὑποταγῇ*. Οὐ γὰρ ἵνα τι διδάξῃσι χρήσιμον, ταῦτα ἐποιοῦν, ἀλλ' ἵνα ἀποτάξῃσι καὶ δουλώσωνται. Διὰ τοῦτο τοῖς μὲν ἀποστόλοις εἴξαμεν, τούτοις δὲ οὐκέτι. *Ἴνα ἡ ἀλήθεια τοῦ Εὐαγγελίου διαμείνῃ πρὸς ὑμᾶς*. Ἴν' ὅπερ ἔφθην, φησὶν, εἰπόντες, τοῦτο διὰ τῶν ἔργων βεβαιώσωμεν, ὅτι *Τὰ ἀρχαία παρήλθε, καὶ γέγονε καιρὰ τὰ πάντα*, καὶ ὅτι, *Εἰ τις ἐν Χριστῷ, καιρὴ κτίσις*, καὶ ὅτι *Τοὺς περιτεμνομένους Χριστὸς οὐδὲν ὠφελήσει*. Ταύτην τὴν ἀλήθειαν βεβαιοῦντες, αὐτὰ πρὸς ὄραν εἴξαμεν. Εἶτα ἐπειδὴ εὐθέως ἀντέπιπτεν αὐτῷ τὰ παρὰ τῶν ἀποστόλων, καὶ εἰκὸς ἦν τινὰς λέγειν· Πῶς οὖν ταῦτα ἐκείνοι προστάττουσιν; ὅρα πῶς λύει σφῶς τὴν ἀντίθεσιν. Οὐ γὰρ λέγει τὴν οὖσαν αἰτίαν, οἷον ὅτι συγκαταβάσεως ἕνεκεν καὶ οικονομίας τοῦτο ἐποιοῦν οἱ ἀπόστολοι· ἢ γὰρ ἂν ἐδλάθησαν οἱ ἀκούοντες. Δεῖ γὰρ τῆς οικονομίας ἀγνοεῖν τὴν αἰτίαν· τὸς μέλλοντάς τι καρποῦσθαι παρ' αὐτῆς χρήσιμόν· εἰ γὰρ φανεῖται τῶν γινόμενων ἢ πρόφασις, τὸ πᾶν οὐκ ἔσται. Διὰ τοῦτο [685] τὸν μὲν ἐργαζόμενον αὐτὴν, εἰδέναι χρὴ τὴν αἰτίαν τῶν γινόμενων· τοὺς δὲ μέλλοντάς τι κερδαίνειν παρ' αὐτῆς, ἀγνοεῖν. Καὶ ἵνα σαφέστερον ὁ λέγω ποιήσω, ἐπ' αὐτῆς τῆς ταύτης ὑποθέσεως χρῆσθαι τῷ ὑποδείγματι. Οὗτος αὐτὸς ὁ μακάριος Παῦλος ὁ περιτομὴν ἀναιρῶν, μέλλων ποτὲ τὸν Τιμόθεον Ἰουδαίους πέμπειν· διδάσκαλον, περιτεμῶν αὐτὸν πρότερον, οὕτως ἐπεμψεν.

Ἐποίησε δὲ τοῦτο, ἵνα εὐπαράδεκτος γένηται τοῖς ἀκροαταῖς, καὶ εἰσῆλθῃ μετὰ τῆς περιτομῆς, ἵνα καταλύσῃ τὴν περιτομὴν. Ἀλλὰ τὴν αἰτίαν αὐτὸς μὲν ἠπίστατο καὶ Τιμόθεος, τοῖς δὲ μαθηταῖς οὐκ εἶπεν. Εἰ γὰρ ἔγνωσαν, ὅτι διὰ τοῦτο περιέτεμεν, ἵνα λύσῃ τὴν περιτομὴν, οὐδ' ἂν τὴν ἀρχὴν ἤκουσαν αὐτοῦ δημηγοροῦντος, καὶ τὸ πᾶν ἂν διεβρόντη κέρδος· νῦν δὲ ἡ ἀγνοία τὰ μέγιστα αὐτοὺς ὠφέλησε. Νομίζοντες γὰρ αὐτὸν ὡς νομοφύλακα τοῦτο ποιεῖν, καὶ εὐμενῶς ἐδέξαντο καὶ προσηνῶς καὶ αὐτὸν καὶ τὴν ἐκείνου διδασκαλίαν. Δεξάμενοι δὲ κατὰ μικρὸν καὶ παιδευθέντες, ἀπέστησαν τῶν παλαιῶν· ὅπερ οὐκ ἂν ἐγένετο, εἰ παρὰ τὴν ἀρχὴν τὴν αἰτίαν ἤβδαν. Μαθόντες γὰρ ἂν αὐτὸν ἀπεστράφησαν, ἀποστραφέντες δὲ οὐκ ἂν ἤκουσαν, μὴ ἀκούσαντες δὲ ἔμειναν ἂν ἐπὶ τῆς πλάνης τῆς προτέρας· ὅπερ ἵνα μὴ γένηται, οὐκ ἐξεκάλυψε τὴν αἰτίαν. Διὰ τοῦτο καὶ ἐνταῦθα οὐ λέγει τῆς οικονομίας τὴν πρόφασιν, ἀλλ' ἐτέρως

^b Sic legit Interpres Latinus et sic omnino legendum esse suadent ea quae praecedunt et quae sequuntur. Editi tamen dicunt, male.
^c Legebatur Παῦλος ὁ περιτομὴν ἀναιρεῖν μέλλων, ποτὲ.. ἢ πέμπων..

^a Savilius in margine κατασκευάσωσι.

μεθοδεύει τὸν λόγον, οὕτω λέγων· Ἀπὸ δὲ τῶν δοκούντων εἶναι τι· ὁποῖοι ποτε ἦσαν, οὐδὲν μοι διαφέρει· πρόσωπον ἀνθρώπου ὁ Θεὸς οὐ λαμβάνει. Ἐνταῦθα οὐ μόνον οὐκ ἀπολογεῖται ὑπὲρ τῶν ἀποστόλων, ἀλλὰ καὶ σφόδρα βαρεῖ τοὺς ἁγίους, ἵνα ὠφελήσῃ τοὺς ἀσθενοῦντας. Ὁ δὲ λέγει, τοιοῦτόν ἐστιν· Εἰ καὶ ἐπιτρέπουσιν ἐκεῖνοι περιτέμεσθαι, τὸν λόγον αὐτοὶ τῷ Θεῷ δώσουσιν. Οὐ γὰρ, ἐπειδὴ μεγάλοι εἶσι καὶ ἔξαρχοι, ὁ Θεὸς πρόσωπον αὐτῶν λήφεται. Ἄλλ' οὕτω μὲν σαφῶς οὐκ εἶπε, πεπεισμένως δέ· οὐ γὰρ εἶπεν, Εἰ δὲ ἐκεῖνοι θολοῦσι τὸ κήρυγμα, καὶ παρὰ τὰ προστεταγμένα κηρύττουσι, δώσουσι τὴν ἐσχάτην δικήν, καὶ τιμωρίαν ὑποστήσονται· τοῦτων μὲν οὐδὲν εἶπε, σεμνοτέρως δὲ αὐτῶν δοκεῖ καθίπτεσθαι, οὕτω λέγων· Ἀπὸ δὲ τῶν δοκούντων εἶναι τι, ὁποῖοι ποτε ἦσαν. Καὶ οὐκ εἶπεν, Ὅποιοι ποτέ εἰσιν, ἀλλ' Ἦσαν, δεικνύς ὅτι καὶ αὐτοὶ λοιπὸν ἦσαν παυσάμενοι τοῦ οὕτω κηρύσσειν, ἅτε τοῦ κηρύγματος πανταχοῦ διαλάμπαντος. Τὸ δὲ, Ὅποιοι ποτε ἦσαν, Εἰ οὕτω, φησὶν, ἐκήρυττον αὐτοὶ, τὸν λόγον δώσουσιν. Οὐ γὰρ ἀνθρώποις, ἀλλὰ Θεῷ μέλλουσιν ἀπολογεῖσθαι.

γ'. Ταῦτα δὲ ἔλεγεν, οὐχ ὡς ἀμφιβάλλων, οὐδ' ὡς ἀγνοῶν τὰ ἐκείνων, ἀλλ', ὅπερ ἐφθην εἰπὼν, οὕτω συμφέρειν νομίζων μεθοδεύσαι τὸν λόγον. Εἶτα ἵνα μὴ δόξῃ ὡς τὴν ἐναντίαν ἔχων τάξιν κατηγορεῖν αὐτῶν, καὶ ἀπὸ τούτου κατασκευαστὴ μάχης ὑπόνοιαν, ἐπήγαγεν εὐθέως τὴν διώρθωσιν, εἰπὼν, ὅτι· Ἐμοὶ οἱ δοκοῦντες, οὐδὲν προσανέθετο. Τί δὲ τοῦτο ἐστιν; Ἄ μὲν ὑμεῖς λέγετε, φησὶν, οὐκ οἶδα· ἐκεῖνο μέντοι [684] οἶδα σαφῶς, ὅτι· ἐμοὶ οὐκ ἠναντιώθησαν, ἀλλὰ καὶ συνέπνευσαν καὶ συνεφώνησαν· τὸ γὰρ, Δεξιὰς ἔδωκαν, τοῦτο ἐστὶ δηλούντως. Ἄλλὰ τέως οὐ λέγει τοῦτο, ἀλλ' ὅτι οὐκ ἐδίδαξαν, οὐ διώρθωσαν, οὐ πλέον τι προσέθηκαν ὧν ἤθειν. Ἐμοὶ γὰρ οἱ δοκοῦντες, φησὶν, οὐδὲν προσανέθετο. Τουτέστι. Μαθόντες τὰ ἐμὰ, οὐδὲν προσέθηκαν, οὐδὲν διώρθωσαν, καὶ ταῦτα εἰδότες, ὅτι διὰ τοῦτο παρεγενόμην, ὥστε αὐτοῖς κοινώσασθαι· καὶ κατ' ἀποκάλυψιν Πνεύματος παρεγενόμην, ὥστε αὐτοῖς κοινώσασθαι, καὶ Τίτον ἀκρόβυστον εἶχον μεθ' ἑαυτοῦ, οὔτε ἐμοὶ τι πλέον εἶπον ὧν ἤθειν, οὔτε ἐκεῖνον περιέτεμον. Ἄλλὰ τούναντιον. Τί ἐστὶ, Τούναντιον; Τινὲς μὲν φασὶ τοῦτο αὐτὸν λέγειν, ὅτι οὐ μόνον αὐτὸν οὐκ ἐδίδαξαν, ἀλλὰ καὶ ἐδιδάχθησαν παρ' αὐτοῦ· ἐγὼ δὲ οὐκ ἂν εἴποιμι τοῦτο. Τί γὰρ ἐμελλον παρ' αὐτοῦ μαθάνειν πλέον; καὶ γὰρ ἕκαστος αὐτῶν ἀπρητισμένος ἦν. Οὐ τοίνυν τοῦτο βούλεται εἰπεῖν Τούναντιον λέγων, ἀλλ' ὅτι οὐ μόνον οὐκ ἐπετίμησαν, ἀλλὰ καὶ τοσοῦτον ἀπέσχον τοῦ μέμφασθαι, ὅτι καὶ ἐπήνεσαν· τὸ γὰρ ἐναντίον τοῦ μέμφασθαι τὸ ἐπαινεῖσαι. Εἶτα ἐπειδὴ εἰκὸς ἦν ἀντειπεῖν τινας, Εἰ ἐπήνεσαν, πῶς οὖν τὴν περιτομὴν οὐκ ἀνέλιον; εἰ γὰρ ἐπήνεσαν, ἐχρῆν ἀνελεῖν· εἶπεῖν μὲν ὅτι ἀνέλιον, λίαν ἀναίσχυντον εἶναι ἐνόμιζε, καὶ πρὸς τὰ ὠμολογημένα φανεράν μάχην εἰσάγειν· πάλιν ὁμολογούντα τὴν τῆς περιτομῆς συγχώρησιν, εἰς ἑτέραν ἀντίθεσιν ἐμπροσθεν ἀνάγκην

• Deerat ob.

οὔσαν ἐώρα. Εἰ γὰρ ἐπήνεσαν τὸ κήρυγμα τὸ σὸν, φησὶ, καὶ αὐτοὶ πάλιν ἐπέτρεπον περιτομὴν, ἑαυτοῖς ἐμάχοντο. Τίς οὖν ἢ ἡ τούτου λύσις; Ἦν εἰπεῖν, ὅτι συγκαταβάσεως Ἰουδαϊκῆς ἕνεκεν ταῦτα ἐποίησαν· ἀλλὰ τοῦτο εἰπὼν, ὅλον τῆς οἰκονομίας τὸν θεμέλιον διεσάλευσεν ἄν. Διὰ τοῦτο μὲν οὐ λέγει, ἀφήσει δὲ αὐτὸ ἐν ἀπορίᾳ καὶ μετέωρον εἰπὼν· Ἀπὸ δὲ τῶν δοκούντων εἶναι τι, οὐδὲν μοι διαφέρει· ὡς ἂν εἰ ἔλεγεν, Οὐ κατηγορῶ, οὐδὲ διαβάλλω τοὺς ἁγίους ἐκεῖνους· Ἰσαῖν αὐτοὶ τί ἔπραττον· καὶ γὰρ τῷ Θεῷ μέλλουσιν ἀποδιδοῖν λόγον· τὸ δὲ σπουδαζόμενον ἐμοὶ δεῖξαι, ὅτι τὰ ἐμὰ οὐ καθεῖλον, οὐδὲ διώρθωσαν, οὐδὲ προσέθηκαν ὡς ἐνδεῶς ἔχουσιν αὐτοῖς, ἀλλὰ καὶ ἐπήνεσαν καὶ συνήνεσαν· καὶ τούτων μάρτυρας ἔχω καὶ Τίτον καὶ Βαρνάβαν. Διόπερ ἐπάγει λέγων· Ἰδόντες ὅτι πεπίστευμαι τὸ Εὐαγγέλιον τῆς ἀκρόβυστίας, καθὼς Πέτρος τῆς περιτομῆς· περιτομὴν καὶ ἀκρόβυστίαν οὐ τὰ πράγματα λέγων αὐτὰ, ἀλλὰ τὰ ἀπὸ τούτων γνωριζόμενα ἔθνη. Ἐπήγαγε γοῦν· Ὁ γὰρ ἐνεργήσας Πέτρος εἰς ἀποστολὴν τῆς περιτομῆς, ἐνήρησεν καὶ ἐμοὶ εἰς τὰ ἔθνη· Ὅσπερ οὖν τὴν ἀκρόβυστίαν τὰ ἔθνη καλεῖ, οὕτω καὶ περιτομὴν Ἰουδαίους. Καὶ δεῖκνυσιν αὐτοῖς ὁμοτίμον ὄντα λοιπὸν, καὶ οὐ τοῖς ἄλλοις ἑαυτὸν, ἀλλὰ τῷ κορυφαίῳ [685] συγκρίνει, δεικνύς ὅτι τῆς αὐτῆς ἕκαστος ἀπέλευσεν ἀξίας. Ἐπειδὴ γὰρ τὴν περὶ τῆς ὁμονοίας αὐτῶν κατεσκεύασεν ἀπόδειξιν, θαρρῶν λοιπὸν μετὰ παρρησίας διαλέγεται, καὶ οὐκέτι ἴσταται· μέχρι τῶν ἀποστόλων μόνων, ἀλλ' ἐπὶ τὸν Χριστὸν ἀνάγει τὸν λόγον, καὶ τὴν ὑπ' ἐκείνου δοθεῖσαν χάριν αὐτῷ· καὶ μάρτυρας τούτων τοὺς ἀποστόλους καλεῖ, καὶ φησὶν· ὅτι· Γρόντες τὴν χάριν τοῦ Κυρίου τὴν δοθεῖσάν μοι, Ἰάκωβος καὶ Κηφᾶς καὶ Ἰωάννης, οἱ δοκοῦντες στῦλοι εἶναι, δεξιὰς ἔδωκαν ἐμοὶ καὶ Βαρνάβαν κοινωρίας. Καὶ οὐκ εἶπεν, ὅτι ἀκούσαντες, ἀλλὰ, Γρόντες, τουτέστι, καταμαθόντες δι' αὐτῶν τῶν πραγμάτων, δεξιὰς ἔδωκαν ἐμοὶ καὶ Βαρνάβαν κοινωρίας. Εἶδες πῶς κατὰ μικρὸν εἰδείξε καὶ τῷ Χριστῷ τοῦτο δοκοῦν, καὶ τοῖς ἀποστόλοις; Οὐδὲ γὰρ ἂν ἐδόθη, οὐδὲ ἐνήρησεν ἡ χάρις, εἰ μὴ δοκοῦν αὐτῷ τὸ τοιοῦτον κήρυγμα ἦν. Καὶ ὅπου μὲν συγχρῖναι ἑαυτὸν ἔδει, Πέτρον μὲνηται μόνου· ὅπου δὲ μαρτυρίαν καλέσαι, τῶν τριῶν ὁμοῦ, καὶ μετ' ἔγκωμίου, Κηφᾶς, λέγων, καὶ Ἰάκωβος, καὶ Ἰωάννης οἱ δοκοῦντες στῦλοι εἶναι. Καὶ πάλιν οὐ τὸ εἶναι ἀναιρῶν, τοὺς δοκοῦντάς φησιν, ἀλλὰ καὶ τὴν τῶν ἄλλων παραλαμβάνων γνώμην, καὶ λέγων, ὅτι Οἱ μεγάλοι καὶ ἔξαιρετοι, καὶ οὐς πάντες πανταχοῦ περιφέρουσιν, οὗτοι μάρτυρές εἰσι τῶν λεγομένων, ὅτι καὶ τῷ Χριστῷ ταῦτα δοκεῖ, καὶ διὰ μὲν τῶν πραγμάτων ταῦτα ἔμαθον, καὶ δι' αὐτῆς τῆς πείρας ἐπιστώθησαν. Διὸ καὶ δεξιὰς ἔδωκαν ἐμοὶ, καὶ οὐκ ἐμοὶ μόνον, ἀλλὰ καὶ τῷ Βαρνάβᾳ, ἵνα ἡμεῖς μὲν εἰς τὰ ἔθνη, αὐτοὶ δὲ εἰς τὴν περιτομὴν.

Ἡ συνέσεως ὑπερβολὴ, καὶ συμφωνίας ἀπόδειξις ἀναντιρρήτος! δεῖκνυσι γὰρ καὶ τὰ ἐκείνων αὐτοῦ, καὶ τὰ αὐτοῦ ἐκείνων. Ταῦτα γὰρ ἑκατέρωθεν ἐδίδκει,

• Legebatur τίς τῶν, et post aliquot lines, ἐν ἀπορίᾳ καὶ μετέωρῳ.

refert : personam hominis Deus non accipit. Hic non solum non excusat apostolos, verum etiam vehementer gravat sanctos, ut prosit infirmis. Illoc autem vult significare : Etsi illi permittunt circumcisionem, ipsi Deo reddituri sunt rationem : non enim quia magni sunt ac dignitate præstantes, Deus personam illorum accipiet. Neque tamen sic aperte loquutus est, sed moderatius. Non enim dixit, Quod si turbant prædicationem, præter ea quæ mandata sunt prædicantes, luent extrema supplicia. Nihil, inquam, horum dixit, sed reverentius videtur illos attingere, loquens hunc in modum : *Ab iis autem qui videbantur esse aliquid, quales aliquando fuerint.* Non dixit, Quales jam sunt, sed, *Quales fuerint* : nimirum declarans, quod et illi jam desiissent hoc modo prædicare, utpote jam ubique coruscante prædicatione. Cæterum quod ait, *Quales aliquando fuerint*, hoc declarat : Si sic, inquit, prædicaverunt, ipsi reddent rationem. Non enim hominibus, sed Deo sunt rationem redditori.

3. Hæc autem dicebat, non velut ambigens aut ignorans quo animo id facerent illi, sed, ut dixi, quod expedire judicaret, ut hac via rem aggrediretur. Deinde ne velut diversæ factionis videretur illos accusare, et hinc oriretur contentions ac dissidii suspicio, mox correctionem adjunxit, dicens : *Mihi enim qui habebantur in pretio, nihil contulerunt.* Quid autem hoc est? quæ vos dicitis, inquit, nescio : illud vero certo scio, quod mihi non modo non sunt adversati, verum etiam conspirarunt mecum, concordiaque sociati sunt. Id enim declarat, cum ait : *Dextras dederunt.* Verum nondum hoc dicit, sed illud tantum dicit, quod non docuissent, non correxissent, neque quidquam addidissent iis quæ prius sciverat. *Mihi enim, inquit, qui erant in pretio, nihil præterea contulerunt.* Hoc est, postquam cognoverant quæ prædicarem, nihil adjecerunt, nihil inde correxerunt : idque cum scirent me ea gratia venisse Jerosolymam, ut cum ipsis communicarem. Nam secundum revelationem Spiritus accesseram, ut cum illis communicarem, ac Titum incircumcisum habebam mecum. Nec illi mihi quidquam dixerunt ultra ea quæ prius sciveram, nec illum circumcidi. 7. *Sed contra.* Quid est, *Contra?* Quidam hoc sentire Paulum dicunt, quod non solum ipsum nihil docuerint, verum etiam ab ipso dociti sint : ego vero nequaquam hoc dixerim. Quid enim ab illo præterea erant docendi? quandoquidem unusquisque illorum perfectus erat. Non igitur hoc sentit cum ait, *Contra*; sed illud potius vult dicere, quod non solum nihil reprehenderunt, verum tantum abfuerunt ab incusando, ut comprobarint etiam : nam comprobatio contraria est incusationi. Mox quoniam conjectandum erat dicturos aliquos : Si comprobarunt, quare non sustulerunt circumcisionem? nam si comprobarunt, tollenda erat : dicere quidem, Sustulerunt, judicabat nimis inverecundum fore, atque hinc orituram pugnam manifestam adversus ea quæ confessus fuerat : rursus, si confiteretur concedendam esse circumcisionem, videbat necessario fore,

ut in aliam incideret objectionem. Si enim, inquit, comprobarunt tuam prædicationem, cum contra permiserint circumcisionem, ipsi secum pugnant. Quo pacto igitur hic solvitur nodus? Dicere poterat, quod ista fecissent morem gerentes infirmitati Judaicæ : verum hoc dicendo totum dispensationis fundamentum convulsisset. Ideo non dicit hoc, sed reliquit in dubio atque aucipiti, dicens : *Ab iis autem qui videbantur esse aliquid, nihil mea refert* : ac si diceret : Non accuso, neque suggillo sanctos illos : sciunt ipsi quid fecerint : Deo siquidem reddituri sunt rationem. Quod autem hic demonstrare studeo, hoc est, quod a me gesta non resciderunt neque correxerunt, neque quidpiam addiderunt, quasi quidam illis deesset, verum etiam comprobarunt et assensi sunt; atque Iujsee rei testes habeo Titum ac Barnabam. Unde subjicit dicens : *Cum vidissent mihi commissum evangelium præputii, quemadmodum Petro circumcisionis; circumcisionem et præputium dicens non res ipsas, sed gentes hac nota distinctas.* Subjunctum igitur : 8. *Qui enim operatus est in Petro in apostolatum circumcisionis, operatus est et in me inter gentes.* Quemadmodum igitur præputii nomine designat gentes, ita et circumcisionis nomine Judæos. Jamque se cæteris honore parem ostendit, nec se reliquis illis, sed ipsi coryphæo comparat, declarans quod horum unusquisque parem sortitus sit dignitatem. Posteaquam enim argumentis declaravit apostolorum inter se concordiam, deinde sumpta fiducia libere prosequitur : neque jam solum pervenit usque ad apostolos, sed ad Christum ipsum deducit sermonem, atque gratiam sibi ab illa donatam : quarum rerum testes citat apostolos, dicens, 9. *Ubi cognovissent gratiam Dei quæ data est mihi, Jacobus, Cephas et Joannes, qui videbantur columnæ esse, dextras dederunt mihi et Barnabæ societatis.* Non dixit, Postquam audissent, sed, *Cum cognovissent*, hoc est, ex ipsis didicissent factis, *dextras dederunt mihi et Barnabæ societatis.* Vides ut paulatim demonstrarit hoc et Christo visum et apostolis? Neque enim data fuisset, neque in illo fuisset operata gratia, ni prædicationem eam comprobasset. Ac Petri quidem solius meminit, ubi cogitur se cum illis conferre : ubi autem citandum est testimonium, triun pariter facit mentionem, idque non sine laude; *Cephas, inquit, Jacobus et Joannes, qui videbantur esse columnæ.* Nec rursus ideo dicit, *Videbantur*, quod tolleret rei veritatem, sed aliorum quoque assumit sententiam, dicens : Qui magni sunt et eximii, quosque omnes ubique celebrant, hi testes sunt eorum quæ dico, quod eadem placeant et Christo, quodque hæc ipsis rebus cognoverint, ipsaque rerum experientia commoti sint, ut crederent. Ideoque et dextras mihi dedere, non mihi tantum, sed et Barnabæ, *Ut nos quidem ad gentes, ipsi vero in circumcisionem.*

Pauli prudentia. — O prudentiam eximiam! o concordie demonstrationem irrefutabilem! ostendit enim illorum doctrinam suam esse, et suam illorum esse. Eadem enim utrisque placebant : videlicet ut et illi

sic prædicarunt Judæis, et hic gentibus: ideoque subjecit ita loquens, *Ut nos quidem in gentes, ipsi vero in circumcisionem*. Vides quod hic quoque circumcisionem appellat non rem ipsam, sed Judæos? Quoties enim rem ipsam dicit, et contrarium opponit, ipsum nominat præputium, ut cum ait: *Circumcisio quidem prodest, si legem observes: quod si transgressor legis fueris, circumcisio tua præputium facta est* (Rom. 2. 25); ac rursum, *Neque circumcisio quidquam valet neque præputium* (Gal. 5. 6). Ubi vero sic appellat Judæos, nec rem intelligi vult, sed populum: non opponit præputium, sed gentes. Etenim discernuntur Judæi quidem a gentibus, a circumcisione vero præputium: quemadmodum cum superius diceret, *Qui operatus est et in Petro in apostolatam circumcisionis, operatus est et in me inter gentes*; et hic rursum, *Nos in gentes, ipsi vero in circumcisionem*; non rem ipsam, sed Judæorum populum sic appellat, distinguens eum a gentibus. 10. *Tantum ut pauperum memores essemus, quod ipsum etiam studui facere*.

4. Quid tandem est hoc quod dicit? In prædicandi, inquit, munere partiti sumus inter nos orbem terrarum; atque ego quidem eos qui ex gentibus sunt, illi vero Judæos acceperunt secundum Dei placitum: ad curam vero pauperum, qui apud Judæos erant, ego quæ facultatis meæ erant cum illis contuli. Quod si bellum fuisset et contentio, nequaquam hoc illi recepissent. Qui sunt autem isti pauperes? Plerique Judæi qui crediderant in Palæstina, facultatibus omnibus exuti fuerant, ac per omnes regiones disjecti exsultabant. Quod quidem et in Epistola ad Hebræos scripsit, dicens: *Nam bonorum vestrorum rapinam cum gaudio suscepistis* (Hebr. 10. 34). Declarat idem et Thessalonicensibus scribens, ac fortitudinem illorum prædicans: *Vos enim, inquit, imitatores facti estis Ecclesiarum Dei, quæ sunt in Judæa: quoniam et vos eadem passi estis a propriis contribulibus, quemadmodum et illi a Judæis* (1. Thess. 2. 14). Omnibusque modis ostendit quod ii qui ex gentibus crediderant, non perinde oppugnabantur a Græcis, atque ii qui ex Judæis crediderant, a suæ gentis hominibus vexabantur: hæc quippe gens cæteris omnibus erat atrocior. Ideo summa sollicitudine curam illorum gerunt, atque ea de re et Romanis scribit et Corinthiis. Neque solum colligit pecunias, verum etiam ipse illas defert et distribuit (1. Cor. 13), atque: *Nunc autem vado in Jerusalem ministrans sanctis* (Rom. 15. 25). Nam et ad victum necessariis egebant. Quod igitur hic significat, illud est: Hac in re mihi visum est illis opitulari: quod et recepi, et non cessavi. At postquam his ostendit suam cum apostolis concordiam consensumque, cogitur deinceps et disceptationis cum Petro Antiochiæ habitæ mentionem facere, dicens: 11. *Cum autem venisset Petrus Antiochiam, in faciem illi restiti, quoniam reprehensibilis erat*. 12. *Priusquam enim venissent quidam a Jacobo, simul cum gentibus edebat: at postquam venissent, subduxit ac separavit semetipsum metuens eos qui erant ex circumcisione*.

De Pauli cum Petro disceptatione (a). — Multi qui parum attente legunt hunc epistolæ locum, existimant Petrum a Paulo accusari de simulatione: verum non ita se res habet; absit: multam enim hic comperimus tum Petri tum Pauli prudentiam tecte adhibitam, ut prodessent audientibus. Sed prius dicendum est de Petri fiducia, et quomodo semper ante cæteros discipulos prosiliret: nam hinc etiam cognomen sortitus est ob immutabilem et immobilem fidem. Cum enim omnes essent interrogati, hic ante cæteros prosiliens: *Tu es, inquit, Christus, Filius Dei vivi* (Matth. 16. 16); quo tempore illi et claves regni cælorum conceditæ sunt. Præterea in monte solus existit qui loqueretur. Ad hæc cum de cruce fieret sermo, cæteris tacentibus ipse dixit: *Propitius esto tibi* (Ibid. v. 22). Quamquam autem hæc verba non erant circumspectæ mentis, erant tamen fervidæ caritatis. Quin et in cæteris omnibus videbimus illum aliis fervidiorem, et ad pericula præsilientem. Ita cum Dominus visus esset in littore, cæteris navim trahentibus, ipse non sustinuit navigio accedere. Ac post resurrectionem Judæis eadem spirantibus insanientibusque, ac discipulos discerpere quærentibus, primus accedens ausus est in vocem crumpere ac dicere, quod ille crucifixus assumptus jam in cælis esset. Aliud est autem, ostium clausum aperire, ac negotio dare principium: aliud post deinceps confidenter agere. Itaque qui suam ipsius animam tam numero populo exposuerat, quomodo simulasset umquam? qui flagellatus, qui vincus, nihil de sua fiducia voluerat remittere, idque in ipso statim prædicationis initio, in media metropoli, ubi tantum erat discriminis: quomodo post tantum temporis Antiochiæ, ubi nullum erat periculum, cum jam ex ipsis factis comprobatus ac spectatus esset, eos qui ex Judæis crediderant, formidasset? qui Judæos ipsos non metuerat et in principio et in metropoli: quomodo post tantum temporis, cum esset in aliena civitate, eos qui ab illis defecerant metuerit? Non igitur hæc dicens Paulus adversus Petrum loquitur, sed eodem consilio quo dixerat illud, *Ab iis autem qui videbantur esse aliquid; qualescumque fuerint, nihil mea refert*: ab eodem et hæc loquitur. Verum ne diutius his de rebus dubitemus, eorum quæ dicta sunt, causam oportet explicare. Apostoli enim, ut dixi, Jerosolymis quidem mittebant circumcisionem: non enim poterant subito a lege remove: ubi vero venissent Antiochiam, jam nihil istarum rerum observabant, sed cum iis qui ex gentibus crediderant, indifferenter vivebant: quod sane et Petrus tum faciebat. Ubi vero venissent ex urbe Jerosolymorum, qui viderant eum ibi sic prædicantem, non ulterius id faciebat, metuens ne illos offenderet, sed recessit, hic duo per dispensationem agens: alterum ne offenderet eos qui erant ex Judæis; alterum, ut Paulo justam præberet occasionem increpandi. Etenim si

(a) Hac de re Chrysostomus peculiarem habuit humilitatem, quam edidimus Tom. 5, col. 371-372, cum prævio *Μονατο*. Ubi ille hanc eandem, quam hic prolert, sententiam proponat iisdem argumentis. *Ibid* videbis.

καὶ ἐκείνους Ἰουδαίους κηρύττειν οὕτω, καὶ τοῦτον τοῖς ἔθνεσι· διὸ καὶ ἐπήγαγεν, Ἵνα ἡμεῖς εἰς τὰ ἔθνη, αὐτοὶ δὲ εἰς τὴν περιτομὴν. Ὅρξαι πῶς περιτομὴν ἐνταῦθα οὐχὶ τὸ πρᾶγμα καλεῖ, ἀλλὰ τοὺς Ἰουδαίους; Ὅταν μὲν γὰρ αὐτὸ τὸ πρᾶγμα λέγη καὶ ἀντιδιαστέλλῃ, αὐτὴν τὴν ἀκροβυστίαν τίθεισιν, ὡς ὅταν λέγη, *Περιτομὴ μὲν ὡφελεῖ, ἐὰν νόμον πρᾶσσης· ἐὰν δὲ παραβάτης νόμου ᾖ, ἡ περιτομὴ σου ἀκροβυστία γέγονε*· καὶ πάλιν, *Οὐτε περιτομὴ τι ἰσχύει, οὐτε ἀκροβυστία*· ὅταν δὲ Ἰουδαίους οὕτω καλῇ, καὶ μὴ τὸ πρᾶγμα, ἀλλὰ τὸν λαὸν δηλῶσαι βούληται, οὐ τὴν ἀκροβυστίαν, ἀλλὰ τὰ ἔθνη ἀντιτίθεισιν. Ἀντιδιαστέλλονται μὲν γὰρ ἔθνεσιν Ἰουδαίους, περιτομῇ δὲ ἀκροβυστία· ὡς ὅταν λέγη καὶ ἀνωτέρω, Ὁ γὰρ ἐνεργήσας Πέτρῳ εἰς ἀποστολὴν τῆς περιτομῆς, ἐνήργησε κάμῳ εἰς τὰ ἔθνη· καὶ ἐνταῦθα πάλιν, ὅτι Ἡμεῖς εἰς τὰ ἔθνη, αὐτοὶ δὲ εἰς τὴν περιτομὴν, οὐ τὸ πρᾶγμα αὐτὸ φησιν, ἀλλὰ τὸν τῶν Ἰουδαίων λαὸν οὕτω καλεῖ, ἀντιδιαστέλλων αὐτὸν τοῖς ἔθνεσιν. *Μόρον τῶν πτωχῶν Ἰνα μνημονεύωμεν*, ὃ καὶ ἐσπούδασα αὐτὸ τοῦτο ποιῆσαι.

δ'. Τί ποτε τοῦτο ἐστὶν ὁ φησιν; Ἐν μὲν τῷ κηρύγματι, φησὶ, δευλόμωβα τὴν οἰκουμένην, καὶ γὰρ μὲν [686] τοὺς ἐξ ἔθνων, ἐκείνοι δὲ τοὺς Ἰουδαίους ἔλαβον κατὰ τὸ τῷ Θεῷ δοκοῦν· εἰς δὲ τὴν τῶν πτωχῶν ἐπιμέλειαν τῶν παρὰ Ἰουδαίους, ἐγὼ τὰ παρ' ἐμαυτοῦ συνεισήνεγκα ἐκείνοις. Εἰ δὲ πόλεμος ἦν καὶ μάχη, οὐκ ἂν τοῦτο κατεδέξαντο ἐκείνοι. Τίνες δὲ εἰσιν οὗτοι οἱ πτωχοὶ; Πολλοὶ τῶν Ἰουδαίων πιστεύσαντες ἐν Χάλαισίῃ τὰ βῆτα ἀφηρῆθησαν ἅπαντα, καὶ πανταχόθεν ἤλαυνοντο. Καὶ τοῦτο δηλοῖ μὲν ἐν τῇ πρὸς Ἑβραίους Ἐπιστολῇ, λέγων· *Καὶ γὰρ τὴν ἀρπαγὴν τῶν ὑπαρχόντων ὑμῶν μετὰ χαρᾶς προσεδέξασθε*· δηλοῖ δὲ Θεσσαλονικεῦσι γράφων, καὶ ἀνακηρύττειν τὴν ἀνδρείαν ἐκεῖνων· Ὑμεῖς γὰρ, φησὶ, *μμηταὶ ἐγένεσθε τῶν Ἐκκλησιῶν τοῦ Θεοῦ τῶν οὐσῶν ἐν τῇ Ἰουδαίᾳ, ὅτι καὶ ὑμεῖς τὰ αὐτὰ ἐπάθετε ὑπὸ τῶν ἰδιῶν συμφυλετῶν, καθάπερ ἀκαεῖνοι ὑπὸ τῶν Ἰουδαίων*. Καὶ διὰ πάντων δείκνυσιν, ὅτι οὐχ οὕτως οἱ ἐξ Ἑλλήνων πιστεύσαντες, ὑπὸ τῶν μενόντων Ἑλλήνων ἐπολεμοῦντο, ὡς οἱ ἀπὸ Ἰουδαίων πιστεύσαντες, ὑπὸ τῶν ὁμοφύλων ἤλαυνοντο· τραχύτερον γὰρ τοῦτο πάντων τὸ ἔθνος. Διὰ ταῦτα πολλὴν ποιῶνται σπουδὴν, ὥστε πάσης αὐτοὺς ἀπολαύειν ἐπιμελείας, καὶ Ῥωμαίους ἐπιστέλλων καὶ Κορινθίοις. Καὶ οὐ μόνον συνάγει χρήματα, ἀλλὰ καὶ αὐτὸς αὐτὰ διακομίζει, καὶ λέγει· *Νυνὶ δὲ πορεύομαι εἰς Ἱερουσαλὴμ διακονῶν τοῖς ἀγίοις*. Καὶ γὰρ ἀναγκαίως ἠπόρουσαν τροφῆς. Τοῦτο οὖν καὶ ἐνταῦθα δηλῶν ἔλεγεν, ὅτι Ἐν τούτῳ μοι βοηθεῖν αὐτοῖς ἔδοξε, καὶ κατεδεξάμην, καὶ οὐκ ἐνέλιπον. Καὶ διὰ τούτων δεῖξας τὴν πρὸς αὐτοὺς ὁμόνοιαν καὶ συμφωνίαν, ἀναγκάζεται λοιπὸν καὶ τῆς πρὸς Πέτρον αὐτῷ γινομένης ἐν Ἀντιοχείᾳ διαλέξεως μνησθῆναι, καὶ φησιν· Ὅτε δὲ ἦλθε Πέτρος εἰς Ἀντιόχειαν, κατὰ πρόσωπον αὐτῷ ἀντέστην, ὅτι κατεγνωσμένος ἦν. Πρὸ τοῦ γὰρ ἔλθεῖν εἶπας ἀπὸ Ἰακώβου, μετὰ τῶν ἐθνῶν συνήσθιεν· ὅτε δὲ ἦλθον, ὑπ-

ἔστελλε καὶ ἀφώριζεν ἑαυτὸν, φοβούμενος τοὺς ἐκ περιτομῆς.

Πολλοὶ τῶν ἀπλῶς ἀναγνωσκόντων τοῦτ' ἐπὶ τὸν ῥητὸν τῆς Ἐπιστολῆς, νομίζουσι τοῦ Πέτρου τὸν Παῦλον κατηγορεῖν ὑπόκρισιν· ἀλλ' οὐκ ἐστὶ ταῦτα, οὐκ ἐστὶν, ἀπαγε· πολλὴν γὰρ εὐρήσασμεν καὶ τοῦ Πέτρου καὶ τοῦ Παύλου. τὴν σύνεσιν ἐγκραρυμένην ἐνταῦθα πρὸς τὴν τῶν ἀκουόντων ὡφέλειαν. Πρῶτερον δὲ ἀναγκαῖον περὶ τῆς τοῦ Πέτρου παρβήσιος εἰπεῖν, καὶ πῶς αἰ πάντων αὐτὸς κατεπήδα τῶν μαθητῶν. Καὶ γὰρ τὴν προσηγορίαν ἐνετύθεν ἔλαβε διὰ τὸ ἀκλινὲς καὶ ἀπερίτρεπτον τῆς πίστεως· καὶ ὅτε κοινῇ πάντες ἠρωτῶντο, τῶν ἄλλων προπηδήσας, φησὶ· *Σὺ εἶ ὁ Χριστὸς ὁ Υἱὸς τοῦ Θεοῦ τοῦ ζῶντος*· ὅτε καὶ τὰς κλεῖς τῶν οὐρανῶν ἐνεπιστεύθη. Καὶ ἐν τῷ βρει μόνος φαίνεται φεγγαγόμενος, καὶ ὅτε περὶ σταυροῦ διελέγετο, τῶν ἄλλων σιγῶντων, αὐτὸς φησιν, Ἰλεῶς σοι. Ταῦτα δὲ τὰ ῥήματα εἰ καὶ μὴ δι-εσχεμμένης γνώμης ἦν, ἀλλ' ὅμως ζεούσης ἀγάπης. Καὶ [687] πανταχοῦ δὲ τῶν ἄλλων ὁρῶμεν αὐτὸν θερμότερον ὄντα, καὶ προαλλόμενον ἐν τοῖς κινδύνοις. Καὶ ὅτε ὤφθη ἐν τῷ αἰγιαλῷ, τῶν ἄλλων τὸ πλοῖον ἐλκόντων, αὐτὸς οὐκ ἠνέαχετο τῷ πλοίῳ παραγενέσθαι· καὶ μετὰ τὴν ἀνάστασιν δὲ φωνόντων ἡ Ἰουδαίων καὶ μαινομένων, καὶ ζητούντων αὐτοὺς διασπάσαι, πρῶτος παρελθὼν ἐτόλμησε ρῆξαι φωνὴν καὶ εἰπεῖν, ὅτι ὁ σταυρωθεὶς ἀνελήθη, καὶ ἐν τοῖς οὐρανοῖς ἐστὶν. Οὐκ ἐστὶ δὲ Ἰσὸν κεκλεισμένην ἀνοῖξαι θύραν καὶ ἀρχὴν δοῦναι πράγματι, καὶ μετὰ ταῦτα παρβήσιασσασθαι. Ὁ τοίνυν τὴν ἑαυτοῦ ψυχὴν ἐκδούς δὴμῳ τοσοῦτον, πῶς ἂν ὑπεκρίθη ποτέ; ὁ μαστιχθεὶς καὶ δεθεὶς, καὶ μηδὲν τῆς παρβήσιος ἐλόμενος καθυφεῖναι, καὶ ταῦτα ἐν ἀρχῇ τοῦ κηρύγματος, ἐν μέσῃ τῇ μητροπόλει, ἐνθα τοσοῦτος κίνδυνος ἦν, πῶς ἂν μετὰ τοσοῦτον χρόνον ἐν Ἀντιοχείᾳ, ἐνθα οὐτε κίνδυνος ἦν, καὶ πολὺ λαμπρότερος αὐτὸς ἐγεγόνει, τὴν ἀπὸ τῶν πραγμάτων μαρτυρίαν ἔχων, τοὺς ἐξ Ἰουδαίων πιστεύσαντας εἰσεῖεν ἂν; Ὁ γὰρ αὐτοὺς Ἰουδαίους μὴ φοβηθεὶς καὶ ἐν ἀρχῇ, καὶ ἐν τῇ μητροπόλει, πῶς ἂν μετὰ χρόνον τοσοῦτον ἐν ἀλλοτρίᾳ ὦν, τοὺς ἐξ ἐκείνων μεταστάντας ἐφοβήθη; Οὐ τοίνυν κατὰ Πέτρον ταῦτα φησὶν ὁ Παῦλος, ἀλλ' ἀπὸ τῆς γνώμης ἧς εἶπεν, Ἀπὸ δὲ τῶν δοκούντων εἶναι τι· *οποῖοι ποτε ἦσαν, οὐδὲν μοι διαφέρει*, ἀπὸ τῆς αὐτῆς καὶ ταῦτα φεγγεταί. Ἀλλ' ἵνα μὴ ἐπὶ πλέον διαπορῶμεν ὑπὲρ τούτων, ἀναγκαῖον τῶν λεγομένων ἀναπτύξαι τὴν αἰτίαν. Οἱ γὰρ ἀπόστολοι, καθὼς ἐφθην εἰπὼν, ἐν Ἱεροσολύμοις μὲν συνεχώρουσαν περιτέμνεσθαι· οὐ γὰρ ἦν ἀθρόως ἀποσπᾶσαι τοῦ νόμου· ἐν Ἀντιοχείᾳ δὲ ἄλλόθεν, οὐδὲν τοιοῦτον παρετήρουσαν λοιπὸν, ἀλλὰ μετὰ τῶν ἐξ ἔθνῶν πιστευόντων ἀδιαφόρως ἔζων, ὃ δὴ καὶ Πέτρος ἐποίησε τότε. Ἐπειδὴ δὲ ἦλθον ἀπὸ Ἱεροσολύμων οἱ ἰδόντες αὐτὸν ἐκεῖ οὕτω κηρύττοντα, οὐκέτι ἐποίησε τοῦτο, φοβούμενος πληῆξαι ἐκείνους, ἀλλὰ μετέθετο, οὗο ταῦτα οἰκονομῶν, καὶ τὸ μὴ σκανδαλίσαι τοὺς ἐξ Ἰουδαίων, καὶ τὸ

■ Savil. suspicatur legendum προεπήδα, quae lectio melius conveniret, sed altera etiam quadrat.

ᵇ *Legebatur* φωνόντων.

παρασχεῖν τῷ Παύλῳ εὐλογον τῆς ἐπιτιμήσεως πρό-
φασιν. Εἰ γὰρ αὐτὸς ὁ ἐν τοῖς Ἱεροσολύμοις κηρύ-
ξας μετὰ περιτομῆς, μετέθετο ἐν Ἀντιοχείᾳ, ἔδοξεν
ἄν τοῖς ἐξ Ἰουδαίων διὰ τὸν τοῦ Παύλου φόβον τοῦτο
ποιεῖν, καὶ κατέγνωσαν ἄν αὐτοῦ πολλὴν τὴν εὐκο-
λίαν οἱ μαθηταί· οὐ μικρὸν δὲ τοῦτο σκάνδαλον
ἔμελλε γίνεσθαι. Τῷ μέντοι Παύλῳ πάντα σαφῶς
εἰδότες μεταστάς, οὐκ ἄν τοιαύτην παρέσχεν ὑπόνοιαν·
καὶ γὰρ ᾗδει τὴν γνώμην μεθ' ἧς ἐγίνετο ταῦτα. Διὸ
καὶ Παῦλος ἐπιπλήττει, καὶ Πέτρος ἀνέχεται, ἵνα ἐγ-
καλομένου τοῦ διδασκάλου καὶ σιγῶντος, εὐκολώτε-
ρον οἱ μαθηταὶ μεταθῶνται. Εἰ γὰρ, μηθενὸς γενο-
μένου τοιοῦτου, παρήνευσεν ὁ Παῦλος, οὐδὲν ἄν εἰργά-
σατο μέγα· νῦν δὲ ἀφορμὴν λαβὼν ἐπιτιμήσεως
σφοδρότερας, πλείονα τοῖς μαθηταῖς Πέτρον τὸν
φόβον ἐνέθηκε. Καὶ γὰρ εἰ μὲν ἀκούουν ταῦτα Πέτρος
ἀντέλεγε, καλῶς ἄν τις ἐμέμψατο, ὡς τῆς οἰκο-
νομίας ἀνατρεπομένης· νυνὶ δὲ, ἐκείνου μὲν ἐπι-
τιμῶντος, τοῦτου δὲ σιγῶντος, πολὺς τοῖς ἐξ Ἰουδαίων
[688] φόβος ἐγίνετο· διὸ καὶ σφοδρῶς κέχρηται τῷ
Πέτρῳ.

ε'. Καὶ σκόπει μεθ' ὄσης ἀκριβείας κέχρηται τῷ λό-
γῳ, διδοὺς τοῖς συνετοῖς ἰδεῖν, ὅτι· οὐ μάχης ἦν τὰ
ῥήματα, ἀλλ' οἰκονομίας. Ὅτε γὰρ ἤλθε Πέτρος,
φησὶν, εἰς Ἀντιόχειαν, κατὰ πρόσωπον αὐτοῦ
ἀντέστην, ὅτι κατεγνωσμένος ἦν. Οὐκ εἶπεν, ὑπ'
ἐμοῦ, ἀλλ', ὑπὸ τῶν ἄλλων. Εἰ δὲ αὐτὸς κατεγίνω-
σκεν, οὐκ ἄν παρητήσατο καὶ τοῦτο εἰπεῖν. Καὶ τὸ,
κατὰ πρόσωπον δὲ ἀντέστην, σχῆμα ἦν. Εἰ γὰρ ὄν-
τως ἐμάχοντο, οὐκ ἄν ἐπὶ τῶν μαθητῶν ἀλλήλοις
ἐπιτίμησαν· σφόδρα γὰρ ἄν αὐτοὺς ἐσκανδάλισαν
νυνὶ δὲ λυσitelouσα ἦν ἡ ἐν τῷ φανερῷ μάχη. Καὶ
ὡσπερ ὁ Παῦλος εἶξεν αὐτοῖς ἐν Ἱεροσολύμοις, οὕτω
καὶ αὐτοῖς ἐν Ἀντιοχείᾳ. Τίς οὖν ἡ κατάγνωσις; Πρό-
τοῦ γὰρ εἰθεῖν τινὰς ἀπὸ Ἰακώβου (αὐτὸς γὰρ ἦν
ὁ διδάσκαλος ἐν Ἱεροσολύμοις) μετὰ τῶν ἐθνῶν
συνήσθιαν· ὅτε δὲ ἤλθον, ὑπέστειλε, καὶ ἀφ-
ώριζεν αὐτὸν, φοβούμενος τοὺς ἐκ περιτομῆς· οὐ
τοῦτο φοβούμενος, μὴ κινδυνεύσῃ· ὁ γὰρ ἐν ἀρχῇ μὴ
φοβηθεῖς, πολλῶν μᾶλλον τότε· ἀλλ' ἵνα μὴ ἀποστῶ-
σιν. Ἐπεὶ καὶ αὐτὸς λέγει Γαλιταῖς, Φοβοῦμαι
ὑμᾶς, μὴ πως εἰκὴ κεκοιλίαικα· καὶ πάλιν, Φοβοῦ-
μαι μὴ πως ὡς ὄφεις ἔθαν ἐξηπάτησεν, οὕτω
φθορῇ τὰ νοήματα ὑμῶν. Ὁ μὲν γὰρ τοῦ θανάτου
φόβος οὐδὲν ἦν αὐτοῖς, ὁ δὲ τῆς ἀπωλείας τῶν μαθη-
τῶν σφόδρα αὐτῶν κατέσειε τὴν ψυχὴν. Ὅστε καὶ
Βαρνάβας συναπήχθη αὐτῶν τῇ ὑποκρίσει. Μὴ
θαυμάσης, εἰ τὸ πρᾶγμα ὑπόκρισιν καλεῖ· οὐ γὰρ
βούλεται, ὅπερ ἐφθην εἰπὼν, ἐκκαλύψαι τὴν γνώμην,
ἵνα ἐκείνοι κάτορθωθῶσιν. Ἐπειδὴ γὰρ σφοδρῶς
ἀντειχοντο τοῦ νόμου, διὰ τοῦτο καὶ ὑπόκρισιν καλεῖ
τὸ γινόμενον, καὶ σφόδρα ἐπιπλήττει, ὥστε πρόβριζον
αὐτῶν ἀνελεῖν τὴν πρόληψιν. Καὶ ἀκούων ταῦτα Πέ-
τρος συνυποκρίνεται, ὡς ἁμαρτάνων, ἵνα ἐν τῇ πρὸς
αὐτὸν ἐπιτιμῆσει διορθωθῶσιν. Εἰ μὲν γὰρ τοῖς ἐξ
Ἰουδαίων ὁ Παῦλος ἐπέπληξεν, ἠγανάκτησαν καὶ δι-
έπτυσαν· οὐ γὰρ πολλὴν περὶ αὐτοῦ δόξαν εἶχον· νυνὶ
δὲ τὸν διδάσκαλον ὀρώντες ἐπιτιμώμενον καὶ σιγῶν-
τα, οὔτε καταφρονήσαι, οὔτε ἀντειπεῖν τοῖς λεγομέ-

νοῖς εἶχον. Ἄλλ' ὅτε εἶδον, ὅτι οὐκ ἐρβοποδοῦσι
πρὸς τὴν ἀλήθειαν τοῦ Εὐαγγελίου. Μηδὲ αὕτη
ὑμᾶς θορυβεῖται ἡ λέξις· οὐ γὰρ Πέτρον καταγινώ-
σκων ταῦτα λέγει, ἀλλ' οὕτω χαρακτηρίζει τὴν λέ-
ξιν, ὡς συμφέρον ἦν ἀκούσαι τοὺς διὰ τῆς ἐπιτιμή-
σεως Πέτρον μέλλοντας βελτίους γίνεσθαι. Εἶπον τῷ
Πέτρῳ ἔμπροσθεν πάντων. Εἶδες πῶς τοὺς ἄλλους
διορθοῦται; Διὰ γὰρ τοῦτο ἔμπροσθεν, ἵνα καὶ
ἀκούσαντες φοβηθῶσι. Τί εἶπας, εἰπέ. Εἰ σὺ, Ἰου-
δαῖος ὑπάρχων, ἐθνικῶς ζῆς, καὶ οὐκ Ιουδαϊκῶς,
τί τὰ ἔθνη ἀναγκάζεις Ιουδαΐζειν; Καίτοι οὐ τὰ
ἔθνη αὐτῷ· συναπήχθη, ἀλλ' Ἰουδαῖοι· τί οὖν [689]
ἐγκαλεῖς ὁ μὴ γέγονε; τί δὲ μὴ τρέπεις τὸν λόγον
ἐπὶ τοὺς ὑποκρινόμενους τοὺς ἐξ Ἰουδαίων, ἀλλ' ἐπὶ
τὰ ἔθνη; διὰ τί δὲ καὶ Πέτρῳ μόνον ἐγκαλεῖς, εἰ καὶ
οἱ λοιποὶ αὐτῷ συνυποκρίθησαν; Ἰδωμεν δὲ καὶ τί
ἐγκαλεῖ. Εἰ σὺ, Ἰουδαῖος ὑπάρχων, ἐθνικῶς ζῆς,
καὶ οὐκ Ιουδαϊκῶς, τί τὰ ἔθνη ἀναγκάζεις Ιουδαΐ-
ζειν; Καὶ μὴν αὐτὸς ὑπεστέλλετο μόνος· τί οὖν ἐστὶν
ὁ κατασκευάσαι βούλεται; Ἀνυπόπτον ποιήσαι τὴν
ἐπιτίμησιν. Καὶ μὲν γὰρ εἶπε, καί τις ποιεῖς τὸν νόμον
τηρῶν, ἐπιτίμησαν ἄν οἱ ἐξ Ἰουδαίων αὐτῷ, ὡς θρα-
συνομένῳ κατὰ τοῦ διδασκάλου· νυνὶ δὲ ὑπὲρ τῶν οἰ-
κειῶν ἐγκάλων αὐτῷ μαθητῶν, τῶν ἐξ ἐθνῶν λέγω,
εὐπαράδεκτον ποιεῖ ταύτην τὸν λόγον· καὶ οὐ ταύτη
μόνον, ἀλλὰ καὶ τῷ πάντων ἀποστήσας τὴν ἐπιτίμη-
σιν, τῷ ἀποστόλῳ περιστήσαι πᾶσαν αὐτήν. Εἰ γὰρ
σὺ, φησὶν, Ἰουδαῖος ὢν, ἐθνικῶς ζῆς, καὶ οὐκ
Ιουδαϊκῶς· μονονουχὶ διεβρήθην λέγων, ὅτι Μιμήσα-
σθε τὸν διδάσκαλον, ὅτι καὶ αὐτὸς Ἰουδαῖος ὢν, ἐθνι-
κῶς ζῆ. Ἄλλ' οὕτω μὲν οὐ λέγει· οὐ γὰρ ἄν ἐδέξαντο
τὴν παραίνεσιν· προσήματι δὲ ἐπιτιμήσεως τῆς
ὑπὲρ τῶν ἐθνῶν ἐκκαλύπτει τοῦ Πέτρον τὴν γνώμην.
Πάλιν εἰ εἶπε, Διὰ τί τοὺς ἐξ Ἰουδαίων ἀναγκάζεις
Ιουδαΐζειν; σφοδρότερος ὁ λόγος· ἄν ἐγένετο· νῦν
δὲ οὐχ ὡς τῶν Ἰουδαίων μαθητῶν ἀντεχόμενος, ἀλλὰ
τῶν ἐξ ἐθνῶν, οὕτω διορθοῦται ἐκείνους. Καὶ γὰρ αἱ
ἐπιπλήξεις, ὅταν μὴ σφόδρα φορτικαὶ ᾦσι, τότε μά-
λιστα δύνανται εὐπαράδεκτοι γενέσθαι. Οὐδὲ γὰρ τῶν
ἐξ ἐθνῶν τις ἠδύνατο ἐγκαλεῖσαι τῷ Παύλῳ, ὑπὲρ
τῶν Ἰουδαίων ποιουμένῳ τὸν λόγον. Τοῦτο δὲ κατ-
ῶρθωσε σιγήσας καὶ καταδεξάμενος ὑποκρίσεως δό-
ξαν ὁ Πέτρος, ἵνα ἀληθοῦς ὑποκρίσεως ἀπαλλάξῃ
τοὺς Ἰουδαίους. Τὸ μὲν οὖν πρῶτον, εἰς τὸ Πέ-
τρον πρόσωπον περιέστησε τὸν λόγον εἰπὼν, Εἰ
σὺ Ἰουδαῖος ὑπάρχων· προῖων δὲ κοινοποιεῖ τὸ
λεγόμενον, καὶ ἐαυτὸν προσπαλαβῶν, καὶ οὕτω λέ-
γων· Ἡμεῖς φύσει Ἰουδαῖοι, καὶ οὐκ ἐξ ἐθνῶν
ἁμαρτωλοί. Καὶ τὰ μὲν λεγόμενα παραινέσεις ἦν,
σχῆμα δὲ ἐπιπλήξεως αὐτῇ περιέχεται διὰ τοὺς ἐξ
Ἰουδαίων.

ζ'. Ποιεῖ δὲ τοῦτο καὶ ἀλλαχοῦ· δοκῶν γὰρ ἕτερον λέ-
γειν, ἄλλο κατασκευάζει· ὡς ὅταν Ῥωμαίοις ἐπιστέλ-
λων λέγῃ· Νυνὶ δὲ πορεύομαι εἰς Ἱεροσόλυμα δια-
κονῶν τοῖς ἀγίοις. Οὐ γὰρ τοῦτο ἐβούλετο εἰπεῖν,
καὶ διδάξαι· αὐτοὺς ἀπλῶς, τίνας ἔνεκεν εἰς Ἱεροσό-
λυμα ἐπορεύετο, ἀλλ' εἰς ζῆλον ἀγαγεῖν ἐλεημοσύ-

• Deeral αὐτῶ.

ipse qui Jerosolymis predicaret cum circumcisionis permissu, Antiochiæ secessisset : visus fuisset iis qui ex Judæis crediderant, Pauli metu id facere, ac Petri nimiam facilitatem reprehendissent discipuli : quæ res non mediocre peperisset offendiculum : quamquam Paulo, quem nihil latebat, suo discessu nullam hujusmodi præbuisset suspicionem ; ioverat enim quo animo hæc fierent. Unde et Paulus objurgat, et Petrus sustinet : ut dum magister objurgatus obticescit, facillime discipuli mutarent sententiam. Nam si Paulus, cum tale nihil accidisset, admonuisset, nihil magni fecisset : nunc vero, quoniam nactus occasionem acrius increpavit, majorem Petri discipulis timorem iniecit. Quod si Petrus hæc audiens contradixisset, merito quis eum culpæ potuisset, quod dispensationem subvertisset. Nunc vero, dum alter objurgat, alter obticet, multus timor incutitur iis qui ex Judæis crediderant : ideoque vehementius objurgat Petrum.

5. Vide autem quanta accuratione sermonem temperat, prudentibus subindicans, ea quæ loquitur non esse dissidii, sed dispensationis. *Cum enim*, inquit, *Petrus venisset Antiochiam, in faciem illi restitit, quoniam reprehensibilis erat.* Non dixit, Reprehensus a me, sed, Ab aliis. Quod si ipse reprehendisset illum, non veritas fuisset hoc dicere. Quod autem dixit, *In faciem*, figura est, quasi dixisset, *In speciem.* Etenim si vere fuisset inter ipsos contentio, nequaquam præsentibus discipulis se invicem increpassent; gravi enim illis fuissent offendiculo : nunc autem utilis erat palam in speciem adhibita dissensio. Et sicut Paulus Jerosolymæ cessit illis, ita iidem Paulo cesserunt Antiochiæ. Quenam igitur erat reprehensio? *Priusquam enim venisset quidam a Jacobo* (ipse namque erat doctor Jerosolymis), *simul cum gentibus edebat; postquam autem venissent, subtraxit ac subduxit sese, metuens eos qui erant ex circumcisione;* non hoc metuens, ne veniret in discrimen : nam qui initio non metuerat, multo minus tum metuisset : verum illud metuebat, ne deficerent : nam et ipse Paulus Galatis dicit, *Timeo de vobis, ne frustra laboraverim* (Gal. 4. 11); ac rursus, *Timeo ne sicut serpens decepit Evam, ita corrumpantur sensus vestri* (2. Cor. 11. 3). Apud illos igitur mortis metus nihil erat, verum metus, ne perderent suos discipulos, vehementer concutiebat illorum animos. 13. *Ita ut et Barnabas simul abductus fuerit in illorum simulationem.* Nemireris si factum hoc appellat hypocrisim, hoc est, simulationem : non enim vult, ut prius dixi, patefacere consilium, ut illi corrigerentur. Quoniam enim vehementer hærebant legi, ideo Petri factum appellat simulationem, et severius increpat, ut persuasionem illis radicitus infixam evelleret. Et hæc audiens Petrus, jungit cum Paulo simulationem, quasi deliquisset, ut per ipsius objurgationem corrigerentur. Etenim si Paulus objurgasset eos qui erant ex Judæis, indigne tulissent ac respuissent illius objurgationem; nec enim admodum magnifice de illo sentiebant : nunc autem cum conspiciunt doctorem suum objurgatum obticere, neque contemnere neque contradicere Pauli verbis poterant. 14. *Sed cum viderem,*

quod non recte incederent ad veritatem evangelii. No hæc quidem dictio vos conturbet : non enim hæc dicit reprehendens Petrum, sed ita figuratam facit orationem, ut audita prodesse iis qui ob Petri objurgatum meliores erant futuri. *Dixi Petro coram omnibus.* Vides quomodo hinc corrigit alios? nam ideo dixit *Coram*, ut qui audirent timerent. Age dic quid dixeris, *Si tu, Judæus cum sis, gentiliter vivis, et non judaice : cur cogis gentes judaizare?* Atqui gentes non simul cum illo fuerant in simulationem illam abductæ, sed Judæi : cur igitur incusas quod factum non est? cur non vertis sermonem ad eos qui simulabant, qui quidem erant ex Judæis, sed ad gentes? cur autem Petrum solum incusas, si cæteri quoque cum illo simulaverunt? Videamus porro et quid sit in quo accusat : *Si tu, Judæus cum sis, gentiliter vivis, et non judaice : cur cogis gentes judaizare?* Atqui solus hic se subduxerat : quid igitur est, quod vult efficere? Ut objurgatio careat suspitione. Nam si dixisset : Male facis, qui legem observas : increpassent illum Judæi tanquam confidentius agentem adversus præceptorem ipsorum : nunc vero dum illum objurgat pro suis discipulis, nimirum pro iis qui erant ex gentibus, acceptiorem reddit sermonem : et non hoc modo tantum, verum etiam, quod abstinens ab omnium reprehensione, totam increpationem confert in apostolum : *Si enim tu, inquit, Judæus cum sis, gentiliter vivis, non judaice;* propemodum aperte clamans : Imitamini doctorem; ecce et ipse Judæus cum sit, gentium more vivit. Verum id non dicit; non enim accepissent admonitionem; sed prætextu reprehensionis pro gentibus patefacit Petri sententiam. Rursus si dixisset, *Cur eos qui sunt ex Judæis, cogis gentium more vivere?* acerbior fuisset oratio. Nunc vero sic moderans sermonem, non quasi defendat discipulos Judæos, sed eos qui erant ex gentibus, hoc pacto corrigit illos. Increpationes enim si non fuerint acerbæ, facillime possunt recipi. Nullus enim eorum qui erant ex gentibus, incusare Paulum poterat, si pro Judæis verba fecisset. Hoc totum suo silentio correxit Petrus, recepta in se simulationis opinione, ut vera simulatione Judæos liberaret. Primum igitur in Petri personam vertit sermonem, *Si tu, Judæus cum sis;* sed in progressu communiter ad omnes vertit orationem, seipsum etiam complectens cum cæteris, atque ita dicens : 15. *Nos natura Judæi, ac non ex gentibus peccatores.* Ac sermo quidem admonitionem habet, sed addita est species objurgationis, propter eos qui erant ex Judæis.

6. Hoc alibi quoque facit, ut aliud videatur dicere, aliud agens : veluti cum Romanis scribens ait : *Nunc autem vado Jerosolymam ministrans sanctis* (Rom. 15. 25). Non enim volebat dicere, nec hoc eos simpliciter docere, cujus rei gratia proficisceretur Jerosolymam, sed illud agebat, ut eos provocaret ad æmulationem eleemosynæ. Nam si causam modo voluisset explicare, satis erat dicere, *Vado ministrans sanctis* : nunc vero considera quam multa connectat : *Complacuit enim Macedonia et Achaia communicationem ali-*

quam facere in sanctos pauperes qui sunt Jerosolymis. Complacitum est enim, debitores illorum sunt (Rom. 15. v. 26. 27). Ac rursus, Etenim si in spiritualibus gentes fuerunt illorum consortes, debent illis et in carnalibus subministrare (Ibid.). Vide igitur quomodo Judæorum spiritus premit, aliud per aliud agens, utque cum auctoritate loquitur, Nos, inquit, natura Judæi, et non ex gentibus peccatores. Quid est, Natura Judæi? Nimirum non proselyti, sed a teneris annis educati in lege, relicto vitæ genere in quo fueramus nutriti, confugimus ad fidem quæ est in Christum. 16. *Scientes quod non justificabitur homo ex operibus legis, sed tantum per fidem in Jesum Christum; et nos in Christum credidimus.* Vide et hic ut omnia firmiter loquitur. Non enim ait, Relinquimus eam ut malam, sed ut infirmam. Proinde si lex non confert justitiam, superflua est circumcisio. Sed nunc quidem ad hunc modum loquitur; at in progressu declarat, non solum otiosam esse, verumetiam periculosam: quod quidem vel maxime observandum, quod cum initio dixerit, *Non justificabitur homo ex operibus legis, progressus, vehementius loquitur.* 17. *Quod si quærentes in Christo justificari, reperti sumus et ipsi peccatores: ergo Christiani peccati minister est.* Nam si non valet, inquit, fides in eum justificare, sed opus est rursus amplecti legem; et si posteaquam legem reliquimus ob Christum, neque justificamur ex legis omissione, sed condemnamur: comperimus illum esse causam condemnationis, cujus gratia legem relinquentes, ipsi sponte nos addiximus. Vides in quantum absurditatis necessitatem coegerit orationem, quamque valide pugnet? Nam si, inquit, non oportuit legem relinquere, nos autem reliquimus propter Christum: quomodo sumus judicandi? Quid igitur Petro dicis, quid admones eum, qui hæc plus quam omnes plenissime novit? annon Deus illi ostendit, non esse judicandum hominem qui præputium habet in circumcisione? nonne cum Judæis hisce de rebus disserens, libere illis ex hac visione restitit? nonne decreta publica super his deo misit ex Jerosolymis?

Contra Christianos legalia observantes. — Hæc igitur non ut Petrum corrigat loquitur, sed sermo in illa erat intendendus, cum discipulos redargueret. Nec ista proprie pertinent ad Galatas, sed in omnes quadrant, qui eodem cum illis errore tenebantur. Etiamsi enim nunc multi non circumciduntur quidem, sed jejunant servantque sabbata, eadem cum illis faciunt, excutientes semetipsos a gratia. Nam si iis qui tantum circumcidebantur, Christus nihil prodest: ubi jejunium ac sabbatum accesserit, et pro uno præcepto duo servantur, vide quantum sit periculum, quod ab ipso etiam tempore sit formidabilis. Siquidem illi initio hæc faciebant, cum adhuc exstaret civitas, cum templum, cum cætera omnia: hi vero cum et conspiciant quas pœnas Judæi dederint, et urbem funditus deletam videant, ac plura tamen observant: quam habere poterunt excusationem, eo tempore servantem legem, quo ipsi Judæi quamvis vehementer cupientes non possunt hæc servare? In-

duisti Christum, membrum factus es Domini, in supernam civitatem adscriptus es, et adhuc circa legem serpis? et quomodo potes regnum illud consequi? Audi Paulum dicentem, Evangelium subverti per legis observationem. Quod si vis etiam, rei modum discito, simul horrescito, fugitoque barathrum. Cur enim observas sabbatum, ac jejunas cum illis (a)? Videlicet veritas legem ac ritus illos omittit? at non timeres legem dimittere, nisi fidem contemneres, ut quæ sit imbecillis, nec per se valeat conferre salutem. Quod si metuis non servare sabbatum, conspicuum est te adhuc metuere legem, velut etiamnum auctoritate pollentem. Quod si quis rursus usus est legis, profecto non est opus parte aut unico præcepto, sed tota lege est opus: si vero tota est opus, excussa est paulatim, quæ per fidem datur justitia. Nam si observas sabbata, cur non et circumcideris? quod si circumcideris, cur non et pecudes immolas? Etenim si servanda lex est, tota servanda est: quod si pro parte formidas ne condemneris, pro tota metuas oportet; quod si tota non violata punit, palam est nec partem id facere: quod si portio legis violata punit, multo magis id faciet tota: si tota servanda est, non oportet auscultare Christo: aut si Christo auscultamus, legis transgressores efficiamur oportet. Etenim si oportet eam servare, qui non servant, transgressores sunt: hujus autem transgressionis Christus nobis auctor esse deprehenditur: nam ipse legem solvit, eam quæ talia præcipit, et aliis ut solverent præcepit.

τώσαι τὸν υἱόν αὐτῆς· σὸν τὸ ἔργον· ἐπέγνω γὰρ· Δέσποτα. Ἰδοὺ ὑπὸ χήρας βιάζομαι· δεῖ γὰρ σκληροτάταις γυναίξιν παραπέμπεις με. Τὴν Ἰεζάβελ ἐφυγα, καὶ εἰς ταύτην περιέπεσα. Πολλοὺς πετρασμοὺς ὑπέμεινα, ταύτης δὲ τὴν γλώτταν βαστάσαι οὐ δύναμαι. Σὺ εἰ ὁ εἰρηκῶς μοι, Δέσποτα· Πορευθήτω εἰς Σάφρατα τῆς Σιδωνίας· Ἰδοὺ ἐνταλοῦμαι γυναίξιν χήρῳ τὸ διατρέφειν σε ἐκεῖ. Καὶ ἰδοὺ διαστρέφει· οὐ γὰρ διατρέφει. Ὡς φωνεὺς κατέχομαι· καὶ καλῶς κατέχομαι· ἀβροχὸς γὰρ ἦν ὁ παῖς ἐν τῇ εἰσόδῳ μου· πῶς οὖν ἀβροχὸς θανάτῳ παρεδόθη, οὐκ οἶδα. Λύτρωσαί με, Κύριε, τῆς ὀχλήσεως ταύτης· θεάτρον μοι περιέστηεν, αἰσχύνῃν μοι περιέθηκε, θλίψιν μοι πολλὴν ἐπέγαγε. Δὸς τὴν ψυχὴν, καὶ παρέχω τὴν βροχὴν· πληροφόρησον τὴν χήραν, καὶ ἀρδεύω τὴν γῆν· δός τοῦ παιδὸς τὴν παιδείωσιν, καὶ κινῶ τὴν γλῶτταν πρὸς ὄμβροδοσίαν. Ταῦτα μέντοι διὰ τὴν προρόθησιν τοῦ Λαζάρου νεκρευομένη, καὶ τὴν τῶν Ἰουδαίων ἀντιλογίαν, ὅτι ἄλλως Δεσπότης αὐθεντεῖ, καὶ ἄλλως δοῦλος ἐγγεῖρε. Ἥλιος ἤγειρε νεκρὸν, ἀλλ' ὅμως οὐκ ἠθέλησεν· ὠδύνηθη γὰρ πολλά καὶ ἐθλίθη· καὶ στενώσει περιέπεσε. Διδόμεγα ἐν προσευχῇ λέγων· *Οἱμοὶ!* Ὅπου δὲ τὸ, οἱμοὶ· ἐκεῖ ὀδύνη ψυχῆς. Οὕτω γὰρ καὶ ἀλλαχοῦ εὐρήσεις τὴν προφήτην ὀδυρμένον καὶ λέγοντα· *Οἱμοὶ!* ὅτι κατελείφθη ὡς συνάγων καλάμην ἐν ἀμνητῷ, καὶ ὡς ἐπισυλλίδα ἐν τρυγητῷ· καὶ πάλιν ἔτερος προφήτης, *Οἱμοὶ, οἱμοὶ εἰς ἡμέραν!* ὅτι ἐγγὺς ἡ ἡμέρα Κυρίου, καὶ αὐτὴ ὡς τάλαιπωρία· καὶ πάλιν ἄλλος, *Οἱμοὶ!* ὅτι ἀπόλωλεν ἀπὸ τῆς γῆς. Παναχοῦ ὀδύνη τὸ *Οἱμοὶ*. Οὕτω καὶ Ἥλιος ἐνταῦθα· *Οἱμοὶ, Κύριε, ὁ μάρτυς τῆς χήρας, σὺ ἐκάνκωσας τοῦ θανατώσαι τὸν υἱόν αὐτῆς. Καὶ ἐνεφύσησε τῷ παιδαρίῳ τρίτον.* Ὅρα οὐ ἐνταῦθα, πῶς ἐν τῷ νόμῳ τῆς χάριτος τὸ μυστήριον εἰκονογραφεῖται. Τὸ γὰρ, *Ἐνεφύσησε τρίτον*, τῆς ἀδιαιρέτου Τριάδος τὴν εἰσόδον παριστά. Καὶ ἐπεκαλέσαστο τὸν Θεόν, καὶ εἶπεν· *Ἐπιστραφήτω δὴ, Κύριε, ἡ ψυχὴ τοῦ παιδαρίου εἰς αὐτόν. Καὶ ἐγένετο οὕτω.* Τί λέγεις, ὦ Ἰουδαίε; μῆτι τοιοῦτον ὁ Κύριος, οἶον Ἥλιος; μῆτι τοιοῦτον Ἥλιος, οἶον ὁ Κύριος; μὴ ἐκλινεν ὁ Κύριος γόνυ; μὴ ἐπλάτυνε τὴν προσευχὴν; Αὐτῷ γὰρ πᾶσα προσευχὴ ἀναπέμπεται· φωνὴ ἀφήκε μόνον, *Λάζαρε, δεῦρο ἔξω,* ὡς δεσπότης δούλου καλῶν. Τί οὖν; ἐξήλθεν ὡς δούλος ὑπακούσας δεσπότη; Ἐξήλθεν, οὐκ ἐβράδυνεν, οὐκ ἀνέμεινεν ὁ ἄδης, οὐκ ἐστασίασεν ὁ θάνατος, οὐκ ἀνεβάλλοντο αἱ κάτω δυνάμεις· ἀλλὰ μᾶλλον κατεπλάγησαν. Ὁ γὰρ ἄδης ἔχων τὸν Λάζαρον ἤδη τέσσαρας ἡμέρας ἐν τοῖς ἰδίῳ χωρίοις πανταγῶθεν διαλυθέντα, ὡς ἀγόμενος σκάφος, λοιπὸν ἀμέριμος ἦν· αἱ κάτω δυνάμεις οὐκ εἶχον ἔνοιαν, ὡς Λάζαρος τὸν καταχθονίων ἀνασπασθῆσεται λοιπὸν. Ὡς δὲ ἄθρονον ἡ Δεσποτικὴ φωνὴ ἐν τῷ τάφῳ κατελύουσα σὺν φωτισμῷ [758] πολλῷ ἤρξατο θάττον τὰς μὲν τρίχας τοῦ Λαζάρου ἀνιφυτεύειν τῇ κεφαλῇ, τὸν μυελὸν ἐνθηκιάζειν τῇ κενότητι τῶν καλάμων, τῶν δὲ φλεβῶν τὴν μέστωσιν πρὸς ζωτικὸν κατευθύνειν αἷμα, κατεπλάγησαν αἱ κάτω δυνάμεις πρὸς ἀλλήλας βούσας· Τίς οὕτος ὁ καλῶν; τίς οὗτος ὁ αὐθεντῶν; τίς ὁ ἀναπλάτων διαλελυμένον χοῦν; τίς ὁ ἐξυπνίζων νεκρὸν ὡς εἰς ὕπνου; τίς ὁ ἀδαμαντίνης πύλας διαβήσων; τίς ὁ βῶν, *Λάζαρε, δεῦρο ἔξω;* ἡ φωνὴ μὲν ἀνθρωπόμοτος, καὶ ἡ δύναμις θεοδύναμος. Τίς ὁ καλῶν; οὐκ ἔστιν ἀνθρώπος; τὸ μὲν σχῆμα ἀνθρώπου, ἡ δὲ φωνὴ Θεοῦ. Προτέμφωμεν Λάζαρον, ὀέως αὐτὸν ἀναφορήσωμεν, μὴ κατέβη ὡς ὁ καλῶν αὐτὸν, μὴ βραδύνοντος τούτου ὡς κατέβη ὁ καλῶν. Ἠρῆσαν σπεύεσθαι αἱ νεκροὶ καὶ κινεῖσθαι. Ἐνα ζημιωθῶμεν, φησὶ, καὶ μὴ ἀπαντας ἀπολέσωμεν. Οὕτω ὁ Λάζαρος ἐξεπηθήσεν ἐκ τοῦ κόλπου τοῦ ἄδου αἰῶν καὶ εὐλογῶν καὶ δοξάζων τὸν Κύριον ἡμῶν Ἰησοῦν Χριστόν. Ἐνταῦθα τὸν λόγον σφραγίσωμεν· τὰ βαῖτα τῶν φωνικῶν ἀναγομένοις εἰς ἀπάντησιν τοῦ Κυρίου ἐξέλθωμεν βωῶντες καὶ λέγοντες· *Μσαννὶ, εὐλογημένος ὁ ἐρχόμενος ἐν ὀνόματι Κυρίου.* Αὐτῷ ἡ δόξα καὶ τὸ κράτος εἰς τοὺς αἰῶνας.

Εἰς τὸ, Ἐξελθόντες οἱ Φαρισαῖοι συμβούλιον ἔλαβον.

Ὅσοι τοῦ Ἥλια μαθηταὶ τυγχάνετε, τοῦ τὴν πεντήκην τράπεζαν τῆς χήρας μὴ ἐξουθενήσαντος, παρ' ἡμῶν

αὐλίσθητε. Τοιαύτη γὰρ καὶ παρ' ἡμῶν λόγων μετρία ἠτοίμαται τράπεζα, ἕνα ἄρτον ἔχουσα ἐπ' αὐτῆς· οὐχ

dicere : Ne dejicias me, Domine, in tantam humiliationem : ad Sidonios me mittis, mulieri viduæ molestum esse jubes, cujus panis lacrymis plenus est, mensa gemitibus repleta, lectus maledictionis cervicali habet? at nihil horum Elias dixit. Sciebat enim, si viduæ mensam recusaret, dicturum esse Dominum : Quid ais, Elia? viduæ mensam recusas, qui totam terram Israel sterilem reddidisti, qui viduam ipsam fecisti sterilem, filius et fructu orbam : et tu respicis viduæ mensam? Ut ergo nihil hujusmodi audiret Elias, statim ad Sidonios perrexit, lætitia potius quam dolore affectus. Hæc insuper audi : hospitio exceptus a vidua Elias, invenit mensam sine sumptu, sibi congruentem, asceticam; aquam, oleum et farinam, duoque lignorum frusta. Quid igitur? an duo lignorum frusta tantum habuit vidua? Sic est. Quomodo? Audi et dicam tibi. Hæc memorata vidua imaginem Ecclesiæ tulit : ideo ad illam mittitur propheta. Ingressus ergo propheta in domum viduæ, invenit verum Ecclesiæ nostræ depositum : invenit aquam, oleum, farinam, et duo ligna. Aqua est baptisma; oleum, chrisma; farina, panis; duo ligna, crucis præclarum opus. Clamavit autem ad viduam Elias : *Lecythus olei non minuetur, et hydria farinae non deficiet* (3. Reg. 17. 14). Indeficiens namque est gratia orthodoxæ fidei. Inventa itaque Elias viduæ mensa minime sumptuosa, lætatus est, exsultavit, intra se dicens : Hic deinceps degam, hic morabor, hic totum tempus meum transigam : congruentem enim inveni mensam. Nihil curo domum Achab, populum Israel, furorem Jezabelis : habeant pro hereditate scicitatem : ego autem hinc non discedam. Hæc dicens Elias, et læto animo secum reputans, ignorabat ut homo, se in hac lætitia dolorem esse reperiturum. Scitis enim omnes, viduam duos filios habentem ex eodem utero natos, cum mane surrexisset e lecto, alterum reperisse mortuum. Ut solet vidua affici circa filium masculinum defunctum nemo vestrum ignorat; filii namque vitam omnibus mundi divitiis pretiosiores habet. Neque tamen mulier pro solito more sese defuncto applicuit, non curavit, non cadaver educere studuit, sed illo relicto, Eliam adiit, arripuit, circumegit, tumultuans, palam clamans : *Quid mihi et tibi, homo Dei? venisti ad me ut rememorarentur peccata mea, et interficeretur filius meus* (Ibid. v. 18). Id est, Tu ipsum occidisti. Viden' quomodo Eliæ lætitia in dolore versa sit? Ut homicida detinebatur : sic enim dicebat vidua : *Quid mihi et tibi, homo Dei? ingressus es ad me ut rememorarentur peccata mea, et occideretur filius meus*. Tu illum occidisti, ingressus tuus hoc effecit. Num invenisti filium meum ægrum? num infirmatus est vel uno die? ingressus tuus mortem intulit filio. Quid mihi farinam largiris, cum non adsit qui comedat? redde mihi filium meum : tu illum occidisti, ut domus meæ hæres esses. Sume tibi farinam, et redde filium meum. Me alis, et filium meum occidisti? cum meis esuriam potius, quam cum extraneis ditescam. *Quid mihi et tibi, o homo Dei? ingressus es ad me ut rememorarentur peccata mea, et occideretur filius meus*. Tu illum occidisti : durus mihi es : non est rectus ingressus tuus. Quid fecisti? id nuntia mihi. Num fugis a facie Dei tui? num eadem quæ Jonas fecisti? Truculenter mecum agis. Ignem spiras, cædem admoves, sterilitatem affers, quinquagenarios comburis : nota sunt mihi gesta tua. Non sat tibi est, quod contribules suffocaveris, sed huc etiam venisti similia facturum? Multis insultasti, mihi non illudes, redde mihi filium meum. Quid ergo Elias? Statim flexus est : novit enim Domini machinationem. Quare graviter ingemiscens utpote victus; clamavit dicens : *Hei mihi, Domine, testis viduæ, cujus ego hospes sum : tu malum in-*

tulisti, ut occideres filium ejus (3. Reg. 17. 26) : tum est opus illud; id novit illa, Domine. Ecce vim mihi infert vidua. Semper ad acerbissimas mulieres me mittis : A Jezabele fugi, et in hanc incidi. Tentationes multas sustinui, hujus linguam ferre nequeo. Tu es qui dixisti mihi, Domine : *Vade in Sarepta Sidoniæ : ecce præcipiam mulieri viduæ ut te alat ibi*. Et ecce subvertit me, non alit. Ut homicida detineor, et jure detineor : vegetus enim erat puer in ingressu meo : quomodo morti traditus sit ignoro. Erue me, Domine, ab hac perturbatione : theatrum mihi circumposuit, pudorem intulit, cruciatum magnum induxit. Redde mihi animam, et do pluviam : viduæ desiderium imple, et agros irrigabo : concede ut puer reviviscat, et lingua utar ad concedendum imbrem. Hæc dicta sunt ob prius memoratam Lazari resurrectionem et Judæorum contradictionem : quia alio modo et cum auctoritate Dominus, alio modo servus suscitavit a mortuis. Elias suscitavit mortuum, sed non cum auctoritate : multum enim doluit, cruciatus est, et in angustiam redactus. Ideo clamavit in oratione dicens, *Væ mihi* : Ubi autem est illud, *Væ mihi*, ibi dolor animi. Sic enim etiam alibi invenies prophetam lugentem et dicentem. *Væ mihi, quia relictus sum sicut qui congregat calcannum in messe, et racemationem in vindemia* (Mich. 7. 4); rursusque alius propheta, *Væ mihi, væ mihi in diem, quia prope est dies Domini, et ipsa ut miseria* (Joel. 1. 15); iterumque alius, *Væ mihi quia periit de terra*. Ubique illud, *væ mihi*, dolorem significat. Sic et hoc loco Elias : *Væ mihi, Domine, testis viduæ, tu malum intulisti, ut occideres filium ejus. Et insufflavit ter in puerum* (3. Reg. 17. 21). Vide hoc loco, quomodo in lege mysterium gratiæ representatur. Illud enim, *Insufflavit ter*, indivisibilis Trinitatis ingressum declarat. *Et invocavit Deum, et dixit : Revertatur, Domine, anima pueri in ipsum. Et factum est ita* (Ibid.). Quid dicis, o Judæe? num talem rem fecit Dominus, qualem Elias? num talem rem fecit Elias, qualem Dominus? num genua flexit Dominus? num orationem extendit? Ipsi namque omnis oratio emittitur : vocem tantum emisit, *Lazare, veni foras* : quasi dominus servum vocans. Quid ergo? exiitne ut servus domino obsequens? Exiit, nec tardavit, non moras traxit infernus, non repugnavit mors, non distulerunt infernæ virtutes; imo potius conterritæ sunt. Nam infernus cum jam Lazarum in sinu suo a diebus quatuor teneret undique solutum, quasi incompactam scapham, sine sollicitudine erat : infernæ potestates ne cogitabant quidem Lazarum ab inferis abstractum iri. Ubi vero derepente Dominica vox in sepulcrum descendens cum luce multa, cœpit statim capillos in capite Lazari inserere, et medullam in vacuitate ossium inducere, venarumque plenitudinem vivifico sanguine dirigere : infernæ potestates consternatæ sunt, mutuo clamantes, Quis est hic qui vocat? quis est hic qui cum auctoritate imperat? quis est hic qui dissolutum pulverem reformat? quis mortuum ex somno expergeficit? quis adamantinas portas perfringit? quis clamat, *Lazare, veni foras*? vox quidem humana est, virtus vero divina. Quis clamat? Non est homo : habitus quidem hominis est, vox vero Dei. Præmittamus Lazarum, cito illum referamus, ut ne descendat huc is qui vocat illum, ut ne illa tardante, huc descendat is qui vocat. Jam cœperunt mortui excitari seseque movere; unius jacturam faciamus, ne omnes perdamus. Sic Lazarus exsiliit ex sinu inferni, laudans, benedicens et glorificans Dominum nostrum Jesum Christum. Ille sermonem obsigneus; ramos palmarum colligentes, in occursum Domini egrediamur clamantes et dicentes, *Hosanna, benedictus qui venit in nomine Domini*. Ipsi gloria et imperium in sæcula.

IN ILLUD, EXEUNTES PHARISÆI CONSILIUM INIERUNT (Matth. 12. 14).



Quotquot Eliæ discipuli estis, qui pauperem viduæ mensam non despexit, apud nos diversamini : talis

quippe et apud nos mediocris verborum mensa parata est, quæ panem habet unum, non mola contusum,

non manibus subactum, non igne coctum, sed quem virgo terra sine aratro et semine protulit, crux maturum reddidit, Pater perfecit, duodecim cophini apostolorum messuerunt. Hunc panem Maria genuit, Ecclesia excepit, ac quotidie a nobis comeditur, nec consumitur. Hoc vobis pane in moderata mensa mea proposito, volebam silentio linguam meam coercere: sed insidiæ a Judæis Dei hostibus contra Servatorem nostrum paratæ, vel ipsos lapides ad loquendum coegerunt. Quid enim audiebamus, cum modo legeretur? *Et exeuntes*, inquit, *Pharisæi, consilium iniurunt adversus Jesum, ut illum perderent.* Et qua de causa consultant ut Dominum perdant? Quia in die sabbatorum hominem curaverat; et quia otiosam et aridam manum in die otii ad opus extenderat. O Judæorum stupiditatem, non cogitantium, oportuisse dexteram Adæ manum, quæ in paradiso lignum tetigerat, aridam ex transgressione faciam, a figulo suo iterum reformari; oportuisse item dexteram a diabolo fœdatam per effusionem sanguinis ad cultum idolorum factam, a Creatore suo rursus splendidam ad cælum extendi! Verum illi ægre ferunt beneficium homini præstitum et animæ salutem: otium sabbati docent, et Jesu miraculosam operationem ignorant. Cur o Pharisæi, non ægre tulistis, nec talia curastis contra Manassen, quando Isaiam serra secuit, quando filios et filias vestras dæmoniis immolavit, et domos Dei in idolorum templa mutavit? cur tale consilium non iniistis contra Herodem, quando infantes injuste jugulavit, et matres orbas reddidit? quando videre erat infantes cum spicas immaturas una ferri sectione jacentes, cum nondum cordis granum firmum haberent, neque pubem emittere inciperent, sed in tenerino lactis alimento versarentur, quasi violento grandinis furore ab Herode interfectos? quando eju-latus et planctus virorum et mulierum in plateis et vicis urbis audiebatur, patribus animo resolutis, matribus passis capillis graviter lugentibus injustam immaturorum infantium cædem? quando infantium sanguine Bethlehem ruborem contraxit, et præcoctum uvarum mustum immaturum cum servidius parentum lacrymis commixtum est? quando patrum facies ululatu distorquebantur, et matrum viscera dolore convolvebantur, ac fontes lacris in mam-mis ante tempus exsiccabantur? quando in matrum pectoribus spiritus anguste motus, per nares incondite emittebatur? quando patrum et matrum oculi fontes aquarum imitabantur, et argenteas stillas lacrymarum scaturientium per genas in solum demittebant? quando mulieres capillos suos unguibus insanè dilacerabant, et quos cincinnos tegere oportuisset, hos dolore ebriæ ostendebant? Sed cum contrarium sentiant, contrarium facitis; homicidas et sanguinarios dimittitis, innocentes et justos plectitis, nisi lex dicat: *Insontem et justum non occides* (Exod. 23. 7). O inordinatus ordo, et lex illegitima, a diabolo missa, a dæmonibus scripta, a Judæis hactenus servata. Quænam illa lex, homicidas servare; hunc vero, qui occisis vitam restituit, perdere? Nam Barabham in seditione et cæde deprehensum rogauerunt Pilatum, ut solveret; Jesum vero, qui eos qui a diabolo cæsi fuerant suscitavit, crucifigi postularunt. *Et exeuntes*, inquit, *Pharisæi, consilium iniurunt ut illum perderent.* O sententiam sine sensu, et consilium inconsultum! Fons honorum ipsis beneficia fluminis instar effudit; illi vero qui gratiam hauriebant, sanguinaria consilia ex cordibus eructabant. Il qui vulneribus confossi erant, curabantur; illi vero, qui in corpore quidem non vulnerati erant, ab invidia confossi dolebant. Ilorum contribules, qui in deserto esuriebant, usque ad satietatem alebantur; et illi in abundantia fidei et infidelitate peribant. Aqua in vinum mutabatur; et illi de vino non gustantes, invidia ebrii circumferebantur. Videbant hæmorrhoidisæ fluxum sanguinis cohibitum; et livore tabescentes diffluebant. Dæmoniæ eorum, a dæmonibus liberati, sapiebant; et illi invidia moti plus

quam dæmones furebant: cæci eorum, oculorum usu privati, illuminabantur; et illi oculos habentes obtenebrabantur: surdorum, ut modo audiebamus, aurium meatus aperiebatur; et cor illorum caliginosum cædis consilia agitabat. Mare fluctus suos reprimens, ad Domini incessum sustinendum se apparabat; et cor illorum ratiociniorum fluctus mortiferos ore ut spinam emitebat. Gravissimi venti violentam fluctuum procellam in lenem auram et tranquillitatem verterunt; et illi invidia fluctibus moti, crucis tempestatem excitarunt. O invidia radix mortis, perplexa cordis ægritudo, clave acutissime! quis enim clavus vel acutissimus ita penetrat, ut invidia cor ipsa affectum vulnerat? quis morbus sic vultus decoram auferat, ut invidia fragrantem animæ florē, caritatem, narcidum reddat? Aqua ignem exstinguit, invidiam nec mille doctorum fontes sedant: eos una ferri rugiginem abstergit, et quinque Davidis lapides Saülis invidiam auxerunt. Lacerta dicitur esse pallida, sed non est invidis pallidior. Sicut enim vermis cor ligni paulatim corrodens, exsiccat illud; ita et invidia cor invidi paulatim rodens, exsiccat. Et quidquid, dilecte, de invidia dixerimus, ne initium quidem ejus nequitiam describendi fecerimus: sive lingua rhetorum, sive philosophorum verba, sive doctorum effata adhibeantur, id enarrare non poterunt. Plenitudo igitur legis est dilectio verbi, plenitudo cædis est nequitia invidiæ. O invidia, navicula pice obducta, tartarea, naufragium adducens! nauclerus tuus est diabolus, gubernator serpens, proram regens Cain. Nam tibi nauclerum depositum diabolus tradidit: serpens autem gubernator Adamum in naufragium mortis deduxit: Cain vero proram ducit, quia propter te, o invidia, primus cædem patravit. Malus autem tuus ab initio in paradiso est inobediencia circa lignum; rudentes sunt peccatorum catenæ; vectores, invidi; nautæ, dæmones; remi, doli; proræ sedes edita, simulatio; adstantes, invidi. O scapha mille inferens mala! Si quæras simulationem, illic invenitur; si dolum, illic gignitur. Invidia illic versatur, inimicitia, pugna, fallacia, convicium, maledictio, blasphemia, et quidquid ætæ dicamus, vel prætereamus; hæc omnia tartarea illa invidiæ navicula gestat. Hanc invidiæ naviculam diluvium non potuit submergere; Jesus autem virtute Spiritus in baptisate illam demersit. Habuit hæc navicula ancoras ferreas, sed in clavos Christi illæ coaluerunt: habuit et malum, sed diabolus illam in crucis lignum dolavit: habuit rudentes, sed his acceptis Judas sese strangulavit. In hanc naviculam ascendentes Judæi, in petram impingentes, circa fidem naufragium passi sunt. Ideo Judæi hactenus in profundo ignorantia innatant. Attamen quotquot ex illis possunt Christiferam naviculam tenere, servantur: cæteri vero in salsuginoso incredulitatis interitu pereunt. Utinam autem in profundo versantes ad Jonam et ad cælum confugerent! fortassis enim ab illo docti piam erga Christum religionem, viventes cum Jona a cæto in Niniven conjicerentur. Nunc vero oculos cordis claudentes, non ad illum confugiant, viventes eum in medio orbis cum pia religione fulgentem et fidem splendide exhibentem: neque ad poenitentia præconem Joannem se recipiant ut vivant. *Et exeuntes*, inquit, *Pharisæi consilium iniurunt, quomodo illum perderent.* *Exeuntes Pharisæi*: unde? Non ex invidia, sed ex lege. Nisi enim exivissent ex lege, Legislatorem non contumelia affectissent. *Et exeuntes Pharisæi*: unde? Ex lege quæ ait: *Insontem et justum non occides* (Exod. 23. 7). *Et exeuntes Pharisæi*: unde? Ex præcepto Dei illuminante oculos cordis. Nam *Præceptum Domini lucidam, illuminans oculos* (Paul. 18. 9). *Et exeuntes Pharisæi consilium ceperunt quomodo illum perderent.* *Et exeuntes Pharisæi*: unde? Ex præcepto, ex lege, ex vita. Nam qui alteri mortem machinantur, ipsi primi a vitæ lumine abscedunt. *Et exeuntes Pharisæi consilium iniurunt.* A quonam exeuntes non dicit scriptor, ut mentem nostram ad rem perquirendam

ὄν ὁ μύλος ἐλέπτυνε, καὶ χεῖρες ἐμάλαξαν καὶ τῦρ ἐτελείωσεν, ἀλλ' ὄν παρθένος ἄρουρα ἀνευ ἀρότρου καὶ σπέρματος ἦ-θυσε, καὶ σταυρὸς ὄριμασε, καὶ Πατὴρ ἐτελείωσε, καὶ δώδεκα κόρηνων τῶν ἀποστόλων ἐτρέφθησαν. Τοῦτον τὸν ἄρτον Μαρία μὲν ἐγέννησεν, ἡ Ἐκκλησία δὲ ὑπεδέξατο, καὶ καθ' ἑκάστην ἡμέραν ὕψ' ἡμῶν ἐσθίεται, καὶ ἀδαπάνητος μένει. Τοῦτον ὕμν τὸν ἄρτον ἐπὶ τῆς μετρίως μου τραπέζης ἐπιθείς, ἠθουλόγησεν τῆ σιωπῇ τὸ τῆς γλώττης μου ὄργανον περισφιγῆσαι· ἀλλ' ἡ τῶν θεομάχων Ἰουδαίων κατὰ τοῦ Σωτῆρος ἡμῶν ραπτομένη ἐπιβούλος ἐνέδρα καὶ τοὺς λίθους λαλεῖν ἀναγκάζει. Τί γὰρ ἠκούομεν ἀρτίως ἀναγινωσκόμενον; *Καὶ ἐξελεθόντες*, φησὶν, *οἱ Φαρισαῖοι, συμβούλιον ἔλαβον κατὰ τὸ Ἰησοῦ, ὅπως αὐτὸν ἀπολέσωσι*. Καὶ τίς ἡ αἰτία, δι' ἣν βουλευόνται ἀπολέσαι τὸν Κύριον; Ὅτι ἐν ἡμέρᾳ σαββάτων ἀνθρώπων ἐθεράπευσε, καὶ τὴν ἀργὴν καὶ ξηρὰν χεῖρα ἐν ἡμέρᾳ ἀργίας πρὸς ἔργον ἐξέτεινεν. Ὡ ἀναίσθησία Ἰουδαίων τῶν ἡνοούντων, ὅτι ἔδει τὴν ἐν τῷ παραδείσῳ δεξιᾷ χεῖρα τοῦ Ἀδάμ, ἀφαιμένην τοῦ ξύλου καὶ ξηραυθεῖσαν τῇ παραβάσει, ταύτην πάλιν ὑπὸ τοῦ ἰδίου κεραμέως ἀναπλασθῆναι! ἡ ὅτι ἔδει τὴν ὑπὸ τοῦ διαβόλου διὰ τὴν τῶν ἀδελῶν ἐιδώλων αἰμοχυσίαν δεξιᾷν σπιλωθεῖσαν, διὰ τοῦ ἰδίου δημιουργοῦ πάλιν λαμπρὰν πρὸς οὐρανὸν ἐκταθῆναι! Ἀλλὰ λυποῦνται ἐπὶ εὐεργεσίᾳ ἀνθρώπου καὶ σωτηρίᾳ ψυχῆς, καὶ τὴν μὲν ἀργίαν τοῦ σαββάτου ἐκδιδάσκουσι, τὴν δὲ θαυματουργίαν τοῦ Ἰησοῦ ἀγνοοῦσι. Διὰ τὴ γὰρ, ὡ Φαρισαῖοι, οὐκ ἐλυπηθῆτε, ἡ τοιαῦτα οὐκ ἐμελετήσατε κατὰ τοῦ Μωυσαίου, ὅτε τὸν Ἰσραὴλ συνέτριψεν, ὅτε τοὺς υἱοὺς ὕμνων καὶ τὰς θυγατέρας ἐθυσίαζε τοῖς δαιμονίοις, καὶ τοὺς οἴκους τοῦ Θεοῦ ταμένη τῶν ἐιδώλων καθύρυσσε; διὰ τί τοιαύτην βουλήν οὐκ ἤγαγετε κατὰ τοῦ Ἡρώδου, ὅτε τοὺς νηπίους ἀόικως ἀπέσφαξε, καὶ μητέρας ἠτέκνωσεν; ὅτε ἦν ἰδεῖν δίκην ἀσφαχῶν αἰμάτων τῶν νηπίων κατακειμένους ἐν μιᾷ τομῇ σιδήρου, μήτηρ τὸν κόκκον τῆς καρτίως στερεὸν ἔχοντας, μήτηρ τὴν τοὺς ἀνθέρικας τῶν τριχῶν ἠθίσαντας, ἀλλ' ἐν αὐτῇ τῇ ἀπαλοτάτῃ τοῦ γάλακτος τροφῇ τυγχάνοντας, βίαιῳ θυμῷ χαλάζης ὑπὸ Ἡρώδου φονευομένους; ὅτε οἰμωγὰ καὶ κοπετοὶ ἀνδρογῶνων ἐν ταῖς τῆς πόλεως πλατείαις [759] καὶ ῥύμαις ἠκούοντο, ἐκεῖ πατέρων λυσιφρένων, καὶ μητέρων λυσικόμων δεινῶς ὀλοφυρομένων ἐπὶ τῇ τῶν αἰμάτων ἀδίκῃ σφαγῇ; ὅτε τοῖς τῶν νηπίων αἵμασιν ἡ Βηθλεὴμ ἐφρονιάσαστο, καὶ αἰμάτων βοτρυῶν γλευκὸς ἄωρον τοῖς τῶν γονέων θερμοῖς δάκρυσι συνεκρινάτο; ὅτε ὄψις πατέρων ὀλοχυμῶν διεστρέφετο, καὶ μητέρων σπλαγγίνα τοῖς πόνοις ἐλλίσαστο, καὶ γαλακτοφόροι πηγαὶ μαστῶν παρὰ καιρὸν ἐξηραίνοντο; ὅτε ἐν τοῖς τῶν μητέρων στέροισι τὸ πνεῦμα στενοχωρῶς εἰλούμενον, περὶ τοὺς μυκτῆρας ἀτάκτως ἐφέρετο; ὅτε πατέρων καὶ μητέρων ὀφθαλμοὶ πηγὰς ὕδατων ἐμμοῦντο, καὶ ἀργυροχορδὸς σταγόνας δακρυῶν καχλαζόντων ἀπὸ παρειῶν ἐπὶ ἔδαφος ἐρίπτον; ὅτε τριχῶμα γυναικῶν τοῖς; αὐτῶν ὄνυσιν ὑπὸ πολλῆς ἀνοίας τῷ σπαραγμῷ κατεζάινετο, καὶ οὗς ἔδει κρύπτειν πλοκάμους, τούτους τῇ μέθῃ τῆς λύπης ἐπόμπευον; Ἀλλὰ τούναντιον φρονούντες, τούναντιον καὶ ποιεῖτε· καὶ τοὺς μὲν φονεῖς καὶ ὑπευθύνους θανάτου ἀφίετε, τοὺς δὲ ἄθωους καὶ δικαίους κολάζετε, τοῦ νόμου λέγοντες· Ἄθωον καὶ δίκαιον οὐκ ἀποκτενεῖς. Ὡ τάξις ἀτακτος, καὶ νόμος ἀνομος, παρὰ διαβόλου πεμπόμενος, παρὰ δαιμόνων γραφόμενος, ὑπὸ τῶν Ἰουδαίων μέχρι τοῦ νῦν φυλαττόμενος! Ποῖος οὗτος νόμος, τὸ τοὺς μὲν φονεῖς περισώζεσθαι, τοῦτον δὲ τὴν τοῖς φονευθεῖσι τὴν ζωὴν χαρίζόμενον ἀπόλλυσθαι; Τὸν γὰρ Βαραββᾶν ἐπίστασι καὶ φόνῳ εὐρεθέντα ἤξιωσαν Πιλάτου ἀπολύθῆναι, τὸν δὲ Ἰησοῦν τὸν τοῦ ὄπτι τοῦ διαβόλου φονευθέντα ζωοποιήσαντα ἤξιωσαν σταυρωθῆναι. *Καὶ ἐξελεθόντες*, φησὶν, *οἱ Φαρισαῖοι συμβούλιον ἔλαβον, ὅπως αὐτὸν ἀπολέσωσιν*. Ὡ γυνώμητις ἀγνώμωνος, καὶ βουλῆς ἀβουλίας μεμεστωμένης! Ἡ πηγὴ τῶν ἀγαθῶν ποταμῶν αὐτοῖς τὰς εὐεργεσίας ἔδωκεν, οἱ δὲ καὶ ἀνεκλόντες τὴν χάριν, φονεακτῶν βουλὰς ἐν καρδίαις ἐρεύγοντο. Οἱ τὰ τραύματα αὐτῶν ἔχοντες, ἰώμενοι τῶν ὀδόνων ἀπηλλάσσοντο· ἐκεῖνοι δὲ ἐν μὲν τῷ σώματι μὴ ἔχοντες τραύματα, ὑπὸ τοῦ φρόνου κεντούμενοι ὠδύνοντο. Οἱ πεινῶντες αὐτῶν ἐπ' ἐρημίαις, εἰς κόρον ἐτρέφοντο· κἀκεῖνοι ἐν εὐθηνίᾳ πίστεως ὑπὸ ἀπιστίας ἐφθελούοντο. Τὸ ὕδωρ εἰς οἶνον μετεβάλλετο· κἀκεῖνοι τοῦ οἴνου μὴ γευσάμενοι, τῷ ψρόνῳ μεθυστῶντες περι-

εζέροντο. Εἶδον τῆς αἰμορροῦσης σταλείσας τὰς τοῦ αἵματος ῥύσεις· κἀκεῖνοι τῇ βασκανίᾳ τηκόμενοι κατέστασαν. Οἱ δαιμονιῶντες αὐτῶν, τῶν δαιμόνων ἐλευθερούμενοι ἐσφωρόντων, κἀκεῖνοι ὑπὸ τοῦ φθόνου κινούμενοι χειρῶν τῶν δαιμονίωντων ἐμαίνοντο· οἱ τυφλοὶ αὐτῶν ὀφθαλμοὺς μὴ ἔχοντας ἐφωτίζοντο, κἀκεῖνοι ὀφθαλμοὺς ἔχοντες ἐσκοτίζοντο. Τῶν κωφῶν, ὡς ἀρτίως ἠκούομεν, ὁ εἰλιξ τῆς ἀκοῆς ἠνοήγετο· κἀκεῖνοι ἡ καρδία λιγγοειδῆς βουλὰς φόνου περιέστρεφεν. Ἡ θάλασσα τὰ ἐαυτῆς κύματα καταστειλάσα, πρὸς ἐπίβασιν ἐαυτὴν τοῦ Δεσπότης ἠτοίμασε· κἀκεῖνοι ἡ καρδία κύματα λογισμῶν θανατηφόρα διὰ στόματος ἤφριζε. Βαρύτατοι ἄνεμοι τὴν βίαν τῶν πνεύματος τῶν ἑλλαν πραεῖαν αὐρανὴν ἐγαληνιάζον· κἀκεῖνοι τῇ ἰσχυρίᾳ τοῦ φθόνου κλονούμενοι, σταυροῦ χεῖμῶνα ἐσυρίζον. Ὡ φθόνε ῥίζα θανάτου, ἡ πολυπλοκὸς νόσος καρδίας, ὅσα ἔδωκε ἦλε! ποῖος γὰρ ἦλος ὀξύτατος οὕτω κεντᾷ, ὡς ὁ φθόνος τὴν ἔχουσαν αὐτὴν καρδίαν τιτρώσκει; ποῖα δὲ νόσος οὕτω τὸ τῆς ὄψεως κάλλος ἀφανίζει, ὡς ὁ φθόνος τὸ τῆς ψυχῆς καλλίστην ἄνθος, τὴν ἀγάπην, μαρμαίνει; Τὸ τῦρ ὕδωρ σβέννυσι, τὸν δὲ φθόνον μυρία πηγαὶ διδασκάλων οὐ παύουσι· μία ἀκόνη τὸν ἰὸν τοῦ σιδήρου ἀποσμήχει, οἱ δὲ πάντες λίθοι τοῦ Αὐτοῦ τὸν φθόνον ἐν τῷ Σαουλ πλείον ἐξήγειραν. Λέγεται εἶναι ἡ σάυρα χλωρὰ· ἀλλ' οὐκ ἐστὶ τῶν φονερῶν χλωροτέρα. Ὡσπερ γὰρ σκώληξ τὴν καρδίαν τοῦ δένδρου κατὰ μέρος ἐκτροπῶν ξηραίνει, ὡσαύτως ὁ φθόνος τὴν καρδίαν τοῦ ἔχοντος αὐτὴν κατὰ μέρος ἐκδιθέρωσκειν μαρμαίνει. Καὶ ὅσα ἂν εἴπωμεν, ἀγαπητέ, περὶ τοῦ φθόνου, οὐπὲν ἠρξάμεθα λέγειν αὐτοῦ τὴν κακίαν· κἀν γλώσσῃς ῥητόρων, κἀν λόγοι φιλοσόφων, κἀν ῥήσεις διδασκάλων, ἐξείπειν οὐκ ἰσχύουσιν. Πλήρωμα οὖν νόμου ἐστὶν ἀγάπη τοῦ λόγου, καὶ πλήρωμα φόνου ἐστὶν ἡ κακία τοῦ φθόνου. Ὡ φθόνε, πλοῖον πισσοειδῆς, ταρτάριον, ναυαγιοφόρον! [760] σὺς ναύκληρὸς ἐστὶν ὁ διάβολος, κυβερνήτης ὁ ὄψις, καὶ Κάιν πρωρυός. Τὴν γὰρ ἐνθῆκην σοὶ τὸν κακῶν ὁ διάβολος ἔδωκε· ὁ δὲ ὄψις κυβερνήσας τὸν Ἀδὰμ εἰς ναυάγιον θανάτου κατήνεγκε· Κάιν δὲ πρωρυός, ἐπειδὴ διὰ σὺς, φθόνε, πρώτος αὐτὸς τὸν φόνον εἰργάσατο. Σοὶ ἰσὸς ἐστὶν ἀπ' ἀρχῆς ἐν παραδείσῳ ἡ τοῦ ξύλου παρακοή, σὰ σχοινία εἰσὶ αἱ σειραὶ τῶν ἁμαρτιῶν, σοὶ ἐπιδίδται εἶσιν οἱ φθονεροὶ, ναῦται οἱ δαίμονες, κῶπαι οἱ δόλοι, αὐχὴν ἡ ὑπόκρισις, παρασχαρῖται οἱ φθονεροί. Ὡ πλοῖον μωριοφόρον κακῶν! Ἐὰν ζητήσης ὑπόκρισιν, ἐκεῖ εὐρίσκειται· ἐὰν δόλον, ἐκεῖ γεννᾶται. Φθόνος ἐκεῖ πολιτεύεται, ἔχρατο, μάται, ἀπάτη, φιλονεικία, λοιδωρία, κακολογία, βλασφημία, καὶ ὅσα ἂν εἴπωμεν, καὶ ὅσα ἂν παραλείπωμεν, ταῦτα πάντα τὰ ταρτάριον πλοῖον τοῦ φθόνου βαστάζει. Τοῦτο τὸ πλοῖον τοῦ φθόνου κατακλιθεὶς μὲν βυθίσει οὐκ ἰσχυσεν, Ἰησοῦς δὲ αὐτὸ ἐν τῇ δυνάμει τοῦ Πνεύματος, ἐν τῇ πηγῇ τοῦ βαπτίσματος κατεπότισεν. Εἶχε τοῦτο τὸ πλοῖον καὶ ἀγκύρας σιδηρᾶς, ἀλλ' εἰς τοὺς ἡἰοὺς τοῦ Χριστοῦ ἐχωνεῦθησαν· εἶχε τοῦτο τὸ πλοῖον καὶ ἰστιόν, ἀλλ' ὁ διάβολος λαθὺν αὐτὸ σταυρὸν ἐπελέκισεν· εἶχε τοῦτο τὸ πλοῖον καὶ σχοινία, ἀλλὰ ταῦτα λαθὺν Ἰούδας ἀπήγαγετο. Εἰς τοῦτο τὸ πλοῖον ἐμβάντες οἱ Ἰουδαῖοι, τῇ πέτρᾳ προσκρούσαντες περὶ τὴν πίστιν ἐναυάγησαν. Διὰ τοῦτο μέχρι τοῦ νῦν οἱ Ἰουδαῖοι ἐν τῷ βυθῷ τῆς ἀγνωσίας ἐνήγονται. Πλὴν ὅσοι αὐτῶν ἀν ἰσχύωσι τῆς Χριστοφόρου ὀλκάδος κρατήσῃ, διασώζονται· οἱ δὲ ἄλλοι ἀμυρῶν θανάτῳ ἀπιστίας ἀπλόλυνται. Καὶ εἶθε κἀν ἐν τῷ βυθῷ ὑπάρχοντες πρὸς Ἰωάνη εἰς τὸ κῆτος ἐξέτρεπον· ἴσως γὰρ ἂν παρ' αὐτοῦ μαθόντες τὴν ἐν Χριστῷ εὐσεβίαν, ζῶντες μετὰ τούτου, ὑπὸ τοῦ κῆτους ἐν Νινευὶ ἐξεβρίπτοντο. Νῦν δὲ τοὺς ὀφθαλμοὺς τῆς καρδίας καμύσαντες, οὗτε τὸν λαμπροφόρον τῆς εὐσεβείας ἐν μέτρῃ τῇ γῆ ἔστῶτα, καὶ τὴν πίστιν ἀστράπτοντα ὀρώντες, πρὸς αὐτὸν καταφεύγουσιν· οὗτε πρὸς τὸν τῆς μετανόιας κήρυκα Ἰωάνη καταφεύγοντες ζῶσι. *Καὶ ἐξελεθόντες*, φησὶν, *οἱ Φαρισαῖοι συμβούλιον ἔλαβον, ὅπως αὐτὸν ἀπολέσωσιν*. *Καὶ ἐξελεθόντες*, φησὶν, *οἱ Φαρισαῖοι*. Πόθεν; Ὡς ἐκ τοῦ φθόνου, ἀλλ' ἐκ τοῦ νόμου. Εἰ μὴ γὰρ ἐξῆλθον ἐκ τοῦ νόμου, οὐκ ἂν τὸν τοῦ νόμου Νομοθέτην ἐνύβριον. *Καὶ ἐξελεθόντες οἱ Φαρισαῖοι*. Πόθεν; Ἐκ τοῦ νόμου τοῦ λέγοντος· Ἄθωον καὶ δίκαιον οὐκ ἀποκτενεῖς. *Καὶ ἐξελεθόντες οἱ Φαρισαῖοι*. Πόθεν; Ἐκ τῆς ἐντολῆς τοῦ Θεοῦ τῆς φωτιστοῦσης τοὺς ὀφθαλμοὺς τῆς καρδίας. Ἡ γὰρ ἐντολὴ Κυρίου τηλαυγῆς, φωτίζουσα ὀφθαλ-

μούς. — Καὶ ἐξεληθόντες οἱ Φαρισαῖοι συμβούλιον ἔλαβον, ὅπως αὐτὸν ἀπολέσωσι. Καὶ ἐξεληθόντες οἱ Φαρισαῖοι. Πόθεν; Ἐκ τῆς ἐντολῆς, ἐκ τοῦ νόμου, ἐκ τῆς ζωῆς. Οἱ γὰρ ἄλλω θάνατον μελετῶντες, αὐτοὶ πρῶτον τὸ τῆς ζωῆς ἀπολείπουσιν φέγγος. Καὶ ἐξεληθόντες οἱ Φαρισαῖοι συμβούλιον ἔλαβον. Καὶ οὐκ εἶπεν ὁ γράφας παρὰ τίνος, τὴν ἡμέτερον νοῦν ἀνακινῶν πρὸς τὴν ζήτησιν. Καὶ ἐξεληθόντες οἱ Φαρισαῖοι συμβούλιον ἔλαβον. Παρὰ τίνος; Ἡ δὴλον ὅτι παρὰ τοῦ ἐξ ἀρχῆς ἀνθρωποκτόνου διαβόλου. Καὶ ἐξεληθόντες οἱ Φαρισαῖοι συμβούλιον ἔλαβον, ὅπως αὐτὸν ἀπολέσωσι. Τὸ, Ὅπως, ποῶν τρόπον; ἄρα πέτρα; ἄρα μαγαῖρα; ἄρα πυρ, ἢ ὕδατι; Ὁ δὲ σύμβουλος αὐτῶν διάβολος. ἀναπολήσας τὸ ξύλον τὸ ἐξ ἀρχῆς, δι' οὗ τὸν Ἄδᾶμ ἐθανάτωσεν, εἰς αὐτὸ πάλιν καταφεύγει, καὶ συμβουλεύει ξύλω σταυρώσει τὸν Ἰησοῦν. Ἦγνοεῖ δὲ ὅτι ἐμελλεν ἐκεῖνο τὸ ξύλον καὶ τὴν ἀρχαίαν τοῦ ξύλου παράδασιν παραλύειν, καὶ τὴν ζῶην τοῖς ἀνθρώποις ἀνατεῖλαι. Καὶ ἐξεληθόντες οἱ Φαρισαῖοι συμβούλιον ἔλαβον, ὅπως αὐτὸν ἀπολέσωσιν. Ἡ συμβουλίαν κακίστην διὰ φθόνου σπειρομένην, καὶ διὰ φθόνου ἐλεγχομένην! ὦ ματαία βουλή! Ἄγνοοῦσι γὰρ, ὅτι Θεὸς οὐκ ἀπόλλυται. Τὸν μὲν γὰρ ὀστράκινον λύχρον τοῦ σώματος διαλύσουσι, τὴν ἀσβεστον αὐτοῦ λαμπάδα τῆς Θεότητος σβέσει οὐ δύναται. Ἐξεληθόντες δὲ οἱ Φαρισαῖοι συμβούλιον ἔλαβον, ὅπως αὐτὸν ἀπολέσωσιν. Ἡ θαυμαστοῦ πράγματος, καὶ μυστηρίου καινοῦ! Ἦλθεν ὁ Ἰησοῦς ἀνάζητήσας καὶ σώσει τὰ ἀπολωλὸς, καὶ οὗτοι τὸν τῶν ἀπολωλῶτων εὐρέτην ἀπολέσει ζητοῦσι. Διὰ ποῖαν αἰτίαν, εἶπατε ἡμῖν, Ἰουδαῖοι, κατ' αὐτοῦ τοιαῦτα βουλευέσθε; Ἄλλ' ἐκεῖνοι: [761] μὲν αἰσχύνονται λέγειν· ἡμεῖς τὴν αὐτῶν αἰσχύνην πανταχῇ στηλιτεύομεν. Διὰ τί γὰρ, φησὶ, νεκροῦς ἐγείρει; καὶ διὰ τί ἀσθενούντας ἰάται; διὰ τί καλὰ λαλεῖ; διὰ τί καλὰ πράττει; διὰ τί καλὰ διδάσκει; Διὰ ταῦτα πάντα τὰ ἐγκλήματα βουλευόνται αὐτὸν ἀπολέσαι. Ὅταν ἐξέρχωνται νῆπιοι παῖδες βατὰ λαμβάνοντες, διὰ τῶν βατῶν τὴν νίκην αὐτοῦ προαφρονούντες, καὶ ἐν τῇ εὐφημίᾳ αὐτοῦ λέγοντες, Ὡσαννά ἐν τοῖς ὑψίστοις, ἐκείνοι ἀπὸ τῶν ζιθῶνων σφαττόμενοι ὑπὸ τοῦ φθόνου κεντοῦνται· οἱ γὰρ ἐπαινοῦ τῶν φθονουμένων, βέλῃ εἰσι τῶν φθονουμένων. Καὶ προσέρχονται τῷ Ἰησοῦ, καὶ λέγουσιν αὐτῷ Ὅχι ἀκούεις, τί οὗτοι λέγουσιν; Καὶ οὐκ ἐγίνωσκον, ὅτι προφητικῶς ἐπληροῦτο τὸ γεγραμμένον, ἐδ', Ἐκ στόματος ῥηλῆν καὶ θηλαζόντων κατηρτίσω αὐτον. Ὅτε Ἰεζάβελ κατὰ τὸν Ναβουθὲ τὰ πλαστὰ ἐποίησε γράμματα, ἠδέως ἀνέχεσθε· ὅτε Πιλάτος γράφει ἐπὶ τοῦ τίτλου τὰ χριστὰ γράμματα, ἀγανακτεῖτε, καὶ κωλύετε γράφασθαι. Τί γὰρ λέγουσι; Μὴ γράψετε, ὅτι Ὁ βασιλεὺς τῶν Ἰουδαίων. Μὴ γράψετε,

ἀντὶ τοῦ, τὴν ἀλήθειαν, τοῦ Μηδεὶς ὠφελείστω, μηδεὶς ἄριστος ἔστω πρὸς εὐσέθειαν. Πάντως οὐχ οὕτως ἔγανᾶκτον κατὰ τὸν τὰ δράματα τῶν ὀρχηστῶν γραφόντων, οὐδ' ἂν ἔτι καὶ νῦν οἱ πολλοὶ τὰ τῶν δαιμόνων ἀκούουσι ἄσματα. Καὶ περὶ τῶν ἑκείνων οὐκ ἀλούουσι, περὶ δὲ τῶν θεϊκῶν διδασκᾶτων ὅτι: γράφονται ποῦνοι. Καὶ ἄρα οὐκ ἔστι παντὸς κακοῦ ὑπέτερον, τὸ τὰς μὲν μωρολογίας Φιλιστίνως γράφασθαι, τὰς δὲ δοξολογίας Ἰησοῦ μὴ γράφασθαι δι' ὧν εἰς οὐρανὸν ὀδηγούμεθα; Εἰ δὲ καὶ ἦν τις ἄρα διδασκάλων ἰδιώτης τῶν λόγων, ὁμῶς δὲ τὰ τοῦ Θεοῦ λέγων, οὐ μὴν ἄρα βέλτιον τὰ τοῦτο γράφασθαι ὑπὲρ τὰς τῶν Ἑλλήνων δαιμονιώδεις μυθολογίας; Συμφέρι γὰρ τοῖς νεωτέροις ἐν ταῖς ῥήσεσι τῶν θεολόγων διδασκάλων, κἂν ἰδιωτικαὶ τυγχάνουσιν, ἐμμελῶδοντας παιδεύεσθαι, ἀμειπτον ἔγοντας φρόνημα, καὶ μὴ ἐν ταῖς τῶν δαιμόνων διδασκαλίαις ἐνασχολούμενους εἰς ἀκολασίαν ἐκμαίνεσθαι. Μὴ γράψετε. Διὰ τί, Μὴ γράψετε; τί γὰρ ὑμᾶς βλάπτει; ποῖων δὲ ὑμᾶς χρημάτων ἀποστερεῖ ἢ τῆς ἀληθείας γραφῆ; Ἄλλος τῇ προθυμίᾳ τῶν γραφομένων οὐκ ἤλαϊε τὴν χεῖρα, κἀκεῖνοι τὰ στήθη ἔτυπον. Ἄλλ' εἰ καὶ Φαρισαῖοι ταῦτα ἔλεγον πρὸς Πιλάτον, καὶ ἐκώλον αὐτὸν γράφειν τὰ τῆς ἀληθείας γράμματα· ὁ δὲ καὶ ἐθνικὸς ὑπάρχων ἔλεγε πρὸς αὐτούς· Ὁ γέγραφα, γέγραφα. Ἀρμόζει καὶ ἡμῖν αὕτη ἡ διδασκαλία, ἵνα ὅταν ὁ αἰρετικὸς ἡμῖν συμβουλεύσῃ μελίστασθαι ἀπὸ τῆς δόξης, λέγωμεν πρὸς αὐτούς· Ὁ γεγράφαμεν, γεγράφαμεν. Καὶ ἐξεληθόντες οἱ Φαρισαῖοι συμβούλιον ἔλαβον, ὅπως αὐτὸν ἀπολέσωσι. Ἦγνοεῖ δὲ Ἰησοῦς ἀνεχώρησεν ἐκεῖθεν. Ἦγνοε, οὐκ ἀπὸ ἄλλου μαθὼν, ἀλλ' ἀφ' ἑαυτοῦ ἐγνωκώς· καρδιονόστης γὰρ ἦν, καὶ ἔστι, καθὼς καὶ Ἰωάννης ὁ εὐαγγελιστὴς λέγει· Οὐ γὰρ χρεῖαν εἶχε, φησὶν, ἵνα εἰπῇ αὐτῷ περὶ τοῦ ἀνθρώπου. Ἦγνοε δὲ ὁ Ἰησοῦς ἀνεχώρησεν ἐκεῖθεν, οὐ τὸν θάνατον φοβοῦμενος, ἀλλὰ τὸν καίρον τὸ σταυροῦ ἐκδεχόμενος. Ἐδεῖ γὰρ αὐτὸν πρῶτον νεκροῦς ἀνεγείραι, ἀσθενούντας ἰάσασθαι, πεινῶντας πολλοὺς ἐμπελῆσαι, πολλοὺς εἰς τὴν πίστιν στηρίξειν, καὶ τότε ἔλθει ἐπὶ τὸν δοιδιμον θάνατον, μᾶλλον δὲ θάλαμον. Ἐδεῖ πρῶτον αὐτὸν στήσαι τὸ ξύλον τὸ τοῦ μυστηρίου τοῦ σταυροῦ, καὶ τότε θερμῶν τῶν πνεύματι ἐπὶ τοῖς ἐν τῷ ἄδῃ κατακειμένοις καταδραμεῖν. Ἦγνοε δὲ ὁ Ἰησοῦς ἀνεχώρησεν ἐκεῖθεν. Ὅπου ὁλος οὐ φαίνεται, φέγγει· ὅπου φόνος τεκταινεται, ἀναχωρεῖ· ὅπου ἀγάπη πλέκεται, καὶ ὁ Πατήρ καὶ ὁ Υἱὸς καὶ τὸ ἅγιον Πνεῦμα αὐλλέεται. Πλέθωμεν τοῖνον, ἀγαπητὴν, τὴν τριπλεκτὴν ἀγάπην, μὴ γλώσσαις ἀπατηλαῖς, ἀλλὰ παλάμαις ἐργαστικαῖς· ἵνα ἡ μετ' ἡμῶν ὁ Ἐμμανουήλ, ὃ ἡ δόξα καὶ τὸ κράτος εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰῶνων. Ἀμήν.

[762] Εἰς τὴν πόρνην καὶ εἰς τὸν Φαρισαῖον.

Σήμερον ὁ Φαρισαῖος εἰς ἄριστον τὸν Δεσπότην ἐκάλεσε, τιμὴν ὑβρεὶ κεράσας· ἡ δὲ πόρνη αὐτὸν τῇ πίστει εἰσίστασεν. Ὅντος γὰρ αὐτοῦ ἐν τῇ οἰκίᾳ τοῦ Σίμωνος, Ἰδοῦ γυνὴ πόρνη, Μανικὸν σχῆμα, γυνὴ πόρνη ἐν τῇ πόλει, ὁ ἐντολίχος πόλεμος, τὸ αἰσιδῆρτον βέλος, ὁ τῶν νέων ἱδρὸς, ἡ τῆς ἐπιθυμίας ἀκόννη, ὁ τῶν παθῶν ἐξυπνιασμός, ἡ καπηλεία τοῦ σώματος, ἡ ἀνωφελὴς ἐμπορία, ἡ ἐπιζήμιος πραγματεία, ἡ καὶ τῇ πωλοῦσῃ καὶ τῷ ἀγοράζοντι θάνατον προξενούσα, τὸ τῆς νεότητος δίκτυον, ἡ ἀπῆκαστος παγίς. Ὁφθαλμὸς γὰρ πόρνης παγὶς ἀμαρτωλῶν· ἡ τῆς ἀκολασίας ἐνθῆκη, ἡ ἐαυτὴν πωλοῦσα, καὶ τοὺς ἀγοράζοντας δουλαγωγοῦσα, ἡ πολυκέφαλος λέαινα, ἡ δυσωδία τῆς πύλεως, ὁ λοιμὸς ὁ κατὰ πάσης ἐρπῶν αἰσθησεως, τὸ τῶν ὀφθαλμῶν ἀγκιστρον, ὁ περιφερόμενος θάνατος, ἡ ἀγορὰ τῆς ζημίας, ἡ ἐπιθυμία τῆς ἀπώλειας, ἡ τοῦ θανάτου ὀμῆ, ἡ πολυζητητος γάγγραινα. Ἰδοῦ γυνὴ ἐν τῇ πόλει, ὁ λοιμὸς τῶν οἰκητόρων, ἡ τυραννὶς τῶν γάμων, ἡ ἀνατροπὴ τῆς σεμνότητος, ἡ τῶν ἀνδρογύνων μάχη, ἡ κακοδάπανος τράπεζα, ἡ τῶν βαλαντίων κένωσις, ἡ τῶν χρημάτων ἔκρηξ, ἡ τῶν καμάτων ἀπώλεια, ἡ τῶν κληρονομῶν ληρὸς, ἡ ληνοδᾶται πατοῦντες τὴν ἐαυτῶν γύμνωσιν ὠρχήσαντο. Ἰδοῦ γυνὴ ἐν τῇ πόλει, ἥτις ἦν ἀμαρτωλὸς. Ἄλλ' ἡ ἀμαρτωλὸς ἐκεῖνη τῇ δικαιοσύνῃ προσέδραμε, καὶ ὡς ἐν πυρὶ ἀκάνθας τὰς ἀμαρ-

τίας ἀνήλωσεν. Ὁ δρυμὸς παράδεισος γέγονεν, ἡ λέαινα ἄρνιον, ἡ δυσωδία μύρον, ἡ ἀπώλεια θησαυρὸς, ἡ κορώνη περιστερὰ, ἡ πόρνη παρθένος, ἀδελφὴ Χριστοῦ, ὡμφο τοῦ Λόγου. Στάσα γὰρ ὄπισθεν τοῦ Ἰησοῦ ἡ τῆς αἰμορροῦσης μαθήτρια, δάκρυσι τοὺς πόδας ἔβρεξε, καὶ ταῖς θριξίν ἐξέμαξε, καὶ τοῖς χεῖλεσι κατεφίλει: τὰ ἴχνη, καὶ μύρον πολυτίμηον ἤλειφεν. Ὅλα τὰ ὅπλα τῆς ἀμαρτίας τῷ βασιλεῖ προσήνεκον, εἰρήνην αἰτοῦν· καὶ τὴν πανοπλίαν τῶν κακῶν τοῖς ποσὶ τοῦ Δεσπότην προσήγαγε. Καὶ ἐπειδὴ πάλαι ἠναγκασμένοις δάκρυσι πολλοὺς εἰς πάθος ἐξέλυσε, ἀληθινοῖς νῦν δάκρυσι τὸν Δεσπότην δυσωπήσασα, ἐαυτὴν ἀπέλυσε· καὶ ἡ τὰς τρίχας κακομηχάνως πλέξασα, καὶ ἀσέμνως πυργώσασα ταῖς θριξίν ὡς ὀθόνη, τῷ Χριστοῦ τοὺς πόδας ἐξέμασεν. Ἐξωμολογοῦτο γὰρ διὰ τῶν τριχῶν, ὅσους δι' αὐτῶν ἀγκιστρεύσασα εἰς θάνατον ἤλειψε. Καὶ μύρον ἤλειψε πολυτίμηον. Διὰ τί; Ἐπειδὴ πάλαι μωρολογίαν πολλοὺς ἐβορβόρωσεν· ὁμοίως καὶ τοῖς ἀρώμασι κακῶς χρησαμένην, εἰς κύνας ῥινηλάτας τοὺς ἐραστάς μετεσκευάζε. Νῦν δὲ τῷ μύρῳ καλῶς χρησάμενη, καὶ τῷ αἵθρῳ τὸ μύρον προσκομίσασα, καὶ σατανικὰ μυρίσματα ἀπενίψατο. Εἶτα ὡς ὁ Κύριος αὐτὴν προσεδέξατο ταῦτα πράττουσαν, ὁ Σίμων ἐπιθύριζε, Δεσποτικῆς ἀγαθότητος; λογοθέτης γινόμενος. Αἰεῖ αὐτῷ Δεσπότης· Σίμων, ὁ

incitat. *Et exeuntes Pharisei consilium inierunt.* A quonam? Ab eo certe, qui ab initio homicida fuit, diabolo. *Et exeuntes Pharisei consilium inierunt, quomodo illum perderent.* Illud, quomodo, quoniam: indicat modum? an lapide, an gladio, an igne, an aqua? Consiliator eorum diabolus animo revolvens lignum, quo ab initio Adamum occiderat, ad illud rursus confugit, et auctor est ut in ligno crucifigant Jesum. Ignorabat autem futurum esse ut hoc lignum veterem ligni prævaricationem solveret, et ut hinc vita hominibus oriretur. *Et exeuntes Pharisei consilium inierunt, quomodo illum perderent.* O consilium pessimum ex invidia ortum et per invidiam confutatum! o vanum consilium! ignorant enim Deum numquam perire posse. Nam fictilem quidem lucernam corporis dissolvunt, inextinguibilem vero divinitatis lucernam extinguere nequeunt. *Exeuntes autem Pharisei consilium inierunt, quomodo illum perderent.* O rem mirabilem, et mysterium novum! Venit Jesus quaerere et salvum facere quod perierat; et hi eum, qui perditos invenit, perdere quaerunt. Qua de causa, dicite o Judæi, contra illum hæc deliberatis? sed illos quidem pudet hoc dicere: nos illorum turpitudinem undique traducamus. Cur, inquit, mortuos suscitatis? cur infirmos sanat? cur pulchra loquitur, cur bona operatur? cur bona docet? Ob hæc omnia crimina consilium ineunt quomodo illum perdant. Quando exeunt pueri ramos palmarum accipientes, per illos ramos victoriam ejus proclamantes, et illi benedictentes, *Hosanna in excelsis* (Matth. 21. 9); illi hastis invidiæ jugulati confodiuntur, laudes enim eorum quibus invidetur, tela sunt in invidos missa. Et accedunt ad Jesum, et dicunt ei: *Non audis quid hi dicunt* (Ib. v. 16)? Nec novrant tunc impleri illud quod propheticè dictum fuerat, *Ex ore infantium et lactentium perfecisti laudem* (Psal. 8. 3). Cum Jezabel contra Nabuthæ fictitias scripsit literas, id libenter tulistis; quando Pilatus in titulo bona verba scribit, indignamini, et ne scribat impedire conamini. Quid enim dicunt? *Noli scribere, Rex Judæorum* (Joan. 19. 21). *Noli scribere*, scilicet veritatem; nemo hinc utilitatem accipiat, nemo perfectus sit et recta piam religionem. Certe non ita indignabantur contra eos qui salutarum dramata scribant; neque etiam nunc multi, cum dæmo-

num cantica audiunt. De illis quidem non dolent; de divinis dogmatibus, si scribantur, dolent. Annon omnium malorum deterrimum esset Philistionis mimica stulta describi (a), Christi vero gloriosa gesta non describi, quibus ad caelum ducimur? Quod si quid doctorum esset idiota quidem, sed quæ Dei sunt prædicans, annon melius esset ejus dicta scribi, quam dæmonicas Græcorum fabulas? Utilius namque esset junioribus in theologorum doctorum dictis versari, etiamsi illa simpliciora essent, in illisque institui, quæ inculpatam doctrinam continent, quam dæmonum doctrina imbutos in lascivia furere. *Noli scribere.* Quare, *Noli scribere?* in quo id vobis nocet? quibus vos pecuniis privat veritatis scriptura? Alius ex scribendi alacritate non debebat manu, et illi pectora tumebant. Verum etiamsi hæc Pharisei Pilato dicerent, ipsumque impedire conarentur ne veritatem scriberet; ille licet gentilis esset dicebat eis: *Quod scripsi, scripsi* (Joan. 19. 22). Nobis quoque competit hæc doctrina; ut cum hæretici consilium nobis dederint ut ab hac sententia discedamus, respondeamus illis, Quod scripsimus, scripsimus *Et exeuntes Pharisei consilium inierunt, ut illum perderent.* *Jesus autem sciens recessit inde* (Matth. 12. 14. 15). *Sciens*; non quod ab alio didicisset, sed quod a seipso nosset: nam cordium cogitor erat et est, ut ait Joannes evangelista: *Non enim opus erat ei, ut quis diceret ei de homine* (Joan. 2. 25). *Sciens autem Jesus, recessit inde*: non mortem timens, sed tempus crucis expectans. Oportebat enim illum prius mortuos suscitare, infirmos sanare, esurientes multos satiare, plurimos in fide confirmare, et tunc venire ad celebratam mortem, imo potius ad thalamum: oportebat illum prius lignum mysterii crucis erigere, et tunc ferventi Spiritu ad eos qui in inferno jacebant accurrere. *Sciens autem Jesus, recessit inde.* Illo fugit, ubi dolus non apparet: ubi cædes illi machinantur, inde recessit: ubi caritas nequitur, ibi et Pater et Filius et Spiritus sanctus versatur. Nectamus ergo, dilecti, triplicem caritatem, non linguæ fallacibus, sed palmis operantibus; ut nobiscum sit Emmanuel, cœi gloria et imperium in sæcula sæculorum. Amen.

(a) De Philistionis mimi scriptis, vide Martial. 2. 41.

IN MERETRICEM ET IN PHARISÆUM.

Hodie Phariseus Dominum ad prandium vocavit, contumelia honorem admiscens: meretrix autem illum per fidem ad convivium excepit. Nam cum esset in domo Simonis, ecce mulier meretrix (Marc. 14. 5). Insanum spectaculum, mulier meretrix in urbe, civile et mæris inclusum bellum, telum non ferrem, juvenum laqueus, eos concupiscentiæ, affectuum incitamentum, cauponaria corporis, inutile commercium, damnosa negotiatio quæ et vendenti et ementi mortem parit, rete juventutis, laqueus non tectus: oculus enim meretricis laqueus est peccatorum. Lascivia depositum meretrix, quæ seipsam vendit et emptores in servitutem redigit; læna multis instructa capitibus, fœtor urbi, lues quæ per omnes sensus rept, oculorum hamus, mors quæ circumfertur, ferum damni, cupiditas perniciæ, odor mortis, gangræna admodum putrida. Ecce mulier in urbe, pestis civium, tyrannis nuptiarum, subversio honestatis, androgynorum pagna, mensa male sumptus profundens, crumenarum evacuatio, pecuniarum effusio, laborum jactura, heredum torcular, ubi qui meditatem suam calcant tripudiant. *Ecce mulier in civitate, quæ erat peccatrix* (Luc. 7. 37). Sed peccatrix illa ad justitiam accurrit, et peccata delet ut spine in igne absumuntur. Saltus in paradysum versus est, læna in agnam, fœtor in unguentum, perniciæ in thesaurum, cornix in columbam, meretrix in virginem mu-

tata est, in sororem Christi, in sponsam Verbi. Nam stans pone Jesum hæmorrhœissæ discipula, lacrymis pedes rigavit et capillis abstersit, labisque vestigia osculata est, atque unguento pretioso unxit, universa peccati arma Regi obtulit, pacem petens, ac totam malorum armaturam ad pedes Domini adduxit. Et quia olim vi expressis lacrymis multos in affectum pravum resolverat, nunc veris lacrymis Domino supplicans, seipsam solvit: et quæ capillos mala arte plexerat, et comam immodeste in modum turris evexerat, jam illa quasi linteo Christi pedes abstersit, non ut Dominum nitidum reddat, sed ut seipsam sanctificet: confluebatur enim quot homines per capillorum hamum ad mortem piscata fuerat. *Et unguento pretioso unxit.* Quare? Quia olim unguentorum odore multos sordidaverat: similiterque aromatibus male usâ, in canes naribus vestigantes amatores suos mataverat. Nunc autem unguento bene utens, illudque ad bonum unguentum adducens, satanicas unctiones abluvit. Deinde ut Dominus illam hæc agentem admisit, Simon obmurmuravit, dominicæ bonitatis censor effectus. Dicit illi Dominus: Simon, qui ad honorem me vocasti, et inhonorasti me, quod non expectabam: *Duo debitores erant cuidam fœneratori* (Ibid. v. 40. seq.), tu et hæc: mihi debitores, nec simpliciter, sed admodum debitores, duplici obstricti debito, qui naturæ fœnus et legis sortem accepistis,

et circa utrumque in beneficium incidistis. *Unus debebat denarios quingentos*; tu nempe Pharisæus, qui et graviora et plura animæ peccata habes: *Quia publicani et meretrices vos præcedunt in regnum cælorum* (Matth. 21. 31). *Alius vero quinquaginta*: his notantur noxii meretricis mores. *Non habentibus autem illis unde redderent per bona opera*; accepta fide ambobus remisit, et discisso chirographo, *Dic, quis ipsum magis diligit?* Tum Pharisæus: *Existimo quia is cui plus donavit*. Et is qui culpæ obnoxius erat sui iudex fuit, et a Domino laudatus est dicente: *Recte judicasti*. Audi jam: *Vides hanc mulierem, quæ minus debebat quam tu, et plura munera donaque attulit? vides hanc mulierem, quæ multis perniciis fuit? animatum*

sepulcrum? mortem quæ circumquaque fertur? *Ingressus sum in domum tuam: aquam comparati facilem, omnibus obviam, in pedes meos non intulisti: hæc vero fontes lacrymarum ex oculis defluentes in pedes meos inmisit. Osculum mihi non dedisti, hæc vero labia sua pedibus meis applicuit. Oleo circumspexit meum, ut misericordiam a me consequeretur, non unxit*; hæc vero unguento corpus, fide divinitatem meam unxit, *Ideo dico tibi, Remittuntur ei peccata multa*; ut impleatur quod in Psalmis dictum est, *Remisisti iniquitates plebis tuæ* (Psal. 84. 3); et illud a Joanne prædicatum, *Ecce agnus Dei, qui tollit peccatum mundi* (Joan. 1. 29). Ipsi gloria in sæcula. Amen.

IN ASSUMPTIONEM DOMINI NOSTRI JESU CHRISTI.

Peccati artificium contra peccatum versum est. Ars enim peccati crux est, ut impecabile corpus morti tradatur: crux vero crucifixæ carni machina fuit, quæ ad cælum ascenderet: ac dictum illud de peccato mutatum fuit. Prius enim, ut Paulus prædicavit, *Occasione accepta peccatum per mandatum* (Rom. 7. 8) decepti me, et per ipsum me occidit; nunc vero dictum hujusmodi justitiæ artificio competit: nam justitia occasione accepta per peccatum, decepti illud et occidit. Ea re stupefactus Paulus, in illam vocem prorupit: *Magnum est pietatis sacramentum* (1. Tim. 5. 16). Resurrectio enim in cruce abscondita est, et generatio ad immortalam vitam; immortalitatem Rex ab inferno emergens hominibus peperit. Vere maximum sacramentum. Quomodo igitur notum fuit hoc sacramentum? *Manifestatum est*, inquit, *in carne*. Equa fuit manifestatio? *Justificatum est in spiritu*. Quodnam justitiæ argumentum? *Apparuit angelis* (Ibid.) Noverunt angeli, inquit, ejus qui apparebat dignitatem: accesserunt, et ministrabant ei. Fide digni certe sunt, Paule, justitiæ præcones, et Christi virtutem celebrant: verum hominibus quoque fortitudinis illius signum ostende. *Prædicatum est gentibus*. Peragravit verbum quo ejus divinitas prædicabatur, etiamsi ab omnibus impediretur; cohibita prædicatio dilatata est. Quid ergo, si ad aures tantum pervenit, et gentibus quæ audiebant pro nugis verbum habitum est? *Prædicatum est*, inquit, *et creditum est in mundo*. Deinde postquam creditum est, omni superato obice, *Assumptum est*, inquit, *in gloria*. Prædicata fuit Ecclesiæ fortitudo: imo potius totius orbis instantia. Nam humanitas hodie assumpta commune est humana naturæ auxilium: postea enim supplicia moderatiora erant. Et consideres velim illa olim a Deo hominibus inflata supplicia, et assumptionis utilitatemprehendentes. Ex uno peccato lapsus Adam dejectus est; ad diuturnum corporis tremorem damnatus est Cain; ignis imbrem demisit cælum ut Sodomam terræ putredinem combureret; in columnam mutata est mulier, quæ fugiendi legem violaverat. In populis autem qualis differentia? Audi Scripturam hæc quasi lamentando narrantem: *Tentaverunt, inquit, Deum, et a serpentibus perierunt. Murmuraverunt, inquit, et perierunt ab exterminatore* (1. Cor. 10. 9 et 10). *Fornicati sunt, ait, et ceciderunt in una die viginti tria milia. Dedit, inquit, Dominus mortem in Israel a mane usque ad horam prandii. et mortui sunt septuaginta mille viri* (Num. 25. et 2. Reg. 24. 1.). Quid tibi narrem Dei ad regem tunc datam optionem? *Hæc dicit Dominus, inquit: Pete tibi tres annos famis super terram, aut tres menses ubi inimici tui te persequentur, aut tres dies mortis in terra tua* (Ibid. v. 13). Deplorant etiam Græcorum scriptores veterum temporum calamitates, diluviorum exuberantiam, incendiorum magnitudinem, annorum pluitium famem, terræ motuum latam perniciem, sanguini-


nis in civilibus bellis effusiones, frequentium bellorum tempestates. Nulla tunc erat bellorum malorumque tum e cælo, tum ex terra inmissorum cessatio, nulla pax sive Græcis, sive Judæis, sive Judæis. Expectabat enim terra mediatorem, qui supernis et infernis pacem afferret. De quo Paulus ait: *Ipse est pax nostra, qui impediit inimicitiam in carne sua* (Ephes. 2. 14). Quot nunc sunt Sodomitis lasciviores? neque tamen ut olim ignis in illos effunditur. Suscepit enim terra pacis mediatorem, qui in genus humanum benignior evasit. Quot nunc sunt sceleratiores iis qui ævo Noë vivebant? quos tamen cælum diluvio non submergit. Quot ferociores Caino? quos Caini supplicio Deus non plectit. Cum enim a nobis irritatur, ad throni sui consortes primitias respiciens, reconciliatur: quando hominibus scelerate agentibus indignatur, intemperatam humanitatem a dextris suis videns, placatur: cum ad iram illum concitat flagitiosum genus, iram superne mitigat congener noster illi assidens. Illoc tibi explicans Paulus ait: *Christus est in dextera Dei, et supplicat pro nobis* (Rom. 8. 34); non quod egeat supplicis vocibus: in regnum enim ascendit Christus; non quod supplicatio sibi sit propria: sed ipsam primitiarum assumptionem in supplicationem quæ nos reconciliaret configuravit Paulus. O horrendum hodie dæmonibus spectaculum! horrendum certe illis erat, videre hominis ut apparebat naturam, aerem pervadentem, excelsius quam illi ascendentem, cælis superiorem factam. Verum illi quidem genebant: angeli vero læti hominibus adstantes clamabant: *Hic Jesus, qui assumptus est a vobis in cælum, sic venit quemadmodum vidistis eum euntem in cælum* (Act. 1. 11). Certius sit assumptionis mysterium. Discipuli enim stabant hianti ore in cælum respicientes et attente intuentes: cum vero paulatim caro altius pervasit, quam ut possent oculi attingere, in dubitandi cogitationem vergebant: Nusquam, inquit, corpus apparet: num species et phantasia solum fuit assumptio? forte oculis erravimus; aut non erravimus quidem, sed forte corpus in ærem dissolutum est, et jam naturam non habet terrenis visibilem. Cum sic dubitantes respicerent in cælum, angelos statim audierunt: *Viri Galilæi, quid statis aspicientes in cælum* (Ibid.)? Quid sibi vult, inquit, aspectus ille curiosus? quid oculi in cælum intenti? in cælis quaeritis illum? Jesum aufert nubes. Num quis jam illum in corpore videbit? Utrique rei ut certe confidite. Etsi nunc in cælum sit assumptus, at rursus veniet, *Quemadmodum vidistis eum euntem in cælum*. Sed ne diutius lingua tendatur, fatiscentes citatas deponamus, aliisque citharis demus locum. Assumptioni plaudant multorum ora; canat hodie communi voce totum hominum genus. *Magnum est pietatis mysterium; visus est angelis, creditus est in mundo, assumptus est in gloria* (1. Tim. 3. 16). Ipsi gloria in sæcula sæculorum. Amen.

[765] *Εἰς τὴν μεταμόρφωσιν τοῦ Σωτῆρος.*

